Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

5 — 3 . D . 34

Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google

FRANC. SANCTII,

BROCENSIS,

In Inclyta Salmanticenſi Academia Primarii
Rhetorices & Græcæ Linguæ Doctoris,

MINERVA,

SEU

DE CAUSIS LINGUÆ LATINÆ

COMMENTARIUS,

Cui inſerta ſunt, uncis incluſa,
quæ addidit

GASP. SCIOPPIUS;

Et ſubjectæ ſuis paginis Notæ

JAC. PERIZONII.

Editio ſeptima, prioribus emendatior, & acceſſione correctionum ipſius Sanctii, *Diatribesque* L. Kuſteri *de verbo* Cerno *auctior.*

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

AMSTELÆDAMI,
Sumptibus FRATRUM DE TOURNES
BIBLIOPOL. GENEVENS.

M. DCC. LXI.

Digitized by Google

Digitized by Google

LECTORI BENEVOLO

S. D.

BIBLIOPOLÆ.

QUum Sanctianæ Minervæ, *eruditis* JAC. PERIZONII *adnotationibus inſtructæ, exempla deficerent, faciendum cenſuimus, ut nova frequentarentur editione; cujus quidem præcipua dos erit, quod & prioribus multò ſit correctior & auctior: acceſſerunt enim, ante his in oris nunquam viſæ,* Correctiones Capitum L. III. 8. & 9. *ab ipſo* FRANC. SANCTIO *olim deproperatæ. Miſſæ fuerunt à Viro Generoſo, & de litteris humanioribus præclarè merito,* GREGORIO MAJANSIO, *ex ultimâ Hiſpaniâ ad illuſtrem* OTHONEM FRIDERICUM Comitem de LYNDEN, *admirabili nexu priſcam generis nobilitatem & elegantium diſciplinarum culturam atque in eruditos favorem cum maxime in Belgicâ noſtrâ egregiè copulantem. Adſtruximus præterea* L. KUSTERI *Diatriben de* Verbo

Digitized by Google

Cerno, *accuratiſſime à* Jac. Perizonio *examinatam & confutatam, ut deſiderantibus cenſendi copia in promptu foret. Atque hæc hactenus: Tu vale, Lector, noſtriſque conatibus fave.*

GENE-

Digitized by Google

GENEROSISSIMO

ATQUE

EXCELLENTISSIMO

VIRO

SICCONI à GOSLINGA,

FRANEQUERANI AGRI PRÆFECTO, ACADEMIÆ FRISIORUM CURATORI, ET CUM MAXIME ILLUSTRIUM FRISIÆ ORDINUM DELEGATO NOVEMVIRO, NUPER A FOEDERATA SEPTEM POPULORUM REP. ÆSTIVIS SUPERIORIS BELLI CONSILIO ET AUCTORITATE GUBERNANDIS SÆPIUS ADHIBITO, NOVISSIME AD PACEM PANGENDAM ULTRAJECTUM PLENA CUM POTESTATE MISSO, JAMQUE AD POTENTISSIMUM GALLIÆ TOTIUS REGEM LEGATO EXTRAORDINARIO, ETC. ETC.

S. P. D.

JAC. PERIZONIUS.

INSCRIPSI ante Hos Viginti & Sex jam annos Nomini Tuo primum, VIR ILLUSTRISSIME, Sanctianam hanc Minervam, meis Notis & Animadverſionibus paſſim explicitam, quando Tibi ex Academiis

Digitized by Google

etiamdum recenti, & ex peregrinatione per Britanniam & Galliam mox inſtituta tantum quod reduci, gratulabar prima Honorum initia, quæ ultro ad Te in ipſo ætatis ineuntis flore ipſa detulerat Friſia, quam Patriam habes, dum amplum illud & decorum ſane adſpiciendarum curandarumque publicarum Rationum munus Tibi mandarat, quoddam quaſi Honorum Tibi ab ſe deſtinatorum, & ſuſtinendæ deinceps abs Te dignitatis, rudimentum. Præſagiebam jam tunc liquido plane augurio, longe majora, Tuis Natalibus, & maxime Tuis animi Dotibus, ut debita, ita certo eventura quondam ab ipſa veſtra Rep. quæ ſuæ quoque de Te exſpectationis atque opinionis velut argumentum quoddam & pignus, primum hunc Honoris in Te collati gradum eſſe voluerat. Iteratis dein hujus *Minervæ* editionibus, maxima jam Fortunæ & Dignitatis Tuæ incrementa fauſtiſſimis ſum ominibus ac votis proſecutus. Nunc noviſſime illa prodit in publicum, multis ſane & novis Notarum acceſſionibus

Digitized by Google

bus locupletata. Ita vero aucta jam & exculta, ut nunquam videatur per ætatis ingraveſcentis cauſam meas iterum ſubitura manus, mirifice ſe denuo Tibi, VIR EXCELLENTISSIME, offerre geſtit, qui & ipſe in illud jam Auctoritatis Dignitatiſque Faſtigium aſcendiſti, ut nihil habeas in fœderata hac Rep. amplius, quo enitaris. Gratulatur videlicet non Tibi tantum, ſed & ſibi, quod pari quaſi fato & paſſu in hanc ſpeciem ac molem, una cum Gloriæ & Fortunæ tuæ ornamentis, excreverit ſimul. Ego certe voluptatem nunc percipio ſane ingentem ex eo, quod quæ olim opinione mea augurabar de adoleſcentis tunc Dignitatis Tuæ incrementis; ea in hoc Tuæ ætatis robore videam luculentiſſimo eventu probata. Neque tamen ea in ſolis poſita Honoribus duco, qui in Te deinceps collati ſunt complures & ampliſſimi, verum in iis ita publico bono gerendis, ut omnium merearis, & jam dudum habueris, laudem, ut præcipuam Tibi apud populares tuos auctoritatem, præclaram etiam apud uni-

Digitized by Google

verſam Fœderatorum Remp. exiſtimationem & gloriam abunde jam comparaveris; ut non tantum Patriæ Tuæ, ejuſque publicis ac privatis rationibus ſingulari ſemper conſulas ſtudio, ſed eidem etiam ornamento ſis & decori apud Socios, quod inprimis commemorent & laudibus efferant nominatim, quotieſcunque Friſiacæ Nobilitatis incidit mentio: ut admirentur denique & prædicent palam in te omnes generoſum illud Honeſti & Decori ſtudium, egregiamque Animi Liberalitatem, non illam, quæ in ſplendido, ſed damnoſo, luxu, aut inconſulta profuſione, cui ratio non conſtat, quæ nihil minus, quam *Liberalitas* eſt dicenda, conſiſtere vulgo creditur, ſed eam, quæ, non intenta ſuis unice rationibus, bene de publico, bene de quibusvis, Patriæ & Bonarum Artium ſtudioſis, mereri contendit, quæ non addicta vulgarium factionum partibus, quas Magni vere Animi, ut infra ſe poſitas, deſpicere ſolent, ipſam Virtutem & præclaras mentis atque ingenii dotes fovet, colit,

Digitized by Google

colit, ornat, in quocunque eas repererit Homine. Hæc demum genuina eſt Liberalitas, qua Te maxime delectari ſcio, ut omnes ſolent altæ & erectæ indolis Viri. His artibus vera comparatur Dignitas, cujus ſummum tenes cum maxime gradum titulo ſimul ac re ipſa, dum non modo iterum in Ampliſſimo Delegatorum Ordinum Collegio Friſiorum Remp. ſecunda prorſus fama, & conſtanti omnium applauſu, adminiſtras: ſed & a communi Sociorum, arctiſſimo & æterno, ut augurari vel certe precari fas eſt, Fœderis nexu in Unum ferme Populum coaleſcentium, Concilio ad graviſſima quæque & luculentiſſima cum paucis aliis parilis ferme Loci & Dignitatis Viris gerenda maximo publico bono fuiſti identidem admotus. Quid enim gravius Viro, Nobiliſſimo quidem, ſed qui domi ſolitus eſt communem curare Patriam, in caſtris quoque Reip. perſonam agere, atque ipſa conſilio ſuo gubernare arma, quæ tibi Provincia ſuperiore in Bello ſæpius eſt Friſiæ tuæ nomine demandata.

 Quid

Digitized by Google

Quid rurſus magis arduum & ſimul magis glorioſum, quam poſt res militiæ & foris præclare adminiſtratas, tantum tamque diutinum præliorum atque obſidionum ſtrepitum, per totam pene Europam diffuſum, ad ſuaviſſima blandæ Pacis otia revocare, & omnia ex terribili illo tumultu placidam in quietem redigere, quod Tibi itidem, ea gratia Ultrajectum miſſo *plena* ut dicitur, cum auctoritate, curandum, prudentiſſimi delegarunt Patriæ Patres. Quid jam ſupereſſe Tibi poterat ad ſummum ſplendoris & amplitudinis gradum? niſi unum hoc, ut pace tandem facta ad Potentiſſimum Galliæ totius Regem, Amicitiæ quoque inſtaurandæ, vel potius confirmandæ cauſa, extra ordinem Legatus proficiſcereris. Neque vero aliter cenſuerunt Nobiliſſimi Reip. noſtræ Proceres, quippe qui Te Friſiæ habenas in præcipuo iſtic Delegatorum Ordinum Concilio tractantem, jamque rebus Patriæ tuæ intentum atque incumbentem unice, ſæpius tamen coram & per literas ſerio ſollicitatum, ut illuſtrem hanc Legationem una cum Excellen-

Digitized by Google

cellentiſſimo Viro, WILHELMO BUSIO, capeſſeres, tandem expugnarunt, & Friſiæ tuæ ad tempus extorſerunt. Nolebas ſcilicet ejus commoda Tuæ ipſius poſthabere Gloriæ, ſed neque ſuſtinebas tantis Fœderatæ Reip. deſideriis pertinacius Te tuamque negare operam, quo minus debitum omnium judicio colophonem rebus præclare adeo abs Te domi foriſque jam geſtis imponeres. Ita ergo in Galliam nunc contendes, multo honorum prætexto jam illuſtris, ubi tanquam in ſplendidiſſimo Orbis terrarum theatro, ut copioſam denuo, Tuam animi Magnitudinem ac Virtutem exſerendi, atque Exteris æque ac Civibus Tuis approbandi reperies materiam, ita utêris ea, ſat ſcio, ac fruêris quam ſtudioſiſſime, unde & maximus prioribus Tuis in publicam rem meritis accedet cumulus. Hæc autem omnia voluptatis meæ, ut dixi, præcipuam nunc faciunt partem, quum rebus ipſis comperior, haud vanum me olim de futura tunc Dignitatis tuæ Amplitudine fuiſſe Vatem. Quapropter ſicuti tunc per occa-

Digitized by Google

occaſionem edendæ primum hujus *Minervæ* fauſtis ſum ominibus Tuæ Laudis initia proſecutus, ita nunc, quum illa noviſſime meis cum animadverſionibus ex Amſtelædamenſi jam prodit officina, de corroborata jam prorſus & florentiſſima tua Auctoritate ac Honorum Splendore lætus ac lubens Tibi ac Reip. noſtræ gratulor, majoremque in modum ſimul Te rogo, ut Grammaticam hanc Sanctianæ & Meæ quoque curæ *Minervam*, ſicuti olim comiter accepiſti, ita nunc in hoc Dignitatis Tuæ faſtigio ne reſpuas aut repudies. Auſus eſt quondam, (ut cum alios, tum maxime Ælium Antonium Nebriſſenſem taceam, qui ſuam *Artem* Iſabellæ Hiſpanorum Reginæ dedicavit) Eximius ille Gerh. Joh. Voſſius ſuos *de Arte Grammatica* Commentarios mittere ad Sereniſſimum Britanniæ Principem, Caroli Primi Filium natu maximum. Quod ſi Regiam in Aulam & Familiam, aditum ſibi patefacere, ac penetrare potuerunt ejus generis & argumenti opera, nihil eſt, quod ſequius quidquam mihi augurer

Digitized by Google

gurer de tua Humanitate ſimul & egregio illo liberalium diſciplinarum Amore, quo minus hanc *Minervam*, publice ſatis bene acceptam dudum, Tu quoque facilis admittas. Deum Opt. Max. ſupplex veneror, ut ſalvus & incolumis in Galliam pervenias, atque inde mox, exſtinctis penitus omnibus Belli reliquiis, & confirmata prorſus in poſteritatem ſeram Pace ac Voluntate mutua, in Patriam maxima cum gloria, & ſecunda omnium exiſtimatione revertaris, utque Vitæ Tibi uſum & fructum Ille proroget in tempus quam longiſſimum, atque ita ipſe diu non Friſiacæ modo, ſed & Fœderatorum omnium Reip. conſilio curaque Tua adſis ac præſis. Vale, & annum, quem perendina die inibimus, multoſque alios deinceps, feliciter decurre & exige.

Lugduni in Batavis, ad III. Kal. Januarias CIↃ IↃ CCXIIII.

PRÆ-

Digitized by Google

PRÆFATIO
AD
LECTOREM.

FRANCISCUS Sanctius, patria Brocenſis, natione Hiſpanus, Profeſſor ſeu *Doctor* exeunte ſæculo XVI. fuit *Rhetorices Græcæque Linguæ* in Academia Salmanticenſi *Primarius*; ut ipſe ſe deſcribit in Præfatione, quam huic *Minervæ* præfixit, & quam Ego ex Salmanticenſi Editione, vitioſe licet iſtic expreſſam, hic iterum exhibui, ab aliis prætermiſſam. Varia etiam ſcripſit, quæ in *Bibliotheca Scriptorum Hiſpaniæ* videas ordine expoſita: Sed quibus miror *Origines* Sanctii, ab ipſo in hac *Minerva* IV. 16. pag. 841. laudatas, non adnumerari, niſi ſi credendum ſit, cœptas eas & paratas forſan, at nunquam editas. Inter illa vero etiam Libellum *Paradoxôn*, memoratum hic quoque III. 3. pag. 298. Antverpiæ typis Plantinianis anno 1582. in publicum emiſit, quem tamen ferme integrum in hanc *Minervam* deinde collatum reperio. Ipſa enim demum an. 1587. non Madriti, ut in primæ, quæ Amſtelædami fuit facta, editionis præfatione traditur, ſed Salmanticæ prodiit, & magno cum applauſu ab omnibus ſtatim eſt excepta. Mox etiam in exteras perlata regiones, & tandem ab Duce Alcalæo, Hiſpanici Regis Legato, Romam

mam

Digitized by Google

mam deportata, in Gaſp. Scioppii pervenit manus, qui eam multis ornatam laudibus, notuliſque ſuis auctam, Patavino iterum prælo ſubjecit. Hujus Editionis exemplar Marq. Gudius, Vir Clariſſimus, ex Italia ad Amſtelædamenſem detulit Bibliopolam, cujus in officina illud denuo excuſum an. 1664. in dias Batavæ quoque lucis auras exiit. Quum vero a Doctiſſimis quibuſque Viris hic locorum, & merito quidem ſuo, commendaretur omnibus, qui Linguæ Latinæ rationes inveſtigare, ejuſque clariorem intellectum & facultatem ſibi comparare vellent, ſic evenit, ut brevi *Minerva* hæc librariis in Tabernis iterum deſideraretur, utque Bibliopola Franequeranus tandem anno 1687. in officinam remittere eam decerneret, & mecum ſedulo ageret, ut, ſi quid haberem, quod ad eam quacunque acceſſione locupletandam pertineret, ſuæ, quam parabat, editioni adderem. Non abhorrebam ab hac cura, ſiquidem in mundo mihi eſſe arbitrabar, quæ ad illuſtrandam, vel etiam caſtigandam alicubi, facere videbantur. Etenim Eruditiſſimorum Virorum, quos adoleſcens audivi, auctoritate excitatus, magna olim diligentia libellum evolveram, & pro modulo judicii, quod illa ferebat ætas, maximo probaveram opere; quo lubentius iſtas ſuſcipiebam partes: & ita *Minervam* hanc Sanctii, copioſis animadverſionibus ac diſputationibus a me inſtructam, tunc primum edidi eo cum ſucceſſu, ut idem Bibliopola mox an. 1693. me ignaro, & ex Friſiaca in Batavam

jam

jam Academiam profecto, ſecundam illius fecerit editionem, ejuſque exemplaribus iterum brevi divenditis, obnixe me rogaverit, ut tertium edendam ipſe jam recognoſcerem. Quod tamen negotium aliis tunc diſtrictus occupationibus aliquantiſper diſtuli, tanto magis, quoniam multa habebam, quæ adderem prioribus Notis, aut, ut ſoleo mea ipſe, ubi opus eſt, vineta lubens cædere, ſubſtituerem. Serius ergo, ſed mea magis quam Librarii culpa, prodiit illa Tertia, & demum exeunte jam anno 1702. Idem de hac nova fateri me ipſa veri vis cogit. Nam quum jam ante quatuor annos denuo pauciſſima ſupereſſent hujus opuſculi exemplaria, de nova ejus editione agere mecum cœpit Amſtelædamenſis, Franequerano fatis ſuis defuncto, Bibliopola; verum & tunc, ut ferme fit in laborioſa hac ſtatione, & quia *Originibus* inſuper *Babylonicis* atque *Ægyptiis* conſcribendis atque edendis eram occupatus, rejicere ejus deſideria opportunius in tempus debui, in primis quum comperiſſem jam, Virum Doctiſſimum, Georg. Henricum Urſinum, publicatis dudum *Inſtitutionibus Latinæ Linguæ* meas in Sanctium obſervationes ad examen revocaſſe, multa in iis ſuo firmaſſe aſſenſu, alia rejeciſſe, quæ idcirco diſertius mihi videbantur & liquidius probanda. Sed valde doleo Virum Clariſſimum non vidiſſe tunc Tertiam meam editionem. Multa enim iſtic reperiſſet caſtigata, alia omiſſa, quæ non ſatis certa aut plane veriſimilia erant, complura denique addita, aut clarius demonſtrata.

ſtrata. Sed videre eam non potuerat, quum iſtæ *Inſtitutiones* plus anno ante in publicam exiiſſent jam lucem. Ego vero illas aliquot annis, poſt demum quum inveniſſem Amſtelædami ſolo libri indice, & Auctoris nomine, inductus, argumenti ceteroquin ignarus plane, mihi comparavi. Ceterum fuit ſane Urſinus iſte Vir Doctiſſimus, & diligenter excuſſit Grammaticorum, ac Recentiorum maxime, J. C. Scaligeri, Aug. Saturnii, Franc. Sanctii, Gaſp. Scioppii, Gern. Joh. Voſſii, aliorumque opera. Indolis porro videtur fuiſſe, quantum ex ſcriptis ejus colligere mihi licet, (nam ipſum nunquam vidi) liberæ, candidæ, apertæ, ſimplicis, quod poſtremum a me non vitio, ſed laudi, ducitur. Verum quum cura hæc in infinitas ſit ſparſa particulas, eaſque minutas valde, nihil ſane mirum, non æque ſemper intentum ac limatum rebus ſingulis adhibuiſſe judicium, quod certe ſæpiuſcule in eo deſideravi. Unde & factum, ut non modo in ipſis Grammatici argumenti controverſiis, ſed & in factis Hiſtoricis, temere quid ſæpe affirmaverit, quod tamen plane aliter ſe habebat. Veluti, quando Me dicit Præceptorem habuiſſe Virum ſane Magnum, Joh. Frid. Gronovium, ſed quem Ego nunquam docentem vidi aut audivi, mortuum quippe, quum Ultrajecti agerem, in diſciplinam tunc Viri Egregii, Joh. Georgii Grævii, a Patre meo traditus: quum Andream Borrichium V. C. ſæpius appellat Olai Borrichii Filium, quod certe non fuit; quum Vallam dicit Popularem Sanctii, quorum tamen ille Ita-

lus, immo Romanus, fuit, hic Hiſpanus. Similia ſunt alia, quæ certe pronam ad affirmandum res non ſatis conſideratas indolem declarant. Huc refero vel maxime, quod Voſſium notat Sect. V. cap. 7. pag. 602. ut cui *aliud agenti exciderit*, (Analog. III. 17.) *ſicuti antiquiſſima Futura Activa, quæ per* Eſſe *vel* Fuiſſe *circumloquimur, eadem voce VARIATA jungi cujuſvis Generis ac Numeri nominibus, ita idem in Participiis* Futuri infiniti *Paſſivis, longe uſitatius fieri*. Et addit, *adferre eum iſtic exempla tantum de Futuris infinitivi paſſivi non Variatis*. Debuiſſet utique ex eo collegiſſe, ſi maxime ita apud Voſſium legeretur, id ex Typographi errore ortum, non excidiſſe Viro Summo, quum exempla contrarium liquido doceant, & ipſe Voſſius alibi non *emendaverit* illud, ut ait Urſinus, ſed quod hic, etiam ibi tradiderit. At vero quî jam illud exciderit ipſi Urſino, valde miror, quum utique non in poſteriore modo, ſed etiam in priore Voſſianæ Analogiæ editione, ab ipſo Voſſio curata, legatur d. l. diſerte *INVARIATA*, ut ſenſus & nexus rerum requirebat, & Urſinus volebat. Sed & deprehendiſſe in Viro Clariſſimo videor, quod in compluribus reperitur Senibus, ut quod ab ineunte ætate didicerunt ac dein docuerunt ipſi jam alios, difficillime id poſtea dimittant. Certe in pleriſque, in quibus pro recepta ſententia & Veteribus Grammaticis diſputavi, licet aliter paulo, quam antea fieri ſolebat, contra Sanctium, reperi mihi prorſus ſuffragantem, at in quibus diſſentio ab iis, refragantem,

tem, etiam quando nullis id rationibus vel in ſpeciem refellere poſſet. Verum hæc non impediunt, quo minus opera ejus, quam rei Grammaticæ navavit, fuerit utiliſſima, & ipſe pro Viro valde Docto haberi vel ſic debeat. Nec enim ejus unquam fui ſententiæ aut animi, ut diſcrepantes a nobis, ſi eleganter & modeſte id faciant, durius idcirco excipiendos, & omnem eorum operam continuo damnandam prorſus, cenſeam, quæ iniquiſſima multorum eſt agendi ratio. Tu vero miraberis forſan, Lector, quod tantum ſtudii & temporis impendere quidem his rebus voluerim, quod aliis publici magis ſaporis, & ſecundæ magis famæ, devovere potuiſſem. Nam quid vilius & abjectius nunc inter eos etiam, qui ſe doctos putant, habetur, quam *Grammatici* nomen? Unde & ſolent iſtius generis homines, pro opprobrio eos, quos contemni volunt, *Grammaticos* appellare, licet ipſi Grammaticam interpretandi rationem in Sacris quoque libris vel maxime exigant, & vetuſtiores, quos *Patres* vulgo dicimus, æque ac recentiores Interpretes, qui eam neglexerint, acriter increpent. Sed vere *inelegantes*, ut mitiſſime cum Gronovio Patre, in lib. de Pec. Veteri, loquar, ſunt *homines, qui hoc nomine in contumeliam utuntur.* Nec enim utilius quidquam præſtari poteſt omnibus ſcientiis ex antiquitate repetendis, quam earum Linguarum, quibus conſcriptæ ſunt olim, Grammaticam rationem & uſum declarare, quod unicum eſt & certiſſimum Vetuſtos Auctores interpretandi fundamen-

 tum.

tum. Nec abſurde idcirco, ſi politice rem conſideremus, Tridentini Theologi, ut Scripturam S. ſuis arbitriis & decretis penitus ſubjicerent, Grammaticos ab ea interpretanda excludendos cenſebant, quum viderent, eos, ſi admitterentur, longe aliter illam expoſituros plerumque, quam ipſi vellent, qui deſiderabant, non verum verborum ſenſum, ſed unice ſuis dogmatibus accommodatum. Quocirca quum non auderent palam ipſam Sacrorum Codicum auctoritatem rejicere & exſtinguere, rectam tamen eorum interpretationem, Grammatica ratione faciendam, volebant abolitam, ne, ut ipſi dicebant, Grammatici, aut quiqui ea methodo Scripturam explicabant, facile confutarent Theologos, ſolis Decretis ac Verſionibus in Eccleſia receptis ſubnixos. Tantum illis metus incutiebat Grammatica interpretandi ratio: tantam ea vim habet ad veram Veterum Scriptorum ſententiam inveſtigandam & declarandam, falſamque refellendam funditus. Neque ergo abs re aut à Profeſſione noſtra alienum exiſtimavi, hanc Latinæ Grammaticæ liquido, quantum poteſt, conſtituendæ provinciam in me ſuſcipere, quum inſuper ante me complures jam Viri, ſanequam Egregii, & omnis Eruditionis laude cumulatiſſimi, eam ſibi quoque cepiſſent; quos inter familiam ſuo jure ducunt, ut ex Veteribus ipſe C. Julius Cæſar, qui prima Romanæ Monarchiæ jecit fundamenta, & M. Terentius Varro, reip. gerendæ itidem admotus, qui pariter *de Analogia* Linguæ Latinæ ſcripſerunt;

runt; ita ex Recentioribus Laurentius Valla, Jul. Cæſar Scaliger, hic ipſe Sanctius, tum Gaſp. Scioppius, & præclarum illud conſummatæ in hoc genere eruditionis & ſtupendæ induſtriæ exemplar, Gerh. Joh. Voſſius; denique Anonymus Gallico ſermone Scriptor *Novæ Methodi* Græcæ Latinæque Linguæ facilius feliciusque addiſcendæ. Horum multorumque inſuper aliorum, quos ſciens prætereo, veſtigia legere, & exemplum ſequi, quid aliud mihi, quam decorum eſſe queat? Sed nec e re noſtra exiſtimabam, invaleſcere illam opinationem, qua, qui ſingularium rerum locorumque Obſervationes, Animadverſiones, ſæpe & Emendationes, ut vocant, Criticas, ſibi inter legendum antiquos Auctores natas, edere & publicare malunt, quam repetita toties jam omnibus in diſciplinis Syſtemata, nunquam aliis, eandem licet ſtudiorum ſectam amplexis, placita, aut placitura, qua illi, inquam, traducuntur ideo per ora hominum, & proſcribuntur, tanquam ab omni ſyſtematica doctrina alieni, vel quod eam faſtidiant, vel potius, quia vix credibile eſt, quenquam in docendis artibus & diſciplinis eam ex animi ſui ſententia prorſus averſari & repudiare, quod anguſto eam pectore capere nequeant, atque ita ſua ſibi jubeant habere, vulpeculæ in modum, quæ ſuis quod percipere non valebat viribus, verbis elevabat. Neque tamen nos Syſtema aliquod heic damus, ne pro eo obtrudere me cenſeas hanc operam; ſed damus tamen perpetuas pene obſervationes ad Librum, quo

ipſe ejus Auctor ſuam Grammatices Latinæ Epitomen, Minervæ huic idcirco noſtris in Edd. additam, uberius explicuit, cauſſas Linguæ inveſtigavit, & omnia multis rationibus confirmare ſtuduit. Atque adeo Syſtematica, maximam certe partem, ſint oportet, quæ hic ab ipſo illo Auctore, quæque ad eum in Notis diſputantur, Grammaticam rerum locutionumque naturam & cauſas indagantia. Rectius forte feciſſem, ſi ex meis ipſe Annotationibus, qualeſcunque illæ ſint, unum aliquod conſtruxiſſem corpus, à quo ſupervacua omnia & aliena abeſſent. Sed aliter res rationesque meæ tulerunt. Nam cum primum ad dandam hanc Minervæ Sanctianæ operam invitarer, non licuit ſane per varias occupationes integram & per omnes ſuas partes ſimul eam explorare, priuſquam manus commentando jam admoverem: neque arbitrabar tunc, toties me ab ejus Auctore, ſingulis ſub examen maturioris jam judicii revocatis, in alia omnia abiturum. Præterea ſic ſemper exiſtimavi, conſultius eſſe literis & ſtudiis omnibus, quæ jam copia potius, & multitudine librorum, quam inopia laborant, ſi bene à prioribus edolata iterum incudi reddantur, & adſperſis hinc inde animadverſionibus expoliantur, quam ſi nova ejuſdem argumenti opera identidem in publicum protrudantur, quæ plerumque, quicquid habent adfabre factum aut dictum, alienæ ſeu priorum debent dolabræ, ſed quorum hac ratione memoriam prorſus, contra quam oportebat, intercipiunt. Verum, ut fit, quum
in

in rem præſentem veniſſem, & ſingula per partes ſuas conſiderarem, uſu ipſo deprehendi, nimium quantum in pleriſque ab antiquioribus Grammaticis feceſſiſſe Sanctium, rejiciendo, quæ jam inveterata uſu, & ſatis commode olim inventa mihi quidem videbantur: immo ſæpe Eum inſolenter nimis illos exagitare, quippe quos ſine exceptione *Carnifices* ait *Linguæ Latinæ*, IV. 15. pag. 793. *caligare in omnibus*, IV. 16. in t. adeo ſtupidos, ut Ablativi Abſoluti *altioris ſint conſiderationis, quam quo Grammaticorum ingenium poſſit aſcendere*, II. 7. pag. 192. idque facere etiam, ubi ipſe tamen errat ſatis manifeſte, illi autem erroris ſunt immunes, in quo inclementer adeo increpantur: Veluti, de Superlativis & Voce *Proximus*, II. 11. pag. 232. 233. de Paſſivorum conſtructione III. 4. init. de Gerundiis in DI & DO, III. 8. pag. 449. immo nominatim etiam & acriter invehi in Aug. Saturnium de Imperſonalibus, quæ ipſe temere prorſus explodit, III. 1. pag. 266. ſed maxime in Laur. Vallam III. 10. init. III. 12. init. & alibi paſſim, etiam in præfatione, etiam ubi ipſe, non conſideratis diligenter ſatis Vallæ verbis, quæ carpit, turpiter ſe dedit. Vide ſis II. 10. pag. 215. & confer Vallæ de Reciproc. caput VII. & VIII. Ex hoc enim Capite Sanctius illum, qui dixerat alibi (Elegantiarum I. 13.) Comparativum ad Duo ſemper referri, quod verum eſſe oſtendimus pag. 215. refutare annititur ſuis ipſius verbis, eo quod dicto Capite ſcribat Valla, *Poſterior, quæ eadem quarta eſt cauſa*, quaſi ille *τὸ poſterior* iſtic de re

 quarti

Digitized by Google

quarti loci ſeu ordinis adhibuiſſet, & ita Comparativum ipſe retuliſſet ad plura quam *Duo*; quum Valla quatuor iſtas erroris in Reciprocorum uſu cauſas dividat in duas unius, & duas alterius generis, harumque *Priorem*, quam & *Tertiam* vocat, exponat Capite VII. at *Poſteriorem* ſcil. harum duarum, *quæ eadem Quarta eſt*, ſcil. omnium Cauſarum, cap. VIII. Adde his etiam, quæ notavi ad IV. 7. pag. 697. ſeq. & maxime quæ ad IV. 15. pag. 765. Vellem ſane, prudentius in his & modeſtius egiſſet Sanctius, nec ita ſtudioſe ac temere multa abjeciſſet, quæ ad diſcernendas explicandasque conſtructiones Verborum, *Neutrorum*, *Impersonalium*, &c. bene in Artem Grammaticam ab ipſis jam Veteribus erant inducta. Quod tamen non ita accipi velim, ac ſi vitio id illi vel cuiquam vertam, quod non mordicus tenuerit ſuperiorum præcepta, ſeu quod ea ad Genium & Uſum Linguæ Latinæ cum cura exegerit, aliaſque, quam illi dederant, rationes cauſaſque locutionum exquiſiverit, & invenerit. Qui hoc ingenio ſunt, præclare illi plerumque ſtudiis & diſciplinis, quas pertractant, mea quoque ſententia, conſulunt. Neque vero conveniret, me inſimulare alium ejus culpæ, cujus ipſe me adfinem, ſi qua ea eſſet, fateri deberem, aut ſi id gravarer, præſentibus documentis argui poſſem. Nam multa ſine dubio nove, uti nunc ſunt, & forſan etiam paradoxe, diſputata hic à me & tradita reperies, ſed quæ pleraque putem probata, ut vix hæſitationi locus ſupereſſe unus queat. De

Parti-

Digitized by Google

Participiis, ut veris Nominibus, atque ideo *Accuſativum* Caſum per ſe neutiquam regentibus in Lingua Latina, ſi quis refragetur, minime id mihi mirum, aut præter omnem exſpectationem accidet, quum in vernaculis Linguis aliter ſane ſe res habere videatur, h. e. Active illa, æque ac ipſa Verba, iſtic adhibeantur, & facile crediderim, ipſos Græcæ Latinæque antiquos Scriptores, non animadverſa conſtructionis Participiorum cum Accuſativo prorſus frequentiſſimæ natura, ſicuti id eos ſæpe & alias non feciſſe variis exemplis clariſſime, ni fallor, docui, non aliter ergo illos exiſtimaſſe, quam ab iſtis Participiis proxime hunc caſum flagitari; atque idcirco & ipſe eam σύνταξιν magis magisque illo animi ſenſu frequentaſſe. At nos hic primigeniam ſingularum conſtructionum naturam, & ſic frequentati deinceps Uſus, licet ſæpe in Abuſum degenerantis, originem ex Linguæ genio primiſque initiis eruere pro virili, & protrahere ſtuduimus, ſicuti id vere noſtri eſſe muneris, ſuſceptis hiſce partibus, judicabamus. Ea vero gratia rationem ipſam uſu vetuſtiſſimorum, Plauti, Terentii, Lucretii, Aliorumque, ſubnixam maxime adhibuimus, noſtraque Adverſaria ſeu ſcrinia noſtro modo & jure compilavimus. Ceterum effugere in his ſtudui, quantum poteſt, omnem ταυτολογίαν, & ſupervacuam verborum copiam, idque adeo, ut etiam, quando, ut à Sanctio diſſentirem, aut ejus quacunque de re ſententiam refutarem,

 viſum

viſum fuit faciendum, vix unquam tamen omnia æque Auctorum loca ab eo ſecundum iſtam ſententiam male explicita, vel ſimul ad partes unâ diſſertatione vocaverim, vel per ſingulas paginas aliter exponenda monuerim, ſed reliquerim potius pleraque Lectorum arbitrio, qui mea iſtic cum Sanctianis comparare ſuſtinuerint. Verum ita, quamvis ſæpe ſic ſatis prolixæ evaſerint Animadverſiones noſtræ, vereor tamen, ne nimis aliquando in verbis, & variis rationibus accumulandis, brevitati ſtuduerim, & ſic dum brevis eſſe laboro, obſcurior alicubi ſim factus. Quod tamen ſi quando evenit, evenit certe præter meam voluntatem & opinionem, ut qui ipſe aliis in ſcribendo nihil antiquius aut ſtudioſius commendare ſoleam, quam ut primam dent operam perſpicuitati. Atque ideo neque in his ſperem aut rear, quenquam attentum ſatis Lectorem facile uſquam prorſus adhæſurum. Vale, Benevole Lector, & novam hanc Minervæ Sanctianæ meis cum Notis editionem ſuperioribus longe locupletiorem, ac alicubi emendatiorem, benigne accipe.

AD

Digitized by Google

AD

V. C.

JACOBUM PERIZONIUM,

Humaniorum literarum Profeſſorem,

Cum Sanctii Minervam, notis & Animadverſionibus auctam, Franequeræ primum ederet.

JUno, Minerva, Venus, quarum regit altera terras,
Altera mortales non ſinit eſſe rudes;
Tertia divinis humana caleſcere flammis
Pectora, naturâ corda movente, jubet.
Arbitrium peterent quando æmula Numina formæ,
Debuerat judex juſtior eſſe Paris.
Magne PERIZONI, *quo Franica noſtra ſuperbit,*
Franica Doctorem non habitura parem,
Æquior hanc litem ſententia veſtra diremit,
Et victrix meritæ eſt palma tributa Deæ.
Arbitrii juriſque tui Natura reliquit,
Quam Tibi Divarum demeruiſſe velis.
At bene poſthabitis, quarum Venus arbitra, formis,
Et quas innumeras altera jactat opes,
Judice Te, noſtræ ceſſit victoria Divæ,
Et ſuperat binas una Minerva Deas.
Hanc colis, Hanc ornas, Hæc Te cultore renaſcens,
Altius Auguſtum tollit in aſtra caput.
Redditus eſt Latiæ tandem, Te vindice, linguæ,
Quem prope delerant barbara ſecla, nitor.
Reddita majeſtas, modò deplorata, Minervæ eſt,
Quam vix monſtrarat Sanctius eſſe Deam.
Sermonis Veneres Tibi ſe debere fatentur,
Et puræ antiqui divitiæ eloquii.
Nec tantum victrix plaudit Tibi Diva, ſed ipſa
Judicio accedunt Numina victa tuo.

Sub-

Digitized by Google

Sublatiſque odiis, olim altâ mente repoſtis,
Jungunt, Te, faciles, conciliante, manus.
Promittuntque Tibi vel dant tot munera Divæ,
Quot data Priamidæ, pactave, fama negat.
Inferior tantum poterat tua cauſſa videri,
Numina quod judex viderit ipſa Paris:
Hoc oculis etiam, vel plus, tua numina veſtris,
Si quid habet veri noſtra Camœna, dabunt.
Tres ergo ut ſpectes humano in corpore Divas,
Et referas meritis præmia digna tuis,
Dii faciant, jungenda Tibi ſit femina, dote,
Ingenio, formâ, Juno, Minerva, Venus.

CORNELIUS van ECK
J.U.D. & Profeſſor, tunc Franequeranus, nunc Ultrajectinus.

INCLYTÆ

Digitized by Google

INCLYTÆ SALMANTICENSI

ACADEMIÆ,

Matri Piiſſimæ,

FRANCISCUS SANCTIUS BROCENSIS,

Primarius Rhetorices Græcæque Linguæ Doctor,

Gaudere & bene rem gerere.

INgrati animi nota quî poſſem liberari, Mater Academia, omnium quot ſunt, quotque fuerunt, Præſtantiſſima, ſi ego hic altus & educatus, ac per annos quadraginta tuis artibus & diſciplinis exornatus, tibi nutricationis præmium non perſolviſſem? Sed quænam præmia tantæ altrici ſolviſſe queam? Exigua ſane, ſi digna tanta majeſtate munera velim offerre. At vero, quod poſſumus, libenter offerimus: Ea porro, nec me animus fallit, offerimus, quibus nullus alius aut majora aut neceſſaria magis obtulit. Dolui etenim ſemper, & non ſine lacrymis ſæpe ſum teſtatus, quum tu ſemper in cæteris diſciplinis magiſtros habueris præſtantiſſimos, Grammaticam, quæ omnium

alia-

aliarum fundamentum eſt, ita depoſitam jacuiſſe, ut nulla medicina ſublevari potuiſſe videretur. Et quum peſtis Barbariei pene totum orbem occupaverit, tu ſola hac nota inureris, & innocens apud exteros accuſaris: quaſi ullam poſſimus Academiam reperire, ubi vera, puræque Latinitatis indagatrix, Grammatica doceatur. Quotus enim quiſque eſt Grammatices Præceptor, qui Laurentium Vallam, & eum ſequutos non laudet, veneretur, exoſculetur? Hinc licebit conjectari, quales fuiſſe oporteat rivulos, qui ex tam cœnoſo turbidoque fonte defluxerunt. Nunc tu, Mater, huic tanto malo facile mederi poteris, ſi è cathedris tuis primariis, Laurentio deturbato, Minervam, quæ tibi offertur, patiaris pro illo pueris explicari. Hæc veræ Latinitatis normam tradit. Hac duce puer potuerit Poëtarum & Oratorum virentia prata ſecure perambulare: hinc Dialecticæ, quæ itidem perturbata eſt, vera principia expiſcari. Nunc igitur hoc præcipue, o Mater, eſt inter tua, quoniam inter omnes Princeps appellaris, ut literarum omnium fundamenta firma & veriſſima, te prima inſtituente, jaciantur. Nihil omnino hic novi afferimus: ſtulti vulgi ride ſermonem: ſed antiquitatem, quæ Barbarorum (Mammotretos dico, Catholicones, & Paſtranas) ſævitia jacuerat, ſublevamus, & in gradum reponimus. Hi enim quum contra Ciceronem & reliquos Latinos acerrimum bellaviſſent bellum, bonas literas longe lateque pessum dederunt. Jacebant itaque bonæ literæ, quum abhinc annis centum Antonius Nebriſſenſis hos

rebel-

rebelles conatus eſt caſtigare. Sed adeo malum hoc radices egerat altas, ut innumeris monſtris debellatis multo plura debellanda remanſerint. Quod ſi ille iterum aut ſæpius rediret, non dubito (quæ erat illius ſolertia) quin omnia facillime compoſuiſſet. Ars enim (ut præclare diſſerit D. Thomas) mutari debet, quoties intellectui melius aliquid occurrit. Itaque quod ille non potuit tunc perficere, mihi forſitan perficiendum delegavit. Qui pote? inquis. Quia dum ille in patria mea Brocis, ubi Dictionarium & Artem *adornabat, febricitans decumberet domi Marcelli Nebriſſenſis, Filii, Cruce Alcantarenſis ordinis inſigniti, ſubinde ſuſpirans, (ut Patrem meum ſæpe dicere audivi) conquerebatur,* Artem *ſibi &* Dictionarium *imperfecta relinqui. Quid ſi illud interim Virgilianum occinebat?*

Exoriare aliquis noſtris ex oſſibus ultor,
Qui face Barbatos, ferroque ſequare Perotos.

Ego certe, quaſi ille hoc mihi munus injunxiſſet, ſimul ut tibi, Matri Venerandæ, aliquo modo gratificarer, totis viribus in hanc operam incubui, ut Grammaticam addiſcentibus via brevior, planior, & fideliſſima ſterneretur. Hanc methodum ante annos aliquot non ſine præclaris experimentis divulgatam huic operi ſubjunxi. Quia Minerva tota in hoc eſt, ut regulas illas tum veras, tum facillimas, eſſe perdoceat. Invidiam vero, quum ſemper contemnere potius, quam deprecari ſtuduerim, neque placare contendo, neque cupio. Imo vero illi nunc bellum indico facioque. Qua invita

&

& renuente, Lector attentus & diligens hîc tum Veterum tum Recentiorum ſupra tria millia errorum expiſcabitur. Sunt hic innumera ſublata, quæ fruſtra erant: prava multa correcta: plurima adducta neceſſaria: ac demum quæ collapſa, & propriis ſedibus erant expulſa, reſtituuntur. Vale.

APPROBATIO.

Regii Senatus Supremi juſſu Minervam Franciſci Sanctii Brocenſis, quæ Latini Sermonis cauſas veriſſime & eruditiſſime perſequitur, diligenter perlegi, & digniſſimam judico, quæ in lucem quamprimum prodeat. Eſt enim opus, unde hujus ætatis Grammatici, (ſi tandem aliquando ſerio ſapere velint) vera, brevia, claraque præcepta diſcere poſſunt. Madriti in Gymnaſio, ubi Latina Lingua publice docetur. Pridie Kalend. Junii 1585.

El Licenciado Luys de la Cruz Vaſco.

FRAN-

Digitized by Google

FRANCISCI SANCTII MINERVA,

Sive de Proprietate Sermonis Latini,

LIBER PRIMUS.

CAPUT PRIMUM.

ARGUMENTUM.

Minervæ munera. Cauſæ Latini ſermonis inveſtigandæ. Nomina rebus impoſita conſilio, non caſu. Prima Linguæ verba ſignificabant naturam rerum. Aliarum Linguarum verba habent aliquam rationem. Ratio a Linguis minime excludenda.

MINERVAM narrat Homerus, poëtarum princeps, inter bellantium turmas Diomedi apparuiſſe, oculorumque caliginem, ut bellantes Deos ab hominibus poſſet diſcernere, diſcuſſiſſe. Quod figmentum Plato in *Alcibiade ſecundo*, pag. 150. Tom. II. nihil aliud interpretatur quam Rationem ipſam, quæ diſcuſſa caligine, qua quiſque tenetur, animum fæcibus purgat, ut mala bonave poſſit propius contemplari. Quin & ipſe Plato in *Cratylo*, pag. 406. 407. Tom. I. quum *Pallados* etymon ſcrutatur, ἀπὸ τοῦ πάλλειν καὶ πάλλεσθαι, id eſt, ab agitatione & ſaltatione, quod ſeſe, vel aliud quippiam, a terra in altum tollat, dictam exiſtimavit: Idem

A eodem

eodem loco Ἀθηνᾶν, quam nos *Minervam* dicimus, (1) Mentem agitationemque eſſe declarat. Hæc tam præclara Minervæ munera, ut ad Homerum revertamur, non cuivis revelantur, ſed Diomedi tantum, qui Διὸς μῆδος, id eſt, *Jovis cura* ſive *conſilium*, aut *deliberatio*, dici poteſt. Bonarum enim artium ſcientia (2) humani ingenii inventum non eſt, ſed ex Jovis cerebro, unde nata Minerva dicitur, in humanum uſum delapſa divinitus. Itaque niſi te totum inquiſitioni tradideris, niſi artis tuæ, quam tractas, cauſas rationeſque probe fueris perſcrutatus, crede te alienis oculis videre, alieniſque auribus audire. At invaſit multos perverſa quædam opinio, ſeu barbaries potius, in Grammatica & ſermone Latino nullas eſſe cauſas, nullamque penitus inquirendam eſſe rationem: quo figmento nihil quicquam vidi ineptius, nihilque poteſt excogitari putidius. An homo rationis particeps quicquam aget, dicet, machinabitur, ſine conſilio & ratione? Audi Philoſophos, qui nihil fieri ſine cauſa obnixe teſtantur; audi Platonem ipſum, qui nomina & verba natura conſtare affirmat, qui ſermonem eſſe a natura, non ab arte, contendit. Scio Ariſtoteleos aliter ſentire; ſed nemo diffitebitur, nomina eſſe velut

(1) *Mentem agitationemque &c.*] Nempe Platoni Ἀθηνᾶ, quaſi ἡ θεονόη, *mens divina*, vel ἠθονόη, *cogitatio morum*, dicta, & inde nomen hoc ſuum, ſed in concinniorem dein ſonum deflexum, accepiſſe videtur. At ſine dubio Ἀθηνᾶ nihil aliud, ſi originem vocis ſpectes, notavit, quam propriam Urbis, quæ Ἀθῆναι dicebatur, Deam. Hinc ergo Æliano V. H. XII. 28. Urbs illa Πόλις τῆς Ἀθηνᾶς appellatur, & paſſim apud Homerum ipſa Dea conjunctim dicitur Παλλὰς Ἀθήνη, h. e. *Pallas Athenienſis.* Nimirum & Urbs & Dea nomen habent a Terra *Attica*, dicta olim Ἀκτικὴ ab Ἀκτὴ, littus, quo ipſo nomine tota etiam regio deſignatur. Vide me ad Ælian. V. H. VI. I. 14.

(2) *Humani ingenii inventum non eſt &c.*] Revera eſt, ſed non ita, ut omnes homines ex natura ſua eam teneant, verum ut ratione, tum ſedula inveſtigatione, denique experientia ipſa eam invenerint primi, ac reliqui dein diſcendo comparatam habeant.

Digitized by Google

ut inſtrumenta rerum & notam; inſtrumentum autem cujuslibet artis ita illi arti accommodatur, ut ad alia omnia ineptum eſſe videatur; ſic terebro terebramus, & ſerra ſcindimus lignum, at lapides cuneis diſcindimus, & cunei graviſſimis malleis adiguntur. Qui igitur primi nomina rebus impoſuere, credibile eſt illos adhibito conſilio id feciſſe, & id crediderim Ariſtotelem intellexiſſe, quum dixit, ad placitum nomina ſignificare. (3) Nam qui nomina caſu facta contendunt, audaciſſimi ſunt, nimirum illi, qui univerſi mundi ſeriem & fabricam fortuito ac temere ortam perſuadere conabantur. Nomina certe & verba, rerum naturam ſignificare cum Platone aſſererem libentiſſime, ſi hoc ille tantum de primæva omnium linguarum aſſeveraſſet: ut in Geneſi cap. 2. legimus: *Formatis igitur Dominus Deus de humo cunctis animantibus terræ, & univerſis volatilibus cæli, adduxit ea ad Adam, ut videret, quid vocaret ea: omne enim, quod vocavit Adam animæ viventis, ipſum eſt nomen ejus; appellavitque Adam nominibus ſuis cuncta animantia, & univerſa volatilia cæli, & omnes beſtias terræ.* Vides in illo primo ſermone, quicunque ille fuit, nomina & etymologias rerum ab ipſa natura fuiſſe depromptas. Sed ut hoc in cæteris idiomatis aſſeverare non poſſum, ita mihi facile perſuaſerim, in omni idiomate cujuslibet nomenclaturæ reddi poſſe rationem: quæ ſi in multis eſt obſcura, non tamen propterea non inveſtiganda. Multa

(3) *Nam qui nomina caſu &c.*] Sine dubio verum eſt, quod Auctor mox ait, *cujuslibet nomenclaturæ in omni idiomate reddi poſſe rationem* aliquam, licet nobis nunc plerumque ignotam. Sed tamen illa ipſa ratio ſæpe ſita eſt in caſu & fortuito arbitrio hominum vulgarium, neque igitur naturam rerum, quæ vocabulis ſignificantur, nec aliquod prudentium Conſilium in imponendo rebus ſuo nomine, declarat aut præfert, ſed commune Vulgi aut Civitatis placitum tacite & paulatim ortum. Plura vide infra *lib.* IV. ad initium Capitis XIV. *de Homonymis.*

Digitized by Google

ta latuerunt Philoſophos, quæ Plato eruit in lucem; multa poſt eum invenit Ariſtoteles; multa ignoravit ille, quæ nunc ſunt paſſim obvia: latet enim veritas: ſed nihil pretioſius veritate. Sed dices, quî poteſt fieri, ut vera ſit nominis etymologia, ſi una eademque res variis nominibus per orbem terrarum appellatur? Dico ejuſdem rei diverſas eſſe cauſas, quarum illi hanc, nos aliam contemplamur: ſic Græci ἄνεμον, Latini *ventum* appellavere; illi ab ſpirando, (4) hi a *veniendo*. Feneſtram ἀπὸ τῦ φαίνειν deduxit Latinus,

(4) *Hi a veniendo*] Mallem a *Vehendo*, ut ita notet proprie flatum vehementiorem, *vehentem* & propellentem res, quas aſſequitur. Certe Germanos facile quis crediderit formaſſe ex eo ſuum *vvehen*, pro quo Belgæ *vveyen*, vel, ut nunc ſcribimus, *vvaeyen*; Unde *vvind* vel *vvend*, quaſi *Wehende*. Sed forſan horum æque ac *Venti* origo non ex Latino ſermone, ſed Græco petenda eſt, ut fecit Angelus Caninius, & primitus quidem ab eodem vocabulo, unde ἄνεμος deducitur, h. e. ab ἄω, *ſpiro*. Hinc etiam Particip. ἀεὶς, ἀέντος, & dein ἀήτης & ἀήτη, *ſpiritus*, *ventus*. Heſiod. Ἐργ. v. 645.

Εἰκ' ἄνεμοί γε κακοὺς ἀπέχωσιν ἀῆται.

Si venti abſtinuerunt noxios flatus. & v. 675. νότοιο δεινὰς ἀήτας. *Noti graves flatus.* Atque ita *Maleventum*, pro quo poſtea dixerunt εὐφημίας gratia *Beneventum*, formarunt Latini ex Græco Μαλόεις, μαλόεντος. Vide Salmaſium ad Solinum, p. 64. b. Forſan ab eadem origine repetendus etiam *Venter*, ut in quo laxius ſumpto fit; vel certe ſentitur maxime, reſpiratio. Nam quæ ab ἐν & ἔντερον, unde ceteroqui ſpecioſe prorſus Viri Docti derivant *ventrem*, acceperunt Latini, in iis τὸ E mutatur in I. Ἐν, *In*, ἐντὸς, *Intus*, ἔντερα *inteſtina*: niſi ſi quæ vel integra, vel ſerius, in Linguam Latinam ſunt recepta, veluti *dyſenteria*, *exenterare*. In quibus ipſis nullum tamen reperitur veſtigium *Ventris* ab ἔντερον formati. Nam ſi hoc *Ventris* nomen eſſet proprie idem, quod ἔντερον, & ex eo formatum, dixiſſent Latini etiam *eventrare* pro *exenterare*. Ceterum in hoc etymo *venti*, & forſan *ventris*, præciditur per Apocopen litera A, ut ſæpe fit in derivationibus. Vide Voſſium de *permutatione Literarum*. Et ita prius fuiſſet *Aventus*, litera V, ut ſolet, inter duas vocales interpoſita, unde forſan *Aventinus* mons, quaſi vento expoſitus, niſi ab *Avente* fluvio, ut vult Varro apud Servium, vel ab *Avibus*, aut *Avere*, quis malit eum derivare, quia iſtic auſpiciis operam dabant. Nam quod ab Aventino

Digitized by Google

tinus, *ventana* a noſtris dicitur, Luſitanis *janella*, quaſi parva janua. Præterea multa traxit Latinus a Græcis, quorum Græci reddent rationem: ridendi enim ſunt, qui in ſuo idiomate alieni nominis rationem ſcrutantur; (5) ut qui *petram*, quod pedibus teratur, aut pedem terat; & *lapidem* a labando, ſive a pede lædendo deducunt; quum utrumque ſit a Græcis **πέτρα ϗ λᾶς**. Non igitur dubium eſt, quin rerum omnium, etiam vocum, reddenda ſit ratio: quam ſi ignoraverimus rogati, fateamur potius nos neſcire, quam nullam eſſe conſtanter affirmemus. Scio Cæſarem Scaligerum de Cauſis linguæ Latinæ cap. 67. &c. aliter ſentire; ſed hæc vera ratio eſt. Hæc tam multa invitus congeſſi contra moroſos quoſdam, qui, quum

ventino Rege deducitur hoc Nomen, id vero fabuloſum mihi certe videtur.

(5) *Ut qui petram &c.*] Apprime his conveniunt, quæ ex Varrone A. Gellius adfert *Noct. Att.* l. 18. *In quo*, ait Varro, L. Æ*lius noſter literis ornatiſſimus memoria noſtra erravit aliquoties. Nam aliquot verborum antiquorum Græcorum, proinde atque eſſent propria noſtra, reddidit cauſas falſas. Non enim* Leporem *dicimus, ut ait, quod eſt levipes, ſed quod eſt vocabulum antiquum Græcum. Multa enim vetera illorum ignorantur, quod pro iis, aliis nunc vocabulis utantur: &* *illorum eſſe plerique ignorent* Græcum, *quod nunc nominant* Ἕλληνα: puteum, *quod vocant* φρέαρ: leporem, quod λαγωὸν *dicunt*. Ridiculus hic eſt Phil. ille Carolus, qui *hoc loco exiſtimatum eſſe* queritur, *leporem* ἀπὸ τοῦ λαγωοῦ *potius, quam a levitate pedum nomen inveniſſe*: eaque occaſione invehitur in *hæreſin literatorum quorundam, qui opinantur Latina pleraque vocabula Græcis accepta referenda*. Atqui hoc ipſum voluit utique Varro, & veriſſimum eſt, ſicuti contra ineptiſſimum eſt, quod tuetur Carolus, *leporem a levitate pedum* dictum: ſed & inſcitum prorſus, quod hoc loco vel Varronem, vel quemcunque alium, *leporem* ἀπὸ τοῦ λαγωοῦ derivare ait, quum is nihil aliud dicat, quam hanc cauſam eſſe, quare *leporis* etymon non quæſiverit Ælius in Græca lingua, quod Græci non amplius uterentur antiquo illo vocabulo, unde ſuum ſumſerunt Latini, ſed pro eo tunc jam λαγωὸν dicerent. Antiquum autem illud, quo priores Græci, & maxime Æoles, ſunt uſi, λέπορις fuiſſe tradit lib. III. *de Re Ruſt.*

quum in Grammatica rationem explodant, teſtimonia tantum Doctorum efflagitant. An non legerunt Quinctilianum, lib. I. cap. 6. init. qui *ſermonem conſtare ratione, vetuſtate, autoritate, conſuetudine*, ſcripſit. Ille igitur non Rationem excludit, ſed in præcipuis enumerat; quaſi vero Laurentius, & alii Grammatici, ſuarum etiam ineptiarum non ſtatim conentur adhibere rationes, quales quales ipſæ ſint. (6) Uſus porro ſine

(6) *Uſus porro &c.*] Sæpe tamen Uſus ab Analogia & omni Ratione recedere deprehenditur, quoniam antiquiſſimis temporibus Romani Grammaticam rationem ſuæ linguæ ignorabant: Uſus autem ſæpe forte fortuna, & ex inconſiderata vulgi libidine oriebatur, atque ita Rationi prævalebat. Quando Comici dicunt *Nemo homo*, a ratione illud certe eſt alienum, ſiquidem in τῷ *Nemo* jam expreſſum eſt τὸ *Homo*. Sic quum *deorſum* dici credatur brevius pro *devorſum*, parum accurate Cl. Quadrigarius apud Gellium IX. 1. *Deorſum verſum mitti* ait. Denique cum quis *gratulari* amico dicitur de re, quæ ei proſpere evenerit, non alia eſt ejus locutionis & ſyntaxeos ratio ac ſignificatio, quam, pro amico & propter amicum gratias agere Diis. Non ergo huic rationi attendunt, ſed uſui, qui ipſos *Deos gratulantes* inducunt. Veluti Phædr. *fab.* 69. dum *Herculem cælo receptum perſalutaſſe* memorat *gratulantes Deos*. Auctor *Biblioth. Univerſ.* Joh. Clericus, qui Anno 1687. quo primum meis cum Notis hæc *Sanctii Minerva* prodiit, eam quoque recenſuit, tria hæc exempla uſus ab analogia deflectentis commemorat, ſed poſtremum in controverſiam vocat hac ratione, quod *gratulari amico* nihil aliud notet, quam *dicere amico, gratum ſeu jucundum ſibi eſſe, quod ipſi evenerit*; eam autem ſignificationem non probat, ſed ait ſuo more tantum, *nihil eam habere, quod non ſit plane conſonum analogiæ & rationi.* At vero quum Analogia ſignificationis nihil ſit aliud, quam ſimilitudo quædam inter ſignificationem ſecundariam & primitivam, ex qua illa, recta & commoda quadam tranſlatione, ſit orta, ſequitur Analogiam hanc conſtitui non poſſe, niſi prius eruta & probata ſit primitiva vocis ſignificatio. Atque ideo debuiſſet ille probaſſe, *Gratulari* primitus & proprie notare, *dicere aliquid ſibi gratum eſſe*, & porro oſtendiſſe, ex hac ſignificatione deduci poſſe juſta analogia omnes dein alias ejuſdem Verbi. Quod quum non fecerit, concidat neceſſe eſt omnis illius oppoſitio. Adde jam, falſum etiam eſſe, quod ita ſimpliciter affirmat. Siquidem *Gratari* & *Gratulari* proprie notat *gratias agere*, ut jam oſten-

Digitized by Google

ne ratione non movetur; alioqui abuſus, non uſus, dicendus erit: auctoritas vero ab uſu ſumpſit incrementum; nam ſi ab uſu recedat, auctoritas nulla eſt: unde Cicero Cœlium & M. Antonium reprehendit, qui ſuo arbitratu, non ex uſu, loquerentur: *Nihil autem poteſt eſſe diuturnum*, ut inquit Curtius lib. IV. *cui non ſubeſt ratio.* Reliquum eſt igitur, ut omnium

oſtendit dudum Vir Summus in arte critica, Joh. Fred. Gronovius *Obſervat. II.* 19. qui etiam inde repetit omnes alias hujus Verbi ſignificationes. Atque ita, præter loca antiquiſſimorum Scriptorum ex Nonio & aliunde ab illo iſtic allata, etiam Scipio Afric. prior apud Gellium *Noct. Att.* IV. 18. *Eamus Jovi O. M. gratulatum.* Hinc *Gratulationes*: Cicero *Verr.* V. *Quod in precibus ac gratulationibus non ſolum id* (ſimulacrum Herculis) *venerari, ſed & oſculari ſolent*, h. e. quando aliquid rogabant Herculem, vel ei gratias agebant. Sed & κατ' ἐξοχὴν ea Vox notat Sacra, quibus gratiæ publicæ Diis agebantur ob rem bene geſtam. Cicero *Famil.* XI. 18. *Gratulationem tuo nomine ad omnia Deorum templa fecimus. Catil.* IV. 10. *Ceteris bene geſtæ, mihi uni conſervatæ Reip. gratulationem decreviſtis*, ſcil. Diis faciendam. Hæc ergo primitiva eſt Verbi ſignificatio. Et hinc jam reliquæ deduci debent, ac poſſunt commodiſſime. Sic enim abſolute *Gratulari* apud Sueton. *Tiber.* 60. *Gratulanti inter pœnam, quod non & locuſtam obtuliſſet*, h. e. Diis gratias agenti. Et ſic paſſim. Hinc jam *gratulari ſibi*, Cic. *Famil.* III. 11. & IV. 11. eſt, non *dicere ſibi, gratum hoc ſibi eſſe*, ſed *gratias agere Diis ſuo ipſius nomine.* Et *gratulari Amico*, gratias agere diis *Amici nomine.* Dicet quis forſan, quando *gratulamur alteri*, tunc tamen revera dicimus ei, nobis gratam & jucundam accidere ipſius bonam fortunam: at vero recidit quidem eo ſenſus locutionis, quæ & cauſa iſtius abuſus apud Phædrum, ſed non proprie & directe illud notat, quæ probe, in indaganda ſignificationis analogia, ſunt diſtinguenda. Sic ex. gr. nemo eſt, qui non intelligat ex Uſu Linguæ ſenſum ☩ *Refert, id mea minime refert, magni refert*; at pauciſſimi, qui eorum rationem & veram ac proximam ſignificationem norint. Nec enim proxime id ſignificant, quo breviter ea interpretari ſolemus, licet is tamen ſit ſenſus. Vide me infra ad III. 5. *de Verbis Subſtantivis.* Ceterum de Uſu in Abuſum degenerante per cauſam non animadverſæ Analogiæ, ſæpius & pluribus egi infra. Vide *Indicem* in V. *Uſus.* Recte tamen Sanctius omnium rationem etiam in lingua, præſertim Latina, cenſuit indagandam, id quod & præclare præſtitit.

Digitized by Google

nium rerum ratio primum adhibeatur, tum deinde, ſi fieri poterit, accedant teſtimonia, ut res ex optima fiat illuſtrior. Quæ cauſa fuit, ut has noſtras vigilias, *Minerva*, ſeu *de cauſis linguæ Latinæ*, inſcriberemus; quia cujuslibet quæſtionis cauſas & vera principia eruere conamur; improbantes cum Cicerone II. de Nat. Deorum, Pythagoricum illud, *Ipſe dixit*. At *de linguæ Latinæ cauſis* jam ſcripſerat Cæſar Scaliger; quem quia in multis ſequor, nonnunquam tamen ab eo diſſentiens, titulum non abjiciendum putavi. Et Auguſtinus Saturnius ſuas acutiſſimas diſſertationes in Grammatica *Mercurium* vocavit; quem quia minus aliquando probamus, Minervam illi fidum monitorem adhibemus.

Cap. II.

Grammaticorum ſine ratione nullam eſſe auctoritatem. Grammaticam non dividi in Hiſtoricen & Methodicen; illam non eſſe partem Grammaticæ. Quis ſit perfectus Grammaticus. Nec dividi Grammaticam in Orthographiam, Proſodiam, Etymologiam, Syntaxin. Hanc eſſe Finem Grammaticæ. Grammaticæ definitio. Artes ſermonem perficientes. Partes orationis enumerantur. Pronomen, & Interjectio excluduntur.

Quoniam res, de qua agimus, ratione primum, deinde teſtimoniis & uſu, eſt comprobanda, nemo mirari debet, ſi magnos interdum viros non ſequamur; nam quantacunque auctoritate mihi Grammaticus polleat, niſi ratione propoſitiſque exemplis, quod dixerit, confirmaverit, nullam in re præſertim grammatica fidem faciet. *Grammatici* enim, ut inquit Seneca Epiſt. 95. *ſermonis Latini cuſtodes ſunt*, non auctores. (1) Neque ſexcentorum Grammaticorum auctoritas

(1) *Neque ſexcentorum &c.*] Prorſus aſſentior Doctiſſ. Sanctio, non auctoritate Grammaticorum, ſed ratione & uſu; ſeu

Digitized by Google

ctoritas mihi perſuadebit, (Vide infra lib. III. cap. 3. in

ſeu propoſitis exemplis ; probandam eſſe Latinam dictionem. Sciendum tamen eſt & illud, multo facilius eam probari, & certius affirmari, quam negari & rejici. Vel hæ ipſæ locutiones, quas Sanctius ſibi numquam neque à ſexcentis Grammaticis perſuaſum iri affirmat, ſi non earum ipſarum, certe ſimilium tamen, Uſu, & deinde Ratione, adſeri ſatis ſuperque queant. Etenim ſi quis dicat, *Vapulo a Præceptore*, *Exſulo a Prætore*, in utraque locutione Rationem, quæ eadem utrobique, in priore (Vide infra III. 3. in voce *Vapulo*, & ibi Scioppium) etiam Uſum habebit ſibi adſtipulantem, in poſteriore vero Ratio tantum non potuit, ut eam Uſus admitteret, quia duriſſima eſt, cujuſmodi locutiones Uſus averſatur. Ceteroquin enim *ab aliquo vapulare* ſeu *exſulare*, idem eſt, ac ſi dicas, *opera alicujus vapulare & exſulare*, ſeu *a parte alicuius*, (ſicuti Auctor ipſe lib. III. c. 4. τὸ *A* exponit) proficiſci id, quod τοῖς *vapulare* & *exſulare* ſignificatur. Et quid quæſo diſcriminis, quod ad Rationem, inter iſta, & hæc, Livii I. 1. *Æneam ab ſimili clade domo profugum.* Cicer. *Famil. IX.* 16. *Levior eſt plaga ab amico, quam a debitore.* Quidni eodem modo, *levius eſt vapulare ab amico &c.* ? Somn. *Scip.* c. 8. *Nec unquam ab alio renaſcetur.* Sall. *Jug.* 17. *Niſi qui ferro, aut a beſtiis interiere.* Quibus paria, quæ Auctor & Scioppius d. l. congeſſerunt: *Quis nolit ab iſto enſe mori; Infeſto ne vir ab hoſte cadat: Caput a Sole dolet, &c.* Nihil ergo cauſæ, quare τὸ *Vapulare ab aliquo*, cum & Ratio & Uſus id ferat, ita plane repudiet Sanctius. Sed neque idoneam video rationem, quamobrem rejiciat prorſus, tanquam minime Latinum, *Ego amo Deum*, quum & ſignificatio & ſyntaxis verborum, quod ad Rationem & Uſum, phraſin illam approbare utique videatur. Sicuti enim Dii vel Deus paſſim a Latinis ſcriptoribus *amare* dicitur *homines*, ut vel ex jurisjurandi formula, *ita me Deus amet*, perſpicuum eſt: quidni eodem modo homo viciſſim recte dicatur *amare Deum*, æque ac parentes ſuos, & ipſas virtutes, quæ in hominibus ſunt quaſi quædam imagines Dei? Cicero certe *Famil.* IX. 22. *Amo verecundiam* ait, & I. 7. *Quam magnitudinem animi tui ſemper ſum admiratus, ſemper amavi.* IX. 16. *Amavi amorem tuum.* Quid ergo? An ratio Sanctii petenda erit ex iis, quæ tradit *lib.* IV. cap. 3. *de Ellipſi*, in *Regulis generalibus.* Nempe *in Primis* (ait iſtic) *& Secundis Perſonis ruſtice, niſi diſcretionis, aut alia impellente cauſa, apponitur ſuppoſitum,* & proinde *rectius ſubticetur.* Non itaque rejiceret τὸ *Amare Deum*, ſed τὸ *Ego amo Deum.* Verumtamen neque hæc locutio rejicula ipſi ſimplici-

Digitized by Google

in verbo *Vapulo.*) ut *vapulo a præceptore*, *exſulo a Prætore*, &, *ego amo Deum*, & alia hujuſmodi, Latine dicantur. Unde illud veriſſimum eſt, quod Paulus tradit Leg. 1. de Reg. jur. *Regula eſt, quæ rem, quæ eſt, breviter enarrat; non ut ex regula jus ſumatur, ſed ex jure, quod eſt, regula fiat.* Quare extirpanda eſt conſuetudo, quæ legem habeat reclamantem, quæ potius corruptela vocanda eſt, ut paſſim tradunt Juris conſulti: neque enim, quæ barbaries admiſit, fovenda ſunt, ſed quæ pervertit, vindicanda. Quare jam nemo mihi turbam Grammaticorum aliter præcipientium opponat: nam tantum cuique credendum eſt, quantum ratione comprobaverit. Cicero ad Attic. lib. VII. epiſt. 3. etiam aliquando circa Grammaticam ab Attico reprehenſus, primum ratione, deinde

ter eſſe poteſt, ſed tum demum, ſi nulla adſit τῦ *Ego* exprimendi cauſa, quod proinde & hic, ſi ita ſenſiſſet, declarare debuiſſet, ut poſſet intelligi. Nam quamplurimæ ceteroqui dantur cauſæ, quibus recte τὸ *Ego* adhibeas cum ſuis Verbis. Non poſſum itaque mihi perſuadere, id Auctorem noſtrum hic reſpexiſſe, aut voluiſſe, & tanto quidem minus, quia infra *lib.* III. *cap.* 2. circa finem diſerte rejicit non tantum illud, *Ego amo Deum*, ſed & hoc, *Deus amatur a me.* Videtur ergo prorſus totam repudiare phraſin, quaſi τὸ *Amare* quid notet, quod infra majeſtatem Dei ſit, nec Hominis ad Deum relationi conveniat. Sed tamen quum illud Verbum in Lingua Latina non brutum modo affectum & cum libidine conjunctum, ſed & purum ac honeſtum ſignificet, quo magni facimus & veneramur alios, nihil video rationis, quare non *Homo* quoque recte dicatur *amare Deum*, æque ac *Deus Hominem*: & *Pater Filium* æque ac *Filius Patrem*, immo & *Canis Dominum* apud Ciceron. de *Nat. Deor.* II. 63. qui & *pro Flacco* cap. 38. *nimiam pietatem & ſummum Amorem in Patriam* conjunctim tanquam Synonyma memorat. Sed & quum recte dicamus *amare virtutes aliorum hominum*, quidni & *virtutes Dei?* Eas autem *amare* eſt idem, quod *amare* ipſum *Deum.* Certe in S. Script. paſſim Homo jubetur *amare*, ἀγαπᾶν & φιλεῖν, *Deum*, æque ac *Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.* Vide & omnino, quæ attuli infra III. 2. 7. ubi phraſin hanc *Amo Deum* ex Plauto & Seneca diſertiſſime probavi.

Digitized by Google

inde antiquorum teſtimoniis, ſe defendit. Non igitur mirandum eſt, ſi Quinctiliano lib. I. cap. 4. & 9. non aſſentiar, qui Grammaticam in *Hiſtoricen*, & *Methodicen* diviſit, quam diviſionem deinceps Grammatici mordicus tenuerunt: Verum intereſt philoſophi, placitis humanis anteponere rationem. Eam (2) opinor vocavit *Hiſtoricen*, quæ omne Scriptorum genus excutit; quæ nec citra Muſicen poteſt eſſe perfecta, nec ſi rationem ſyderum ignoret; quæ neque ſit ignara Philoſophiæ, cui Eloquentia quoque non deſit. Omnes igitur diſciplinas huic Grammaticæ ſubjicit. Ubinam gentium ea Grammatica eſt? Quis eam conſcripſit? Unde hanc reginam artium petemus? Vulgi errorem ſequutus eſt Quinctilianus; dicebantur enim quondam Grammatici vulgo, qui primis rudimentis pueros inſtituebant, & eis poëtas enarrabant: quo in munere ſubeundo adhibebant, præter Grammaticam, variarum artium cognitionem: neque tamen vulgus intelligebat doctorem illum Muſicæ, Aſtrologiæ, Philoſophiæ eſſe peritum. Mihi perfectus abſolutuſque Grammaticus eſt ille, qui in Ciceronis vel Virgilii libris intelligit, quæ dictio ſit Nomen, quæ Verbum, & cætera, quæ ad ſolam Grammaticam ſpectant, (3) etiamſi ſenſum verborum non intelligat: eſt enim oratorum & poëtarum lectio variis artibus referta, quas ſi magiſter iſte callet, jam non grammaticus dicendus eſt, ſed dum explanat Aſtrologiam, aſtrologus; dum Hiſtoriam, hiſtoricus; dum præcepta Eloquentiæ, rhetor.

(2) *Opinor.*] Neſcio, quare *Opinor* dicat, quum diſerte Quinctilianus I. 9. *Hiſtoricen* vocet eam, quæ in *enarratione Auctorum* conſiſtit & Sanctius ſequentia hujus periodi de hac Grammatices parte ex illius cap. 4. deſcripſerit.

(3) *Etiamſi ſenſum &c.*] Debuiſſet, ni fallor, dixiſſe, *Etiamſi ſenſus Grammatici veritatem aut rationem non perſpiciat.* Nam ſenſus ſimplex ſeu Grammaticus cognoſcitur ex ratione & conſtructione Grammatica; at ejus veritas ex aliis ſcientiis.

Digitized by Google

tor. Verbi cauſa, *Omnis triangulus habet tres angulos æquales duobus rectis.* Hic Grammaticus explicabit grammaticam, doctrinam vero nonniſi Mathematicus. Quem deinde Grammaticum dabis, qui ſe expediat ab illo Davidico, Pſal. 67. *Rex virtutum dilecti dilecti, & ſpeciei domus dividere ſpolia. Si dormiatis inter medios cleros, pennæ columbæ deargentatæ, & poſteriora dorſi ejus in pallore auri.* (4) Sed quid in refellendo Quinctiliano fruſtra operam conſumimus, quum ipſe ſe ſuo gladio confodiat?

(4) *Sed quid in refellendo &c.*] Fruſtra ſane opera ponitur in refellendo Quinctiliano, cui neutiquam peculiaris fuit hæc ſententia, quæ *Grammaticen* extendit ad facultatem Scriptores omne genus excutiendi & interpretandi. Secutus enim eſt inveteratum jam apud Græcos Latinoſque uſum, cum in vocabuli ſignificatione, tum in munere Grammaticis aſſignando. Ipſe Cicero lib. I. *de Oratore*, ſingularum artium munia percenſens, *In Grammaticis*, ait, *Poëtarum pertractatio, Hiſtoriarum cognitio, verborum interpretatio, pronunciandi quidam ſonus.* Idem lib. I. *de Divin. Grammaticos Poëtarum interpretes* appellat. Et hinc Imp. Tiberius, qui maxime curabat notitiam Hiſtoriæ fabularis, *Grammaticos*, dicitur a Sueton. cap. 70. *ejuſmodi fere quæſtionibus, quæ mater Hecubæ, quid Sirenes cantaverint, experiri*, ſatis ſane inepte, *ſolitus.* Immo adeo hæc vera, ut quæ ſola *Grammaticum* ex ſententia Sanctii abſolvunt, olim fere a Grammaticis fuerint ſejuncta, nec tam ad eos pertinuerint, quam ad illos, quos Græci *Γραμματιστὰς*, Latini *Literatores* vocabant. V. Sueton. de *ill. Gramm. cap.* 4. Atque hinc in Hiſtoria Auguſta paſſim dicitur quis in pueritia uſus primum hoc vel illo *literatore*, aliis vero deinceps *Grammaticis*; Immo in jure Civili *Grammaticis* æque ac aliis Profeſſoribus indulta fuit immunitas, non item illis, qui primis literis pueros imbuunt, qua de re Vowerius *Polymath. cap.* 4. Verum quidem, vocabulum *Grammatices* a primis illis literis formatum, & antiquiſſimis temporibus illas quoque ad Grammaticorum curam vel maxime pertinuiſſe, immo inde Grammatices ſtudia cœpiſſe; & forte etiam iſtic quondam deſiiſſe. Sed neque id ignoravit Quinctilianus, ut qui diſerte tradit II. 1. Grammaticen *ab illa appellationis ſuæ paupertate, intra quam primi conſtiterunt, tantum* ſuo tempore *provectam*, ut ea omnia complectatur, quæ lib. I. c. 4. expoſuit, quæque hoc loco, ubi *ſuum cuique profeſſioni modum* vult *dare*, tamen illis relinquit, conqueſtus tantum, quod ea quoque invadant, quæ proprie & ſolorum debebant eſſe Rheto-

rum.

confodiat? Queritur enim in principio libri ſecundi cap. 1. *Grammaticos alienas ſedes occupaſſe*: deinde ſubdit ibidem: *Nos ſuum cuique profeſſioni modum demus. Et Grammatica (quam in Latinum transferentes, Literaturam vocaverunt) fines ſuos norit: præſertim tantum ab hac appellationis ſuæ paupertate, intra quam primi illi conſtitere, provecta.* Hanc Quinctiliani ſententiam valde probo: & cum doctiſſimis viris hoc teneo, *Artium uſum conjunctum eſſe oportere; artes vero ipſas ſeparatim tradendas.*

Alii vero dividunt Grammaticam in literam, ſyllabam, dictionem, & orationem; ſive quod idem eſt, in orthographiam, proſodiam, etymolegiam, & ſyntaxin. Sed (5) Oratio ſive Syntaxis eſt Finis Grammaticæ; ergo non Pars illius; nam ut inquit Cicero,

rum, ſcil. proſopopœias, & ſuaſorias declamationes. Hoc eſt, quod dicit illos *alienas ſedes occupaſſe*, quodque eos intra *ſuum profeſſionis modum* continere ſe jubet. Neutiquam vero iſtis verbis a priore ſententia recedit, aut *ſuo ſe gladio confodit*, quod ait Sanctius. Sed & ex hoc uſu, quo Grammaticis jam ante tempora Quinctiliani tribuebatur utrumque, & *rationem loquendi docere, & enarrare Auctores*, orta eſt diſtinctio hæc Grammatices in *Methodicen*, quæ prius reſpicit munus, & *Hiſtoricen*, quæ poſterius, ut ipſe Quinctil. tradit I. 9. Si tamen vera volumus, iſta ſignificatio vocis *Grammatici*, & hoc munus *enarrandi* quoslibet *auctores*, non eſt proprium Grammatico, ſed poſtea ad eum acceſſit: atque adeo illa Μεθοδικὴ, etiam ſola, conſtituit & abſolvit *Grammaticum* proprie dictum; altera vero; Ἱστορικὴ, ornat eum, & diſtinguit ab jejuno *Grammatiſta*; quæ tamen *diſtinctio* ſemel recepta ita invaluit dein, ut tempore Quinctiliani, publico loquendi uſu, *Grammaticus* non diceretur, niſi qui iſtam Ἱστορικὴν quoque profiteretur, æque ac τὰ γράμματα, & *literæ*, notabant tunc etiam Eruditionem variam. Vide & Voſſium *de Arte Grammat. lib.* I. Capp. 1. 5. & 6.

(5) *Oratio ſive Syntaxis eſt Finis Grammaticæ &c.*] Diverſa hæc ſunt. Oratio quippe conficitur Syntaxi Grammaticâ: atque adeo illa eſt *Finis*, at Syntaxis *Pars Grammaticæ*. Hæc enim inter res, quas tradit, etiam Syntaxin nos docet, &, ut ipſe Auctor mox pag. ſeq. loquitur, *Solæciſmos & Barbariſmos expellit ab oratione.* Nulla certe alia eſt Ars, quæ nos doceat

Digitized by Google

ro, lib. V. de Finibus: *Aliud eſt pars, aliud artis finis: quia nulla ars in ſe verſatur.* Sic enim aliud eſt grammatica, aliud grammaticæ finis, & ſcopus, ſeu, quod Græce dicitur ὑποκείμενον. Tum deinde litera pars eſt ſyllabæ, ſyllaba dictionis, & dictiones ipſæ partes orationis; non igitur partes grammaticæ: & cujuſcunque rei pars alius rei eſſe non poteſt. Nos autem omiſſa Grammaticæ diviſione (quoniam nulla ſatis commoda occurrebat) ſic ſumus exorſi: *Grammatica eſt ars recte loquendi.* Cum *Artem* dico, diſciplinam intelligo; eſt enim Diſciplina ſcientia acquiſita in diſcente. Addidi deinde, *Cujus finis eſt congruens oratio.* Hæc oratio conſtat ex vocibus vel dictionibus; voces rurſus ex ſyllabis; ſyllabæ ex literis; & quia ultra non progredimur dividendo, vocamus Literam *individui ſoni comprehenſionem.* Dividimus igitur Orationem in voces ſeu dictiones, & has vocamus *Partes orationis*: in quibus tanta eſt inconſtantia Grammaticorum, ut nihil certi nobis adhuc potuerint conſtituere. Varro duas ponit, deinde ex ſententia Dionis tres: unam, quæ adſignificat caſus; alteram, quæ tempora; tertiam, quæ neutrum. *De his*, inquit 7. linguæ Lat. pag. 86. *Ariſtoteles duas partes orationis eſſe dicit, Vocabula, & Verba, ut homo & equus, Et, legit & currit.* Et eodem libro pag. 93. *Quod ad partes ſingulas orationis, deinceps dicam, quarum vis, quoniam ſunt diviſiones plures, nunc ponam potiſſimum, in quæ dividitur. Oratio ſecunda, ut natura, in quatuor partes: unam, quæ habet caſus: alteram, quæ habet tempora: tertiam, quæ habet neutrum: & quartam, in qua eſt utrumque.* Sed is poſtea dividit primam in provocabula, ut *quis*: in vocabula, ut *ſcutum*: in nomina, ut *Romulus*: in pronomina, ut *hic*: & ſtatim ſubdit; *Duo media dicuntur nomina; prima,* &

doceat Nominum & Verborum Concordiam, & Conſtructionem, hoc eſt, Syntaxin.

Digitized by Google

& extrema, *articuli* : hactenus Varro. Quinctilianus Lib. I. c. 4. oſtendit ab Ariſtarcho (quem frequenter ſequitur Varro) octo partes eſſe factas ; ſed idem Quinctilianus ad undecim uſque progreſſum fuiſſe oſtendit, & has recenſet : *Nomen*, *Appellationem*, *Articulum*, *Pronomen*, *Verbum*, *Participium*, *Adverbium*, *Conjunctionem*, *Præpoſitionem*, (6) *Aſſeverationem*, *Attrectationem*. Servius item undecim agnoſcit. Nebriſſenſis cum octo primum conſtituiſſet, addidit in conſtructione *Gerundia*, ut ipſe vocat, & *Supina* ; quod & ab aliis accepiſſe teſtatur. Hic ego veſtram fidem compello, Defenſores errorum, qui omnia conturbari a me dicitis ; quid ſentitis ? quid ſtatuendum inter tot veterum & recentiorum tenebras judicatis ? Audite igitur Minervam. Creavit Deus hominem rationis participem, cui, quia ſociabilem eſſe voluit, magno pro munere dedit ſermonem. Sermoni autem perficiendo tres opifices adhibuit. Prima eſt *Grammatica*, quæ ab oratione Solœciſmos & Barbariſmos expellit. Secunda *Dialectica*, quæ in ſermonis veritate verſatur. Tertia *Rhetorica*, quæ ornatum ſermonis tantum exquirit. Cum igitur Oratio ſit Finis Grammatici, excutiamus, ex quibus hæc oratio poſſit conſtitui, ita ut nihil ſit, quod per orationem non poſſimus enunciare. Sunt autem hæc tria, *nomen*, *verbum*, *particulæ*. Nam apud Hebræos tres ſunt partes orationis, nomen, verbum, & dictio conſignificans. Arabes quoque has tantum tres orationis partes habent : *Pheal*, verbum ; *Iſmî*, nomen ; *Herph*, dictionem : quas tres partes orationis omnes linguæ Orientales habent. Rabbinus ille, qui contra

(6) *Aſſeverationem &c.*] Aſſeverationis exemplum adfert Quinctilianus *Heu*, ſicuti Attrectationis *Faſciatim*, ſed adjicit, *ſibi ea non approbari*. Non video etiam, quare *Heu* adſcribatur Aſſeverationi. An voluit *Eu*; vel *Euge*, vulgo, atque ideo & Comicis, in approbando ac applaudendo vel ſibi, vel aliis, uſitata ?

Digitized by Google

contra Coſdram regem Perſarum diſputat, omnes linguas ab Hebraica originem duxiſſe contendit, & Græcam & Latinam olim tantum tres orationis partes habuiſſe. Idem ſentit Plutarchus in *Quæſtion. Platonicis*: & D. Auguſtinus in *Categoriis* ex Ariſtotelis ſententia tres partes orationis conſtituit. Quorum ſententiam ut veriſſimam approbantes, perſpicuitatis tamen gratia ex Platone ſic diſputamus. Inquit enim ille Lib. *de Ente*.

Quicquid enuntiatur, aut eſt permanens, ut Arbor, Durum; aut fluens, ut Currit, Dormit. Res permanentes ſive conſtantes vocamus, quarum natura diu perſtat: harum notam Nomen *dixere. Fluentes dicimus, quarum natura eſt, eſſe tamdiu, quamdiu fiunt. Harum nota* Verbum *eſt. Rurſus verbis & nominibus deerat modus, per quem cauſarum ratio explicaretur. Hic in Nominibus dicitur* Præpoſitio: *ut*, verſatur in tenebris propter ignorantiam. *In Verbis eſt* Adverbium: *Nam ſi qualitatem innuas, dices*; bene currit: *ſi tempus*; hodie legam. *Poſtremo orationes ipſæ inter ſe indigebant ligaturis; quare* Conjunctio *fuit excogitata.* Hæc Plato. *Participium* autem Nomen eſt, (vide infra c. 15.) ſed habet a Verbo temporis adſignificationem, & conſtructionem. Diogenes Laertius in *vita Zenonis* has quinque enumerat partes; *Nomen, Appellationem, Verbum, Conjunctionem, Articulum.* Nomen, ut Socrates; Appellationem, ut Conſul. Præterea quum res omnes conſtent ex materia & forma, oratio itidem conſtabit; nam *in Verbis*, ut inquit Fabius lib. I. c. 4. *vis eſt ſermonis, ut in Nominibus, materia; quia alterum eſt, quod loquimur: alterum, de quo loquimur.*

Interjectionem non eſſe partem orationis, ſic oſtendo: Quod naturale eſt, idem eſt apud omnes: ſed gemitus & ſigna lætitiæ idem ſunt apud omnes: ſunt igitur naturales. Si vero naturales, non ſunt partes orationis. Nam eæ partes, ſecundum Ariſtotelem, *ex inſtituto, non natura*, debent conſtare. Interjectionem Græci

Græci Adverbiis adnumerant, (7) ſed falſo. Nam neque voces Latinæ aut Græcæ ſunt, etiam ſi Latinis aut Græcis literis ſcribantur; ſed ſigna triſtitiæ, aut lætitiæ, qualia in avibus, aut quadrupedibus, quibus tamen nec vocem, nec orationem, concedimus. Vide Adagium, *Ne my quidem*; & *Ne gry quidem.* Valla lib. 2. cap. 11. Interjectionem a partibus orationis rejicit. Itaque Interjectionem a partibus orationis excludimus, tantum abeſt, ut eam primam & præcipuam cum Cæſare Scaligero conſtituamus.

Pronomina itidem non dubiis rationibus a Partibus orationis rejiciemus. Primum omnium, ſi Pronomen differret a Nomine, ejus natura per definitionem poſſet oſtendi. At vero nulla eſt definitio Pronominis; neque poteſt vera & propria inveſtigari: nullum igitur Pro-

(7) *Sed falſo.*] Non ita abſurde, aut falſo. Nam pleraque, quæ Interjectionibus adſcribuntur, non tam ſua natura, quam ex *inſtituto*, ad deſignandos varios rerum modos & animorum motus, veluti admirationem, comminationem, exhortationem &c. adhibentur, & idcirco in variis linguis diverſæ ſunt, ut aliæ item particulæ. Minus itaque recte a Partibus Orationis penitus excluduntur. Vide & Voſſium de *Analogia* IV. 28. Sed Vir Clariſſ. Georg. Henr. Urſinus in *Inſtitut. Gramm.* Sect. VII. cap. 11. p. 1104. miratur *me probare Græcorum ſententiam, qui Interjectionem Adverbiis annumerant.* At Ego eam Adverbiis non ita abſolute annumero, ſed melius iis adſcribi a Græcis dico, quam a Partibus Orationis prorſus excludi, ut facit Sanctius. Sed & ad nullam illa Orationis partem propius utique accedit, quam ad Adverbium. Nam & hoc ſolum per ſe in exclamando abſolvit ſenſum, æque ac Interjectio. Certe *Eu* & *Euge*, quæ Interjectionibus adſcribuntur, vera ſunt Adverbia apud Græcos, & notant *bene*. Et ſic iidem in acclamando καλῶς, ut Latini *bene*, *recte*, adhibent. Porro autem, ſi *En* & *Ecce* Interjectiones quoque ſunt, quod non puto, qui pro Adverbiis demonſtrandi ea habeo, tum vero etiam cum aliis illæ partibus Orationis non conſtruuntur modo, ut *ecce autem*, *ecce tibi*; Vide Turſellinum *de Particulis cap.* 54. ſed & componuntur, ut *ellum*, *ellam*, *eccum*, *eccos*; pro *en illum*, *ecce eum &c.* Hoc vero magis convenit in Adverbia, quam in Interjectiones quæ non ſint Partes Orationis, quod tamen certe ſunt tales voculæ, quæ cum aliis Orationis Partibus conſtruuntur & componuntur.

Pronomen eſt. Quid, quod definitio nominis non excludit pronomina? Nam quum dicis, Nomen declinari per caſus, nec ſignificare cum tempore, cur non apponas pro exemplo, Ut, *Ego*, *Tu*? Adde quod Ariſtoteles acturus de oratione, Nominis & Verbi tantum meminit. Igitur ex illius ſententia, *Ego diſputo*, (8) non eſſet

(8) *Non eſſet oratio*] Si ſcil. *Ego* eſſet aliud quid, quam Nomen. Sed & reliqua Pronomina, veluti *Hic*, *Ille*, *Meus*, &c. nihil differre cenſet Sanctius ab Adjectivis, quia eadem eſt utrorumque concordia cum Subſtantivis. Denique etiam perperam dici *Pronomina* quaſi *pro Nomine* poſita, quum multis Nominibus fuerint antiquiora. Verum in hoc poſtremo haud magna ineſt ratio. *Pronomina* enim a Priſcis dicta ſunt poſt inventam jam Orationem, quia in uſu loquendi, brevitatis gratia, pro ipſis Nominibus Subſtantivis poni ſolent, ne eadem Nomina ſæpius, quod ingratum auribus accidit, repetere cogamur: & quia pleraque nihil Rei per ſe notant, ſed Rem Subſtantivis deſignatam tantum commonſtrant. Nolim tamen Sanctio refragari in eo, quod Pronomina & Nomina cenſet eaſdem fere Orationis eſſe partes. Sed repugnat ei acriter Vir Doctiſſimus G. H. Urſinus *Gramm. Inſtit. Sect.* IV. *cap.* 1. *pag.* 362. &c. omnes illius rationes ordine refellere annixus: atque ideo lubens arripit, quæ in proximis ſeqq. contra Sanctium Ego tradidi. Fateor vero, multa in hiſce Sanctii, quæ Urſinus illic quoque profert, non magnam habere vim. Sed tamen non video ſane multum differentiæ inter Naturam & Uſum Nominis ac Pronominis. Ipſe Urſinus *pag.* 381. monet utique, quod veriſſimum eſt, *Ego*, *Tu*, *Sui*, *naturam referre Subſtantivorum*, *reliqua Adjectivorum*. Natura hæc uſu ipſo & conſtructione perpetua confirmatur. Neque vero ſatis capio, quod Vir Doctiſſ. in hac locutione, *Hannibal peto pacem*, cenſet deeſſe *Ego*, ſed ut *vicarium*, non ut *primarium*; *Hannibal* autem *principale eſſe Verbi*, peto, *Suppoſitum*. Atqui certum arbitror Verbum hoc proxime & directe cohærere cum τῷ *Ego*, quod intelligitur, neutiquam cum τῷ *Hannibal*, quippe quod directe cum Verbo primæ perſonæ jungi nequit. Senſus enim eſt, Ego, qui ſum ille Hannibal, peto pacem. Sic poſſet dici *Conſul peto pacem*, *Pater rogo filium*, h. e. Ego, qui ſum Conſul, qui ſum Pater. Res patet ex locis, quæ Sanctius attulit, *de te queror hoſpita Phyllis*, h. e. Ego, quæ ſum Phyllis, hoſpita nuper tua, vel per appoſitionem, Ego, illa Phyllis. *Audi Tu Populus Albanus*, h. e. Tu, qui es Populus Albanus. Satis ex his apparet, τὸ *Ego* vel *Tu* primarium eſſe in ratione Grammatica Nominativum Verbi, quod ſequitur. Neque vero Nomina,

Digitized by Google

eſſet oratio. At (ut inquit D. Auguſtinus Lib. *de Magiſt.*) *Nomen pro pronomine uſurpare ſolemus.* Et ita Ariſtotelei intelligunt, quum in voce *Nominis* pronomina etiam includi fatentur.

Sed & quum puero traduntur præcepta de concordia nominum inter ſe, non indigemus nova doctrina ad hanc concordiam explicandam: nam quemadmodum dicimus, *Liber bonus*, *& doctus*; ſic *liber meus*, *tuus*, *ſuus*. Præterea, quomodo poſſunt poni *pro nomine*, ſi illis ſignificamus res non habentes nomina, aut ea quorum nomen ignoramus? Imo res omnes, antequam nomen haberent, vocabantur *Hoc* vel *Illud*. Unde & cœlum ipſum, teſte Platone in *Timæo*, vocatum eſt ab antiquis, *Hoc*: quia eſſetne Deus, an res creata, illis in incerto erat. Itaque vetuſtiora ſunt Pronomina hæc, (9) quam ipſa Nomina, quomodo igitur *Pronomina* appellabuntur?

Nomina, quæ illis junguntur, induunt idcirco vim primæ perſonæ, ut cenſet Urſinus. In eundem tamen lapidem impingit quoque Voſſius de *Anal.* IV. 2. extr. dum putat *Ille*, *Ipſe*, eſſe omnis perſonæ, primæ æque ac tertiæ, quia dicat Virgilius *Ille Ego*, & Alii *Ego ipſe*. Aſt ita omnia Adjectiva forent itidem omnis perſonæ, quum Virgilius *Ecl.* 1. dicat quoque, *Stultus Ego putavi* &c. *Tu lentus doces* &c. Et ſic *Alter Ego*, ac ſimilia paſſim occurrunt. Sic Genitivi *Mei*, *Tui*, *Sui*, junguntur non tantum Adjectivis, ſed & Subſtantivis per Appoſitionem, ac Participiis varii generis. Ovidius Heroid. in Ep. Acontii v.74. *Copia placandæ ſit modo parva tui;* ubi tamen Viri Doctiſſimi reponunt *placandi.* Et ſic paſſim *purgandi ſui* &c. Vide infra II. 13. pag. 10. & III. 8. 15. Quocirca ſtatuendum hinc potius, τὸ *Ego* &c. habere naturam & vim Subſtantivi, atque ideo Adjectiva ei & Pronomina recte jungi. Ceterum quas differentias Pronominis a Nomine commentus eſt Urſinus, ejus ſunt generis, ut etiam in Nomina, maxime Adjectiva, conveniant, a quibus tamen propria differentia potiſſimum debuiſſent diſtingui. Mihi vero videntur Pronomina vi ſuæ ſignificationis Demonſtrare rem, at Adjectiva Deſcribere, ſed ratio Grammatica utrorumque eſſe eadem. Dicuntur autem *Pronomina*, quia talem habent ſignificationem, ut pro Nomine, quod paulo ante expreſſum eſt, ne illud ſæpius repetatur, poni poſſint & ſoleant ad eandem rem, quæ Nomine ipſo notatur, demonſtrandam.

(9) *Quam ipſa Nomina*] Ne ex-

 tes,

labuntur? Quid quod individua ſubſtantia (ut phyſice dicamus) melius &. peculiarius explicatur per tria hæc pronomina, (10) quam per nomina propria: cum enim dico *Ego*, neminem alium poteris intelligere. At cum dico, *Franciſcus*, etiam in alium poteſt tranſmitti intellectus: unde *Franciſcus* potius pro *Ego* ponitur, quam contra. Multo plus errarunt, qui loco nominis proprii pronomen poſſe poni docuerunt: nam hoc modo *Magiſter*, *Rex*, *Dux*, *Gubernator* eſſent pronomina: quia pro Pompejo, aut Cicerone ponuntur: Sic *Poëta* pro Virgilio, *Orator* pro Cicerone, & hujuſmodi ſexcenta. Tum etiam adjectiva a proprio nomine ducta, ut Cæſariani, aut Pompejani milites, eſſent pronomina, quia Cæſaris vel Pompeii milites intelliguntur; ut (apud Virg. Æn. 10.) *Evandrius enſis*, pro Evandri. Errarunt item & illi, qui Pronomen vocem eſſe Nominis vicariam definierunt: nam in iis ſermonibus, *Annibal peto pacem*, *hoſpita Phyllis queror*, deeſt *ego*, non ut vicarium, ſed ut primarium. Item illo Livii lib. 1. *Audi*

res, non omnia Nomina, ſed quædam tantum, quæ quia nondum erant inventa, vel quia ignorabantur, deſignabantur ideo res ipſæ per *Hoc* δεικτικῶς, quod proinde antiquius erat multis Nominibus, quorum loco adhibebatur. Ceteroqui Nomina natura ſua ſunt vetuſtiora Pronominibus, nec dici poteſt *Hoc*, niſi intelligatur, & ordine naturalis ſyntaxeos præcedat, *Negotium*.

(10) *Quam per nomina propria.*] Verum id quidem eſt, quando illa deſierunt eſſe vere propria ſingulorum, ſeu amiſere naturam proprietatis. At vero, quando vere unius ſunt, & necdum cum ullo alio communicata, æque, immo melius & peculiarius, per illa, quam per tria pronomina, ſignificatur individua ſubſtantia. Etenim quum audis hæc verba, *Ego feci*, non ſtatim intelligis, quis fecerit, priuſquam ſcias, quis id dicat. At ſi audias, *Numa fecit*, & nullus ſit alius, qui eo nomine appelletur, tu autem non ignores, quis eo deſignetur, ut nec in altera locutione ignorare debes, quid per τὸ *Ego* notetur, confeſtim intelligis quam optime, quæ ſit illa individua ſubſtantia, quæ fecerit. Hoc vero ubi per nomina propria intelligere nequis, illa non amplius ſunt, quod appellantur. Quapropter nulla eſt vis in hoc quidem argumento Sanctii, licet id ſequatur etiam Voſſius de *Anal.* IV. 1.

Digitized by Google

di tu populus Albanus, *tu* ſpecialius & prius eſt, quam *populus Albanus*. Alii ut eludant argumentum, dicunt, pronomina perſonam certam ſignificare, quo apparet non eſſe nomina. Imo propterea magis eſſent nomina, quia melius & proprius res ipſas ſignificarent. Sed quid ſit perſona, illi omnino ignorarunt, nos inferius (Cap. 12. de Verbo) aperiemus. *Nomen*, ait Donatus, *eſt pars orationis cum caſu*, *corpus aut rem proprie communiterve ſignificans*. Hæc definitio comprehendit omnia pronomina. Rurſus idem: *Pronomen eſt pars orationis*, *quæ pro nomine poſita tantundem pene ſignificat*, *perſonamque interdum recipit*. Sed hæc definitio ridicula eſt, & in multis peccat. Probus grammaticus enumerat Pronomina unum & viginti; Priſcianus & alii, quindecim: Donatus quærit, quid inter Pronomina & Articulos interſit: Varro de lingua Latina bis mentionem fecit de pronomine, quum de nomine *hic*, *hæc*, *hoc*, loqueretur, quod & *Articulum* vocat. Quinctilianus, Lib. I. cap. 5. pronomina vocat, *quantus*, *qualis*. Quare deſinant iſti mirari, cur huic doctrinæ non aſſentiamur, quum & ipſa ſecum non conſentiat. Et ut ſemel, quod ſentio, dicam: *Ego*, *tu*, *ſui*, *Pronomina* vel *prima nomina* rectius vocarentur, quum ſint aliorum duces, & ſui juris; non enim aliorum norma declinantur, quod Regum proprium eſt, niſi velis grammaticorum commentis accedere, qui etiam, ſi Muſis placet, (11) pronominum

(11) *Pronominum declin. &c.*] Vult dicere, *Me* ex. gr. non eſſe declinatum ab *Ego*, quod volunt Grammatici. Ipſe enim Pronomina irregularia eſſe ait, nec ad Declinationum regulas revocanda. Vide eum infra *cap.* 8. Non poteſt tamen Pronominibus plane omnis declinatio negari. Nam declinatio eſt, quando dicimus *Tu*, *Tis*, qui Genitivus eſt obſoletus (vide Voſſ. *de Anal.* IV. 4.) *Tibi*, *Te*: *Quis*, *Cujus*, *Cui*; *Quem*, *Quo &c.* Irregularis ea eſt, fateor, ſeu Anomala, ſed Talia etiam in Nominibus & Verbis occurrunt. Quid dicemus de Verbo Subſtantivo, *Sum*, *Eram*, *Fui*, *Eſſe*? Quid de tot Nominibus, quorum Obliqui non reſpondent ſuis Nominativis, & pluribus inſuper modis variant? Maxime anomalum eſt τὸ *Ego*, ut a quo nihil videtur eſſe

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

nominum declinationes obtrudunt : nam cætera omnia nomina ab his gubernantur, & eis ſublatis reliqua omnia muta & manca reperientur.

eſſe declinatum. Sed ſi, ut volunt Caninius & Voſſius, deſcendit ab Syriaco *Eno*, litera N in G mutata, cujus tamen mutationis ante alias literas, quam G & K, exempla deſidero, (nam quod ajunt *Ignobilis*, *Ignarus*, dici pro *Innobilis*, *Innarus*, turpiter errant, quum N in iis & ſimilibus tantum elidatur, ac ſimplicia ex ſua origine ſint *Gnobilis*, *Gnarus*) ſi tamen inde deſcendit, dici forſan poſſet ab eadem radice oriri ἐμοῦ, ἐμοὶ, ἐμὲ, & μοῦ, μοὶ, μὲ, ac Latina *mis*, *mihi*, *me*, litera N in M tranſeunte.

CAP. III.

De Accentu, Figura, Specie.

ANTEQUAM ad ſingulas partes orationis explicandas accedamus, præmittenda ſunt breviter, quæ accidunt omni voci : hæc ſunt Accentus, Figura, & Species.

Accentus, ſive Tenores, quos Græci τόνους ϗ προσῳδίας vocarunt, tres fuerunt apud antiquos, ut teſtatur his verbis Cicero in Oratore cap. 17. *Mira eſt quædam natura vocis : cujus quidem e tribus omnino ſonis, inflexo, acuto, gravi, tanta ſit, & tam ſuavis varietas perfecta in cantibus.* Quinctilianus hanc (1) obſervationem accentuum difficilem eſſe dicit. Et Servius antiquus grammaticus

(1) *Obſervationem accentuū difficilem &c.*] Accentuum ratio breviter ſic ſe habuit. Syllaba duarum vel plurium ultima nunquam apud Romanos acuebatur, ut diſerte tradunt Quinctilianus I. 5. & Mart. Capella lib. III. At penultima, quæ in pronunciando erat tractim producenda, quaſi duas haberet vocales, dicebatur pronunciari ſono Inflexo vel Circumflexo, cujus nota fuit litera V. inverſa. Ceteroqui quæcunque ſyllaba penultima, ſive antepenultima, ſimpliciter in pronunciando paulum intendebatur, illa dicebatur acui, & Acutum habere accentum, cujus nota fuit lineola ab ſiniſtra parte, unde ſcribimus, ſeſe erigens verſus dextram. Reliquæ ſyllabæ, quæ remiſſius pronuntiabantur, credebantur habere Gravem accentum, quaſi in guttur ſubſidentem,

Digitized by Google

maticus in Donatum, *Gravem accentum in uſu non eſſe* contendit.

tem, & proinde ejus nota fuit lineola ab ſiniſtra parte ſeſe demittens verſus dextram. Notis quidem iſtis veteres non multum reperiuntur uſi, ſed tamen ſonos ipſos, prout vel intendebantur, vel remittebantur, iſtis appellationibus diſtinxerunt jam antiquis temporibus, ut ex Ciceronis locis, quæ attulit Sanctius, patet: poſtea vero eos Grammatici etiam notis illis ſeu lineolis, quas memoravi, inſigniverunt. Vide Mart. Cappellam *lib.* III. *Capite, de Faſtigio*, h.e. Accentu. Sciendum autem, Pronunciationem factam olim ſecundum hosce *Accentus*, & ſimul ſecundum *Vocalium* vel *Productionem*, apice itidem, quæ erat lineola transverſa, declaratam a multis, teſte Quinctiliano I. 7. vel *Correptionem*. Hæc enim reddebant ſonum vel duplicis vocalis, vel ſimplicis, nec quantitati metricæ ſyllabarum ſemper congruebant. Unde ſyllabæ ejuſdem quantitatis, aliæ producebantur in pronunciando, aliæ corripiebantur. Veluti, *Ungo prima litera breviter dicitur*, at *Unctito prima litera longa promimus*, ait Gellius IX. 6. addens itidem, *Dictito correpte dici*, licet *Dico* producatur. Similiter ab ipſo Cicerone traditum ait Idem II. 17. *Præpoſitiones IN & CON verbis aut vocabulis præpoſitas produci atque protendi, quum literæ ſequuntur S vel F, in aliis autem omnibus correpte pronunciari.* Dicit autem Cicero iſtic, *ſi conſulas Veritatem, reprehenſum id iri*, at *ſi ad aures referas, probatum; orationem autem voluptati aurium debere morigerari.* Orta ergo fuit hæc Pronunciatio non a *Veritate*, h.e. non ab ratione metrica, aut Proſodica analogia, ſed unice a *voluptate aurium*, quæ nihil certæ rationis habet, & alia eſt aliis temporibus, aliiſque hominibus. Quæ & cauſa eſt, quare alii aliter easdem ſæpe pronunciarint ſyllabas, ut ex eodem Gellio IV. 7. & 17. VI. 15. VII. 7. IX. 6. &c. diſcimus. Sed & ideo nihil mirum eſt, Pronunciationem illam, quæ haud dubie mutata eſt ſæpe, interiiſſe nunc penitus, præſertim quum, ſicuti Notæ Accentuum, ſic & Apices Vocalium, non ita invaluerint in Latini ſermonis ſcriptura, ſed in ſcholis tantum Grammaticorum obhæſerint. Sed & accidebat aliquando, ut ſyllabæ penultimæ natura breves in vocabulis plurium ſyllabarum accentu tamen acuto pronunciarentur. Sic Feſtus particulam *Adeo ſecunda acuta efferri vetuſta quadam loquendi conſuetudine* ait, ut diſtingueretur a Verbo *Adeo*. Verum tunc particula iſthæc pronunciabatur, quaſi duæ eſſent voculæ, ex quibus compoſita eſt. Reperias quoque illud in Vocativis in I exeuntibus, *Virgili, Mercuri* &c. Sed hæc eſt veluti Exceptio quædam ab Regula, quam mox ex Quinctiliano proferemus, & quam etiam ipſe Priſcianus agnoſcit, qui lib. VII. agens de Vocativis Secundæ Declinationis, diſerte ait, *debuerunt hujuſmodi Vocativi, id eſt, qui in I deſinentes penultimam correptam habent*, ante-

contendit. Ego quoque credo circumflexum periiſſe, &

antepenultimam acuere. Hoc autem addit *minime licere* in hiſce, in quibus *penultimam*, ait, *acuimus.* Rationem ejus pronunciationis hanc dein reddit, quod hi Vocativi per *Abſciſſionem ultimæ ſyllabæ* ſint formati, quum Antiquiores dixiſſent *Mercurie, Virgilie.* Abſciſſionem autem non mutare *Accentum perfecti Vocativi*, qui eſt *Mercurie*, atque adeo *ſervari* in his *Accentum integrum* ſecundæ ſyllabæ. At quomodo jam pronunciabatur? Nimirum medio ſono inter *Mercūri*, & *Mercûri*, ut leniter quidem intenderetur vel elevaretur in pronunciando ſecunda ſyllaba, ſed breviter id fieret. Poteſt hoc intelligi: ut & illud, quod particulæ, *que*, *ve*, *ne*, transferre dicuntur accentum in ultimas ſyllabas vocum, quibus junguntur, etiamſi breves illæ ſint. *Proprium* enim earum particularum eſt, ut ait Mart. Capella, d. l. *acuere partes extremas vocum, quibus adjunguntur.* Pronunciabatur ergo ex. g. *ſuavéque, lignáve*, non *ſuavēque, lignāve*, multo minus *ſuavêque, lignâve.* Particulis autem his tribus adde Capellæ ex MSto meo quartam *ce*, & ex eodem emendatius totum hunc locum ſic lege: *Mutant accentus adjunctis vocibus* que, ve, ne, ce, *quum tamen complexiva conjunctio eſt* que; ve, *quum expletiva.* Peſſime & ſine ullo ſenſu editur *conjunctione Que.* Ceterum quod Voſſius, præeuntibus licet Grammaticis quibuſdam, in *Arte Grammat.* II. 10. putat Veteres in pronunciando in *Exadverſum & Aliquando* ſimul *& tertiam a fine acuiſſe, & ſequentem produxiſſe*, id vero quî factum fuerit, haud ſatis capio, quum utique nulla vox in duas ſimul ſyllabas recipiat tonum, ſicuti id & ratio pronunciandi, atque ipſa auctoritas Veterum, nos decet: Quo pertinet, quod & Cicero in *Oratore* c. 18. & Quinctil. I. 5. *in omni voce utique acutam eſſe* ajunt, *ſed nunquam plus una.* Adde Mart. Capellam d. l. eumque ibi ſic diſtingue & lege, *Omnis vox Latina &c. habeat unum ſonum, aut acutum aut circumflexum: Duos autem acutos aut inflexos habere nunquam poteſt, graves vero ſæpe:* ſcil. habere duos poteſt Latina vox. Sequitur dein Nova periodus, incipiens ab *Acutum.* Mox etiam pro *Syllaba antepenultima* lege *Syllaba autem penultima.* Quod vero una Vox plures graves accentus habere poteſt, id oritur ex eo, quod omnes ſyllabæ præter eam, quæ acuitur aut circumflectitur, gravem dicuntur habere accentum, quia earum tonus deprimitur. Porro *productio & correptio in pronunciando* proprie eſt vocalium, non autem ſyllabarum aut quantitatis metricæ, ut ex Gellio II. 17. & IV. 17. liquet. Denique quando acuitur antepenultima, tunc ſemper penultima habet correptam vocalem. Quintil. d. l. *Trium media longa, aut acuta aut flexa erit; eodem loco brevis utique gravem habebit ſonum, ideoque poſitam ante ſe, id eſt, ab ultima tertiam, acuet.* Gellius VII. 7. *Syllaba natura longior non ferme patitur*

Digitized Google

& ſolum acutum, vel quaſi acutum remanſiſſe. Quare vero *titur acui priorem in vocabulis ſyllabarum plurium quam duarum.* Sequitur ergo in *Aliquando*, *Exadverſum*, &c. ſi recte acuitur antepenultima, iſtic eſſe tonum, & ſequentem ſyllabam ac vocalem, ut natura brevem, corripiendam fore, ſeu breviter quomodocunque pronunciandam: Sæpe quidem vocalis natura, & accentus, & quantitas metrica ſimul concurrunt in unam ſyllabam, vel potius accentus, & illa quantitas, ſæpe accommodant ſeſe naturæ vocalium. Sed aliter ſe res habuiſſe videtur, quando in triſyllabis media vocalis eſt natura brevis, at ſyllaba poſitione facta eſt longa, cujus longitudinis in vulgari pronunciatione non ſemper habita tunc videtur ratio, non magis, quam in vernaculis habetur linguis, ubi itidem ſyllabæ tales in pronunciando ſæpiſſime corripiuntur. Sed id ipſum videtur tempore Priſciani, & æqualium Grammaticorum, denuo mutatum, ſiquidem illi omnem rationem accentus ſeu toni in pronunciando retulerunt ad quantitatem metricam ſyllabæ penultimæ. Quod & Antiquiores Romanos feciſſe, nullus dubito. Certe ex Quinctiliani verbis modo allatis id liquere ſatis videtur. Verum prout Pronunciatio, ut ex Gellio probavimus, fuit varia olim, & ſæpius tractu temporis mutata, ſic videntur ſane Grammatici quidam ſæculo ſecundo & tertio Cæſarum ab illa recta & antiqua pronunciatione in quibuſdam deſciviſſe, ſed male, & ideo eos rurſus reliquit Priſcianus, aliique æquales. Neque vero video, (licet ſatis norim, quod ingerunt identidem Voſſius & alii, inter Accentus & Quantitates Vocalium in pronunciando eſſe diſtinguendum) quomodo audiri potuerit in quotidiani ſermonis pronunciatione, quæ celerior eſſe ſolet, acutus ille & elevatus ſonus in antepenultimis τῶν *Aliquando* & *Exadverſum*, ſi penultimæ tractim & producte pronunciarentur. Fateor tamen in Pronunciatione veterum, prout ea nobis traditur a Gellio aliiſque, occurrere etiam nonnulla, quæ ex eorum ſcriptis liquido ſatis percipi nunc nequeant. Veluti quando ille IX. 6. Tὸ E in *Edo* ait *breviter dici*, h. e. ut paulo ante loquitur, *ita pronunciari, ut corripiatur*, at in *Eſito*, *promi* (h.e. pronunciari) *longum*, quum utique E in *Edo* & *Edere* vix poſſit ita diverſum pronunciari, ut modo corripi, modo produci audiatur, niſi productio illa ſtatuatur naturalem ſonum τοῦ E flectere in Græcum H. Quin ſi maxime diſcrimen aliquod pronunciationis formare poſſimus, quod pernegare nolim, inter *Edo* ac *Eſito*, ſimiliter inter *Legit* Præſens & *Legit* Præteritum, proferendo illic E ſimplex breviter & celeriter, hic quaſi duplex lento tractu, at quam moleſtum & difficile foret certe nunc nobis, diverſitatem pronunciandi facere in primis ſyllabis verborum *Legebam* & *Legiſſem*, ut & *Legerem* & *Legerim*, *Dabit* & *Stabit*, denique *Edo*, *Edere* cibum,

vero magis acutus, quam cæteri, permanſerit, ex eodem Ciceronis libro cauſa poterit elici. *Natura*, inquit cap. 18. *quaſi modularetur hominum orationem, in omni verbo poſuit acutam vocem, neque una plus, neque a poſtrema ſyllaba citra tertiam: quo magis naturam ducem ad aurium voluptatem ſequatur induſtria.* Vide Quinctilian. lib. 1. cap. 5. & Eraſmum in lib. *de pronunciatione*; qui tamen mihi in omnibus placere non poſſunt.

Figura dicta eſt a fingendo, & (2) *fingere* eſt exprimere

re

bum, & *Edo*, *Edere* librum. Certe talia hæc ſunt, quæ melius forſan ex continuo pronunciandi auditu & uſu cognoſci olim potuerunt, quam a nobis nunc ex Grammaticorum præceptis percipi. Vide & Sanctium infra IV. 14.

(2) *Fingere eſt exprimere &c.*] Ipſa hæc ſunt verba, quibus Jul. C. Scaliger in *lib. de Cauſ. L. L.* τὸ *fingere* expoſuit, exiſtimans videlicet idem eſſe, & ejuſdem originis *fingere* & *pingere*. Sequitur eum Sanctius, & inde ortum, quod *Figuræ* vocem in ſimplici vocabulo non agnoſcat, nec admittat. Sed pace utriuſque dixerim, aliud eſt *fingere*, & æque Simplici ac Compoſito convenire poteſt *Figuræ* vox. Etenim *fingi* dicitur proprie omnis res, quæ figendo, ſeu affigendo alterum alteri, cogitur & conſtringitur in ſpiſſum & in certam formam, non ſolum alterius imitatione expreſſam, ſed etiam plane novam. Et hinc aves quando nidos ſuos ſtruunt, apes quum favos, homines cum ex argilla vel luto vaſa fictilia & ſtatuas cujuſque rei conficiunt, proprie *fingere* ea dicuntur, quia omnia hæc opera primis temporibus facta ſunt affigendo & addendo materiam materiæ, eamque in formam quandam redigendo. Hinc porro *vaſa fictilia* cujuſcunque formæ, & *figuli*, qui ea conficiunt, denique Prometheus, qui homines, eorumque ſingula membra, ex luto finxiſſe primus traditur, *Auctor vulgi fictilis* vocatur apud Phædr. *fab.* 72. Immo *fingere* & *pingere* diverſæ prorſus fuerunt artes, unde Alexander M. *ab Apelle pingi*, ſed *à Lyſippo fingi* volebat, teſte Cicer. *Famil.* V. 12. & Nero ſimul *pingendi fingendique non mediocre habuiſſe ſtudium* dicitur Sueton. c. 53. Sed & crediderim ferme, τὸ *fingere* ἀπὸ τοῦ *figere* eſſe formatum, vel potius utrumque vocabulum fuiſſe olim unum idemque, & tunc τὸ *Figere* ad illa, quæ utroque nunc verbo ſignificantur, adhibitum, unde etiam a *Figere* dixerunt nonnulli *Fictus*, æque ac a *Fingere*. Vide Gronovium Patrem *Obſerv.* I. 19. *extr.* Poſtea vero ad ſignificationem operum fictilium ab aliis rebus, quæ item figendo fiunt, diſtinguendam, prolatum eſſe quaſi novum vocabulum τὸ *Fingere*, interpoſita, ut ſolet, ante G litera N. Id quod inde etiam confirmatur, quod

ple-

Digitized by Google

re imitatione rem veram. Ita vocamus *figuras* in tabulis & ſignis : hinc ducta eſt ſimilitudo in re literaria, quando ex duabus vel pluribus vocibus effingimus unam. Ego Figuram in voce Simplici proprie non invenio : propterea in hac parte hoc mihi nomen non ſatis arridet : nam antequam Compoſitio inventa eſſet, Simplicia nullius fuiſſe Figuræ certum eſt; ſed fortaſſe per relationem, ut vocant Dialectici, recte dicemus, quicquid non ſit Compoſitæ Figuræ, Simplicis debere appellari. *Simplices voces*, inquit Fabius lib. 1. cap. 5. *prima poſitione, id eſt, natura ſua, conſtant; compoſitæ Aut præpoſitionibus ſubjunguntur, ut* innocens *interdum repugnantibus inter ſe duabus, quale eſt,* imperterritus : *alioqui poſſunt aliquando continuari duæ, ut* incompoſitus, reconditus, *& quo Cicero utitur,* ſubabſurdum : *Aut e duobus quaſi corporibus coaleſcunt, ut* maleficus : *nam ex tribus noſtræ utique*

pleraque vocabula ex eo & hac ejus ſignificatione olim derivata non agnoſcant hanc literam, Veluti *figura, figulus, figmentum, effigies.* Neque mira cuiquam accidere debet illa unius vocis in duas diſtinctio, quum & in aliis ſimiliter evenerit, veluti in *quaſo* & *quaro, anſa* & *ara*, de quibus vide infra lib. IV. Cap. *de Analogia ſignificationum* ad vocem *Vertex* : Oblſare tamen id unum hic nobis videtur, quod I in *Fingo* fuerit brevis, ut liquet ex derivatis, *Figulus, Figura, Effigies,* quum in *Figo* ſit longa. Atque ideo dubitem, an potius a *σφίγγω* illud ſit derivatum, ut *Fallo* a *σφάλλω*, *Funda* a *σφενδόνη*. Eſt autem *σφίγγω* propric *cogo in denſum & ſpiſſum, contineo.* Hinc Philo *de Mundo*, deſignans Deum, Creatorem Mundi, *συνάγων πάντα τὰ μέρη, καὶ σφίγγων, omnes partes contrahens, & in ſolidum ac firmum cogens, colligans.* Ita vero etiam illi, qui quid *fingunt*, tenuem ac liquidam fere materiam in ſpiſſum & ſolidum cogunt & compingunt. Ceterum ex paulo ante diſputatis ſatis liquere jam poteſt, *Figuram* proprie ſignificare quamcunque formam fingendo factam, & proinde non minus Simplicem vocabuli formam poſſe denotare, quam Compoſitam, aut aliunde effictam. Et quidni in ipſis vocabulis duæ vel tres ſtatuantur Figuræ, cum & in oratione tot a Rhetoribus ponantur. Audi Auct. ad Herenn. IV. 8. *Sunt tria genera, quæ nos Figuras appellamus, in quibus omnis oratio non vitioſa conſumitur. Unam gravem, alteram mediocrem, tertiam extenuatam, vocamus.*

Digitized by Google

utique linguæ non conceſſerim : quamvis Capſis *Cicero dicat compoſitum eſſe ex* cape ſi vis ; *& inveniantur qui* Lupercalia *æque tres partes orationis eſſe contendant , quaſi* luere per caprum : *nam* ſolitaurilia, *jam perſuaſum eſt, eſſe* ex ſue, ove & tauro : *& ſane ita ſe habet Sacrum : quale apud Homerum quoque eſt : Sed hæc non tam ex tribus , quam ex particulis trium coëunt. Cæterum etiam ex præpoſitione & duobus vocabulis dure videtur ſtruxiſſe Pacuvius* : Nerei repandiroſtrum , incurvicervicum , pecus. *Junguntur autem ex duobus Latinis integris , ut* ſuperfui , ſubterfugi : (*quamquam ex integris an compoſita ſint quæritur*) *aut ex integro & corrupto , ut* malevolus : *aut ex corrupto , & integro , ut* noctivagus : *aut ex duobus corruptis , ut* pediſequus : *aut ex noſtro & peregrino , ut* biclinium : *aut contra , ut* epitogium , & Anticato : *aut ex duobus peregrinis , ut* epirhedium. *Nam cum ſit præpoſitio* ἐπὶ *Græca ,* rheda *Gallicum , neque Græcus tamen neque Gallus utitur compoſito. Romani ſuum ex alieno utroque fecerunt. Frequenter autem præpoſitiones quoque copulatio iſta corrumpit : Inde ,* abſtulit , aufugit , amiſit : *cum præpoſitio ſit* ab *ſola ;* & , coit , *cum ſit præpoſitio* con. *Sic ,* ignavi & erecti. Hactenus Fabius. Illud addendum fuit, ubicunque rectus ſit, flectetur , obliquus non flectetur , ut *omnipotens.* Neque excipies cum Priſciano hoc nomen *alteruter* ; nam *alter* factum eſt ex *alterus* , & (3) *alterutrius* ex *alteri utrius* , more antiquo.

Species dicitur ab *ſpecio* antiquo ; dicitur & *forma*, atque

(3) *Alterutrius.*] Dicitur tamen & *alterius utrius* , & ſic porro. Feſtus in *Rapi ſolet : quo utroque mors propinqua alterius utrius captari putatur.* Ubi male ſubſtitutum volunt in margine *alterutrius.* Nam & Cic. *Famil.* VI. 1. *Si mihi alterum utrum de exitu rerum promittendum eſſet.* Et Cœlius VIII. 8. *alteram utram ad conditionem deſcendere.* Unde Priſcianus *Lib.* VI. *init.* utroque modo declinat *alteruter*, addens, *utramque declinationem in uſu fuiſſe Veterum.* Neque opus fuit, ut *lib.* VIII. p. 831. quem locum reſpicit Sanctius , ad *Vetuſtiſſimos* relegaret hanc declinationem , quum, ut liquet, Ciceronis etiam tempore fuerit adhuc in uſu. Et forte contractior illa ex hacce , ut videtur voluiſſe Sanctius , per eliſionem

Digitized by Google

que etiam figura; unde hæc nomina confuſe aliquando a Grammaticis ſunt impoſita. Sed dicamus *Speciem* more Logico dici; illi enim vocant *ſpecies* partes generi ſubjectas: ſic in re literaria flexiones illæ, quæ ducuntur ab uno capite, dicentur *ſpecies*; ut a *lego*, *legens*, *lectio*, *lector*. Hanc flexionem ſeu derivationem Varro non uno in loco *Declinationem* vocat; ſed latius extendit nomenclaturam, quam cæteri grammatici opinantur. Varronis verba ſunt lib. 5. Linguæ Latinæ. *Declinantium genera ſunt quatuor: unum nominandi, ut ab* equo equile: *alterum caſuale, ut ab* equo equum: *tertium augendi, ut ab* albo albius: *quartum minuendi, ut a* ciſta ciſtula. Hæc ille. Poſſemus hic verborum Species numerare, ut *curſito*, *ſorbillo*, *caleſco*, ſed quas ego ad Grammaticam nihil pertinere arbitror, cum illorum diſcrimen a ſola ſignificatione pendeat.

eliſionem eſt orta, ceteroqui recte *excepta* a Priſciano, quia ſervat τὸ *alter* ſine flexione per omnes caſus, & utrumque numerum.

Cap. IV.

De Numero. Dualis Numerus inutilis.

Postquam ea, quæ dictioni accidunt, enumeravimus, quomodo ipſæ voces inter ſe dividantur, explicemus. Omnes fere grammatici hanc diviſionem per Declinationes diſtinxere, ut partim dicerent *declinari*, partim non item. Sed *declinatio* poſterius quid eſt, & ex Numero, Caſu, Tempore, & Genere conſtat: nam de quolibet nomine prius rogamus Speciem, Figuram, Numerum, & Genus, quam Declinationem. Quid quod in rectis, ſi proprie loqui velis, nulla eſt Declinatio, ſed in obliquis. Adde quod etiam adverbia flecti, ſeu declinari, poſſunt, teſte Varrone, Ut *cras*, *craſtinus*. Contra vero Numerus prior eſt omnibus iis; quia cæteras partes per numeros explicamus; ut prima per-

perſona, primus caſus, prima declinatio, prima conjugatio, &c. Itaque Numerus accidit tribus partibus, nomini, verbo, & participio.

Numerus alius Singularis, alius Pluralis; neque plures numeri fuerunt neceſſarii: nihil enim tertium eſt inter unum & plura; quoniam unum & plura ex uno frequentato facta ſunt. Neque rationi conſonum eſt, aliquos Græcorum (ut Iones) recepiſſe Numerum Dualem, quem Æoles non receperunt, quos Latini in multis fuere imitati; & Latinos, qui contendebant eſſe numerum dualem, ſatis exagitat Quinctilianus lib. 1. cap. 5. (1) Non tamen ibo inficias, duo nomina eſſe apud Latinos in duali numero *ambo*, & *duo*. Sed a Græcis hæc acceperunt, & tamen cum verbo plurali conjungunt, ut *ambo currunt*. Sed jam ad ſingulas vocis partes accedamus.

(1) *Non tamen ibo inficias &c.*] Præivit Sanctio Donatus in *Artis ed. Sec. Numeri ſunt duo, ſingularis, ut hic ſapiens, pluralis, ut ſapientes. Eſt & dualis numerus, qui ſingulariter enunciari non poteſt, ut hi ambo, hi duo.* Verum quidem hoc, quod ad ſignificationem, at minime quod ad rationem Grammaticam, de qua hic agitur, & ad quam, ut infra initio cap. 7. traditur, *ſignificatio non pertinet.* Latini prorſus non agnoſcunt in ſua lingua Dualem numerum, ſicuti neque Æoles, a quibus potiſſimum ſuam illi acceperunt linguam, atque idcirco illa ipſa vocabula *ambo* & *duo* a Græcis quidem habent cum terminatione Dualis apud Eos Numeri, ſed tamen declinant & flectunt in caſus Pluralis apud ſe Formæ, & conſtruunt cum plurali non ſuæ modo linguæ, ſed & Græcæ, quæ Dualem ceteroquin habet. Manifeſtum id ex Gellio Noct. Att. I. 16. *ſicuti una* χιλιὰς, *& duæ* χιλιάδες. Quod ſi *Duo* in arte Grammatica Latinorum Dualis haberetur numeri, debuiſſet utique neceſſario additum ſibi habere etiam Dualem illius Græci vocabuli, qui eſt χιλιάδε, non autem Pluralem, ſeu *Pluralivum*, ut ibidem Gellius, & alibi ſæpius, hunc Numerum appellat. Non magis ergo propter *Duo* & *Ambo* peculiaris eſt & Novus in Grammatica L. Latinæ fingendus Numerus, quam propter *Tres*, *Quatuor*, &c.

Digitized by Google

CAP. V.

De Nomine. Eſt Vox Numeri Caſualis cum Genere. Donatus male Nomen definit.

NOMEN dici a Græco ὄνομα omnes ſentire videntur; mihi autem a *noſco novi*, *notum*, *novimen*, *nomen*: ut a *moveo*, *movi*, *motum*, *movimen*, *momen*. (1) Eſt enim imago quædam *Nomen*, qua quid noſcitur. Hæc Scaliger. Porro (2) Nominis finitio eſt per Vocem Numeri caſualis cum Genere, quæ definitio propria eſt & perfecta: *vox* enim, ſeu dictio, ſeu

(1) *Eſt enim imago quadam &c.*] Immo eſt ſignum potius, quo lecto vel audito cognoſcitur res illa, quæ eo deſignatur, & ab aliis ejuſdem generis diſtinguitur. Vide Me in *Origg. Babylonicis* cap. XI. pag. 195. Origo vocis dubitatur utrum repetenda ſit a Præſenti *Noſco*, an a ſupino *Notum*. Prius tuetur contra Becmannum Gronovius Pater *Obſerv.* IV. 22. Poſterius contra hunc aſſerit G. Henr. Urſinus *Gramm. Inſtit.* in *Addendis* ad pag. 79. ſed frivolis plane rationibus, quum nullum plane proferat manifeſtæ derivationis a Supinis exemplum. Nam *putamen*, *ſtamen*, *munimen*, quæ a Supinis derivanda affirmat, nullam utique Supini ſpeciem magis præbent, quam Præſentis. Ab hoc autem multa ejus formæ originem trahere certum eſt; ſic ab *Ago*, *agimen*, *agmen*, unde *examen*, *Tego tegimen*, *tegmen*, unde *ſubtegmen*. Sic a *Fulcio fulcimen*, *fulcimentum*, *fulmentum*; *Farcio farcimen*, *ſedeo ſedimentum*, *Rego regimen*, &c. Non tamen *Nomen* deduxerim proxime a *Noſco*, quaſi *noſcimen*, quod Gronovius facit, ſed ab antiquo, ſeu Græco, *Gnoo* vel *Noo*, unde *Novi*, & ipſum *Noſco*, ſicuti a *Gnao Naſcor*, *Natus*, &c.

(2) *Porro nominis finitio eſt &c.*] Excidiſſe hic ex Edd. *Participem*, certiſſimum eſt ex ipſa Grammatica, quam huic Minervæ ſubjecit Sanctius, & cujus Definitionum in hac Minerva rationes reddit. Repone ergo, *Nominis finitio eſt per vocem Participem Numeri Caſualis cum Genere.* Nam in illa Grammatica Sanctius dixit, *Nomen eſt Vox Particeps Numeri &c.* Sed & *Verbum* eodem modo definit in illa & in hac Min. cap. 12. *Verbum eſt Vox Particeps Numeri Perſonalis cum Tempore.*

Digitized by Google

ſeu pars orationis, genus proximum eſt, & *caſus* eſt ſpecialis differentia.

Auctor ille περὶ ἑρμηνείας, qui circumfertur, indignus perfecto Ariſtotelis nomine, Nomen definit, *vocem ſignificantem ad placitum ſine tempore, cujus nulla pars ſignificet ſeparata.* An nomina ſignificent natura, an fortuito, magna quæſtio eſt, & tota phyſica, nihil ad grammaticos: aliqua tamen (3) attigimus *cap.* 1. Cæterum hæc pſeudo-Ariſtotelea definitio, aut potius deſcriptio, etiam conjunctiones & adverbia comprehendit: ut mittam interim peſſimam eſſe definitionem, ubi negatio reperitur. Neque neceſſe fuit addere, *ſine tempore*, ut differat a participio. Participium enim omnino nomen eſt, ſed habet præterea aliquid a Verbo, ut Rex Philippus (*ſcil. Hiſpaniæ*) eſt etiam Dux, & Comes. Sed hæc latius, quam de Participiis agemus. Alii dixerunt: *Nomen eſt, quod corpus aut rem proprie, communiterve, ſignificat.* Quaſi corpus non eſſet res; aut quaſi hæc definitio ipſorum pronominibus non conveniret. Sed de iis nugis hactenus: nunquam enim finis eſſet, ſi ſingula vellemus perſequi.

(3) *Attigimus cap.* 1.) Vide etiam, quæ notavimus infra lib. IV. ad initium Capitis 14.

CAP. VI.

De Caſibus. Rectus Caſus. Caſuum Nomina antiquiſſima. Cauſa & Origo Sex Caſuum. Ablativus *non recte dicitur. Græci Sextô* (ſed vide Notam Quartam) *non carent.*

PRIMA & ſpecialis Nominis differentia, teſte Scaligero, *Caſus* eſt. De cujus natura, ordine, atque nomine deinceps eſt dicendum. Ac primum ſolet quæri, cur Rectus dicatur *Caſus*; ſi *Caſus* dicuntur a cadendo, quia cadant a Recto; Hoc late diſputat Scaliger,

Digitized by Google

Scaliger, tandemque huc tendit, Obliquos dici *Caſus*, quia cadant a recto; Rectum autem ipſum, voce largius communicata, *Caſum* etiam appellari. Diſputat inſuper Scaliger, non recte caſibus nomina indita ab officio, ut *Nominativus*, *Genitivus*, &c. Sed hæc nomina probat, *Primus*, *Secundus*, *Tertius*, uſque ad *Sextum*. Ego ut Scaligero non poſſum non aſſentiri; ita etiam antiquiſſimorum vocabula non audeo convellere. Video M. Varronem (qui ad Ciceronem ſcripſit) iis uti nominibus, quibus nunc utimur: „ (ſimiliterque Aſconium in 3. Verrin. *Nominativum* „ *caſum*; & in 2. Verrin. (1) *Ablativum* dicere: quin etiam Varro lib. 1. de Analogia, rationem caſuum iis verbis conatur oſtendere: *Sunt declinati caſus, ut is, qui de altero diceret, diſtinguere poſſet, quum vocaret, quum daret, quum accuſaret. Sic alia quædam diſcrimina, quæ nos & Græcos ad declinandum duxerunt.* Idem Varro eodem lib. & ſecundo, *Vocativum non eſſe Rectum, quamvis Recto ſimilis ſit.* Donatus nominativum & vocativum *rectos* appellat, non recte. Priſcianus late ordinem caſuum oſtendit, & ſingulorum reddit rationem, quare ita vocentur; ſimulque confutat lib. 5. extr. eos, (2) qui Septimum caſum ſunt commenti, in

(1) *Ablativum dicere.*] Adde Sueton. *Aug. c.* 87. *Domos Genitivo caſu ſingulari, pro domus*, Gell. IV. 16. ubi promiſcue *Genitivum* & *Patrium caſum*, *Dativum* & *Dandi Caſum*, ſecundum & tertium vocitat. Quinctil. I 4. *Cum dico*, Haſta percuſſi, *non utor Ablativi natura, nec ſi idem Græce dicam, Dativi.*

(2) *Qui ſeptimum caſum.*] Sic appellabant Ablativum, quando ad inſtrumentum vel modum, quo res geſta, denotandum adhibebatur, nec ita maniſeſte regebatur a præpoſitione. Servius ad Virgil. Ecl. II. *Mollia luteola pingit vaccinia caltha: niſi luteola*, inquit, *Septimus ſit caſus, non ſtat verſus.* Et ad Æn. I. vſ. 79. *pulchra faciat te prole parentem: Quod nos per Genitivum ſingularem dicimus, antiqui per Septimum dicebant, ut hoc loco, parentem pulchra prole, id eſt, pulchræ prolis.* Neque hoc ſatis recte. Nam *pulchra prole* non refertur unice ad *parentem*, ſed ad totam ſententiam, *faciat te parentem.* At quomodo? Scilicet

edendo

in quibus eſt Quinctilianus lib. 1. c. 4. In omni porro nomine natura ſex partes conſtituit. Primum ipſam nomenclaturam, cui merito datus eſt Rectus, qui vere Nomen eſt; reliqui enim, ut cenſet Ariſtoteles, non ſunt Nomina, ſed Caſus Nominis. Deinde quid generet, aut poſſideat. Tertio cui fini, vel operi deſtinetur. Quarto in quem finem tendat actio. Quinto vocandi officium. Poſtremo modum, in quo cauſas & inſtrumentum collocamus. Hic eſt Sextus caſus, (3) qui peſſime vocatur *Ablativus*: quum ſit in illo comparatio; ut *doctior Cicerone*: & modus; ut *lento gradu*: & cauſa efficiens; ut *amore patris*: & materia; ut *lapide quadrato*: & inſtrumentum; ut *lapide ictus*. Et vero ſi Quinctilianus adverteret, Sextum caſum omnino a præpoſitione pendere (quod in conſtructione infra II, 8. oſtendemus) & pro natura præpoſitionis ſignificationem mutare, nunquam in dubium verteret, an Septimi caſus vis apud Latinos reperiretur. (4) Sed quoniam hæc

edendo pulchram prolem, vel pulchra prole edenda. Recte autem Priſcianus *Septimum Caſum* rejicit, quod & Voſſius facit *de Anal.* I. 45.

(3) *Qui peſſime vocatur Ablativus.*] Nihilo pejus, quam alii caſus receptis appellationibus ſunt inſigniti, quum & in illis varii uſus poſſint notari, & ſæpe contrarii iſtis appellationibus, veluti in *Dativo*, & *Accuſativo*, qui æque eripienti ac danti, æque defendenti atque accuſanti junguntur. Denominationes hæ caſuum factæ a potiſſimo Uſu. Hic autem in *Ablativo* eſt, quod regitur a præpoſitionibus, quæ, unde quid ſumitur & proficiſcitur, maximam partem ſignificant. Priſcianus *lib.* 5. p. 671. *Multas alias quoque & diverſas unuſquiſque caſus habet ſignificationes, ſed a notioribus & frequentioribus acceperunt nominationem.*

(4) *Sed quoniam hæc caſuum &c.*] Falſa & inanis eſt omnis hæc diſputatio, quæ ſequitur, de Sexto Græcorum caſu. Nam primo, quæ de *partitione naturali caſuum*, & *Sexti in omni idiomate neceſſitate*, traduntur, inepta adeo ſunt, ut ipſa experientia refutentur. Neque Latini Sextum adhibuere ad *modum, inſtrumentum, cauſam, pretium, materiam, locum*, per ſe denotandum, ſed in omni ſignificatione Præpoſitionibus, quæ non requirunt Quartum, junxerunt, ſive expreſſis ſive intellectis. Græci vero Præpoſitionum & Sexti caſus uſum penes Latinos, diviſum habent in Secundum

hæc caſuum partitio naturalis eſt, in omni item idiomate

dum & Tertium, aliquando & Quartum. Immo quoniam Sanctius heic Tertium Græcorum, præcipuum, vel potius ſolum, diſpertiri vult in Latinorum duos, Tertium & inprimis Sextum, quaſi cui ille ex Græcis caſibus maxime reſpondeat, ſicuti revera facit, affirmare tamen vix vereor, huic Sexto, ſi ſpectemus uſum & Syntaxin, Genitivum ſeu Secundum Græcorum æque convenire, quippe qui longe pluribus apud illos nectitur Præpoſitionibus, quam Dativus, & maximam partem illis, unde formatæ ſunt Latinæ, Ablativum requirentes. Nihil magis proprium Ablativo, quam Abſoluti, ut dicitur, conſtructio. Eam vero ipſam etiam Genitivo dederunt Græci. Incaſſum porro quæritur, *ſi Græci Sextum non haberent, unde Latini eum formaſſent in Græcis vocabulis*, quum utique, ſi Græca hæc vocabula in ſuæ linguæ formam & conſtructionem transferebant, debuerint iis dare illos caſus, qui in ſua lingua erant uſitati, & proinde etiam illum, qui in ea deſtinatus erat præpoſitionibus ſeu expreſſis, ſeu ſuppreſſis. Neque vero *ineptius cogitatu* eſt, *præpoſitiones ἐν, σὺν* &c. *in lingua Græca jungi*, non Ablativo, ſed *Dativo*, quam alias jungi illic etiam Genitivo, neque generationem tamen, neque poſſeſſionem ſignificantes, veluti ἀντὶ, διὰ, μετὰ, περὶ, πρὸ, &c. Sed maxime ſuam ſententiam confirmari credit Sanctius eo, quod *Græcorum Tertius caſus ſæpenumero cum Latinorum Adjectivis in Sexto caſu, vel eorum Præpoſitionibus Sextum requirentibus*, conſtruitur, tanquam ſi illis proinde in locis ſine controverſia ſit idem, qui Latinorum Sextus, ſeu revera jam ſit Sextus Græcorum. Hic vero ſciendum, Latinos ipſos Sextum poſtremo loco (unde Priſcianus lib. V. p. 672. *Ablativus proprius eſt Romanorum*, & dein, *quia Novus videtur a Latinis inventus, vetuſtati reliquorum caſuum conceſſit.* h. e. etiam poſt Vocativum eſt rejectus.) formaſſe ex Tertio tum ſuo, tum Græcorum: & antiquiſſimis temporibus, quando propius multo accedebant ad linguam Græcorum, Sextum non habuiſſe, ſed ad ejus uſum adhibuiſſe, item ut Græcos, Tertium, qui proinde tunc apud Latinos æque, ac apud Græcos, a Præpoſitionibus quoque regebatur: poſtea vero tractu temporis, & conſuetudine diverſi uſus, prout Tertius ille a præpoſitione regebatur, vel non regebatur, ex Uno caſu factos Duos; itidem ut ex tertia Latinorum Litera C duæ ſimiliter factæ ſunt, C & G; & ut in his ipſis Caſibus ex uno Sexto deinceps Veteres Grammatici duos fingere voluerunt, Sextum & Septimum, prout vel recipere præpoſitiones vel recuſare ipſis videbatur. Atque hac de cauſa etiam nunc in plurali numero omnium declinationum apud Latinos conveniunt plane Tertius & Sextus. Id quod etiam in ſingularibus quondam eodem ſe

mate tot caſus reperiri, ſuerit neceſſe. Quare contra univerſum

ſe modo habuit. Nam in prima Declinatione dictum olim MENSAI: & hinc dein formatum in Dativo MENSÆ, in Ablativo MENSA, A longa, utpote orta ex diphthongo AI, cum ceteroquin in Nominibus terminalis A ſemper ſit brevis. In ſecunda prorſus etiam nunc convenit uterque caſus. In tertia quoque olim nulla fuit inter eos diſtinctio, licet terminatio eſſet incertior per promiſcuum uſum literarum E & I. Sic olim dictum *Sibei*, *ſibe*, *ſibi*, *Tibe*, *Tibi*, ut ex inſcriptionibus inter eruditos conſtat. V. & Quinctil. I. 7. de τῷ *ſibe*. Similiter Feſtus *Me pro mihi dixiſſe antiquos* refert, quamvis exempla, quæ affert, aliter exponi queant, fruſtra tuente ea Luca Fruterio *Veriſim.* I. 16. Rectius probatur, quod voluit Feſtus, ex Plauto *Bacchid.* III. 6. 36. *& me ires conſultum male*, manifeſte pro *mihi*. Fuit ergo olim Dativi & Ablativi, ut unius ejuſdemque Caſus, una quoque eademque forma & pronunciatio etiam in Tertia Declinatione. Et proinde illic terminatio hodierni Ablativi manifeſte etiam Dativo tribuitur in antiquiſſimo Plauti Epitaphio, quod eſt apud Gell. Noct. Att. I. 24. *Poſtquam eſt morte datus Plautus, comœdia luget.* *Morte* pro *morti*. Adde alia ex Voſſio *de Analog.* II. 10. Contra Ablativis ſæpe apud Plautum datur forma Dativi, *Pſeud.* I. 2. 64. *Carnaria tria gravidia tergoribus oneri*; ubi *oneri* ponitur pro *onere*. *Men.* III. 2. 14. *Loquitur ſatur de me & de parti mea*, ubi vide Taubm. ſed & denuo Voſſium d. l. cap. 12. ac Sanctium noſtrum II. 7. plura alia adferentes. Poſtea vero uſu diſtingui cœpit Una forma Tertii caſus, in Duas, priſtinam Tertii & novam Sexti, atque Illi tunc aſſignata eſt veluti propria, ut & erat antiquior Græciſque convenientior, terminatio I. Huic vero in nonnullis I. in aliis pleriſque E. Jam vero in quartæ Declinationis Dativo non modo *fructui*, ſed & *fructu* dixiſſe priſcos multis exemplis probat Gellius IV. 16. Immo C. *Cæſarem in Analogicis libris omnia iſtiuſmodi ſine I litera dicenda cenſuiſſe* tradit. Similiter in quinta olim promiſcue modo *Diei* per diphthongum ex Græca forma, modo *Die* per E longum dixere. Plautus *Mercat.* I. 1. 4. *amatores, qui aut nocti, aut Die, aut Soli, aut Lunæ miſerias narrant ſuas.* Ex his omnibus patet jam, ni fallor, manifeſte, Sextum Latinorum fuiſſe primitus eundem Tertio, qui tunc, ut apud Græcos, Præpoſitiones quoque recepit. Poſtea vero hunc uſum, ſeu hanc conſtructionem cum Præpoſitionibus, a reliquo iſtius caſus uſu diſtingui cœptum, & in quarundam Declinationum ſingulari numero paulatim etiam diſcretum terminatione, atque ita tandem duos videri Caſus ex uno factos, ſeu novum & peculiarem caſum ex Dativo ortum reliquis tandem additum: ut adeo nihil mirum ſit, Latinos, ſi quando Græca vocabula ſuis tum Ablativis

univerſum Grammaticorum cœtum Græcos ſexto caſu non

lativis Adjectivorum, tum Præpoſitionibus Ablativum requirentibus, jungere debebant, ea poſuiſſe in Dativo, ut ex quo ipſorum Ablativus originem ſuam revera ducebat, & cui apud Græcos, quin etiam olim apud ſe, uſus Ablativi erat incluſus, & qui ideo recte conjungi poterat Latinorum non Tertio modo, ſed & Sexto caſui, quod ipſum exemplis a Sanctio allatis probatur, & probari ſolum debebat. Quæ hic notata & diſputata vides contra Sextum Græcorum caſum, typis in prima mea Sanctianæ Minervæ editione jam deſcripta erant, cum inciderem demum in Gallicam illam *Novam Methodum Linguæ Græcæ*; in qua *lib.* VIII. c. 2. deprehendi magno conatu id agi, ut Sextus ille caſus Græcis quoque adferatur, itidem ut Latinis. Rationes itaque ejus præcipuas, noſtræ ſententiæ adverſas, paulo preſſius & intentius examinabimus. Et primo, quod ait de admirabili conſenſu inter linguam Græcam & Latinam hac quoque in re futuro, ſi utrique ſex caſus tribuamus; fateor equidem, magnam & eſſe, & ſtatui debere, inter illas linguas pleriſque in rebus convenientiam, cum Latina vere ex Græca ſit orta. Sed illa convenientia non eſt quærenda in illis Latinæ linguæ temporibus, quibus jam longius receſſit a ſua origine, verum in iis, quibus propius ad eam acceſſit. Non itaque ex hujus linguæ poſteriore uſu addendus eſt Græcæ Sextus caſus, non magis quam Septimus, quem tandem quoque Grammatici Latinorum ſunt commenti: ſed potius oſtendendum, primis temporibus Latinam itidem ut Græcam, non habuiſſe niſi quinque caſus, id quod, ni fallor, clariſſime oſtendi. Plane ſicuti tertia litera Alphabeti apud Hebræos, Græcos, & Latinos olim revera eadem fuit; ſed poſtea apud Latinos Una illa litera cœpit primum diverſis pronunciari modis, dein vero etiam nota quadam in duplicem illam pronunciationem diſtingui, & ſic tandem in duas diverſas dividi literas Alphabeti Latini, tertiam & ſeptimam, & ita quidem, ut recentior pronunciatio priſtinum in Alphabeto locum & priſtinam figuram C retineret, vetuſtior novum locum, & novam figuram G, acciperet. Hic ergo ut convenientia oſtendatur inter utramque linguam, recurrendum eſt ad illa tempora, quibus nondum in uſu fuit litera ſeptima, ſeu quibus litera tertia ſeptimæ vim & ſonum adhuc habuit, ſicuti patet ex Inſcr. Duiliana, ubi *Maciſtratos*, *Exfociont*, *Pucnando*, *Cartacinienſes &c.* occurrunt. Similiter itaque quod ad Caſus, lingua Latina tunc maxime convenit cum Græca, quando Sextum caſum nondum habuit, & quando uterque & Tertii & Sexti caſus uſus hæſit in uno Tertio, itidem ut apud Græcos. Sed ſicuti receſſit in tertia litera a Græcis, formando ex una illa duas, ſic item in Tertio caſu, eum diſtinguendo tan-

non carere contendo. Primo enim in omni idiomate dativus

tandem, pro duplici ejus apud Græcos & primitus etiam apud ſe uſu, in duos diverſos caſus, peculiari Terminatione, ſed exiguæ differentiæ, in quorundam tantummodo Singularibus, diſcretos. Abſque eo enim ſi eſſet, ſeu niſi eveniſſet qualiſcunque differentia Terminationis pro diverſo Tertii caſus uſu, manſiſſet in utroque illo uſu apud Latinos æque ac Græcos unus idemque caſus: ſicuti forte etiam nunc manſiſſe cenſendus eſt, dicendumque tantummodo, unum illum caſum pro duplici ſuo uſu, quem utrumque primitus habuit, levi tantum diſcrepantia fuiſſe, non ſemper, nec plerumque, ſed aliquando, diſtinctum. De quo utcunque ſit, hoc certum, ex levi illa Terminationis differentia, quæ in quibuſdam vocabulis invaluit, factum eſſe, ut apud Latinos pro diverſis habeantur caſibus, qui olim unus idemque fuerat, ſicuti eſt, ſemperque fuit, apud Græcos. Sed dicit Auctor *Methodi*, diverſitatem Terminationum non facere differentiam Caſuum, quia ſic Neutra non haberent niſi tres caſus in Singulari & Plurali, & Græcorum Dualis tantum duos. Verum eadem ratione negaverit Generis Grammatici numerum eſſe conſtitutum ex triplici Terminatione Adjectivorum, quia illa triplex Terminatio rariſſime occurrit, nec niſi in Nominativis & Accuſativis quorundam Adjectivorum, & longe ſæpius duplex tantummodo, immo & unica Terminatio. Aliter & rectius ea certe de re ſentiunt omnes Grammatici, quin & ipſe Sanctius, quem in his ille ſequitur, *Cap. ſeq. Si non eſſent*, inquit, *nomina Adjectiva, nemo quæreret Genus Grammaticum, neque ſi nomina Adjectiva unam tantum haberent Terminationem.* Sicuti ergo in confeſſo eſt, ex triplici Terminatione, quæ reperitur in quibuſdam caſibus nominum Adjectivorum, quæque ſingulæ peculiarem uſum habent, & peculiari tantum Generi Subſtantivorum jungi poſſunt, ortum eſſe triplex Genus in arte Grammatica: & ſicuti ſufficit reperiri in quibuſdam tantum caſibus illam triplicem terminationem, ad conſtituendum illud triplex Genus: & ſicuti denique non recte inferretur, quia Genitivus ☿ *Doctus, Docta, Doctum* habet tantummodo duplicem terminationem, *Docti* & *Doctæ*, eum proinde non habere triplex Genus, ſeu uſum & conſtructionem triplicis Generis; cum potius inde colligendum eſſet, Maſculinum & Neutrum in eo caſu convenire in unam Terminationem: Sic prorſus ex eo, quod reperitur Nomen apud Græcos flexum in quinque ſummum diverſas Terminationes, quæ ſingulæ peculiarem etiam uſum & conſtructionem habent, recte ſtatuitur & affirmatur numerus Caſuum totidem, quot reperiuntur iſtiuſmodi Terminationes: & ſufficit in quibuſdam eas reperiri. Neque ex eo, quod non reperiuntur

tur

dativus acquiſitioni tantum deſervit: per illum igitur, tur in omni Nomine, aut in omni Nominis Genere vel Numero, inferendum, vel non habere illa Nomina tot Caſus, vel Caſuum doctrinam & numerum non eſſe conſtituendum ex numero diverſarum Terminationum, in quas Nomen plerumque flectitur, quod male cenſet Auctor *Methodi*, ut ita probet, plures etiam dari Caſus, quam reperiantur in ullo Nomine Terminationes, ſeu unam eandemque Dativi terminationem duas tamen apud eoſdem conſtituere caſus. Certe apud Græcos quinque tantum reperiuntur Terminationes diverſæ, quæ ſingulæ peculiarem habent uſum, & proinde, noſtra quidem ſententia, etiam quinque tantum ſunt Caſus; quorum Primus quaſi ducit orationem, & præmittitur Verbo. Secundus pendet ab Altero Nomine Subſtantivo. Tertius accedit omni Orationi & conſtructioni. Quartus regitur a verbo Activo. Quintus adhibetur ad vocandum. Præpoſitionibus Græci nullum peculiarem tribuerunt Caſum, qui inde *Præpoſitionis Caſus* appellandus eſſet, ut rectius appellatum iri Latinorum Ablativum cenſent Sanctius & Auctor *Methodi*: Sed Præpoſitiones diſtribuerunt potius in tres præcipuos obliquos caſus, Genitivum, Dativum, Accuſativum. Jam vero, quæ quæſo eſt tandem illa rei *natura*, quæ me ſubigat, neceſſario, ut volunt, in omni lingua *ſex Caſus* ſtatuere, vel potius Dativum adimere Præpoſitionibus, & eandem Terminationem Dativi, prout adjungitur vel aliis Orationis partibus, vel ſolis Præpoſitionibus, pro diverſis habere Caſibus, magis quam illas Accuſativi vel Genitivi? Atqui *Dativi unicus uſus eſt*, inquiunt, *ut notetur, cui fini & operi quid deſtinetur.* Ego vero ſimiliter Accuſativum aſſevero proprie notare id, in quod tendit actio. Et tamen recipit ille omnium conſenſu Præpoſitiones, quidni ergo & Dativus? Nulla itaque ratione juſta moti ſunt viri Doctiſſimi, cum tanto ſtudio Græcis aſſerere voluerunt Ablativum, ſed ſolo præjudicio ex Lingua Latina petito. Ea vero eſt quidem, ut dixi, ex Græca orta, nonnulla tamen etiam immutavit, vel ex ſuo addidit; & proinde etiamſi Latini tandem formaverint caſum Sextum, quem a Græcis non acceperant, non tamen idcirco addendus is eſt Græcorum quoque Nominibus, non magis, quam ſeptima Latinorum litera, quem itidem Græci non habent, Græcorum Alphabeto. Sed & Latini Genitivis non præmittunt Præpoſitiones: An ergo & iis Græcorum Genitivos ſpoliabimus? Immo vero ipſe Sanctius e contrario, licet perperam, etiam antiquis Latinorum Genitivis eas ideo tribuit. Vide infra II. 3. Quid ergo cauſæ ipſiſ, quare non & Dativis ex ejus ſententia præmitti queant Præpoſitiones, tum a Græcis, tum olim etiam a Latinis, quando nondum fuit ex uno eo caſu du-

tur, pretium, materiam, locum, & multa alia, non ſigni-

plex factus, ſeu nondum uni Dativo pro diverſo ejus uſu duplex terminatio data? Certe olim fuiſſe. Hunc etiam Latinis Unum Caſum unius Terminationis, licet duplicis uſus, æque ac Accuſativum, & apud Græcos etiam Genitivum, abunde jam paulo ante probavimus, quibus adde, quæ ipſe Sanctius infra *lib.* II. c. 7. de promiſcua Ablativi tertiæ declinationis Terminatione in E & I diſputat. Inde enim patebit, etiam Ablativum terminationem habuiſſe olim in I, æque ac Dativum Latinorum & Græcorum. Sed & Ea Terminatio etiam deinceps quaſi propria manſit quibuſdam locutionibus Nominum Propriorum, *ſum Carthagini* &c. & ſimiliter *ſum ruri*; quarum tamen nulla alia eſt conſtructio, quam Elliptica præpoſitionis cum Ablativo, pro, *Sum in Carthagini*, *ſum in ruri*. Pro his enim dicitur etiam *Carthagine* & *rure*. Vide infra Sanctium d. l. II. 7. extr. Et eodem plane modo ſe res habet in illis, quæ Adverbialiter videntur poſita, ſed quæ veri ſunt Ablativi. Talia ſunt *veſperi* & *veſpere*, quæ ſatis ſunt nota. Sic *tempori* & *tempore*, pro quibus dicitur etiam *in tempore* eodem plane ſenſu. Sall. Jug. 56. *in tempore ſe cum exercitu adfore* pro, tempori, ſeu tempeſtive. Vide & Donatum ad Terent. Andr. IV, 4, 19. Denique ſic *Luci*, Plaut. Amphitr. I, 1, 11. *Nonne idem hoc luci me mittere potuit.* Et Caſin. 14, 4, 7. *Ut veniamus luci.* Ne vero dubites eſſe Ablativum, reperies etiam cum Præpoſitione, Pl. Stich. II, 3, 40. *Cum luci ſimul me ad portum miſiſti.* Lucret. IV, 236. *in luci quæ poterit res Accidere ad ſpeciem.* De Dativo & Ablativo quartæ & quintæ Declinationis, quæ notavi, iis addi velim, vel animadverti potius; licet priſci etiam in Dativo dixerint *Fructu*, *Die*, tamen antiquiorem & origini Græcæ propiorem eſſe formam *fructui*, *diei*, ut quæ ex Græcorum jota adſcripto vel ſubſcripto orta, plane ut *menſai* in prima declinatione olim fuit in uſu: ſed ſicuti in Ablativis Latini deinceps omiſerunt I, ſic & priſci aliquando fecerunt etiam in Dativo, qui & ipſi viciſſim Ablativum quoque illa Dativi forma aliquando enunciarunt. Varro lib. I. de re ruſt. *A quo, quod indigent potui, poma dicta eſſe poſſunt.* Vide Nonium *cap.* IX. n. 20. ubi hic locus, & alius ex Siſenna, adfertur. Atque adeo inter Dativum & Ablativum in hac quoque parte nullam fuiſſe olim diſcrepantiam, diverſamque dein unius Dativi pronunciationem, dum modo apponebatur I, modo demebatur, in diverſum tandem caſum apud Latinos abiiſſe, ex his quoque liquet. Adeo vero hæc manifeſta & clara arbitror, ut auctoritatibus veterum Grammaticorum nec adſtrui deſiderent, nec refutari queant. Poſſemus ceteroquin illis Grammaticis, quos ex H. Stephani, & P. Rami, vel potius Priſciani, aucto-

Digitized by Google

ſignificabimus. Deinde ſi Græcis non eſſet Sextus

auctoritate memorat Auctor *Methodi*, alios opponere, quos laudatos videſis apud Voſſium de *Analog* I. 45. noſtræ ſententiæ faventem. Sed & neutiquam nobis adverſatur Priſcianus, neque id dicit, quod voluit vir Doctiſſimus, ſed plane contrarium. Nempe *Ablativum eſſe Romanorum proprium, novum, & a Latinis inventum.* Addit tantum, *Latinos videri eum a vetuſtiſſimis Græcorum Grammaticis accepiſſe, qui Sextum Caſum* (non *Ablativum*, ut perperam ait *Auct. Meth.* conficiens ex eo, *Græcis ergo Grammaticis etiam Nomen* Ablativi *fuiſſe uſitatum*) *dixerint* οὐρανόθεν, & ſimilia, *quæ Ablativi vim poſſideant, quia etiam Præpoſitionem aſſumant, ut* ἐξ οὐρανόθεν. Sed etiam eſt ineptia horum Grammaticorum, fingentium inter Græcos Sexti caſus vim quandam, quæ aliorum in Latio nobis obtrudentium Seotimum & Octavum. Illa οὐρανόθεν &c. ſunt Adverbia locum, unde quid venit aut proficiſcitur, denotantia, quibus aliquando per pleonaſmum Præpoſitio ἐξ, quæ idem ferme notat, a Poëtis præmittitur. Quinctiliani quoque auctoritas non magis poteſt valere pro Sanctio & Auctore *Methodi* ad dandum Græcis Sextum caſum, quam contra eos ad Septimum Latinis addendum, quem ipſi tamen rejiciunt contra illius auctoritatem; & ſummo quidem jure, ſed non majore, quam quo nos explodimus Sextum Græcorum. Nam certe neutiquam magis ei credendum in alienæ linguæ rationibus, quam in ſua. Sed neque ille tamen quidquam decernit: jubet tantum, *quærere* Grammaticum, *ſitne apud Græcos*, non, Sextus caſus, ſed, *Vis quædam Sexti caſus.* Exempla, quæ Auctor *Methodi* ex Græcis adfert, aliter conſtrui & exponi poſſunt ac debent. Poſterius ex Thucydine IV. 93. τῷ δὲ Ἱπποκράτει ὄντι περὶ τὸ Δήλιον, ὡς αὐτῷ ἠγγέλθη, manifeſte Pleonaſmum præfert Græcis frequentem, non Ablativum abſolutum. Sic Actor. III. 17. ἐφ' οὓς ἐπικέκληται τὸ ὄνομά μου ἐπ' αὐτούς. & XXIII. 27 τὸν ἄνδρα τοῦτον &c. ἐξειλόμην αὐτόν. Ælianus *Var. Hiſt.* IV. 7. de impiis, etiamſi jam ſepulti ſint, eos tamen ἐκ τῆς πλευτείας τιμῆς καὶ ἐκεῖθεν ἐκπίπτειν ait. In priore iidem ex Thucyd. I. 73. τὰ, Ἀεὶ προβαλλομένοις jungi cum τοῖς, Ἀνάγκη, & conſtrui poſſunt, ἀνάγκη ἡμῖν ἀεὶ προβαλλομένοις λέγειν. h. e. *neceſſe eſt, nos, qui ſemper ea proferimus, apud Vos quoque illa dicere, licet minus grata vobis futura.* Etenim quam plurimis ſane modis Dativus adjungitur Verbis & Nominibus, inprimis apud Græcos. Sed ſi maxime eadem eſſet in illo loco Dativi conſtructio & ſenſus, qui eſt Ablativi abſoluti apud Latinos, quid tum? An idcirco ex illo rariore Dativi in hunc modum uſu, conficiemus ſtatim, etiam Græcis eſſe verum quendam Ablativum, quum utique ceteroquin apud Eos Ablativis abſolutis Latinorum perpetuo reſpondeat Genitivus,

 quem

tus caſus, unde Latini *Penelope*, *Paraſceve*, *Grammatice*, in ſexto caſu dicerent, ut Juvenalis, *Penelope melius, melius torquetis Arachne.* An quicquam ineptius excogitatum fuit, quam præpoſitiones Græcas invenire, quæ Dativo jungerentur? Sed quod maxime fidem poteſt facere, Ciceronis multa ſunt, in quibus, Græcis nominibus adjectiva Latina in ſexto caſu, vel etiam Latinæ præpoſitiones, quæ ſextum caſum regant, junctæ reperiuntur. Ad Atticum: lib. 2. Epiſt. 13. *qua τοποθεσίᾳ, quaſve hiſtorias de Ἀμαλθείᾳ habes.* Ibidem lib. 4. *In πολιτείᾳ.* lib. 10. epiſt. 8. *ζηλοτυπίᾳ mea.* lib. 16. epiſt. 8. *Nunquam in majore ἀπορίᾳ fui.* Ibidem, *prudentia cum εὐμενίᾳ.* Ibidem epiſt. 14. *ἐν πολιτικῷ genere.* lib. 3. ad Q. Fratrem epiſt. 1. *ἀποδυτηρίῳ nihil alſius.* lib. 16. Famil. *Non enim ſejunctus eſt a philologia, & quotidiana συζητήσει.* Itaque *ἐν χερσὶν, in manibus: σὺν Θεῷ, cum Deo,* (5) cave credas eſſe ſeptimum caſum.

CAP.

quem nemo tamen propterea pro Ablativo habet? immo an non potius ex his omnibus colligemus, Ablativi caſum Romanis eſſe proprium, Græcis ignotum, ſed vim & conſtructionem ejus reperiri tamen apud Græcos, partim in eorum Genitivo, partim in Dativo. Sed ſatis de hiſce non ita magni momenti rebus, excutiendis tamen hic, & explicandis paulo uberius, quoniam tanto ſtudio in contrarium nituntur hodie plerique Grammaticorum.

(5) *Cave credas eſſe ſeptimum caſum*] Voluit haud dubie Auctor, certe debuit ex ſua ſententia, *Tertium* dixiſſe. Exhibet tamen illud etiam Salmanticenſis editio, ab ipſo Auctore profecta, ut & Patavina.

Digitized by Google

Cap. VII.

De Genere Nominum : Generis apud Græcos magna incertitudo : Arborum nomina Maſculina : Neutrum non eſt Genus : Commune Genus nullum eſt : Epicœnum Genus. Adjectiva nomina non habent Genus. Propria Genus non habent. Adjectiva non conjunguntur cum Nominibus Propriis.

NIHIL eſſe in re Grammatica incertius *Genere*, recte aſſeruit Vergara in ſua Græca Grammatica; unde non eſt mirandum, ſi *Genus Maſculinum* eſſe diximus, *cujus nota eſt hic*; *Fœmininum*, *hæc*; *Neutrum*, *hoc* : in quo M. Varronem ſumus ſequuti ; qui ſecundo de Analogia ſic ait : *Sic itaque ea virilia dicimus, non quæ virum ſignificant, ſed quibus præponimus, hic & hi : & ſic muliebria, in quibus dicere poſſimus, hæc & hæ.* Eadem eſt etiam Diomedis doctrina. Et vero ex ſententia Varronis qui dicunt nomina virorum eſſe maſculina, ad ſignificationem confugiunt : ſed ſignificatio ex illius ſententia non pertinet ad Grammaticam; *quoniam*, inquit, *Grammaticæ propoſitum non eſt ſingularum vocum ſignificationes explicare, ſed uſum.* Alii dicunt *Maſculinum nomen eſſe, cui addi poteſt adjectivum maſculinum*, Recte quidem : ſed ego quæro, quæ ſint hæc nomina; nam prius me cogis ſcrutari omnia nomina, eorumque ſignificationes, quam quæ ſint nomina maſculina, quæ fœminina, perdiſcere. Deinde circa Græca nomina in *os*, quibus paſſim utuntur Latini, tanta eſt apud Græcos confuſio, ut neſcias maſculina, an fœminina, an potius ambigua omnia ſint dicenda. Sed quis Græcos ad normam rediget, cum Ariſtoteles dicat (1) de *leæna*, ὁ λέων,

(1) *De leæna, ὁ λέων.*] Et de *mula, ὁ θῆλυς ὀρεὺς. Lib.* VI. *Hiſt. Anim.* Cap. 24. *init.* Sic Ælianus *Hiſt. Anim.* I, 2. de piſce Femina, ὁ ἰχθὺς, & bis ὁ θῆλυς. Similiter τὸν ἔλαφον dicit *Var. Hiſt.* XIII.

λέων, &, οἱ ὄρνιθες τίκτουσι, id eſt, *hi aves pariunt?* quod aptius verteretur Hiſpane, *los leones paren.* Homerus dixit τὸν αἶγα, id eſt, *hunc capram*, τοὺς οἶας, id eſt, *hos oves.* Jam ὄνος *aſinus*, ἄρκτος *urſus*, ἔλαφος *cervus*, tum maſculina, tum fœminina reperiuntur. Apud Græcos multa etiam nomina arborum [vide infra in Ellipſi V. *Arbor*, & Voſſ. de Anal. I. 13.] reperies maſculina; quos imitatus Ennius dixit, *Rectoſque cupreſſos.* Et Martialis, *Palladius lotus.* Plin. l. 16. *Arbores, quos Tubulos vocant.* Idem lib. 24. c. 8. cum de Platanis loquitur; *folia eorum tenerrima.* „[Vitruvius lib. 2. cap. 9. *Larix non eſt notus niſi his, qui ſunt circa ripam Padi.*] Hinc in ſacris Bibliis legimus; *Præpara tibi buxos multos.* Idem: *Quaſi Libanus non inciſus vaporavi habitationem meam.* Itaque Pinaſter, Oleaſter, Pyraſter, maſculina ſunt juxta terminationem. „[Lucret. 6. *Oleaſter nectare tinctus.*] Sed ſi dicas, *magna Oleaſter*, deeſt *arbor*, ut in Ellipſi dicetur. Ut tandem aliquid certum de Genere ſtatuamus, (2) Genera duo eſſe

XIII. 35. intelligens *Cervam*: ubi Me vide & Kuhnium; Sed & promiſcue *Equas* τοὺς & τὰς ἵππους non Ælianus modo IX. 32. verum etiam Herodotus, VI. 103. Et Latini olim, æque varii & incerti in Genere Vocabulis aſſignando, ut docet nos Feſtus in v. *Maſculino, Hic & Hæc Lupus* dixerunt. Similiter Ovidius Arte Am. 1, 296. & 302. modo in Feminino pro Vacca, modo in Maſculino pro Tauro adhibet Vocem *Bovis.* Sed hæc ad Epicœna pertinent, de quibus mox Noſter, & Voſſius de Analogia I. 16.

(2) *Genera duo eſſe dicimus*] Genus in arte Grammatica, uſu certe, ſignificat non tam ſexum, quem duplicem modo natura novit, quam diverſas variarum terminationum claſſes, quarum earundem quæque vocabula in convenientia Adjectivi & Subſtantivi, non item diverſarum claſſium, jungi inter ſe queant. Quæ claſſes proinde in diverſis linguis diverſæ numero & ſunt, & eſſe poſſunt. Nullum tamen dubium, quin hæc Generis Grammatici, illarumve claſſium differentiæ, doctrina originem primam duxerit ab illis vocabulis, quibus animantia ſignificantur. Hæc enim quia in duplicem naturam ac ſexum diſcreta ſunt omnia, idcirco etiam illa vocabula, vel certe nonnulla eorum, prout modo ad maſculos, modo ad feminas illorum maxime animantium, quæ vulgo erant

Digitized by Google

eſſe dicimus, quæ ſola novit ratio naturæ; nam quia per mares & fœminas propagarentur genera, *genus* dictum fuit: & lingua Chaldæa, Hebræa, Syra, Punica, Hiſpana, Gallica, Italica & aliæ plures, duo tantum agnoſcunt genera. *Neutrum* vero *genus*, genus vere

rant nota, deſignandos adhibebantur, duplicem accepere terminationem, ut diceretur *Iiſch Vir*; *Iiſcha*, *Vira*, unde *Virago*; *Melech*, *Rex*, *βασιλεὺς*; *Malcha*, *Regina*, *βασίλισσα*. Porro jam, quia Adjectiva omnibus omnino Subſtantivis etiam utriuſque ſexus, jungi poſſunt, & junguntur, ut eſſet convenientia quædam terminationum inter ea, quæ ſic jungerentur, viſum fuit, etiam illam terminationum varietatem Adjectivis dare, ut diceretur *Thob*, *Thoba*, *Bonus*, *Bona*, & proinde *Iiſcha Thoba*, *femina bona*. Ea vero varietas cum jam data eſſet, quia Adjectiva junguntur non modo vocabulis, quibus animantia notantur, ſed & aliis quibuſcunque, viſum deinceps fuit pene neceſſario, omnia Subſtantiva cujuſcunque ſignificationis dividere in duas quaſi claſſes, in quot Natura diſpertita eſt genus Animantium, eaſque denominationibus a ſexu petitis, *Maſculina* ſcil. & *Feminina*, inſignire, remque ita ordinare, ut earum prior reciperet tantum Adjectiva prioris quoque terminationis ſeu Maſculinæ, altera poſterioris & Femininæ. Hanc arbitror fuiſſe rationem & originem Generis Grammatici in linguis primis ſeu Orientalibus, quæ duo tantum *Genera*, certe *Neutrum* nullum, agnoſcunt. Græci poſtea auxerunt hunc numerum iſtarum claſſium, qui in prioribus linguis reſpondebat numero ſexuū: ita tamen, ut ſimul ſignificarent per appellationes iſtarum claſſium, olim in ſua quoque lingua, vel certe in iis, unde ſua eſt derivata, fuiſſe duas tantum, eaſque diverſitatem ſexuum præcipue reſpexiſſe, vel originem ſuam ei debere; dum nempe & ipſi iſtas claſſes appellarunt Γένη, *Genera*, earumque duas priores a ſexuum diſcrimine γένος ἀρσενικὸν καὶ θηλυκὸν, *maſculinum & femininum*, tertiam vero οὐδέτερον, *neutrum*: ipſa illa appellatione quodammodo declarantes, hanc ſerius acceſſiſſe illis prioribus, primitus ſolis exiſtentibus, & ſic uſum ſuæ linguæ in eo receſſiſſe a prima rei origine. Græcos imitati ſunt per omnia Latini. Germanorum quoque lingua triplex genus recipere videtur. Dicunt enim, der man / die fraw / das kind / & ſic in Adjectivis, ein reich man / eine reiche fraw / ein reiches kind. Belgica dialectus, properata loquendi ratione, recidit terminationes adjectivorum, quia duriuſculæ ſunt, utpote in conſonantem exeuntes. Superſunt tamen etiamnum in Pronominibus, ſeu Articulis, *Hy*, *Zy*, *Het*, ut apud Germanos Er / Sie / Es.

Digitized by Google

vere non eſt, ſed per utriuſque negationem, ut Græci expreſſius declarant, οὐδέτερον: nec enim ex duobus compoſitum eſt, ut dicebant imperiti, ſed utrumque excludit: Hoc Genus Græci acceperunt, unde Latini ſunt mutuati.

Commune genus vocabant grammatici, quod ita ex æquo conveniret mari & fœminæ, ut ſi ſolum poneretur, de utro fiat ſermo, non poſſis diſtinguere; qualia ſunt, *homo*, *ſacerdos*, *agricola*, *vates*, *ſus*, *bos*. Quæ ratio futilis eſt & manca; ſic enim neceſſe ſemper foret, ut adjectiva illis nominibus copularentur, ut diſtinctio fieret. Deinde etiam contra Philoſophicam rationem aliqua nomina ex æquo duo vel plura ſignificarent, quod eſt contra Platonem in *Cratylo*, & contra Ariſtotelem, qui *Homonyma*; quæ imperiti vocant *æquivoca*, duo quidem ſignificare contendit, ſed unum proprie, cætera per ſimilitudinem quandam: quam male autem hoc intellexerint, qui ſe Ariſtoteleos profitentur, (3) alibi docuimus. Aſſerimus igitur nulla eſſe nomina communia duobus, nullaque eſſe ambigua ex his, quibus aliqua animalia ſignificamus: error enim fuit Grammaticorum inter ambigua genera, *Talpa*, *dama*, *panthera*,

(3) *Alibi docuimus.*] Vide infra *lib.* IV. *cap.* 14. *init.* Ceterum hæc diſputatio non valde appoſita videtur huic loco, ſiquidem nihil impedit, quominus unum vocabulum, ex. gr. *Homo*, ſignificet ex æquo utrumque, marem & feminam, non quidem una in locutione, ſed in diverſis, atque adeo modo marem, modo feminam. Atque hinc revera, *ſi ſolum ponitur* tale vocabulum, ſciri nequit, *de maſculo an de femina fiat ſermo.* Nec tamen ideo Sanctius illud tanquam futile prorſus rejicere debuerat. Etenim invenitur ex. gr. in tenebris Homo infans, idque alteri ſignificatur. Hic vero id unum audiens, diſtinguere nequit, utrum puer, an puella ſit inventa. Scit tamen inventum Infantum, non aliud quid. Quapropter ſignificat hoc certe vocabulum, *Homo*, Genus Logicum, cujus ſpecies ſunt *Mas* & *Femina*, quæ proinde ex æquo ſignificari poſſunt ea voce, ſicuti Genus ex æquo complectitur ſuas ſpecies. In ratione tamen Grammatica Maſculini eſt Generis *Homo*.

panthera, *bubo*, inſerere. Fatemur quidem multa eſſe nomina *Epicœna*, quæ mares & fœminas ſignificent, ſed non ex æquo: nam *homo*, *latro*, *miles*, *comes*, *ſacerdos*, *vates*, *milvus*, *corvus*, *elephantus*, maſcula prius intelligimus, „(4) [quaſi adjectum eſſet nomen Mas: „ ut Plautus Pœn. *Tunt contrectare audes*, *quod mares* „ *homines amant*?] Deinde ſi de fœminis velis facere ſermonem, *ſacerdotem fœminam*, vel *elephantem fœminam*, dices. Rurſus, *Balæna*, *Dama*, *Aquila*, fœminino genere intelliguntur; ſignificabis tamen mares, *ſi Aquilam marem*, vel *Balænam marem*, dices, ut in Ellipſi latius in *Fœmina*. Mitto hic ridiculos illos, qui Epicœna ad aves tantum & quadrupedes retulere; ſatis enim conſtat illos non intellexiſſe, quid vox *Epicœnum* apud Græcos ſignificaret; unde peſſime *promiſcuum* Latine verterunt. Verbum hoc Græcum unico Latino verti non poteſt, ſignificat enim ſexum communem, in quo alterum excellat, quaſi dicas, *Supercommune*. Hoc Cæſ. Scaliger de cauſis ling. Latin. cap. 79. minime intellexit, unde ut Græcos ſugillet, melius Latinos dixiſſe de hac re contendit. Sed ejus verba ſubſcribam; ut totum negotium melius intelligatur: *At illud*, inquit, *ferentem non fuit; quum animalia quædam ſuis generibus non ...tarent. Hanc negligentiam Græci vocarunt Genus ἐπίκοινον peſſime: nam κοινὸν id, quod duo comprehenderet ...nera, nominabant: hoc autem alterutrum tantum quum ...cipiat, non potuit habere præpoſitionem ἐπὶ: addit enim ...antitatem Mathematicis, ut ἐπίτριτον, Noſtri melius, Promiſcuum.*

...) *Quaſi adjectum eſſet Mas.*] ...id voluit Sanctius, nec vel...ebuit. Sed iſtæc vocabula eſſe maſculina per ſe, ſeu ...auſam ſuæ terminationis; ſi adhibeantur in genere femi... tunc per Ellipſin intelli...um eſſe, quaſi iis appoſitum foret nomen *Femina*. Sicuti *Aquila* &c. e contrario ſine ulla Ellipſi ſit femininum, ſed ſi de Mare adhibeas, tunc etiam intelligi per Ellipſin τὸ *Mas*, cui reſpondeat terminatio Maſculina Adjectivi.

Promiſcuum. Hæc ille. (5) Rectius aliquanto Quinctilianus,

(5) *Rectius aliquanto Quinctilianus* &c.] Hic tamen illo loco etiam *Promiſcua* Latine appellat τὰ Ἐπίκοινα, dum ait, *Nec ſtatim diligentem putabo, qui Promiſcua, quæ & Epicœna dicuntur, oſtenderit, in quibus ſexus uterque per alterum apparet. Epicœna* autem dicta, quoniam utrumque ſexum una non modo terminatione, ſed & uno genere Grammatico, exprimere valent, ut dicatur *hic paſſer* etiam de femina, *hæc aquila* etiam de maſculo. V. Voſſ. de *Anal.* I. 16. in *Addendis.* Naturam Epicœnorum non perſpexit Sanctius noſter, dum diſtinguere non valuit inter aliarum rerum *Communia*, vel *Dubia*, & Animantium *Epicœna.* Hæc enim cauſſa, quod *ridiculos* pronunciet (Vide & infra *lib.* IV. in *Ellipſi*, voce *Femina*) temere nimis *illos, qui Epicœna ad aves tantum & quadrupedes*, haud dubie etiam piſces, & inſecta, *retulerint*, & quod ipſe perperam iis quoque attribuat (ut facit etiam Urſinus Grammatic. Inſtitut. Sect. III. cap. 22.) humanæ actionis & officii nomina, quæ revera *Communia* ſunt pleraque, & in utroque Genere ad utrumque ſeparatim ſexum declarandum uſurpantur. Nec enim dicitur ſolo maſculino etiam de femina, *hic ſacerdos*, ut *hic paſſer.* Voſſius tamen etiam *Mancipium ſcortum*, & Græcum τέκνον, Epicœnis adſcribit, quia eodem Genere de utroque dicantur ſexu. Sed in quo Me certe neutiquam ſibi habet aſſentientem. Non enim proprie hæc notant ipſos homines diverſi ſexus, ſed quandam eorum qualitatem, quæ in utrumque ſexum poteſt cadere. Ut multa verba & facta utrique ſexui poſſunt eſſe communia, ita quidni etiam vocabula, factum aliquod, fortunam, aut qualemcunque deſcriptionem, declarantia, utrumque ſexum uno Genere deſignent? In ſervitutem incidiſſe poteſt & Vir & Femina, uterque ergo & eſt tunc, & dici poteſt, *mancipium.* Huc refero etiam Pluralia Maſculini Generis, ſub quibus etiam Feminæ comprehenduntur, Veluti *Liberi.* Immo ſic etiam *Filios* & *Fratres* dixiſſe Veteres oſtendi infra *lib.* IV. *cap.* 10. de *Syllepſi Generis*, licet intelligerent Filium & Filiam, Fratrem & Sororem. Sed in his pluralibus uterque Sexus communiter deſignatur potiori Genere, ut ſæpe fit etiam in Adjectivis. Vide ipſum Sanctium infra d. l. Vera autem *Epicœna* illorum maxime fuerunt Animalium, quorum ſexus diſcretio vulgo non erat nota. Idcirco enim illa Animalia utriuſque ſexus promiſcue, dum ignorabatur, cujus ſexus eſſent ſingula, uno Grammatico Genere apud Græcos & Latinos deſignabantur: Reliquorum vero Animantium vocabula ſunt *Communia* utriuſque Generis Grammatici ſub una terminatione, veluti, *hic Bos* & *hæc Bos*, *hic Canis* & *hæc Canis.* Atque ita etiam olim dixerunt *hic Puer* & *hæc Puer*, a Græco ὁ καὶ ἡ παῖς, unde Aeoles

nus, lib. 1. cap. 4. *Epicœna*, inquit, *eſſe*, *in quibus ſexus uterque per alterum apparet.* Advertendum tamen, *genus Epicœnum* ad grammaticum nihil ſpectare, ſed ad Rhetorem, ſive linguæ peritum; nam rogatus puer, cujus generis ſit *Aquila*, ſi dicat eſſe *Epicœnum*, nihil certi attulit, niſi dicat eſſe *Epicœnum fœmininum.*

(6) Communia igitur nomina, quæ intelliguntur à gram-

oles formarunt παῖς, & Latini ſuum *Puer*. Utrorumque diſcrimen manifeſtum habemus apud Ariſtotelem *Hiſt. Animal.* VI. 24. ubi in una *Sectione* 352. dicit ἵππον θήλειαν, & ὁ θῆλυς ὀρεὺς: ex quo patet, Vocem ἵππος eſſe nomen commune utriuſque Generis, at ὁ Ὀρεὺς, *Mulus*, eſſe Epicœnum, uno quippe Maſculino Genere etiam Feminam notans. Sic Ael. *Hiſt. Anim.* I. 2. de piſce Scaro femina, non modo ait τὸν ἰχθὺν ζῶντα, τὸν ἁλωκότα σκάρον, ſed & bis τὸν θῆλυν, manifeſto indicio, Nomen illud piſcis quod eſt ὁ σκάρος, eſſe verè Epicœnum, ſeu Unius Grammatici Generis, non Commune duorum Generum. Veteres tamen etiam Communia utriuſque Generis Nomina Animantium *Epicœna* aliquando dixerunt, ut oſtendam paulo poſt. Recte autem illud forſan Sanctius, quod *Genus Epicœnum* ex Grammatica exturbat. *Nomina* ſunt *Epicœna* h. e. unico ſuo Genere utrique Sexui Κοινὰ, atque ita Ἐπίκοινα h. e. *magis communia* præ aliis *Communibus*, quæ ſuum, quod ex terminatione habere debent, & maxime habent, Genus non communicant cum utroque ſexu, ut *Epicœna*, ſed diverſum ſeu duplex Genus ab utroque illo ſexu accipiunt. *Aquila* ergo, ſi quis roget, non dici poteſt; niſi καταχρηστικῶς, eſſe *Generis Epicœni*, ſed, eſſe *Nomen Epicœnum*, *Generis* autem *Feminini*, quod tamen tribuatur promiſcue utrique Aquilarum Sexui. *Epicœnorum* exempla vide ſupra ad init. Capitis.

(6) *Communia igitur nomina &c. nulla ſunt.*] Immo ſunt, & ad eundem lapidem impingit Sanctius, dum non diſtinguit inter *Nomen Commune*, ſeu *Duplicis Generis*, & *Genus Commune*, quod dici utcunque poſſet de Epicœnis, ut in quibus unum Genus Grammaticum utrique Sexui eſt Commune; non item de his, quæ duplici in Genere promiſcue adhibentur. Ceterum ſicuti Lingua Latina recepit Epicœna hæc vocabula, quæ uno Genere, & una conſtructione, utrumque ſexum declarare queunt, quidni ſimiliter ejuſmodi habeat vocabula, quæ in conſtructione utrique Generi ſe accommodent, prout vel ad maſculum, vel ad feminam ſignificandam adhibentur, ut dicatur, *Hic ſacerdos*, *hæc ſacerdos*; *hic Dux*, *hæc Dux*. Veluti Florus IV. 11. *Prima Dux fugæ Reginæ.* Ubi τὸ *Prima* ſine ἐλλείψει ulla referri ad τὸ *Dux*, certum eſſe nobis

grammaticis, nulla ſunt: nam, ut diximus, ineptus eſſet ſermo,

nobis poteſt ex his Ciceronis locis: *de Seneſt.* c. 2. *Quod naturam optimam ducem ſequimur*, & de Amic. c. 5. *Qui aſſequuntur naturam, optimam recte vivendi ducem.* In quibus manifeſta eſt, ac proximæ & directæ conſtructionis, convenientia illa Adjectivi & Subſtantivi, per quam ſolam utique Generis doctrina cognoſcitur, & propter quam ſolam in arte Grammatica illud requiritur. V. & infra p. 54. Nulla ergo cauſa, quamobrem refugiamus, & hoc Nomen *Dux*, & alia nonnulla, dicere, non quidem cum Grammaticis, *Communis* eſſe *generis*, ſed potius, *Duplicis*, vel eſſe *Communia Utriuſque, maſculini & feminini, Generis*, ut quæ conſtruuntur per ſe & directe, modo tanquam maſculina, modo tanquam feminina. At in eo, quod hic malui Nomina, non tam *Communis*, quam *Duplicis eſſe Generis*, vel ipſa potius *Communia Utriuſque Generis*, dicere, *plane nodum in ſcirpo me quærere*, pronunciat Vir Clariſſ. G. H. Urſinus *Inſtit. Gramm.* Sect. III. cap. 21. p. 226. Fateor id me mirari, quum res ſit manifeſtiſſima, ſi ſpectemus, quid proprie & vere *Commune* ſit. Nihil enim aliud hoc eſt, quam res ſimplex, cujus plures participant, aut cujus jus, uſus, ſenſus &c. ad plures pervenit. Quando Cicero *Famil.* II. 10. *Amanum montem ſibi cum Bibulo eſſe communem* ait, nihil aliud ſignificat, quam ſibi & Bibulo jus eſſe agendi in uno illo monte. Mons ergo ipſe *Communis* erat *utriuſque Proconſulis*, at neutiquam dici poteſt, Montem eum fuiſſe *Communis Proconſulis*, quod nullum habet ſenſum. Sic ergo & Nomina, quæ in Utroque Genere, Maſculino & Feminino, adhibentur, rectius utique dicuntur *Communia Utriuſque Generis*, (ſicuti fecit & ipſe Sanctius IV, 4. voce *Fœmina*, ipſo initio, licet & iſtic male ea rejiciat penitus.) vel eſſe *Duplicis Generis*, at minus recte, eſſe *Communis Generis*, quum utrumque Genus ſingulatim & pariter in iſthæc Nomina, tanquam *Communia* ſibi, conveniat. Neque tamen id a me hic agebatur, ut recepta appellatio prorſus jam rejiceretur, ſed ut oſtenderem, Nomina quidem ipſa *Communia*, quæ Sanctius *nulla eſſe* dicebat, longe rectius vocari, quam *Generis Communis* dici, quod vulgo faciunt Grammatici, quorum errores paſſim Voſſius (Vide Eum omnino de Anal. I. 15.) & ipſe Urſinus exagitant. Ceterum, ut ad Sanctium revertamur, Nomina illa Communia non tamen *utrumque ſexum ex æquo* ſimul ſingulis locis *ſignificant*, ſed modo hunc, modo illum, prout diverſimode conſtruuntur, & potiorem, h. e. Maſculinum, ſi ſimpliciter dicatur ex. gr. *Vidi Sacerdotem, Habeo Ducem.* Neque video, quod diſcriminis ſit in re ipſa, ſive directe *Hic dux, Hæc dux*, ſive per Ellipſin perpetuam *Hic maſculus dux, Hæc femina dux*, dictum olim tradas, niſi quod hoc operoſius ac difficilius, magiſque idoneum ſit turbandis mentibus diſcen-

Digitized by Google

ſermo; *vidi vatem*, *vidi ſacerdotem*, ſine adjectivis, ſi nomina ex æquo ſignificarent utrumque ſexum. Si igitur animal nullum eſt in rerum natura, quod ſexus ambos æque potentes habeat, fruſtra erit nomen, quod nominet rem, quæ non ſit. Nec mihi quiſquam objiciat Hermaphroditos, ſeu Androgynos: nam in iis Hermaphroditis alter ſemper ſexus excellit. Imo ratio eſt à me, qui Epicœna Nomina conſtituo, *in quibus*, ut dixit rectè Quinctilianus, *ſexus uterque per alterum apparet.* Sed in Epicœnis diſtinguendis antiqui ſolebant addere, pro rei natura, *mas*, aut *fœmina*; ut *Aquilæ mares*, *piſcis fœmina.* Aliquando tamen hoc ſigno ſuperſedebant, ita ut nomen maſculinum viderentur efferre fœminine; aut contra: ut ſi dicas, *vidi murem fœtam*, cum *mus* perſpicue ſit maſculinum. Quod ut facilius & explicatius probemus, Quinctilianum ipſum audiamus Lib. 9. cap. 3. *Fiunt*, inquit, *& circa Genus figuræ in nominibus*; *nam &* oculis capti Talpæ, *&* timidi Damæ *dicuntur a Virgilio*: *ſed ſubeſt ratio*, *quia ſexus uterque altero ſignificatur*; *tam enim mares eſſe Talpas Damaſque*, *quam fœminas certum eſt.* Hæc Fabius. Virgilius in illo loco figura Ellipſi uſus eſt, quum dixit Eclog. 8. *Cum canibus timidi venient ad pocula Damæ*: & Georg. I. *Atque oculis capti fodere cubilia talpæ*; (7) reſpexit enim non

diſcentium, illud clarius & expeditius. Uſu certe res ipſa eodem recidit, & per iſtam Ellipſin, quæ tamen hic minime eſt neceſſaria, Subſtantiva æque cum Adjectivis alterius Generis conſtrui utique ex Auctoris noſtri ſententia queunt, ac ſi eſſent & ipſa ejus plane Generis. Denique nulla prorſus cauſa eſt, quare Subſtantiva ſub una terminatione recipere non queant duplex Genus, æque ac in Adjectivis una item terminatio omni Generi accommodatur. Communibus autem adſcribunt nonnulli Vocem *Juvenis*. Negant id Voſſius *de Anal.* I. 15. & Auctor *Methodi* L. L. *ſect.* 1. *cap.* 1. *Notarum*, & Urſinus *Sect.* III. cap. 22. pag. 244. affirmantes *ſemper id eſſe Maſculinum*, ac negantes licitum dicere de Femina, *Egregia juvenis.* Sed tamen erraſſe eos liquet ex Munkeri Notis ad Hyginum *Fab.* 182. Suetonius etiam in *Auguſto cap.* 31. *juvenes utriuſque Sexus* dixit.

(7) *Reſpexit enim non ad Vocem* &c.] Aliter Ego cenſeam. Nam, quid-

non ad vocem, ſed ad ſignificationem maris; quia Talpa,

pa,

quidquid tandem obſtrepant Sanctius, Voſſius, immo ipſe Quinctilianus, Virgilius has voces Animalium, *Damæ* & *Talpæ*, conſideravit, ut *Communes* utriuſque Generis, atque ideo, ex ſententia Servii, probante Voſſio, tantum ad vitandum ὁμοιοτέλευτον dixit potius *timidi*, quam *timidæ Damæ*: quod & fecit Georg. III. 538. in medio verſu conjungens *timidi Damæ*, quia hoc longe concinnius etiam iſtic ſonat, quam *timidæ Damæ*. Neutiquam tamen id feciſſet, ut opinor, utique tam levi de cauſa, niſi putaſſet Utroque Genere recte eas voces adhiberi. Sanctius tradit intelligi *Mares*, quod hic alieniſſimum. Nam ita ſequeretur ex ſententia Virgilii, tantum *Mares Damas* venturos ad pocula cum Canibus, non item Feminas, & tantum *mares Talpas* eſſe oculis captos, quum manifeſtum ſit loqui Virgilium de toto Genere iſtorum animantium ſine diſcrimine ſexus. At Plinius *Veſpertilionis* vocem, quæ Maſculina ceteroquin eſt & Epicœna, Feminino genere uſurpavit Nat. Hiſt. x. 61. *Eadem ſola volucrum lacte nutrit, ubera admovens, & geminos volitat amplexa infantes.* Nempe ſumpſit hoc ſibi, quia nimis manifeſte de actionibus tantum Feminæ loquebatur. Quinctilianus pro Epicœnis hæc Communia quoque habuit: Sed ille omnia Animantium vocabula, quibus uterque ſexus ſub una tantū Terminatione deſignatur, *Epicœna* putat, ſive uno Genere nobis occurrant apud Scriptores, ut *hic Paſſer*, ſive Utroque, ut *hic & hæc Bos*: prævalere autem id Genus, quod præfert aut indicat Terminatio. Atque ita intelligendum, quod ait *Epicœna* eſſe, *in quibus ſexus uterque per alterum apparet*, vel *ſignificatur*. Nempe *Talpa* ſub una illa terminatione, quæ Genus Femininum, atque adeo & Sexum hunc, proprie & primum præfert, utrumque tamen Sexum ſignificat, ſive ſemper dicatur *hæc Talpa*, ſive modo *hic Talpa*, modo *hæc Talpa*. Quia vero uſitatius dicitur *hæc Talpa*, idque poſtulare videtur terminatio, *ideo per figuram* dictum ait à Virgilio *oculis capti Talpæ*. *Figura* enim ipſi nihil aliud eſt, quam *novata quadam forma dicendi*, & à conſuetudine vulgata deflectens. Vide *lib.* IX. *cap.* 1. & 3. Sed hanc figuram loquendi præter & contra receptam conſuetudinem, *ratione* defendi poſſe addit, quia *Talpa* &c. ſit vocabulum *Epicœnum*, quæ vocabula ſub una terminatione alterutrius Generis vel Sexus, utrumque tamen Sexum ſignificent, & ideo etiam utroque Sexuum Genere adhibita occurrant. Videntur autem plures olim in hac fuiſſe ſententia, atque ideo Epicœna etiam appellaſſe *Promiſcua*, non per modum *Verſionis*, ut Sanctius loquitur, ſed reſpicientes uſum vocabulorum, quæ ſub una terminatione, ſæpe etiam uno Genere, utrumvis ſexum *promiſcue* deſignant. Ea tamen ipſa diſtinguebant, ut facit diſerte & Quinctil. I. 4. à *Communibus* proprie dictis, quæ non Animantium erant, ſed aliarum rerum

rum

pa, & Dama Epicœna ſunt: & quoties à terminationis genere deflectimus, figura eſt, vel Syllepſis, ſi aliud concipimus, quam proferimus, vel Ellipſis, ſi deeſt aliquod nomen generale, cum quo adjectivum debeat concordare. Syllepſios exempla aliqua ſubjiciam, reliqua require in *Syllepſi.* Terentius: *Mea Glycerium, quid agis?* Glycerium juxta terminationem neutrum eſt, ut ſunt omnia nomina diminuta in *on* apud Græços; ut τὸ γλυκίειον, *ſuavium*; τὸ ἀνθρώπιον, *homunculus*; τὸ ἀνθρωπάειον, *homuncio*, τὸ γραΐδιον, *vetula.* Id quod etiam Quinctilianus ſignificavit, quum inquit lib. I. cap. 4. *Aut quæ fœmininâ poſitione mares; aut neutrali, fœminas ſignificant, qualia ſunt Muræna, & Glycerium.* Idem paulo poſt, quaſi ſe exponens, inquit; *In eadem ſpecie ſunt nomina fœminina, quibus mares utuntur; & neutralia, quibus fœminæ.* Sed hoc antea Varro docuerat lib. 2. Analog. *Ut calcei*, inquit, *muliebres ſint, an viriles, dicimus ad ſimilitudinem figuræ, quum tamen ſciamus, nonnunquam & mulierem habere calceos viriles, & virum muliebres: ſi dici virum Perpennam, & Marcum Leccam, muliebri forma.* Quaſi dicat: Perpenna, Lecca, Antonius Muſa, & Joannes Maria, cognomina ſunt fœminina; tamen ideo habentur maſculina, quia maribus adhærent, & de maribus dicuntur. Priſciani etiam hæc ſunt verba Lib. 5. de genere. *In E quoque productum inveniuntur fæminina, ſed Græca duntaxat, ut Taygete, Euterpe; & in* um *figurate, ut Glycerium mea, Dorcion, & Philotium.* Figuratè, inquit Priſcianus, quod & ſentit Linacer. Itaque Latine dicitur;

rum vocabula. Rectius tamen Alii *Epicœna* ita a *Communibus* diſtinguunt, *ut vel Maſculina ſint, vel Feminina tantum, quæ Una voce & Uno Articulo Utriuſque Naturæ Animalia ſoleant ſignificare*, Verba hæc ſunt Priſciani *lib.* V. *init.* Similiter Diomedes lib. I. de Epicœno, *quod aut ſpecie Maſculini generis declinatur, & ſimul ſignificat etiam Femininum Genus, ut Hic Paſſer; aut declinatur ſpecie Feminini generis, ac etiam Maſculinum Genus ſignificat, & ſic ſub uno Genere utrumque intelligitur, ut Hæc Aquila.*

Digitized by Google

citur: *Hæc mulier eſt novus miles*, *bonus comes*, *ignavus agricola*: ut dicimus; *hic homo eſt fera bellua*, & *taurus*, *maxima victima*; & *aurum eſt dux bonus*; & *vinum optimus index*; & *hoc animal eſt teſtis bonus*. (8) Sed quum dixit Cicero, *naturam bonam ducem*; & Valer. Maximus Lib. 2. cap. 5. & 6. *Antiquorum ſimplicitas certiſſima index*: Et de Maſſilia loquens, *Severitatis cuſtos acerrima*, figura eſt Sylleſis: quemadmodum & in illo Plauti, quum de fœmina dicitur; *Qui hic commercaris cives homines liberos*: & Terentius de Ancilla; *Quum ejus tam negliguntur internuntii*. [At Vide ad pag. 49.] Et in ſacris, in hiſtoria Abrahæ ſæpe iteratur, *Mortuum meum*, quum de Sara fiat ſermo. De Ellipſi quære exempla in voce *Fœmina*, *Fabula*, *Urbs*, *Navis*, *Herba*. Deſinant igitur jam obſtrepere Grammatiſtæ cum nomine *Homo* (quos vel Calepinus inſcitiæ arguit) ex illo Ciceronis; *Quoniam homo nata erat*: nam *homo* ibi nullum habet adjectivum; ut *tua filia nata*

(8) *Sed quum dixit Cicero.*] At vide quæ diſputavi paulo ante de Communibus pag. 50. Eo enim referenda hæc ſunt, *Dux*, *Index*, *Cuſtos*, neutiquam ad Syllepſin, aut Ellipſin. Syllepſis quidem per Ellipſin foret expedienda. At quæ hic Ellipſis? quid intelligitur? quando ex. gr. *ſimplicitas* illa dicitur *certiſſima index continentiæ*: quid immo intelligi poteſt, quod ſeparet τὸ *certiſſima* a Voce *Index*? Quid multa? Sicuti Genus Subſtantivi ex Adiectivis ei junctis cognoſcitur potiſſimum, ut mox pag. 56. ipſe docet Sanctius, ſic Adjectivum *Certiſſima*, quod hic ad nihil aliud referri poteſt, declarat liquido Vocem *Index* hic poni in Genere Feminino, atque adeo eſſe eam vere Nomen Commune. Urſinum valde miror, qui pag. 245. τὸ *Index* in Epicœna confert. Si ita, tum vero Valerius dicere debuiſſet, prout Epicœna ejuſdem ſemper ſunt Generis, nec illud mutant, Simplicitatem illam fuiſſe *indicem certiſſimum*, non *certiſſimam*. Plane ut ipſe Urſinus neutiquam vult dici *bonam Principem*, *Hominem miſeram*, *Furem magnam*, quia *Princeps*, *Homo*, *Fur*, licet de Feminis quoque dicantur, tamen ſint tantum Maſculini generis, itidem ut *Index* ex ejus ſententia eſſe debet. Neutiquam tamen affirmaverim Ego, Plautum, quando de Feminis dixit, *Fures eſtis ambæ*, ſi Epitheton voluiſſet addere, dicturum potius *Magni fures eſtis ambæ*, quam *Magnæ*.

Digitized by Google

nata erat homo, ſic potuiſſet dicere, *nata erat animal*; ut Terentius in Phormione dixit, *Virum me natam vellem*. „ [Livius lib. 28. (9) *Porcus natus erat fœmina*; „ Et Ovid. 2. Amor. 5. *O mihi perpetuum nata puella* „ *malum*. qui etiam de Cæneo loquens: *Fœmina natus* „ *erat*. An ergo ſtolidum Grammaticorum pecus con- „ tendet, *Fœminam* eſſe maſculini generis? quod ſimi- „ liter de *muliere* facere eos oportet; cum Plautus di- „ cat, *Amphitruo factus eſt mulier*. Pari modo *Puer* „ erit eis fœmina, cum ſit apud Juſtinum lib. 1. *Semi-* „ *ramis puer credita eſt*.]

Adjectiva nomina non habent Genus, ſed terminationes, & (ut Grammatice dicam) perſonas ad Genus; ita ut terminatio in *us* adaptetur maſculinis; in *a*, fœmininis; in *um*, neutris. Itaque Genus eſt in Subſtantivis tantum, & invento Genere, quærimus terminationem in Adjectivis: & ita, ſi non eſſent nomina Adjectiva, nemo quæreret Genus Grammaticum; neque ſi nomina adjectiva unam tantum haberent Terminationem. Ut *parens*, *conjux*, *infans*, *adoleſcens*, *juvenis*, *ſenex*, *pauper*, *dives*, & hujuſmodi alia. Sed mirandum non eſt, Adjectiva nomina in ſingulari, aut plurali, propter rariorem uſum aliqua terminatione deficere, præcipue neutrali; ut in nomine *Alma*, quod quum ſit adjectivum, tamen raro in maſculino, nunquam in neutro reperitur. Sic *nova nupta*, quum *nuptus* ſit participium. Unde Plautus Caſina; *Novum nuptum cum novo marito*: ſic apud Græcos πότνια, id eſt, *veneranda*. Sic *victrix*, & *ultrix*; quæ merito vocantur ab Scaligero adjectiva, etiam in ſingulari; nam in plurali dubium non eſt; ut *arma victricia*; *ultricia tela*. Et apud Lucanum; *victrici dextra*. Priſcianus ideo dixit, *hæc nomina facere ablativum in* e, *vel* i, *quia*

(9) *Porcus natus erat femina.*] Verba Livii aliter ſe habent: *Porcus biceps, & agnus mas, idemque femina; natus erat*; lib. XXVIII. c. 11. Vide & infra Sanctium IV, 4. in V. *Fœmina*.

quia ſint Adjectiva. Denique nominum vis & natura eſt intuenda, etiam ſi uſus non totam nominis naturam aſſumat; nec enim, quia ſola fœmina poſſit eſſe prægnans, dicendum eſt cum imperitis, prægnans eſſe generis fœminini tantum: nam *prægnans Jovis cerebrum* legimus; & *fœtum ejuſdem femur* dicimus; Et, *ſcandit fatalis machina muros, fœta armis*; & *gravidum equum Trojanum.*

Sed jam, ut ſentio, exſpectas à me, ut hæc nomina, quæ exempli cauſa adduxi, probem eſſe Adjectiva. Primum omnium, Adjectivum neceſſe eſt ſit omne nomen, unde duci poteſt comparatio; ut *ſenior*, *junior*, *adoleſcentior*; quia qualitas nominibus ſignificatur adjectivis, non ſubſtantivis. *Parens* à *pario* fit, inquit Feſtus, *& verum participium* eſt; nam *parere* apud antiquos de homine etiam dicebatur, ſicut τίκτω apud Græcos. Homerus, ὃν ἀθάνατος τέκετο Ζεύς, id eſt; *quem immortalis peperit Jupiter.* „ [Cicero 2. „ Tuſc. Deianiram ait *Oenei partu editam*, quod „ pater Oeneus eam pepererit, id eſt, genuerit.] In Pandectis *parere* de hominibus etiam dicitur; quomodo Nonius Marcellus (10) citat Cæcilium poëtam. *Conjux* eſt, quicquid eſt ſub eodem jugo: reliqua ad hunc locum pete ab Ellipſi, in voce *Vir*, vel *Fœmina*, & *Puer*, & *Homo.* Reſtat illud, quod à nemine animadverſum eſſe video, (11) Nomina propria

(10) *Citat Cæcilium Poëtam.*] Vide Nonium cap. VI. n. 94. ubi ait, *Parere etiam Viros dici poſſe Cæcilius auctor eſt*, ac profert dein ipſa Cæcilii verba.

(11) *Nomina propria &c.*] Non abſurde quidem diſputantur ſequentia, ſed tamen exemplis demonſtrari poteſt contrarium, ſcil. etiam Nomina Propria Adjectivis directe & per ſe ſine ἐλλείψει ulla jungi, & proinde Genus Grammaticum revera habere, quod utrumque negat Sanctius. Ne longe abeamus, nec repetamus exempla Arborum, in initio hujus Capitis ab ipſo Sanctio allata: nomina propria Urbium, quæ maſculino in genere ponuntur & conſtruuntur, nullam utique patiuntur ἔλλειψιν, veluti quum dicitur *Narbo Marcius*, *Sulmo aquoſus*: Livius XXIV. 2. *Ut receptus Croto Brutiorum eſſet.* Hæc

pria hominum, urbium, fluviorum, montium, cætera

Hæc enim ut Adjectiva & Subſtantiva directe conjungi, manifeſtius adhuc ex eo eſt, quod nulla prorſus nomina urbium maſculino genere conſtructa occurrant, niſi quorum terminatio eſt maſculina. Ex quo proinde apparet, iſta etiam Nomina recipere Genus ſuæ Terminationi conveniens, & in conſtructione eorum cum Adjectivis haberi rationem non alicujus ἐμψύχως, ſed Terminationis, & quod ex ea oritur, Generis. Nam ſi Ellipſis quædam ſtatui poſſet in illis maſculinæ terminationis & conſtructionis urbibus, occurreret eadem illa aliquando etiam in femininæ vel neutrius terminationis urbibus, & dici poſſet per eandem Ellipſin æque, *Roma vel Brundiſium receptus*, ac *Croto*, quod nuſquam tamen fit, & alienum foret ab omni ratione Grammatica. Similiter Nomina Urbium Neutrius formæ etiam Adjectiva & Participia ejuſdem Generis ſibi habent juncta. Livius II, 65. *Antium paucos circumſeſſum dies deditur.* Et III, 1. *Antio capto*; non *capta*. At ibidem mox, ſed per Appoſitionem, *Antium, propinquam, oportunam, & maritimam Urbem, coloniam deduci poſſe.* Liquet hinc ſi occurreret *Antium capta*, fore illud expediendum per talis *Appoſitionis* Ellipſin; at quando dicitur *Antium captum*, *receptus Croto*, accipienda ea eſſe, ut per diſertam Adjectivi & Subſtantivi Concordiam dicta. Sed &, quidni propria Nomina reciperent Adjectivum deſcriptionis, immo & diſtinctionis? Nam non omnia Adjectiva præferunt diſtinctionem. Quum dicitur *Narbo Marcius*, non ſignificatur eo, eſſe & aliam iſtius nominis urbem, à qua illhoc Epitheto hæc diſtinguatur: ſed ſimplici deſcriptione, eam, cum potuiſſet ab alio, fuiſſe à Marcio conditam. Sed tamen & Diſtinctionis Epitheta quidni conveniant nominibus Propriis, quando plures ſunt, quibus unum illud nomen Proprium convenit? Sic utique *Alba Longa* Aſcanii fuit dicta, non reſpectu omnium aliarum urbium, ſed tantum aliarum *Albarum*, ſeu aliarum urbium, quæ item appellabantur *Alba.* Immo & in Propriis nominibus civium Romanorum Prænomen & nomen Gentilitium ſunt vere Subſtantiva & Adjectiva. Veluti: *M. Tullius* ſignificat illum *Marcum*, qui eſt ex gente *Tullia*, cum plures eſſent alii Marci in aliis gentibus. Eſt autem *Tullius* vere Adjectivum, & proinde dicitur *Tullius, Tullia, Tullium.* Veriſſima hæc ſunt, & tamen Cl. Urſinus *Grammat. Inſtit. Sect.* VIII. ſeu Tom. II. p. 16. ſuperiora quidem, quæ de Nominibus Propriis hic diſputavi, probat, at poſtrema, quod nollem, rejicit. Fatetur ipſe Nomina Gentilitia, *Tullius*, *Julius*, &c. eſſe Adjectiva, ſed tamen cum Prænominibus juncta putat pro Subſtantivis accipienda, & per Appoſitionem explicanda, una hac ratione, quod *finis Prænominum ſit diſtinguere homines ejuſdem Gentis*, atque

 adeo

tera hujuſmodi, Genus Grammaticum habere non poſſe; nam, ut ſæpe monuimus, ſi non eſſent Adjectiva nomina, Genus apud Grammaticos locum non haberet: ſi enim dicas; *Revereor patrem*: *Ne lædas hominem*: *Exclude canem*; non refert, cujus generis ſit, interrogare, niſi addendum ſit adjectivum. Hinc jam patebit, Genus in illis nominibus non eſſe quærendum, quæ Adjectivis conjungi non poſſunt: qualia ſunt, *Ego*, *Tu*, *Sui*. (At vide, quæ diſputavimus in contrarium ſupra 1, 2, 7. extr.) & hominum, & Deorum nomina propria: ut *Ego ſum Hiſpanus*, ſcilicet, *homo*: vide in Ellipſi *Homo*. *Magna Tarentum*, ſcilicet, *urbs*: vide Ellipſin, *Urbs*, *Arbor*, *Fluvius*, *Menſis*, &c.

Cauſa

adeo *Gentilitium ſit natura prius*, *cui poſtea Prænomen per modum Appoſitionis adjiciatur.* At ratio hæc & falſa eſt, & nulla. Falſa, quia Prænomina ſunt vere antiquiora Nominibus Gentilitiis, quæ inventa demum ſunt, quando jam in Latio complures exoriebantur ejuſdem Nominis Homines, quod antea unum modo erat ſingulis, ut apud Græcos, tum Hebræos, alioſque Populos, etiam Noſtros Majores, ſed quod Nomen tunc demum *Prænomen* cœpit dici, quum illud alterum addi jam cœpiſſet, quo ergo antiquius longe & *natura prius* fuit. Nulla porro eſt, quia, licet homo, qui naſcitur in Gente Tullia, *Tullius* ſtatim ſit, & antequam *Marci* prænomen habeat, non inde tamen ſequitur, vocem *Tullius* mutare ſuam naturam, quando dicitur *Marcus Tullius*, aut aliud quidpiam hæc ſignificare, quam *Marcus ille*, *qui eſt Gentis Tulliæ*. Plane ſicuti quando plures ſunt ejuſdem Nominis, ac Ego diſtinctionis gratia dico, *Zeno Eleates*, *Zeno Citicus*, *Dio Syracuſanus*, *Dio Pruſeus* &c. certum eſt hæc ab Urbium Nominibus derivata vocabula eſſe plane Adjectiva, quæ ad Nomina illa Hominum tanquam ad ſua Subſtantiva directe referantur. Et tamen illi Homines prius fuerunt *Eleatæ*, *Syracuſani* &c. quam *Zenonis* aut *Dionis* nomine præditi. Immo ſi Pindarum dicam *Poëtam Thebanum*, certum eſt, prius fuiſſe Thebanum, quam Poëtam, & tamen concordia eſt illa Adjectivi & Subſtantivi. Multa ſunt ſimilia. Quocirca quum plures Romæ eſſent *Marci*, idcirco, ut apud Plautum in Trin. plures *Lesbonici* in una platea debebant deſcribi, ut is, qui quærebatur, oſtendi poſſet, ita & ex *Marcis* illis, ut cognoſcerentur ſinguli, unus *Tulliæ*, alter *Juniæ*, &c. Gentium nominibus quoque deſignabantur.]

Digitized by Google

Cauſa nunc eſt aperienda, quare nomina Propria nolint Adjectivis conjungi. Quod proprium & ſingulare eſt, ſic a rebus cæteris ſeparatur, ut nulli alii videatur poſſe conferri & comparari. Porro ſi comparari non poteſt, non admittit qualitatem aut quantitatem: non enim dicitur, *urbs parva*, niſi comparatione alius urbis. Si igitur velis conjungere cum Roma hoc nomen *Magna*, ſignificas eſſe aliam Romam parvam, quod intelligi non poteſt. Dices igitur, *Roma eſt magna*, ſubaudi, *urbs*. Sic *Petrus eſt albus*, ſubaudi, *homo*, nam albus eſt, non quatenus Petrus, ſed quatenus homo eſt. Scio Pſeudoſophiſtas noſtri temporis aliter hæc diſputare: ſed ex ipſo Ariſtotele diſcant ſe delirare, nos recte ſentire: nam in prima Philoſophia lib. 5. cap. 9. *Singularia*, inquit, *non ſuſcipiunt determinationem, quia de pluribus non affirmantur*: & lib. 7. cap. 4. & ibidem cap. 15. ſic ait: *Singularium non eſt demonſtratio, neque definitio, ac proinde neque ſcientia.* ἀεὶ γάρ ἐστι πᾶς ὅρος καθόλου, id eſt, *ſemper enim eſt omnis definitio univerſalis.* Hebræi præterea notant, nomina Propria ideo non recipere articulos, quia ſatis per ſe nota ſunt. Nec te moveat, quod *Athenas doctas* dicimus; *veſtros Metellos*; *noſtros Cicerones*; nam nulla pluralia verè dici poſſunt Propria: (12) nam Athenæ olim fuere multæ athenaides, hoc eſt,

(12) *Nam Athenæ &c.*] Nihili hæc ſunt, licet temere ſatis ea admittat Urſinus *Sect.* III. *cap.* 10. p. 96. probans ceteroqui cap. 22. p. 229. & maxime *Sect.* VIII. *pag.* 15, & 16. quæ contra Sanctium paulo ante diſputavi de Genere Nominum Propriorum, & adjectivo illis abſque Ellipſi addito. *Athenæ* autem dictæ olim haud dubie ab Ἀκτὴ, *littus*, unde terra Ἀκτικὴ, ſed dein faciliore pronunciatione Ἀττική. Prius illud & antiquius occurrit in antiquiſſima inſcriptione Arundeliani marmoris, ubi dicitur Regio a Cecrope appellata Cecropia, τὸ πρότερον καλουμένη Ἀκτικὴ ἀπὸ Ἀκταίου τοῦ Αὐτόχθονος, *prius appellata Actica ab Actæo Indigena.* Liquet hinc antiqua regionis appellatio, licet falſa detur ratio, quum Ἀκτικὴ illa olim etiam Ἀκτὴ fuerit dicta, quod ex Syncello, qui ſua ex antiquioribus haurire ſolet Scriptoribus, diſcimus. Is ergo pag. 48. Ogygium Diluvium ait accidiſſe ἐν Ἀκτῇ, τῇ

eſt, olivæ, vel oliveta, quæ poſtea in unam urbem coaluerunt. Sic *Pariſii*, multi paeſi. Sic *Burgi*, multi Pyrgi, id eſt, turres. Sic patria mea *Brocæ*, quo nomine antiquitus dicebantur mapalia. Nec nomina Deorum propria dici debent, quum pro re, cui præſunt, inveniuntur: ut *dubio Marte*: *dura Tellus*: *ardens Veſta.*

CAP.

τῇ νῦν Ἀττικῇ. Et pag. 50. Cecropem regnaviſſe τῆς τότε μὲν Ἀκτῆς, νῦν δὲ Ἀττικῆς, h.e. in regione, *quæ tunc quidem Acte* dicebatur, *nunc vero Attica* dicitur. Hinc ergo ipſa Urbs tandem, quum plures ejus terræ pagi aut oppidula in unam coaluiſſent πόλιν, *civitatem*, vocata eſt Ἀθῆναι pro Ἀκτῆναι. Vide etiam, quæ notavi ad Aeliani Var. Hiſt. VI. 1. 14. Sed quæcunque fuerit ipſius Nominis origo, eſt utique proprium Urbis & Civitatis Nomen, cujus Grammaticum Genus ex Adjectivis cognoſcimus clariſſime, quippe quæ ſuam terminationem æque illi accommodant, ac Nominibus Appellativis. Propria autem quidni etiam pluralia eſſe poſſint? cum non tantum Singuli homines proprium habeant nomen, ſed & plures ſimul unius Familiæ nomen, ut *Metelli*, immo totius Civitatis, ut *Athenarum*, unde *Athenienſes*, *Thebarum*, unde *Thebani*, *Vejorum*, unde *Vejentes*, quæ ſunt utique Propria Civium cujuſque Urbis Nomina. Sed & Propria ipſarum Urbium & Hominum quoque ſingulorum Nomina non deſinunt eſſe Propria, licet exſiſtant tandem plures, qui pariter illud Nomen habeant. Quando autem plures exiſtunt ejuſdem Nominis, tum recte illud in Plurali adhibetur, ut apud Plautum in Trinummo IV. 2. 74. *At enim multi Lesbonici ſunt hic, niſi nomen Patris dices, non monſtrare poſſum.* Nullum aliud erat illi, qui quærebatur, Proprium Nomen, quam *Lesbonicus*, & tamen plures erant ejuſdem Nominis, atque ideo recte in Plurali *multi* dicuntur eſſe *Lesbonici*. Quin & ſæpe Proprium Nomen non in Singulari modo, ſed & in Plurali, additum ſibi habet Adjectivum diſtinctionis gratia. Sic *Locri*, Urbes in Græcia & Italia ſic dictæ in Plurali & Maſculino, Epithetis eodem Genere & Numero additis, ab ſe invicem diſtinguuntur, æque ac in Singulari *Hippo Regius*, & *Hippo Diarrhytus*, in Africa, & paſſim *Syrtis Major* & *Minor*, ac in plurali *Syrtes*. Certe Græci & Latini olim a Nomine vere Proprio Pluralem Numerum adeo non abhorrere cenſuerunt, ut multis Urbibus dederint Proprium vere nomen, ſed Numeri tantum Pluralis, quod etiam conſtruunt ideo cum Adjectivis & Verbis pluralibus, in ſenſu, non illo, quem forte in origine ſua habuit id Nomen, ſed quo Unam & Certam Urbem proprie deſignavit.

Digitized by Google

Cap. VIII.

De Declinatione.

Quid ſit Declinatio apud Grammaticos, melius jam uſu intelligitur, quam definitione explicatur. *Declinatio*, inquiunt, *eſt caſuum variatio.* Nos nullam poſuimus definitionem, contenti dixiſſe, ex differentiis nominis oriri declinationem. Varro I. de Analogia innumeras formas (1) *declinandi* proponit; ut a Terentio, Terentii: ab equo, equito: ab homine, homunculus: à capite, capitulum: ab homine, homines: à prudentia, prudens: ab ingenio, ingenioſus: à pugnando & currendo, pugiles & curſores. Hæc carptim ex Varrone: ſed rurſus Varro: *Vocabulorum*, inquit, *ut Homo, & Equus, Declinationum genera ſunt quatuor: unum nominandi, ut ab* equo, equile: *alterum caſuale, ut ab* equo, equum: *tertium augendi, ut ab* albo, albius; *quartum minuendi, ut à* ciſta, ciſtula. Et declinationum ordinem

(1) *Declinandi.*] Antiquiſſimi Scriptores *Declinandi* & *Inclinandi* verba in ſenſu cujuſcunque derivationis adhibuerunt, non tantum, quando Caſus Obliqui nominum a recto, ſed & quando perſonæ & tempora in Verbis ab ipſo Themate deducuntur: immo &, quando Nomina a verbis, Adverbia a Nominibus formantur. Gellius Noct. Att. II. 25. *Analogiam* dicit eſſe *ſimilium ſimilem Declinationem, Anomaliam* vero *inæqualitatem declinationum*, & exempla dein ex Varrone omnium Generum, quæ modo memoravi, profert. Similiter III. 12. de voce *Biboſus* agens, nullum aliud eſſe ait, *quod ſimilis inclinatu dicatur; non enim ſimili eſſe Vinoſus* &c. *quoniam à Vocabulis*, (h. e. Nominibus) *non a Verbis, inclinata ſint.* Sed & IV. 9. Nigidii Figuli verba exhibet, in quibus *inclinamentum* reperimus, certam Nominis Adjectivi formam ſignificans. Feſtus quoque, *Oſi ſunt ab Odio declinaſſe Antiquos*, ait Diomedes lib. I. *Partes Orationis* dicit eſſe *Octo*, quarum *Quatuor*, in quibus eſt *Verbum, ſint Declinabiles.* Sed tamen jam illius & Chariſii ac Priſciani tempore *Declinatio* κατ' ἐξοχὴν notabat flexionem Nominis in ſuos Caſus, ut nunc plerumque accipitur.

Digitized by Google

nem alium ponit Varro, alium alii; & fortaſſe commodiorem, quam quo utimur. Sed in re levi noluimus eſſe moroſi; Priſciani rationem omnes fere ſequimur, qui à vocali genitivi ordinem declinationum exequitur. Pronominum verò declinationes conſtituere ineptum Grammaticorum eſt commentum: [Vide ſupra c. 2.] Sunt enim irregularia, quæ iſti vocant Pronomina; neque ad declinationum regulas ſuerunt revocanda; neque quicquam ad analogiam faciunt, quemadmodum reliqua paradigmata.

CAP. IX.

Nulla eſſe nomina Heteroclita, aut Heterogenea. Nomina, quæ promiſcue in US & UM deſinunt.

IN anomalis reliquis ridiculi ſunt Grammatici, qui Centauros & Hermaphroditos effingunt; nullum enim nomen eſt, quod in plurali degeneret à ſingulari, aut in genere, aut in declinatione. *Cælum* plurali caret apud Latine loquentes, qui unicum cælum ſtatuebant. Planetarum circulos aut orbes vocat Cicero: ſed ſi neceſſe ſit *cælos* in plurali dicere, non propterea genus mutatur, quia *hic cælus* dicebant antiqui. *Cælum hoc*, inquit Chariſius, *quum ſit neutrum, etiam maſculine Veteres dixerunt: ut Ennius; Quem Cælus genuit.* Idem quoque *cælos profundos.* Cicero lib. 9. Familiar. *quæſiturum putabat, an eſſet unum cælum, an innumerabilia.* Idem ſentiendum de *locus* & *jocus*: nam quo alio argumento credam aliquando fuiſſe in *um*, niſi quod in plurali etiam deſinant in *a*? Jam quis eſt tam hebes, qui non intelligat aliud eſſe *epulum* in ſingulari, aliud *epulæ* in plurali? Nos non diffitemur eſſe nomina, quæ altero numero, aut certis caſibus careant; ſed permixtionem aut generum, aut numerorum, non concedimus. Præclare mihi videtur ſentire Joannes Paſtrana, quum præcipit, omnia

Digitized by Google

nia nomina in *us*, non ſignificantia vere marem aut fœminam, poſſe etiam terminari in *um*; ut *baculus*, *baculum*; *puteus*, *puteum*. Ego animi gratia aliqua collegi ex Varrone, Chariſio, Feſto, Nonio, quæ in utraque terminatione inveniantur; tu ſi erit otium, alia diligentius exquires. Abſinthius, acinus, angiportus, anfractus, Avernus, baculus, bacillus, baltheus, buxus, callus, calcaneus, candelabrus, capillus, carbaſus, carrus, caſeus, cibus, clivus, cælus, collus, corius, clypeus, crocus, cryſtallus, cubitus, culeus, dorſus, eventus, us. faſcinus, fenus, fimus, forus, fretus, gelus, vel gelu, genus, vel genu, intubus, jocus, locus, lectus, lucrus, lupinus, lutus, medimnus, modius, naſus, palatus, us, &, i, patibulus, hoc pelagus, peccatus, us, (1) peditus, pileus, pileolus, porrus, punctus, puteus, prætextus, us. raſtrus, reticulus, rictus, us. ſagus, ſenſus, us. ſexus, us. ſcutus, ſibilus, ſparus, ſtylus, ſtimulus, ſupparus, Tartarus, tergus, tignus, vallus, vultus, uterus, hoc vulgus: & plurima Græca, quæ in *Os* ſimul & *On* deſinunt, ut Cryſtallos, Gargaros, Dyndimos, Tympanos, Barbitos, Tartaros, Pergamos. „ [(2) Ita cingulus Ciceroni, cingulum Virgilio „ placuit.]

(3) Sunt & aliter redundantia, ut hic, vel hæc *penus*, i, &

(1) *Peditus.*] Vitioſum hoc opinor. Nam quid eſt *Peditus* aut *Peditum*? Nuſquam id occurrere putem. Credo voluiſſe Sanctium *Pedatus*. Nam *Pedatu* reperimus apud Plautum in *Ciſtel.* at *Pedato* ex Catonis *Origg.* apud Nonium *Cap.* 1. §. 325. Alia & longe plura hujus varietatis exempla habet Voſſius de Anal. II. 20. & Urſinus *To.* I. *Sect.* III. c. 20. ſed maxime *Cap.* 24. *pag.* 212. &c.

(2) *Ita Cingulus &c.*] Multa alia à Voſſio collecta vide in *Lib. de Analogia*, I. 36. ſed & ſequentium Variationum plura exempla, *cap.* 35. & *lib.* II. *cap.* 20. & Urſinum To. I. Sect. III. cap. 23. pag. 283.

(3) *Sunt & aliter &c.*] Huc forſan pertinet etiam illud Terentii *Adelph.* V. 3. 55. *Cum primo lucu ibo hinc.* Ubi Donatus: *Veteres dicebant Lucum pro Luce, pro Sole ponentes.* Et dein, *Veteres Maſculino Genere dicebant Lucem.* Poſterius hoc ex Veteribus probat Georg. Fabricius ad h. l. in quo ipſo

Digitized by Google

& *penus*, us, hoc *penum*, i, *penus*, *oris*, *penu*, u. *Jugerum jugeri*; *juger*, is. *Plebs*, is, *plebes*, ei, *adipes*, *adeps*, *ſepes*, *ſeps*, *trabes*, *trabs*. *Delicium*, ii, *delicia*, æ, *Margaritum*, *hæc margarita*. *Cavillum*, *hæc cavilla*. *Mendum*, *hæc menda*. *Balneum*, *balineum*, *hæc balnea*. *Cingulum*, *hæc cingula*. *Labruſcum*, *hæc labruſca*. *Tapetum*, *tapes*, *etis* : *tapete*, *is*. *Gauſapum*, *hoc gauſape* indecl. *Præneſtis*, *hoc Præneſte* indecl. *Soractes*, *hoc Soracte* indecl. *Tonitrus*, *tonitrum*, *hoc tonitru*. *Gelus*, *hoc gelu*. *Genus*, *hoc genu*, *hoc rete*, *hic retis*. *Emble-*

ipſo ex Veteri MSto profert *cum primo luci*, quod & Bembus probat ac præfert. Sed & Plautus *Aulul.* IV. 10, 18. *Luce claro*, & Ciſtell. II. 1. 49. *Cum primo luci cras niſi ambo occidero.* Ceterum eadem declinatione, qua *Lucu*, licet diverſo Genere, dixerunt Veteres quoque *Noctu multa*, *Noctu concubia.* Vide Macrobium *Saturn.* I. 4. Sed & ſine dubio eadem eſt ratio ꝧ *Diu*, & *Interdiu*, quæ itidem videntur Ablativi à *Dius* pro *Dies*. Hinc antiquiſſimi dixerunt etiam *Interdius* pro *Interdiu*: Vide Plautum Aſin. III, 3. 9. *Ut largus eſt opera nocturna : Nunc eſt negotioſus interdius.* Aulul. I. 1. 33. *Pervigilat noctes totas, tum autem interdius. Quaſi claudus ſutor domi ſedet totos dies.* & Moſtell. II. 2. 14. *Sed quid hoc? occluſa janua eſt interdius.* Ubi hoc tanquam Adverbium adhibetur, licet revera ſit Nominativus, æque ac *Perdius & Pernox* apud Gellium II, 1. Negat hoc quidem Gronovius Pater ad Livium XXXIX, 14. Sed quid obſtat, quo minus vere Nominativi fuerint *Dius* & *Interdius*, & Ablativi *Diu* & *Interdiu*, atque illi Nominativi pro Adverbio fuerint adhibiti, æque ac *Nox*. Plaut. Aſin. III, 3, 7. *Nox, ſi voles, manebo*, h. e. noctu, per noctem. Rud. II. 4, 4. *accipiam hoſpitio, ſi nox venis.* Sed & diſerte Gellius in deperdito Libro VIII. cap. 1. docuit XV Viros in XII Tabulis *Nox* dixiſſe pro *Noctu*. Similiter *Nudius* eſſe Nominativum ex Epithetis *tertius*, *quartus*, &c. eſt manifeſtiſſimum, & tamen ut Adverbium aliis locutionibus jungitur. Dicitur autem contracte quaſi *Novidius*, ſeu *Novus dius*, eodem modo, quo *Nuper*, quaſi *Noviper*. Solet porro *Novus* etiam de præterito adhiberi tempore, ut vel ex hoc ipſo *Nuper* liquet, & ex *Noviſſimus* ac *Noviſſime*. Salluſt. Catil. 33. *ſæpe ac noviſſime memoria noſtra.* Jug. 19. *Fines Carthaginienſium, quos noviſſime habuerant.* Certe hæc derivatio longe mihi videtur veriſimilior, quam quæ eſt Viror. Doctiſſimorum, Voſſii in Etymol. v. *Dies*, & Gronovii d. l. Volunt Hi *Nudius tertius* dici contracte pro *Nunc dies tertius*, vel *Nunc dieſt* (pro *dies eſt*) *tertius*, eaque *cum ſæpiſſime conjungerentur*,

Digitized by Google

(4) *Emblema, emblematum.* Sic *toreuma* & ſimilia. *Quies, etis,*

gerentur, cohæſiſſe, & in unam coaluiſſe vocem. At rarius ſolet in Lingua Lat. N ante conſonas elidi, ſed addi potius ſolet & interponi: deinde non tantum dicitur *Nudius tertius*, ſed & *Nudius quartus, quintus, ſextus*. V. Plaut. Moſtell. IV, 2, 41. & Trin. III, 2. 101. Immo & *Nudius tertius decimus* apud Ciceron. Philipp. V. 1. Hæc autem declarant non unam vocem ex diverſis frequenti uſu coalitam, ſed certam Nominativi Subſtantivi cum variis Adjectivis in eodem caſu conſtructionem, verum adverbii in modum adhibitam.

(4) *Emblema, Emblematum.*] Illud Græcæ, hoc Latinæ eſt formæ, cujus caſus plurales frequentiori in uſu fuere apud antiquiſſimos, ut dicerent etiam *emblematorum, emblematis*. Nonius Marc. peculiare caput ſcripſit *de mutata declinatione*, (debuiſſet potius appellaſſe *de varia declinatione*) in quo reperias *Poëmatorum non bonorum* ex Afranio, & *Neque ſcriptum in Poëmatis* ex Plauto. Diſertius & uberius hanc formam aſſeruit Chariſius *lib.* I. cujus verba tum Manutius ad Cicer. *Famil.* XVI. 21. ubi & is eodem modo ait, *in exſcribendis hypomnematis*: tum Voſſius *de Anal.* II. 14. retulere; idcirco hic ea repetere nihil attinet. Hic vero addendum, illam Græcæ linguæ formam à Latinis non modo in illam Secundæ, ut dicitur, Declinationis terminationem aliquando tranſlatam, ſed & in aliam Primæ. Sic enim à τὸ σχῆμα dixerunt etiam *ſchema, mæ*. Sueton. *Tiber.* c. 43. *Ne cui in opera edenda exemplar imperatæ ſchemæ deeſſet.* Ubi Vide Torrent. qui plura adfert ejus generis. Præterea frequens hoc fuit Latinis, ut in vocabulis ex Græca lingua ſumptis formam ſeu declinationem imprimis variarent. Sic promiſcue *hebdomas*, & *hebdomada* paſſim, ſic *Croton*, & *Crotona* Frontin. III. 6. 4. *Salamis*, & *Salamina* Juſtin. II. 7. *Ptolemais*, & *Ptolemaida* Sulpit. Sev. lib. II. aliaque innumera uſurpaverunt veteres. V. Th. Munkerum in *Diſſert.* Hygino præmiſſa, alia & quam plurima exempla adferentem. Immo vero mutaverunt aliquando ſimul declinationem, numerum, & genus. Veluti urbs Lydiæ τὰ Θυάτειρα Græcis, unde Apocal. c. 1. ἄγγελος τῆς ἐν Θυατείροις ἐκκλησίας. At apud Liv. XXXVII. 44. *Legati ab Thyatira venerunt.* Sic & Τιγρανόκερτα πόλις Ἀρμενίας, οὐδετέρως, ait Stephanus, h. e. *Tigranocerta urbs Armeniæ, neutro genere*, plurali ſcilicet. At Frontin. II. 1. 14. & II. 2. 4. *in Armenia majore apud Tigranocertam.* Sed & ipſi Græci hoc modo in ſuis nominibus variaſſe reperiuntur. Ita enim in ſacra quoque Scriptura iiſdem in locis ſimul ἡ Λύστρα & τὰ Λύστρα occurrunt. Actor. XIV. 6. κατέφυγον εἰς τὰς πόλεις Λυκαονίας, Λύστραν καὶ Δέρβην. Mox v. 8. καί τις ἀνὴρ ἐν Λύστροις. Sic XVI. v. 1. κατήντησεν εἰς Δέρβην καὶ Λύστραν, at v. 2. ὃς ἐμαρτυρεῖτο ὑπὸ τῶν ἐν Λύστροις. Nihil ergo mirum, ſi in eorum vocabulis ſimilia ſibi permiſerunt Latini,

qui

etis, *quies*, *ei*, ſic *requies*. Alia ſub uno fine, ſecundæ vel quartæ: *Acus*, *Arcus*, *Cornus*, *Laurus*, *Pinus*, *Specus*, *Quercus*, *Ficus*, *Lacus*, *Colus*, *Domus*, *Faſtus*, *Juſſus*, *Prætextus*, *Eventus*. Alia ſunt primæ vel quintæ, ut *Avaritia*, *Avarities*: ſic *barbaries*, *blandities*, *durities*, *materies*, *maceries*, *malities*, *mundities*, *nigrities*, *notities*, *nequities*, *pigrities*, *ſegnities*, *ſcabrities*, *ſpurcities*. Sunt & adjectiva redundantia, ut *Inermis*, *inermus*: ſic *enervus*, *hilarus*, *imbecilius*, *effrenis*, *exanimis*, *acclivis*, *inſomnis*, *gracilus*, *bijugus*, *quadrijugus*: *violens*, *violentus*: *opulens*, *opulentus*: & multa in *er*, ut *hic October*, *hic & hæc Octobris*, & *hoc Octobre*. Sic *acer*, *alacer*, *celer*, *celeber*, *campeſter*, *equeſter*, *pedeſter*, *paluſter*, *ſaluber*, *ſilveſter*, *volucer*, *September*, &c.

qui tamen etiam in ſuis eadem ſunt auſi. Etenim oppidum illud, quod portus vicem Romanis præbuit, dictum fuit *Oſtia*, *æ*, & *Oſtia*, *orum*, de quo vide Gronovium Patrem ad Livium, IX. 19.

CAP. X.

De nominibus Diminutis.

OMNIA nominis accidentia erant jam explicata, niſi alia *Declinationum* genera reſtarent, quæ alio nomine derivata vocantur, quarum plura ſunt genera: Sed nos ea tantum perſequimur, quæ à grammaticis ignorantur; ea ſunt *Diminuta*, *Poſſeſſiva*, *Comparata*, *Superlata*. Nunc de *Diminutis*, & *Comparatorum* derivatione; reliqua in conſtructione proſequemur. *Diminutio*, inquit Fabius lib. 1. cap. 6. *Genus tantum detegit*: quaſi dicat; quoties dubitaveris de Genere, (nam Declinationem non oſtendunt diminuta) recurras licet ad Diminuta: nam *funis* maſculinum eſſe, *funiculus* oſtendit. Cum hæc regula veriſſima ſit, nugis tamen armatus Laurentius Valla, illam evertere lib. 1. cap. 5. conatur: adducit enim multa Diminuta,

Digitized by Google

nuta, quæ ab origine videantur in genere diſcordare. Illum ego ſuis exemplis jugulabo, & omnia inſuper Diminuta ſui primigenii ſignificationem conſervare oſtendam, *Pes*, *dis*, pro veſtigio, & pro capitis vermiculo capitur; ab utroque ſignificatu fit *pediculus*; nam *pedunculus*, & *pediolus* barbara ſunt. *Pedis* in recto declinat Nonius. A *Cuccus* fit *cucculus*, à *Cicera*, *cicercula*, non à *Cicer*, ut ille ſomniat. Ab *auris*, pro ipſa cartilagine, teſte Cicerone & Cæſare, *auricula*. (1) *Acicula* in uſu non eſt, quam ille ab *acu* deducit. A *terebro*, *terebellum*; ut à *terebra*, *terebella*. Sæpe tamen auctores formare ſolent diminuta per quandam ſimilitudinem, ut *avunculus*, quaſi parvus avus, auctore Feſto, & Paulo Juriſconſulto: ita *murenula* pro monili picturato, & *muſculus* pro parte corporis, quæ etiam *piſcis* dicitur. Hiſpane *Murezillo*, quaſi parvus mus; inde *Morcillo*. *Geniculum* pro nodo in herbis. *Jugulum* pro oſſe in pectore in modum *jugi*. *Cuniculus* quaſi parvus *cuneus*, quia terram perforat. (2) *Ranunculus* non eſt parva *rana*, ſed quod Hiſpane dicimus

ranaquajo;

(1) *Acicula in uſu &c.*] Memorat tamen illud, tanquam ſi in uſu eſſet, Priſcianus. Et ſane ἀναλόγως deducitur ab *acu*, non repugnante nec forma, nec genere, nec ſignificatione. At de *Aculeo* quid dicemus? quod æque Grammaticorum Veterum, Priſciani & Probi, auctoritas derivari jubet per diminutionem ab *Acus*. Colligendum ergo hinc, etiam τὸ *acus* inter exempla variatæ declinationis, de quibus *ſup. cap.* referendum, & dixiſſe veteres *hic acus*, *i*, & *hæc acus*, *us*. At Voſſius *de Analogia* II. 29. aliter hunc nodum ſecat, non ſolvit; nam rationem nullam addit, dum ſimpliciter *Aculeus* ait *Denominativum eſt*, *non Diminutivum*. Neque tamen *ſeq. cap.* inter *Denominativa* hanc formam, ſed illo ipſo in Capite inter *Diminutorum* terminationes, memorat. An voluit *Aculeum* eſſe aliquid Acui ſimile? Sed revera eſt Diminutivum. Nam ita & *Equuleus* proprie parvus eſt equus, ſeu pullus Equi. Obſequens *cap.* 83. *Equuleus cum quinque pedibus natus*. Et Cicero ſæpius. Sic *Hinnuleus*, Cervi, Horat. Od. I. 23. & Scrib. Largus Comp. 13. Sic ergo & *Aculeus* parva eſt acus, quã apes & ſimilia habent inſecta.

(2) *Ranunculus non eſt parva rana.*] Immo vero eſt. Cic. *Famil.* VII. 18. *Ulubris honoris mei cau-*

ranaquajo; nam à rana, ranula fit: neque *anguilla*, ab anguis, ſed *anguiculus*. Nec etiam accedo Soſipatro Chariſio, (3) qui à glande deducit *glandulam*, & à pane *paſtillum*,

ſa vim maximam ranunculorum ſe commoſſe conſtabat. Feſtus in *Cyprio: Paludem demonſtrat, in qua naſcuntur piſces, ſimiles ranunculis.* Confitendum itaque forſan cum Voſſio de Analog. II. 29. recedere & hoc & pauca alia Diminutiva à genere ſui primitivi. Sicuti etiam facere videtur *tabernaculum*, ſi à *taberna* deſcendit, & parvam tabernam, ut erant caſtrenſes reſpectu urbanarum, ſignificat. Sic *conventiculum* à conventu, *ſenaculum* à ſenatu quaſi *ſenaticulum*. Sed tamen quia hujus formæ vocabula pleraque omnia a Verbis, non à Nominibus, formantur, Veluti, *piaculum*, *gubernaculum*, *ſpectaculum*, *curriculum*; *vehiculum*, *jaculum*, *ſpeculum*, *ferculum* &c. nihil argumenti ex iis contra generalem hanc regulam Diminutivorum ab aliis Nominibus deſcendentium elici poteſt. Propter quam regulam, & quia in *ranunculus* repugnat huic diminutioni ab *rana* etiam forma, dicendum forſan, ranas appellatas à veteribus etiam *ranones*: eam certe formam primitivi requirere videtur *ranunculus*. At τὸ *anguilla*, quo minus ab *anguis* primitus deducatur, nihil obſtat: Nec ſignificatio, non magis, quam in *Catulus*, quod ab uno animali per diminutionem formatum, pluribus tamen tribuitur: Nec Genus, ſiquidem etiam feminine uſurpatur *Anguis*: Nec ἀναλογία formationis, nam ut *lapillus* à lapis, ſic *anguilla* ab anguis. Sed Priſcianus *lib. 3. extr.* Denominativis illud, non Diminutivis adſcripſit; quod & Varro feciſſe videtur, dum appellatam tradit, *quod angui ſimilis ſit.* Caninius à Græco ἔγχελυς deducit, referente, ſed nihil affirmante, Voſſio. Ego vero nullus dubito, *anguilla* eſſe originis Latinæ ab *anguis*, ut modo oſtendi. Sed &, ut ab *ovibus* & *ſuibus* dicitur *ovilla* & *ſuilla* per diminutionem pro *ovina* & *ſuina* caro: ſic ab *anguis* eſt *anguineus*, & *anguinus, a, um*, & hinc jam eadem ratione eſſe utique poteſt *anguilla* in genere feminino, ſcil. beſtiola. Plane ſicuti ſtatim *piſtrilla* recte deducitur à *piſtrina*. Hoc enim prorſus voluit Sanctius, non ut *piſtrina* fieret à *piſtrilla*, quemadmodum perperam editur. Eſt autem & hoc Adjectivæ naturæ, & intelligitur *taberna*, ut ex Donati verbis patet.

(3) *Qui a Glande &c.*] Voluit Sanctius *a Glandio*. Nam tum demum diſcrepantis Generis in Diminutione hoc erit exemplum. Sed & diſerte ita Soſipater Chariſius, ex quo exempla hæc profert, ut ea refutet. Vide Edit. Putſchii *pag.* 24. Denique quare a *glande* formari nollet *glandulam*, nulla profecto dari poſſet cauſa, niſi forte, quod receſſerit aliquantum à *glandulis* prima ſignificatione. Atqui & *glandem* recepiſſe illam *glandulæ*, non modo ex diminuto hoc patet, ſed &

ſtillum, & piſtrillam à *piſtrino*; nam *piſtrina* fit a piſtrilla. „ [Terent. Adel. A. 4. Scen. 2. *Apud ipſum lacum* „ *eſt piſtrilla*. Ubi Donat. *Veteres abſolute dicebant* Pi„ ſtrinam, *ut* Sutrinam, Medicinam, *ad* Tabernam „ *referentes*; *nam* Piſtrino Piſtrilla *non convenit. Et ſi*„ *mulata diminutiva diverſa ſunt a genere nominum primæ* „ *poſitionis*, ut Rana ranunculus, Scutum ſcutella, Ca„ nis canicula. Hæc Donatus, qui *ſimulata*, non vera „ *Diminutiva* vocat, quæ à primitivorum genere dif„ ferunt.] Vulgo habentur diminuta *paxillus*, *taxillus*, *axilla*; ſed magno cum errore, teſte Cicerone de Perfect. orat. nam *paxillus* integrum eſt, *palus* conſciſſum. (4) Sic *talus* à taxillo, & *ala* ab axilla, *velum* à vexillo. Nomina

& ex denominativo *glandium*. Et quidni olim ſignificaverit etiam res in carne ſuilla ſimiles aliqua ex parte glandibus, cum & in re militari globulos iiſdem ſimiles denotet. Sall. Jug. 57. *Pars eminus glande aut lapidibus pugnare.* Liv. XXXVIII. 29. *ne flexa habena volutetur in jactu glans.* Paulo ante hanc glandem vocaverat *ſaxa globoſa*. *Paſtillus* vero etiam Feſtus, ut *diminutivum*, a *pane* deducit, & interpretatur eſſe *formam panis parvi*. Et aſſentiri videtur Voſſius. Sed profecto & hoc eſt adjectivi generis, formatum à *paſtinus*, h. e. paſcendo aptus, unde dicitur & *paſtillus* & *paſtillum*. In priore intelligitur panis vel globus, in poſteriore libum. De piſtrilla jam egimus in ſuperiori animadverſione. *Scutella* autem non derivatur à *ſcutum*, ut vult Donatus & Alii, ſed vel à *ſcuta*, quod Veteres etiam dixiſſe ex Lucilio probat Priſcianus, *lib.* 3. *extr.* vel potius propter quantitatem primæ ſyllabæ, quæ brevis eſt, à *ſcutra*, quod notat diſcum, lancem, ex Græco Χύτρα. Vide omnino Salmaſium ad Vopiſcum *Carino cap.* 20. Hinc *ſcutella*, ut *mitella* à mitra, *capella* à capra &c. Porro *Canis* utriuſque fuit Generis, atque ideo recte inde, & ſalva Diminutorum regula, deducitur Femininum *Canicula*. Vide Voſſium Analog. II. 29. pag. 382. 383.

(4) *Sic talus à taxillo.*] Sicuti *palus* contracte dicitur pro *paxillus*, & hoc eſt à *pago*, ut dicebant antiquiſſimi pro *pango*, non à Græco πάσσαλος, ut vult Voſſius in *Mala*: ſic *tallus* ex *taxillus* contractum eſt, & hoc à *tago*, pro quo poſteriores *tango* dixerunt. Similiter *ala* ab *axilla*, hoc autem ab *ago*, unde *axit*, quod *pro egerit antiquos dixiſſe* tradit Feſtus in *Axitioſi*. Ex quo patet etiam *axillæ* vocabulum perperam à Voſſio deduci vel ex Græco, vel ex Hebræo ſermone. Nam alis *agunt*, h. e. movent, propellunt, corpus ſuum volucres. Eadem

Nomina quæ à verbis ducuntur, diminuta dici non debent,

porro analogia habemus à *veho vexi, vexillum* & denique *velum*, immo &, ut ego quidem arbitror, à *figo, fixi, fixillum*, contracte *filum*, quippe quo conſeritur & configitur veſtimentum: unde *exfilatum* Feſto eſt idem quod *exſertum*. Immo à *figo, fixi*, habemus etiam *fibula* & *fixula*, quod poſterius olim pro *fibula* fuit uſurpatum teſte Feſto. Quidni ergo & *fixulum*, unde proxime *fixillum*, & ita dein *filum*? Indubiam hanc puto *fili* originem, ſed quam non animadverterunt Veteres Recentioreſque, quorum illi ab *hilum* vel *pilus*, hi à Gr. πιλέω h. e. *denſo*, derivarunt. Et ſimiliter erraverunt iidem, mea quidem ſententia, dum *Paulus* vel à παῦρος, vel à φαῦλος, vel à *parum*, vel à *parvus* deduxerunt, & inde porro *pauxillus*: cum hoc fuerit antiquius, & proinde Plauto frequentatum, originemque dederit τῷ *Paulus*, eadem ſuperioribus ratione, ſicuti eam acceperat a *paucus*. Denique eodem modo putem etiam prænomen *Aulus* dictum brevius pro *Auxillus*, bene ominata ſignificatione ab *augeo, auxi*; certe *aula*, pro quo poſteriores maluere *olla*, venit ab *auxilla*. Hoc enim antiquis in uſu fuiſſe ex Feſto & Gloſſis Pythoei patet, ſed male tanquam diminutum τοῦ *olla* explicatur, quum haud dubie ſit ab *augendo*, quod cibo, & ita ſatietate, augeat homines. Adde his omnibus tandem *mala*, quod ex *maxilla*, & hoc a *Mando* recte formavit Jul. C. Scaliger, & *tela* quod pro *texilla*, ut hoc à *texo*, dictum, nullus dubitem. Imo & à *quaſillus, quaſillum, qualus, qualum*, & ita pene cenſeam etiam a *puſillus* deſcendere *pullus*, vel, ut olim, quando formata ſunt vocabula, & quando non geminarunt literas, dixere, *pulus*, quod præcipue uſurpatur de puſillis equuleis, aviculis, & ſtolonibus arborum. Nolim tamen prorſus repugnare ei, qui τὸ *pullus* derivare malit à Græco, πῶλος. Sunt &, qui a *puellus* deducunt, ſcil. eadem contractione, qua etiam pro *pueri* reperiuntur Veteres aliquando dixiſſe *puri*. Neque ſane abſurde & illud. Ut adeo incertus hæream de hujus quidē vocabuli vera origine, quæ varia eſſe poteſt. Ceterum ea ratione, qua *qualus* à *quaſillus* deducebam, *pilum* quoque & *pila* à *piſillum* & *piſilla* formata ſunt, & hæc ab antiquo *Piſere*, pro quo poſtea dixerunt *Pinſere*. Nam *Pila* erat proprie Vas, in quo pinſebatur & tundebatur frumentum, *Pilum* vero ipſum inſtrumentum erat, quo tundebatur. Plinius *Nat. Hiſt.* XVIII. 10. *Etruriam ait piſere ſpicam farris toſti pilo præferrato.* Et ibidem, *Triticum ſole ſiccatum pilo repetere.* Feſtus in v. *Muries*, *Sal in pila tunſum* Plinius XIX. 8. *Semine paululum in pila pulſato.* Ubi vide Harduinum, & adde Voſſii Etymologicum. Hæc porro omnia Diminutorum habent formam, ſed quæ vel à Verbis ſunt formata, vel à primitivis nominibus, quæ dudum interierunt.

bent, ut *ſpectaculum*, *umbraculum*. Sic *novacula*, à novando: (5) *macula* à maculando: (6) *baculus* & *baculum* a

(5) *Macula a maculando.*] Immo vero *maculare* dictum à *macula*, quod videri poſſit Hebraicæ originis. Nam ea in lingua מעל ſignificat *peccavit.* Solet autem ע in C tranſire: ſic à עורב *Corvus*, à עור *Corium*. Eſt autem *macula* labes & vitium quacunque in re, etiam in animo. Hinc Terent. *Adelph.* avaritiam primo *vitium* commune ſenum, dein *maculam* vocat. Id autem malim, quam cum Voſſio de *Analogia* I. 29. derivare *maculam* à מהל quod ait eſſe *maculavit*, ſed quod potius eſt *miſcuit*, præterquam quod litera ה in C mutari non ſoleat. Sed tamen, ut dicam, quod ſentio, putem deſcendere hanc vocem potius à Gr. μιαίνω, pro quo vetuſtiſſimi dixere μιάω, ſicuti βάω pro βαίνω, φάω pro φαίνω, χάω pro χαίνω &c. Significat autem illud *maculo*, idque omni modo, veluti quando quid colore inficitur, ſordibus conſpurcatur, vitiis & flagitiis contaminatur. Inde vero, eliſa litera I, habemus *macula*, eadem prorſus ratione, qua mox à βαίνω ſeu βάω *baculus* tandem, à φαίνω ſeu φάω *facula*, deducemus.

(6) *Baculus & baculum a batuendo.*] Si illa eſſet hujus vocabuli origo, ejus, credo equidem, major fuiſſet habita ratio in proſodia, & proinde primam haberet productam. Quapropter quum ſecus ſe res habeat, putem potius peregrinæ eſſe originis, derivandumque à βάω, *gradior*, *incedo*, unde & βάκτρον, quod *ſcipionem* ſignificat, quo in incedendo utimur & adjuvamur, h. e. *baculum*; quæ vox proinde ejuſdem videtur eſſe originis. Quid vero? ſi eadem ratione hinc porro deducamus *vacillo*, quaſi ita dictum, ut notet incedere cum baculo, baculo uti, niti, & juvari, ut ſolent, qui per ſe minus firmo greſſu incedunt. Sed tamen malim Ego τὸ *Vacillo* derivare a *Vaco*, quia minus ſtabile eſt, & ideo vacillat, quod pondere juſto vacat, velut Naves Vacuæ. Certe poſterius hoc prætulerim, licet prius illud auctoritate Nonii *Cap.* I. §. 48. nitatur: Vide & Voſſii Etymol. Ceterum Analogia *Baculi* ſic derivati ex ſimilibus manifeſta. Sic enim & à φάω *Facula*, non quidem proximam, ſed tamen primam, originem ducit. *Poculum* ab antiquo πόω *bibo*: *Diluculum* a *diluo*. Nam ſimplex *luo* certam originem dat, ut *lumini*, ſic & *luci*, unde deinceps *luculentus* oritur. Immo vero hinc jam patet quoque vera etymologia vocis *Suculæ*, pro ſtellis hyadibus, quæ adeo quæſita, & adeo non reperta eſt à priſcis & recentioribus. Neque enim, ut erravere ipſi, tum Cicero lib. 2. *de Nat. D.* tum ejus libertus Tiro Tullius apud Gell. XIII. 9. imperitiæ arguentes in eo Latinos ſuos, à *ſuibus*, neque etiam ab *hyadibus* primo quaſi *ſyades*, & dein *ſuculæ*, ut Gellius, nec denique à *ſucco*, ut Servius & alii. (V. Martin. in *Hyades*) formatum

 eſt

a batuendo, à quibus *bacillus*, & *bacillum*. Sic *curriculum*, *amiculum*, *conventiculum*, *vehiculum*, *ridiculus*, Chariſius (7) *curriculus* à parvo curru deducit, *curriculum* autem à verbo pro ſpatio ad currendum, aut ipſo currendi officio. Nomina in *aſter* male vocat Valla diminuta per quandam ſimilitudinem; mihi ſignificant (8) incrementum cum quadam irriſione; nam quod Hiſpani dicunt, Scordazo, Truhanazo, Pinazo, Calvazo, Latinè dicitur, *Surdaſter*, *paraſitaſter*, *pinaſter*, *recalvaſter*. Neque obſtat, quod Terentius dixit; *Paraſitaſter parvulus*: nam alterum ætatis eſt, alterum officii. Fallitur item Valla, cum credit diminutis non poſſe addi diminutionem; Cicero enim Præf. Paradox. dixit, *minutis interrogatiunculis*. Terent. Andr. 2. 2. 32. (9) *piſciculos minutos*. Plinius, *oſſicula parva*. Cæſ. *naviculam parvam*. Valer. Max. 8, 8. ext. 1. *Cum parvulis filiolis ludens*. Cicero de Natura Deorum: *Itaque cum*

eſt olim hocce vocabulum; ſed ab illo ipſo ὕω, quod eſt *pluo*, unde & ὑάδες Græcis, quia pluviam portendebant, aſpiratione Verbi, quod ſæpiſſime fit, (Vide Gell. d. l. mutata in S. Ita ergo ab ὕω *Suculæ*, quaſi *ſuiculæ* analogice formatur, ut *Curriculum* a *Curro*, *Vehiculum* a *Veho*. Ita ergo ab ὕω *Suculæ* analogice formatur, ut *Peculum* a πίω, *Baculum* a Βάω, *Curriculum* &c.

(7) *Curriculus a parvo curru.*] Sic & Feſtus, qui ait, *Curriculus diminutivum eſt a curru.* Hinc *curriculo bijugi* apud Suetonium in *Calig.* 19.

(8) *Incrementum cum quadam irriſione.*] Immo potius *imitamentum cum irriſione aut diminutione quadam, vel etiam ſine iis.* Nam quem *paraſitaſtrum* dicis, eum ſignificas imitari quidem velle paraſitos, ſed tamen artis paraſiticæ numeres non abſolvere, nec haberi poſſe pro perfecto paraſito. Sic *ſurdaſter* ſignificat hominem non prorſus aut cum incremento ſurdum, ſed ſurdo quaſi affinem & proximum. Accedit quod hæc forma ejuſdem videtur indolis, originis, & ſignificationis, cujus Græca ſunt verba, Λεσβιάζειν, & ſimilia, quæ certe imitationem potiſſimum notant. Atque ita quo ſenſu Græci dixerunt Λεσβιάζειν, Latini dicerent *Lesbiaſter*. Vide & Voſſium de *Anal.* II. 29. & Cæſ. Scaligerum de *Cauſis* L. L. *cap.* 95.

(9) *Piſciculos minutos.*] Adde Plaut. Capt. V. 3. *Quadrimulum parvulum.* Curcul. IV. 1. *Puella parvola.* Pſeud. II. 4. *libellus pauxillulus.* Ter. Eun. I. 2. 28. *parvulam puellam.*

Digitized by Google

cum piſciculi parvi in concham innataverint. Martial. *Ne munuſcula parva, nec minora.*

Cap. XI.

De formatione Comparativorum & Superlativorum. Nomina ſubſtantiva non habent gradus comparationis. Verba itidem non comparantur, ut neque Particulæ.

Subſtantia, inquit Ariſtoteles, *non recipit magis & minus.* Idem agens de Qualitate, *Suſcipiunt* (inquit) *Qualia magis & minus.* Ex his verbis colligimus, Comparativa non poſſe trahi à nominibus Subſtantivis: unde falluntur, qui hæc nomina, *ſenex*, *juvenis*, *adoleſcens*, *infans*, Subſtantiva credunt, cum ſint omnino Adjectiva. Nec obſtat, quod Plautus à *Pœnus* fecit *Pœnior*: (1) non enim ibi ſubſtantiam, ſed calliditatem voluit ſignificare; quaſi dicat, *callidior*: Pœni enim habiti ſunt calidiſſimi. Sic qui dixit *Neronior* à *Nerone*, crudelitatem ſignificavit. Nec à verbis poſſunt creari Comparativa; quia verbum eſt veluti forma orationis, nec recipit

(1) *Non enim ibi ſubſtantiam &c.*] Verum quidem, habitos Pœnos pro calidiſſimis & fallacibus, unde *Punica fides* proverbio notata: ſed tamen *Pœnior* apud Plaut. *Poen.* V. 2. 31. proxime & directe ſubſtantiam Pœni, vel qualitatem veram Pœni, calliditatem vero non, niſi tacite & per ambages forſan, ſignificat, ſiquidem rogatus ſimpliciter, an ſciret Punice, reſpondet, *nullus me eſt hodie Pœnus Pœnior*, h. e. qui magis habeat omnia requiſita ad conſtituendum Pœnum, qui rectius appellari poſſit Pœnus, non tam propter calliditatem ingenii, quam peritiam linguæ. Præterea ex aliis etiam ſubſtantivis, aut ſubſtantive ſumptis, formati aliquando, ſed plerumque per jocum, & mutata aliquantulum, vel flexa in Comparationem, ſignificatione, Comparativi & Superlativi. Vide exempla apud Vechnerum *Hellenolex.* I. 5. & Voſſium *de Anal.* II. 22. Immo etiam ex ipſis Superlativis, veluti *proximior*, *poſtremiſſimus*. Vide Voſſ. *ibid. cap.* 26. Quidni ergo & a *Pœnus*, Punicum hominem denotante, inprimis quum *Pœnus* & *Pœnior* revera ſint Adjectiva, ſub quibus intelligitur Homo, æque ac ſub *Græcus* & *Latinus*?

Digitized by Google

cipit comparationem, niſi addito adverbio: ut, *currit*, *magis currit*. Neſcio igitur, quid moverit aliquos, ut à *potior*, & *detero*, Verbis, formaverint *potior*, *potiſſimus*, & *deterior*, *deterrimus*, cum ad manum eſſent *potis* & *deter*, Nomina. Nec à particulis poſſunt creari; ut ab *extra*, *exterior*; (2) ab *ultra*, *ulterior*. An obſcura ſunt nomina,

(2) *Ab ultra ulterior*]Obſervanda ſunt etiam Superlativa horum vocabulorum ſeu Nominum, quorum nonnulla duplicem habent terminationem, REMUS & UMUS, ſeu, ut poſtea dixere, IMUS, omnia vero habent hanc poſtremam. Nam ab *exterus*, *exterior*, eſt *extremus* & *extimus*. Feſtus. *Extimum extremum ſignificat, ita ut intimo ſit contrarium.* Plautus *Trucul.* in fragmentis, *Extimus ſum factus à vobis.* Gell. III. 10. *Poli axem extimum tangunt.* Cic. *Somn.Scip.*c.4. *Extimus circulus.* Sic porro dicitur *intimus*, *ultimus*, *citimus*, *infimus*, *ſupremus* & *ſummus* contracte pro *ſupumus*. Sic denique *poſtremus* & *poſtumus*, Ultimum hocce non intellexere multi tum veterum, tum recentiorum. Scilicet imponebatur hoc nomen ſæpe infantibus, ut Proprium; hi autem dicebantur *Primi*, *Quincti*, *Sexti*, *Decimi*, *Poſtumi*, reſpectu non matrum, ſed patrum, à quibus iſto ordine erant geniti. Jam vero, Quia vix quiſquam vivus, & vitam longius producere ſperans, filium recens natum appellare certa ratione poterat *Poſtumum*, h.e. poſtremum, quum ſicuti hoc anno iſtum, ita ſequenti alium poſſet ſuſcipere; atque adeo Quia illud nomen iſta de cauſa vix unquam ulli imponebatur, & vix imponi poterat, niſi ei, qui poſt mortem patris ſui editus eſſet, quippe jam Poſtremus ſine controverſia iſtius hominis filius; Hinc ortum, ut Grammatici, etiam Veteres, putarint, hoc vocabulum proprie ſignificare eum, qui poſt mortem patris, ſeu *poſt humatum* patrem, eſſet natus: quin immo ex his vocabulis illud compoſitum tradiderint, & ita tandem etiam cum aſpiratione ſcripſerint. At vero refelluntur hi, quod ad orthographiam, uno jam conſenſu omnium eruditorum, tum ſcriptura antiquiſſimorum codicum, ſed maxime marmorum & nummorum, in quibus omnibus ſine H ſcribitur, non hæc tantum Vox, ſed & Gentis *Poſtumiæ* Nomen inde formati. Quod vero ad etymon & ſignificationem, refutantur ipſa forma, quæ manifeſto eſt Superlativi; ut ex aliis omnibus modo memoratis patet. Nam profecto quum hujus generis vocabula omnia habeant eam Superlativi formam, & ceteroqui ſolum *poſterus*, ſi *poſtumus* non ſit ejus Superlativum, eam non haberet, quid cauſſæ, quare hanc, illis plane convenientem, illis tamen accenſere nolis; inprimis, quum & apud Tertullianum, Sidonium, aliosque, *poſtumus* pro ultimo clariſſime ponatur, & in Gloſſis Iſidori

Digitized by Google

nomina, unde hæc melius formentur? An obſcura ſunt *ſuperus*

ri ſic exponatur. Nec morari quem debet, quod hoc vocabulum maxime per V ſcribitur *Poſtumus*, cum reliqua ejus formæ tandem I receperint. Nam, ut taceam, etiam reliquorum nonnulla in vetuſtiſſimis codd. per V ſcripta occurrere, ut *Citumus*, &c. nec niſi ſero, ſeu tempore demum Imperatorum, cœptum dici & ſcribi *Citimus*, *intimus*; ſciendum eſt, hoc vocabulum, quia ex promiſcuo in Proprii Nominis uſum pene prorſus fuit tranſlatum, tanto magis, quod promiſcuo uſui aliud ejuſdem ſignificationis & gradus, ſcil. *Poſtremus*, relinqueretur: & porro, quia Propria Nomina non tam facile ſubeunt illas pronunciandi & ſcribendi mutationes, quibus obnoxia ſunt Appellativa; illud ergo vocabulum idcirco conſtantius retinuiſſe antiquam ſcripturam, quam reliqua ejuſdē formæ, quæ in promiſcuo Appellativorū manebant uſu. Ne temere hoc affirmare videar, cogitari velim, ſimiliter plane ſe rem habere in voce *Quintus*, quæ in Appellativo uſu ſine C litera ſcribitur, at cum Proprium eſt Nomen, cum ea, cum qua & antiquitus ſcripta fuit, utpote derivata à *quinque*, poſteriore Q mutata in C. In Proprii vero Nominis uſu vere retentam eſſe hanc literam, ſcriptumque *Quinctus*, probant gentium *Quinctiæ* & *Quinctiliæ* nomina, quæ in antiquiſſimis lapidibus & nummis ſic ſcripta ſemper occurrunt, tum etiam nomen proprium menſis *Quinctilis*. Ergo ſicuti hæc vox, quando Proprii nominis uſum obtinet, diutius & rectius ſervavit tum ipſa, tum quæ ab ea deſcendunt, priſcam ſcripturam, eadēque, cum appellativa eſt, eam mutavit; ſic profecto nihil mirandum eſt, ſi *Poſtumus* quoque eam præferre integram, adulteratus licet aliquantum appellativis, quæ ejuſdem formæ ſunt. Ad eandem hanc formam pertinent etiam *dextimus* & *ſiniſtimus*, quomodo *antiquos dixiſſe* teſtatur Feſtus. Voſſius *de Anal.* II. 25, contra ſententiam Priſciani Poſitivis hæc adſcribi *omnino* vult; ſed nulla profecto ratione, præſertim quum nulli alii in uſu ſint Superlativi a *Dexter* & *Siniſter*. Licet negari nequeat eſſe etiam ejus fere formæ poſitivos, ut, *Legitimus*, *Finitimus* &c. Sed hæc tamen diverſæ revera ſunt formæ, & deſinunt in *Timus*, quum illa deſinant in *Imus*, & T habeant ab ſuo primitivo vel poſitivo. Si quis dicat, quod ait Cl. Urſinus To. 1. p. 344. formam quidem eſſe Superlativi, ſed uſum ad poſitivi ſignificationem illa traduxiſſe, minime refragabor, præſertim quum etiam *Dexterior* & *Siniſterior* manifeſte, certe æque ac illa *Dextimus* & *Siniſtimus*, in Poſitivi ſignificationem uſu traducta videantur. Sic apud Sueton. Tiber. 6. *Siniſteriore funali equo, & dexteriore vehi*: Claud. 7. *dexteriore humero*, Domit. 17. *Siniſteriore brachio*, nihil aliud notant, quam ſimpliciter dextro & ſiniſtro. Nemo tamen propterea Poſitivis ea adſcribet, aut negabit, Grammatice eſſe Comparativa. Rectius ibidem

ſuperus & *inferus*; ut *mare ſuperum*, *mare inferum*? *Citer ager* dixit Cato; *exter honos* Statius; *extera regna* Virgilius; *exteras nationes* paſſim legas; *ſuper inferque vicinus* Cato. (3) *Sæpus* aliquando fuit in uſu; unde Cato dixit, teſte Priſciano, *ſæpiſſimam diſcordiam*. „ [Itaque „ *Sæpius* non eſt Adverbium à *Sæpe*, ſed Nomen neu- „ trum, & Græco more dicitur per Ellipſin præpoſi- „ tionis κατὰ, ſicut cetera, quæ vulgo Adverbia compa- „ rativa dicuntur, *Melius*, *Pejus*, *Deterius*, *Citius*, „ *Celerius*, &c. quorum uſus eſt Poſitivorum ſimilis; „ *Dulce ridet*, *Turbidum lætatur*, *Inſanum iraſcitur*.] *Propus* antiquum fuit, unde *propior*. Varro 7. de lingua Lat. ſic ait [pag. 99. ſed ita, ut verba hæc uncis incluſa inde abſint.] *alias ut duo prima abſint*; *ut*, [*optum*, *optius*] *optimum* : *alias ut primum*, *& tertium*; *ut*, [*melum*] *melius*, [*meliſſimum*.] Nec verum eſt, quod ajunt, non poſſe duci Comparativa à nominibus habentibus vocalem ante *is*, vel *us*; nam à *tenuis*, *tenuior*, & *tenuiſſimus* trita ſunt. Cicero in Bruto; *Aſſiduiſſime autem mecum fuit Dionyſius*. Suetonius in Galba; *aſſiduiſſimi uſus*. Varro 2. Ruſtic. *Ita ſunt aſſiduiores*. Et paulo poſt; *eoſque aſſiduiores faciunt*. Plin. lib. 18. *Milites ſtrenuiſſimi ex agricolis gignuntur*. Tacitus lib. 20. *Bellum ſtrenuiſſimi cujuſque periculo geri*. Plin. lib. 7. Epiſt. *Exiguiſſima legata*. „ [Ovid. epiſt. Hyperm. *De fratrum po-* „ *pulo pars exiguiſſima reſtat*.] Lucretius lib. 4. *Nam nihil*

ibidem de voce *poſtumus* diſputat Voſſius, quod & facit Maximus JCtorum, Jac. Cujacius, non aliena hæc exiſtimans, quæ in *Obſerv.* ſuis, III. 4. doceret juris civilis ſtudioſis.

(3) *Sæpus aliquando fuit.*] Quidni potius *Sæpis*, unde Neutra *Sæpe* & *ſæpius*? Certe Ego ita malim; Et ſic forſan *Propis*, unde *Prope*, & *Propter* pro *Propiter*, ſicut *Fortiter* & ſimilia. Hoc tamen poſterius non ita conſtanter affirmaverim, quia *Propinquus* & *Longinquus* eodem modo videntur formata a *Propum* & *Longum*. Niſi quis cenſeat, N interpoſitum in his eſſe, ut ferme ſolet, atque adeo dictum primitus a *Prope* & *Longe*, *Propiquus* & *Longiquus*. Ad quod exemplum certe ab *Ante* ortum eſt *Antiquus*, a *Poſt Poſticus*, plane ut à Verbis, ab *Amo Amicus*, a *Pudeo Pudicus*.

Digitized by Google

nihil egregius, *quam res eſt cernere apertas*. *Piiſſimus* reprehendit Cicero Philip. 3. Sed ſatis eſt Antonium eo fuiſſe uſum. Utitur & hoc nomine Curtius lib. 9. „ [*Noxiiſſimum animal* dicit Seneca de Clement. lib. 1. in „ fine.] Citat præterea Priſcianus ex Catone *arduius iter*, & *arduiſſimo aditu* : ex Pacuvio, *egregiiſſima forma* : ex Juvenali Satyr. 4. *egregius cœnat* : ex Catone, (4) *induſtriorem exercitum* ; ex eodem Catone, *vitam noxiorem*, & *perpetuius*, & *perpetuiſſimo curriculo* : ex Lucilio, *villicus paulo ſtrenuior*. „ [Plaut. Epid. *Si deterior* „ *ſtrenuiori ſuas pugnas prædicat.*] Notanda etiam ſunt, (5) *Maturrimus* apud Tacitum, & *maturiſſimus* apud Ciceronem & Columellam : *ipſiſſimus*, & *oculiſſimus*, & *patruiſſimus* apud Plautum. Superlativa in *limus* plura ponunt alii ; ego (6) tria tantum reperio, *ſimillimus*, *facillimus*, *humillimus* : Seneca utitur, *imbecillimus*, & (7) *imbecilliſſimus*, epiſt. 86. Neutrum probo.

Cap.

(4) *Induſtriorem exercitum*] Sic Plaut. Moſtell. I. 2. 71. *Quo neque induſtrior de juventute erat.* Sed plura hujus generis vide apud Voſſ. *de Anal.* II, 27.

(5) *Maturrimus.*] Sic a *creber* non modo *creberrimus*, ſed & *crebriſſimus*, Gell. II. 30. *Fluctus, qui ſtante Aquilone maximi & crebriſſimi excitantur* : a *celer* tum *celerrimus*, tum etiam *celeriſſimus*. Ennius in Ann. *Celeriſſimus rumor.*

(6) *Tria tantum.*] Alii vere plura. Vide Clariſſ. Urſinum. *To.* 1. *Sect.* III. *pag.* 342.

(7) *Imbecilliſſimus.*] Sic *amabiliſſimus* Cic. *de Amic.* cap. 14.

Digitized by Google

CAP. XII.

Verbi definitio. Accidentia: Quid ſit Perſona in verbis: Agentes aut Patientes Perſonæ nullæ ſunt; Exploduntur Imperſonalia Grammaticorum. Infiniti natura oſtenditur.

(1) V*Erbum eſt vox particeps numeri perſonalis cum tempore.* Hæc definitio vera eſt & perfecta, reliquæ omnes Grammaticorum ineptæ. Neque etiam Ariſtoteles, ſeu quiſquis ille fuit, qui περὶ ἑρμηνείας ſcripſit, aptè diſtinxit, quid eſſet Verbum, quum ait; *Verbum eſt vox ſignificativa ad placitum*, &c. Neque enim hæc deſcriptio attingit cauſas, ſed effecta, & adjuncta; atque adeo inſerit negationem, quod in definitione ferri non poteſt. Sed his omiſſis, de iis, quæ accidunt verbo, diſputemus: ea verò ſunt, *Accentus*, *figura*, *ſpecies*, *numerus*, *perſona*, *tempus*, *conjugatio*. At de quatuor primis jam dictum eſt, de reliquis tunc erit dicendum. *Perſonam* vocarunt Grammatici, quod Græcis eſt πρό-

(1) *Verbum eſt vox.*] Mallem, *Verbum eſt vox, ſignificans actionem, vel paſſionem, vel exiſtentiam, varia per numeros, perſonas, & tempora, terminatione.* Ceterum de definitionibus hujuſmodi ſubtiliter diſputant, non Sanctius modo, ſed & alii Grammatici, & ita, ut nunquam de iis in concordiam coeant. Anxia mihi hæc videtur & obſcura diligentia, certe nullius fere uſus, quum de re ipſa ſatis conſtet. Vide Voſſium de *Anal.* I. cap. 2. & 3. ac Urſinum *Sect.* V. *cap.* 1. *pag.* 400. &c. Neque video quicquam diſcriminis, ſive Verba *Actionem* vel *Paſſionem*, ſive *Agere* vel *Pati*, dicantur ſignificare, quod illi tamen ſtatuunt. A Nominibus, quæ itidem Actionem vel Paſſionem notent, ut hæc ipſa Vocabula *Actio* & *Paſſio*, ſatis diſtinguuntur Verba, aliis differentiis in definitione expreſſis, quæ in Nomina non conveniunt. Et tamen hæc ipſa Nomina, quæ, & quia, Actionem &c. notant, Verbalia potiſſimum vulgo dicuntur, ut adeo ad definitionem verborum, *Actionis* vel *Paſſionis* ſignificatio vel maxime pertinere videatur.

Digitized by Google

πρόσωπον: (2) aptius verterent *Faciem*, aut *Vultum*: nam pro-

(2) *Aptius verterent faciem*] Nullus tamen dubitem, quin eodem ſenſu & ſignificatu Grammatici Græci πρόσωπα dixerint, quo Latini *perſonam*, quum etiam in vulgari uſu utraque vox ejuſdem ſit ſignificationis, h. e. ſignificet primitus larvam, quæ hiſtrionum ori & vultui applicabatur, eumque referebat hominem, cujus illi perſonam ſuſtinerent ſuis in fabulis. Verum quidem, quod terminationum verbalium differentiæ recte poſſint *facies*, ſeu *ſpecies*, ſeu *figuræ*, ſeu etiam *genera*, appellari, ſed non modo hæ, quæ conſtant diverſitate *Perſonarum*, ſed & illæ, quæ *Temporum* ac *Modorum*, immo & in Nominibus, quæ *Generum* & *Caſuum*. Verum ſicuti Veteres in Nominibus varias terminationum differentias, prout variis ex cauſſis oriebantur, appellarunt *Genera*, vel *Caſus*, ſic in Verbis ſimiles eodem jure vocarunt *Perſonas*, vel *Tempora*, vel *Modos*. *Perſonæ* autem reſpondent quodammodo *Generibus*, at *Tempora*, & *Modi* maxime, *Caſibus*. Nam quemadmodū in *Generibus* duo ſunt præcipua *maſculinum* & *femininum*, pro diverſitate ſexuum duplici, unde *Generis* doctrina originem traxit: ſic in *Perſonis* duæ item ſunt præcipuæ, pro natura ſermonis, qui ab uno proficiſcitur, & dirigitur ad alterum; Ejus nempe, qui loquitur, & Ejus, ad quem oratio tendit. Accedit *Generibus* tertium, quia quam plurima ſunt vocabula, quæ nihil ad ſexum animantium pertinent: ſimiliter & duabus *Perſonis* tertia eſt addita, quoniam in fabulis ſeu colloquiis ſermo plerumque fit etiam de aliis, quam inter quos inſtituitur. Immo ſicuti tertium *Genus* a Grammaticis appellatur *Neutrum*, ſic & tertiæ *perſonæ* verba dicta etiam ſunt *Nullius* (Vide Voſſ. *de Anal.* I. 4.) quia *intellectus Nominativi iſtic eſt infinitus*, ut ait Priſcianus, ſed & ſæpe indefinitus. Porro *Genera* in Nominibus requirunt convenientiā Subſtantivi & Adjectivi, quæ declaratur per *Hic*, *Hæc*, *Hoc*, ſic *Perſonæ* convenientiam Verborum & Nominum, quæ declaratur per *Ego*, *Tu*, *Ille*. Nam uti nequis dicere *Vir docta*, ſic neque *Ego amas*. Denique diverſa Nominum *Genera* recipiunt diverſas ab ſe invicem terminationes per *Caſus* in Singulari & Plurali: ſimiliter diverſæ Verborum *Perſonæ* eandem terminationum diverſitatem recipiunt per *Tempora* & *Modos* in utroque item Numero. Quapropter ſicuti tres terminationum differentiæ in Nominibus, maxime Adjectivis, conſpicuæ, *Genera* appellantur, non vulgari illa ſignificatione, ut diverſæ terminationum ſpecies, ſed peculiari a ſexuum diſcrimine olim petita, ſic eodem jure & ratione tres illæ in Verbis differentiæ terminationum appellatæ ſunt πρόσωπα & *Perſonæ*, a duabus colloquentium perſonis, quarum altera eſt loquens, altera audiens & ſermonem accipiens. Hinc etiam *ex perſona* ſua vel alterius loqui dicitur Scriptor, prout ſuo nomine, vel alterius, quid

proprie terminationes illæ verbales dicuntur *Facies*: (3) Nomina enim perſonam non habent, ſed ſunt alicujus perſonæ verbalis. Et vero recte enuntiant Grammatici: *Omnis nominativus eſt tertiæ perſonæ, præterquam* ego, *quod eſt primæ*: & tu, *quod eſt ſecundæ.* Sed longè falluntur in eo, quod credunt, Petrum, Joannem, eſſe *perſonas*;

quid tradit. Sic Suetonius in *Cæſare cap.* 55. quum Oratio Cæſaris in diverſis exemplaribus diverſum haberet Titulum, *Pro Metello*, &, *Quam ſcripſit Metello*, poſteriorem refutat hoc argumento, quod in ea Oratione *ex perſona Cæſaris ſermo ſit, Metellum ſeque adverſus communium obtrectatorum criminationes purgantis.* Itaque *Ego* in illa Oratione eſt *Perſona Cæſaris*, *Nos* eſt *Perſona Cæſaris & Metelli.* Quapropter ſicuti *Generum* differentia revera ineſt in Subſtantivis, ſed maxime conſpicitur per varietatem terminationum in Adjectivis, ſic & *Perſonarum* differentia revera eſſe videtur potius penes Nomina & Pronomina, licet terminationes earum ratione diſcrepantes appareant maxime in Verbis.

(3) *Nomina enim perſonam &c.*] Sic loqui debet Auctor, quia *Perſonarum* appellationem in re Grammatica non aliter accipit, quam variam Terminationum verbalium Speciem ſeu Faciem. At vero ſi rem recte conſideres, ipſis Nominibus & Pronominibus vel maxime, immo unice, ineſt ipſa *Perſona*, & verba ſe habent in *Perſonarum* ratione ad Nomina plane, ſicuti Adjectiva in ratione *Generum* ad Subſtantiva, quibus ſolis Auctor *cap.* 7. & recte, *Genus* adſcribit, excluſis Adjectivis. Et proinde, quum dicimus, *Petrus videt parietem*, mea quidem ſententia, *Petrus* eſt *Perſona tertia*, ſeu deſignat perſonam ejus, qui argumentum eſt ſermonis, atque adeo Tertius inter Loquentem & Audientem. *Videt* vero proprie non eſt *Perſona*, ſed terminatio verbalis ad *Perſonam tertiam* accommodata, ſicuti *Forte* eſt terminatio Adjectivi ad *Genus Neutrum* ſeu *Tertium* conformata. Hinc jam *imperſonalia* dicebantur ab ipſis Veteribus, quæ formam quidem tertiæ in Verbis perſonæ habent, ſed nullam ante ſe Perſonam Nominis expreſſam. Ceterum ſicuti *Generis* mentio & differentia in arte Grammatica propter terminationum in Adjectivis diverſitatem jam eſt neceſſaria, & abſque ea non requireretur; & porro ſicut illæ Adjectivorum terminationes recte dicuntur illius *Generis*, cujus formam præ ſe ferunt, & cui jungi queunt; ſic plane *Perſonarum* diſcriminis ratio & appellatio in eadem arte propter ſolam terminationum in Verbis diverſitatem requiritur, ſed & illæ ipſæ Verbales Terminationes recte illius *Perſonæ*, cui conveniunt, dicuntur.

Digitized by Google

perſonas; & quod pejus eſt, vocant *agentes* & *patientes perſonas*, ſuppoſitum & appoſitum perſonæ verbalis; (4) quaſi Latine diceretur, *hic ſunt quatuor perſonæ*, ubi ſunt quatuor homines. Quum enim dicimus, *Petrus videt parietem*, Petrus aut paries non ſunt *perſonæ*, ſed *videt* eſt perſona, id eſt, *facies*, cujus ſuppoſitum eſt *Petrus*, appoſitum *paries*. Et cur voces *agentem perſonam*, quæ ſæpè in recto patiatur etiam in activa voce, ut *Petrus accipit plagas*, *dolet*, *patitur vulnera*. Quid? quod verba ab hac Facie, ſeu Perſona, dicuntur *Perſonalia* aut *Imperſonalia*? hæc enim Facies ſolis verbis convenit. Qua in re ſupine falluntur Grammatici, qui quum verba *Perſonalia* eſſe dicant, quæ *perſonas*, *tempora*, *& numeros habeant*; *Imperſonale* neſcierunt definire, quum illud omnino deberet eſſe, *quod numeris*, *perſonis*, *& temporibus careret*: quale eſt, *amare*, & *amari*; quod propterea verè dicitur *Infinitum*, quod neque numeros, neque perſonas, (5) neque tempora finiat, nec determinet; quæ omnia in verbis finitis, ut

(4) *Quaſi Latine diceretur &c.*] Sic tamen Suet. *Ner.* 1. *Modo continuantes unumquodque prænomen per ternas perſonas, modo alternantes per ſingulas.* Ubi manifeſtiſſime *ternæ* & *ſingulæ perſonæ* pro tot hominibus gentis Domitiæ ponuntur. Sic forte & Cic. *Famil.* V. 12. *ſi uno in argumento, unaque in perſona, mens tua tota verſabitur.* Scioppius de *Stylo Hiſtor. pag.* 119. poſterioris tantum ævi ſcriptoribus hanc *Perſonæ* ſignificationem tribuit, probatque ex his Senecæ verbis in *Apocoloc. In perſonam, non in rem dicere.* Sed profecto, ſi hic ſimpliciter *hominem* ſignificat, ut vult, ſignificat etiam in Cicer. *Famil.* VI. 6. *Nunquam niſi honorificentiſſime Pompejum appellat* Cæſar; *at in ejus perſonam multa fecit aſperius*, h. e. in ipſum hominem, quum viveret. Sic XII. 16. *Turpitudo perſonæ ejus, in quem liberius invehimur, nos vindicabit.* Nolim tamen ita abſolute & directe pro ipſo Homine ſeparatim, ſeu abſque ulla relatione ad perſonam, quam in Rep. aut Communi vita is ſuſtinet; Vocabulum hoc adhibere ex uſu vernaculi ſermonis, in quo revera longe alius eſt ejus uſus, quam in Latino, ut notarunt non Scioppius tantum, ſed & Julius Scaliger de *Cauſis* L. L. *cap.* 73. tum Nizolius, Rob. Stephanus, Voſſius, Borrichius, Cellarius, Val. Accinctus.

(5) *Neque Tempora &c.*] At Vide, quæ diſputamus infra ad *Caput* XIV.

Digitized by Google

ut *amabo*, *docebis*, præſcripta inveniuntur. Nam quæ inſania exagitat Grammaticos, quum dicunt, *Imperſonalia eſſe, quæ haberent tantum tertias perſonas; ut accidit, curritur?* Sed hoc multis modis falſum eſt; *nam ſi in tertiis perſonis*, inquit Cæſar Scaliger lib. 5. cap. 100. *verbum tantum inveniatur, id ſatis eſt ad verborum naturam conſtituendam: neque enim deeſt hoc verbis iis, ſed res, quæ ipſis ſunt applicandæ. Fac terram de ſe loqui, invenies illico primam paſſivi perſonam*, aror ab ingratis. *Sic nihil impedimento eſt, quominus verbum* Pluit, *primam perſonam habere dicamus; ſi modo loquatur Deus.* Hæc ille. Sic *decet* aut *decent* ſemper in tertiis perſonis inveniuntur; quia res, quæ decet & ornat aliam, in tertiam verbi perſonam fertur; neque enim ego poſſum decere alium, ſed coma vel veſtis decet illum: quod Hiſpani dicunt, *Eſtale bien.* Si tamen ego aliquo modo orno regem, & condecoro, cur non dicam, *ego regem deceo?* quemadmodum de Sacerdote quodam Apollinis appoſitiſſimè dixit Statius 10. Thebaid. *Si non dedecui tua juſſa, talique prementem.* Plato in Dialogo *de Ente* aperte docet, *ſine nomine & verbo nullam conſtare orationem.* Si igitur ex nomine & verbo debet conſtare oratio, ut poſtea docebimus, perperam docent Grammatici, verba imperſonalia ſine ſuppoſito inveniri, ut *miſeret*, *licet*, *curritur*, *egetur.* Sed longe falluntur, qui ſuppoſitum, aut in verbo latere, aut ibidem in oratione eſſe, non viderunt. Nos *Imperſonalia* non rejicimus, ſed ea eſſe, quæ vulgus Grammaticorum obtrudit, pernegamus. Nam ſi Perſonale verbum eſt, quod perſonas, & numeros, ac tempora finit & determinat, ut *amabam*, *legiſſem*; Imperſonale erit, quod omnibus iis caret, ut *amare*, *legiſſe*: juxta illud Ariſtotelis, *Contrariorum eadem eſt diſciplina*: in iis enim neque perſonas, nec numeros, neque tempora poteris aſſignare. At objicit Grammaticus, in *convenit*, *licet*, *curritur*, non eſſe tertias perſonas, ſed aliquid ſimile tertiis perſonis. Sed quid mirum, ſi Grammaticus cæcutit, quum

quum Quinctilianum habeat ignorantiæ ſuæ auctorem: inquit enim lib. 1. cap. 4. *Jam, Itur in antiquam ſilvam, nonne propriæ cujuſdam rationis eſt? Nam quod initium ejus invenias?* (6) *cui ſimile*, Fletur, *accipimus: aliter; ut* Panditur interea domus omnipotentis Olympi: *aliter; ut* Totis uſque adeo turbatur agris. Hæc ille, qui, ſi legiſſet Ariſtotelem & Platonem, ſæpe teſtantes, ſine nomine & verbo non poſſe conſtare affirmationem vel negationem, in hac ſalebra non hæſiſſet: nam *itur iter*; & *fletur fletus*; & *turbatur turbatio*; id eſt fit turba, quid differunt a *panditur domus*? Sed de hoc latius in principio *Ellipſeos*, & lib. 3. cap. 1. Sed rurſus inſurgunt Grammatici, aſſerentes, *decet*, *convenit*, & ſimilia, dici poſſe Infinita; quia nec numeros, nec tempora, finiant & terminent: nam abſolute dicitur, *Decet nos*, *decet te*, *me*, *illos*. Imperite ſane illi, qui ex accuſativo tranſitionis judicent verbi naturam, quaſi non eadem ſit ratio in omnibus verbis; ut, *ſomnus capit me*, *te*, *illos*; *Virtus oblectat vos*, *me*, *te*, *illos*. Sic, *cantare decet nos*, *me*, *te*, *illos*, id eſt, cantus. At quid dicent de temporibus? negabuntne, *decet*, *decebat*, *decebit*; *curritur*, *currebatur*, *curretur*; eſſe diverſa tempora? Illos igitur omittamus, & vera Imperſonalia, cum Conſentio Romano, credamus eſſe, *amare*, *amaviſſe*, *amari*: nam quemadmodum, *amo*, *amavi*, certæ perſonæ, numeri, &

(6) *Cui ſimile &c.*] Verba hæc Quinctiliani, ut recte intelligi queant, putem aliter diſtinguenda, quam fit & hic, & in ejus edd. Nempe, *cui ſimile*, Fletur. *Accipimus aliter*, *ut*, Panditur &c. Voluit Auctor, oppoſitis inter ſe Perſonali locutione & Imperſonali, clarius probare & confirmare, quod modo dixerat, eſſe hanc *propriæ cujuſdam rationis*: & Imperſonalem non habere *initium*, h. e. non habere vel Primam Verbi perſonam, *Eor*, *Fleor*: vel Nominativum, unde naturaliter *initium* ducitur omnis locutionis, veluti, *Itur*, *Fletur*, *Uſque adeo turbatur totis agris*: at Perſonalem habere, veluti, *Panditur domus*, quod multum differt ab illis *Itur*, *Fletur* &c. quæ per ſe ſola ſenſum idoneum efficiunt, ut mox oſtendemus.

Digitized by Google

& temporis eſſe cernuntur, unde vere vocantur *Perſonalia* & *Finita*; ſic in *amari* & *amare*, neque perſonas, neque numeros, nec tempora poſſis definire; unde merito *imperſonalia* & *infinita* nuncupantur. Poſtremo illas differre dicuntur, quæ natura differunt; ſed *amat*, *decet*, *amatur*, *curritur*, natura non differunt; quia perſonas, tempora ac numeros, & nominativum pro ſuppoſito habent: ſunt igitur *Perſonalia*. *Amare* vero, & *amari*, & *amaviſſe*, neque perſonas, neque tempora, neque numeros invenias; & accuſativum pro ſuppoſito habent, qui caſus nominativo maxime adverſatur. Hæc igitur procul dubio (7) mera dici debent *Imperſonalia*.

(7) *Mera dici debent Imperſonalia.*] Putem ego rectius dici *Infinita*, quam *Imperſonalia*, quia ipſorum perſona, ut dicitur, & numerus nulla quidem terminationum differentia definitur, ipſa vero perſonæ non ſunt plane nullius, ſed reveta omnis ſub una illa terminatione. Nam dicimus, *ſcio me, te, illum amare* in omnibus perſonis. Accuſativus enim ante Infinita præbet per omnia vicem Nominativi & Perſonæ ante Finita: atque adeo ſicuti Adjectiva quædam dicuntur Omnis Generis, ſic omnis Perſonæ ſunt Infinita. Certe argumentum, quo utitur Sanctius in id, ut *Imperſonalium* appellationem neget illis Conſtructionibus, quibus eam tribuerunt Veteres Grammatici, & transferat ad ſua infinita, illud vero æque validum eſt contra hæc Infinita, quæ utique Tempora habent, veluti, *Amare*, *Amaviſſe*, *Amaſſe* vel *Amaturum eſſe*, ut oſtendimus contra Sanctium clariſſime ad Caput 14. Si ergo *Perſonalia* ſunt, quæ *Perſonas*, *tempora*, & *numeros* habent, & ideo *Imperſonalia iis omnibus carere debent*, ut ait identidem, tum certe Infinita non ſunt *Imperſonalia*, quia non carent *Temporibus*. Fateor etiam Grammaticorum *Imperſonalia* non carere *temporibus*: Dicitur enim conſtructione Imperſonali, *Fletur*, *Flebatur*, *Flebitur* &c. Quid ergo? Vitioſa eſt illa *Perſonalium & Imperſonalium* definitio, à qua *Temporum* mentio abeſſe debebat, quippe quo reſpectu nulla eſt differentia inter *Perſonalia*, *Imperſonalia*, & *Infinita*. Omne diſcrimen inter *Perſonalia* & *Imperſonalia* collocandum erat in *Perſona* ſeu ſuppoſito, & *Numero*, quo utroque Infinita non magis carent, quam Finita Perſonalia, quum, ſicuti hæc Nominativum, ita illa Accuſativum pro Suppoſito ſuo habeant vel requirant, idque per omnes Perſonas & Numeros Suppoſiti. At vero illa Grammaticorum Imperſonalia, *Itur*, *Curritur*, *Fletur* &c. quæ nullum omnino habere certum Suppoſitum ſeu Perſonam, & directe atque unice

Digitized by Google

unice ipſam Verbi actionem notare videtur, ut nullam ergo recipiunt varietatem terminationis Perſonalis, ſic neque Numeralis. Nec enim dicitur conſtructione Impersonali, *Euntur*, *Curruntur*, *Flentur*. Vide omnino, quæ notavi infra III. 1. 4. & 8. 2. Quapropter *Impersonaliũ* appellationem reliquerim ego ſane pleriſq; Verbis, vel potius certis eorum Conſtructionibus, quas ipſi Veteres ita appellaverunt, (vide Voſſ. *de Anal.* III. 1.) quoniam Uſus diſtinxit quodammodo à ceteris Verbis illas eorum Verborum conſtructiones, quaſi *propriæ cujuſdam rationis*, ut ait Quinctilianus I, 4. & abſque *Initio*, h. e vel prima Perſona verbali, vel Nominativo. Vide ſuper. Notam. Tantum monerem tirones, *impersonalia* dici, non quod nullius ſint perſonæ Verbalis, ſed quod videantur ſine Suppoſito ſeu Nominativo, in quo ipſa ineſt perſona, conſiſtere; tum quod in multis duas priores perſonas, ſeu perſonales terminationes, vix recipiat uſus, quia vix admittit ſignificatio; denique non omnia eſſe vere Imperſonalia, quæ vulgo feruntur, veluti *Decet*, *Libet*, *Licet*, &c. quippe quæ Nominativum habent ſæpe expreſſum, ſæpe in infinito latentem. Vide me infra ad *Lib.* III. *Cap.* 2. nota 1. ubi agimus de Neutris, & *cap.* 3. ad *Ambulare viam*, & *cap.* 8. n. 2. Inde enim patebit clarius, recte appellata à Grammaticis *Imperſonalia*, h. e. imperſonalis conſtructionis, verba, ſiquidem uſus vulgi, penes quem eſt arbitrium & norma loquendi, & qui non ſequitur in his Platonem aut Ariſtotelem, ita hæc ſæpe adhibuit, eaque in conſtructione, ut vix ullus Nominativus poſſit intelligi, & proinde ſine ulla relatione ad aliquam Nominis perſonam dicantur, illa præſertim, quæ a Neutris orta paſſivam habent formam; ſed ſimpliciter actionem, quæ fit, ſignificent. Vide ad li. III. cap. 8. Ceterum Urſinus Sect. V. capite 17. p. 806. *optat, ut acrius aliquanto mentis aciem intendiſſem huic Controverſiæ, nec ita perfunctorie in ea eſſem verſatus.* Scilicet non ſatisfecerunt Viro Doctiſſimo, nec Veteres, nec Recentiores, & ideo ipſe expediendæ tandem rei viam tentat, ſed re vera multis & miris ſe implicat difficultatibus. Etenim *Imperſonalia* cenſet *non inde dici, quia illis certæ perſonæ Nominativus præponi non poſſit aut debeat, ſed quia duabus primis & primariis perſonis uſitate deſtituantur.* At vero poſteriore hac ratione, non *Imperſonalia*, ſed *Defectiva*, ut cenſuit jam Friſchlinus, male hic à Voſſio rejectus, dici deberent, ut dici ſolent Verba, quæ non habent omnes Modos, Tempora, Numeros, & Perſonas: quin ipſe Urſ. Cap. 16. ad eam claſſem refert idcirco etiam hæc *Imperſonalia*. Ea vero ſi inde ita recte dicerentur, debuiſſent etiam illa Verba, quæ pleriſque deſtituuntur Temporibus, *Intemporalia* dici, quod tamen neutiquam fuit factum. Sed neque Nomina, cum Subſtantiva, tum Adjectiva, quæ variis deſtituuntur Caſibus aut Comparationis Gradibus, idcirco appellantur unquam vocabulo, quod *Caſus* illis, aut *Comparationis Gradus* neget, quæ tamen natura eſt vocabuli *Imperſonalium*. Prior autem ratio, quam rejicit, ſi non

unice, certe potiſſimum, vera eſt, immo veriſſima. Ipſi Veteres ſimpliciter *perſona deſtitui* ajunt Imperſonalia, tali autem perſona, quæ *addi* poſſit aut debeat aliunde, h. e. ipſo Suppoſito actionis. Certe Priſcianus lib. VIII. p. 812. *Imperſonale actum quidem perfectum ſignificat per omnes modos, perſona vero ſola deficit, quæ ſi ADDATUR, perfecti vice verbi fungitur.* Manifeſtum *perſonam*, a qua *Imperſonalia* dicuntur, eſſe, ex illius ſententia, non in ipſis Verbis, ſed aliunde *addi* poſſe, qua *addita* perfecti Verbi vim illa ſuſtineant. Diomedes quoque pag. 328. *Imperſonalem verborum ſignificationem ita dictam* ait, *quod ſine perſona pronominis intelligi non poſſit.* Male quidem ille ita ſenſit, & exponit hæc per pronomen, *Me*, *Te*, *Illum*; ſed tamen etiam inde liquet, verbis non ineſſe *perſonam*, a qua nomen acceperunt *Imperſonalia.* Miror vero Urſinum, qui Perſonas proprie non ineſſe Verbis, ſed ipſis Nominibus vel Pronominibus, Verba autem habere tantum terminationes diverſas ad diverſam perſonam Nominum accommodatas, ſicuti oſtendi ad ſup. Caput, Nota 2. qui inquam illud admittit, eoque nomine me laudat, (Vide To. 1. p. 36. extr. & p. 532. init.) non perſpicere tamen, quod inde ſequitur clariſſime, Imperſonalia ergo eſſe proprie illa Verba, quæ conſtruuntur vel adhibentur ita, ut videantur nullam reſpicere perſonam, ſeu a nullo pendere ſuppoſito perſonæ: ut ſunt Paſſiva Neutrorum certe, *Statur*, *Curritur*, &c. de quibus adeo hoc verum eſt, ut ipſe Urſinus pag. 829. de iis ſcribat, *ſi vel cogitatione modo Nominativum iis aliquem addideris, continuo ex Imperſonalibus Perſonalia feceris Paſſiva.* At de Activis, fateor, res eſt valde incerta, quia pleraque etiam Nominativum ante ſe admittunt, & omnia fere reguntur a Nominativo Elliptico, vel ab locutione Infinita, vel ab integra oratione, quæ Nominativi vicem, & perſonam rei ſuſtinent. Vide Sanctium III. 1. Nam quod Viri Doctiſſimi, ipſe Voſſius d. l. & Urſinus p. 308. in his locutionibus, *pœnitet me facti*, *pudet me Fratris*, &c. neſcio quam hypallagen fingunt, ſeu Accuſativum illic *præſtare munia* Nominativi tradunt, ineptiſſimum eſt, quum phraſis hæc regatur a ſuppreſſo Nominativo, *Negotium*, *Reſpectus*, aut ſimili, ut probavimus liquido ad II. 3. Aſt in Paſſivis aliter ſe res habet. Difficulter enim ibi invenias Nominativum, qui commode ſatis intelligi poſſit, aut perſonam, ad quam illa locutio referatur, & ideo eâ *ſimpliciter* & abſolute *actionem* Verbi ipſam, *quæ fit*, *ſignificari* dixi hic & infra III, 1. 4. Hoc vero indecorum in modum captat Urſinus pag. 827. jubetque dici *paſſionem*; quaſi voluerim Ego, Imperſonalibus Paſſivis ineſſe ſignificationem Activam, quod nunquam cogitavi; quum id voluerim tantum, deſignari hac Imperſonali locutione ſimpliciter rem ipſam actionis, aut, ſi malis, ſignificationis, Verbi, non tam Activi, quam totius, ſine relatione ulla ad aliquam perſonam: veluti, quum dico *Curritur*, idem

hoc

Digitized by Google

hoc eſſe, ac ſi dicerem *Fit Curſus*, vel τὸ *Currere*, *Caletur*, ac ſi dicerem *Eſt calor*, ſeu τὸ *Calere nunc invaluit*, vel, ut malit Urſinus, *Sentitur calor*. Rejecit illud quidem & Voſſius, ſed male, at præiverunt nobis, Chariſius p. 224. ac Diomedes p. 393. Grammatici veteres, qui ea forma *non demonſtrari*, *qui faciat* aliquid, *ſed*, *quid fiat*, tradunt. Sed & hinc haud dubie Valerius Probus, Grammat. Inſtit lib. 1. p 1418. paſſiva hæc *Infinitæ declinationis* dicit, quia non finiunt aut definiunt, neque ſuppoſitum ipſum, quod ametur, quod curratur, neque agentem, qui amet aut qui currat, ſed quia ſimplicem rei actionem, quæ fiat, tantum declarant. Verum ut hæc abſolvamus dicendum quod res eſt, & ex quo non obſervato omnis hallucinatio oritur; Non tam ipſa Verba eſſe *Imperſonalia*, ſed eorum conſtructionem ſic proprie appellandam. Etenim, *Stare*, *Currere*, *Vivere*, &c. neutiquam ſunt verba *Imperſonalia*, ſed *Statur*, *Curritur*, *Vivitur*, &c. conſtruuntur *Imperſonaliter*. Hinc Gellius Noct. Att. XV. 13. *Veritum*, *ſicut Puditum & Pigitum*, *non Perſonaliter dictum* ait. Sic Varro lib. IX. de L. L. p. 132. *Declinatus* Verborum, h. e. Formationes & Conſtructiones, memorat. *qui tempora habeant ſine perſonis*. Nec aliter Diomedes lib. I. pag. 391. *Imperſonalis Verborum Declinatio Perſonæ Tertiæ formam habet*. Videmus hinc, illos, qui accuratius locuti ſunt, non Verbis ipſis, ſed eorum Declinationibus & Conſtructionibus, illam *Imperſonalium* appellationem tribuere. Et ſic ſublata erit omnis hæſitatio, in qua implicitus hæret Urſinus, qui p. 807. *conveniens* negat, *unum idemque Verbum in eadem ſignificatione modo Perſonale ſtatui, quum nominativum expreſſe ſibi præpoſitum habet, modo Imperſonale, cum ſuppreſſus is eſt*. Et p. 814. *non videre* ſe ait, *qui verbum*, *Liquere*, *cum una ſit ejus notio*, *modo Perſonale haberi debeat*, *modo Imperſonale*. Et tamen in Paſſivis non modo idem Verbum, ſed & eandem Verbi perſonam, veluti *Amatur*, modo pro Perſonali, modo pro Imperſonali habet, Vide pag. 820. & 829. Unde tandem eo delabitur, ut pag. 821. *Activa hoc ſolo nomine cenſeat eſſe Imperſonalia, quia primis duabus perſonis careant*, *Paſſiva* autem *ſtrictius ſibi hoc nomen vendicare*. Rectius longe dixiſſet, nulla Verba eſſe Imperſonalia; ſed tantum quaſdam eorum Conſtructiones, maxime Paſſivas; Activas autem minus proprie ita dici, niſi forte excipienda ſint Verba *Pluit*, *Ningit*, & ſimilia, quum reliqua ſint revera Perſonalia, ita ut pro ſuppoſito habeant Infinitam, aut aliam integram Orationem, vel Nominativum per Ellipſin ſuppreſſum; ſed relinquere nos hanc Appellationem quibuſdam Verbis, Tironum, & facilioris diſtinctionis gratia, & propter alias rationes paulo ante expoſitas.

Digitized by Google

CAP. XIII.

Modus excluditur à Verbis : enumerantur verbi Finiti Tempora. Imperandi tempus ſemper eſt Futurum.

MODUS in verbis, quæ *Species* vocatur à Varrone, (1) non attingit verbi naturam; ideo verborum attributum

(1) *Non attingit verbi naturam.*] Multa ſane præclara docuit, & primus obſervavit Sanctius in hacce *Minerva*, in primis in Conſtructionis ratione. Sed tamen in ipſo artis Syſtemate, dum nimio novandi & mutandi omnia ſtudio fuit ductus, modum aliquando exceſſit, abjiciendo temere, quæ dudum jam fuere recepta, & ſuum in arte Grammatica habent uſum. Indicio ſint vel hi ipſi *Modi*, quos *non attingere verbi naturam*, nec verborum *eſſe attributum*, ait, & proinde *à Verbis excludit.* Atqui eodem plane modo ſe habent *Modi* in Verbis, quo *Caſus* in Nominibus. Utrique conſiſtunt in diverſis terminationibus pro diverſitate conſtructionis. Utrique ab illa Terminationum diverſa forma nomen ſuum accepere, ut illi dicantur Terminationum varii *Caſus*, hi *Modi*. Denique utrorumque terminationes ſingulares appellantur a potiſſimo earum uſu, non unico, veluti *Nominativus*, *Genitivus*, &c. tum *Indicativus* &c. Neque vero *Modorum* in Verbis appellatio ad ſignificationem refertur, ut per quos ſignificetur, quo modo quidque, quod ſingulis verbis denotatur, factum ſit, quod ſane, ut vult & incaſſum monet Sanctius, per adverbia, vel etiam per ſextum caſū Nominum, explicari debet; Sed ad rationem variarum terminationum diverſo modo diverſis elocutionibus & conſtructionibus aptandarum refertur. Ceterum excellere ſane & Grammatici priores modum, dum immodice, certe ultra quam debebant, h. e. ultra terminationum diverſitatem, auxere *Modorum* numerum. Recte tamen conſtituti ſunt hi tres in verbis Finitis, *Indicativus*, *Imperativus*, & *Subjunctivus*, terminationibus quippe variis diſtincti. *Imperativum*, per ſe patet, ita dictum, quia potiſſimum quidem imperantis orationi convenit. Uſurpatur tamen & in rogando & flagitando. *Indicativus* adhibetur ad indicandam ſimpliciter rem ipſam; & proinde in abſoluta oratione, ſeu in commate cujuſque periodi priore, ſecundum naturalem conſtructionis ordinem, vel etiam in ſimplici unius commatis periodo, itidem ut Imperativus, reperitur paſſim adhibitus. At *Subjunctivus* ita dictus eſt, quia ejus terminationes ſolum in commate, quod priori in conſtruendo ſubjungitur, locū habent. Nam quod Priſcianus *lib.* XVIII *pag.* 1141. ait, *Subjunctivum*

tributum non eſt; ſed explicatur frequentius per caſum ſextum,

junctivum dici, *vel quod ſubjungitur Conjunctioni, vel quod alteri verbo omnimodo ſubjungitur, vel quod ſubjungit ſibi alterū verbum*, in iis ſola ſecunda ratio eſt vera. Nam ceteroquin etiam Indicativus Conjunctiones, *dum*, *quum*, *quando*, *quamquam*, *ſi* &c. ſibi præmiſſas habet, & vel maxime ſibi ſubjungit alterum verbum. At Subjunctivi proprium eſt, *omni modo* & ſemper *ſubjungi Verbo* alterius commatis, etiam Participio, licet prius illud verbū ſæpe abſit, per Ellipſin ſuppreſſum, ſicuti abeſt in illis exemplis, quæ Auctor mox adfert, & quæ *cujus Modi ſint*, rogat. Nam in Livii verbis, *Tum vero ego nequicquam Capitolium ſervaverim*, non eſt abſoluta oratio, ſed Subjunctiva, & Elliptica, hoc modo explenda: *Tum vero res ita erit, ut ego neq. Cap. ſerv.* Sic ſupple Virgiliana, *Nec res ita eſt, ut vos arguerim Teucri.* Et *Res ita erat*, vel *licebat*, *ut in dictis maneres*: vel potius, *fuit*, *quod maneres dictis*, plane ut Liv. I. 28. *Si unquam antea fuit, quod diis gratias ageretis, heſternum id fuit prælium.* Similiter *fuerat*, *quod me vocaſſes*, vel etiam, *eſt ita*, *ut velim*, *ut me vocaſſes*, ut ſit Optativæ locutionis. Eam vero hoc modo expleri poſſe patet vel ex uno Terentii loco, *Adelph.* IV. 1. 2. *Utinam quidem ita ſe defatigarit*, *velim*, h. e. *eſt*, *quod velim*, *utinam* (ſeu *uti*) *ita ſe defatigarit.* Ex his vero liquet ad Optativas etiam locutiones adhiberi Terminationes illius Modi, qui a præcipuo ejus Uſu *Subjunctivus* dicitur: atque adeo, quum iſtæ Locutiones nullam apud Latinos habeant, ut habent apud Græcos, propriam ſibi Terminationem, ſed ſemper adhibeant per ambages quaſdam circumlocutionis, ſed Ellipticæ, Subjunctivi Terminationem, recte ergo ex Latinæ Linguæ Grammatica ejicitur *Optativus Modus*, quippe cui nullus eſt iſtic proprius Terminationum modus, cujuſque omnis uſus adſcribitur Subjunctivo; plane ut Græcis negatur Ablativus Caſus, apud Latinos demum exortus, quia propriam apud illos nullam is habet terminationem, ejuſque uſus reperitur illic diviſus in Genitivum & Dativum, ab alio tamen & præcipuo ſibi uſu, æque ac Accuſativus, ita nominatos. Ceterum contra ea, quæ de Natura & Uſu *Subjunctivi* Modi dixi, & maxime contra Elliptica ejus Supplementa, quæ Scioppius & Ego fecimus, multis per decem integras fere paginas diſputat Urſinus *Sect.* V. p. 563. &c. Quid faciam? ſi pari verborum copia reſpondere vellem, plures etiam paginæ mihi forent explendæ. Et tamen pleraque nullius ſunt momenti, utilitatis, immo controverſiæ. Nec enim id agitur a nobis, ut ſola noſtra Supplementa admittantur, quaſi aliis verbis ſuppleri non debeant Ellipticæ Subjunctivi Modi locutiones. Certe Ego id volui tantum oſtendere, talibus verbis poſſe eas ſuppleri, ac ſenſum earum declarari. Perinde mihi eſt, ſive ad eas ſupplen-

ſextum, ut *mea ſponte*, *tuo juſſu feci*: non raro per adverbia; ſupplendas adhibeat quis, *Res ita eſt*, ſive *Opto*, *Oportet*, *Licet* &c. modo de ſenſu locutionis & ratione conſtructionis nobis conſtet. Unum vero inter nos controverſum puto, & alicujus ſimul in conſtituenda re Grammatica atque hujus Modi natura momenti, utrum Subjunctivi Modi verba, tanquam abſolutæ conſtructionis, & abſque Ellipſi, poſſint aliquando ac debeant accipi, æque ac Indicativi verba. Ex.gr.ut *Hoc Ithacus velit*, æque abſolute & abſque Ellipſi ſit dictum & à nobis accipiendum, ac illud, *Hoc Ithacus vult.* Affirmat id Urſinus, aſt Ego negaverim, qui omnium Artium principia quam ſimpliciſſima ſimul & quam expeditiſſima ſtatui debere cenſeo. Jam vero certum puto, Modos, Indicativum & Subjunctivum, non fuiſſe a Latinis plane confuſos, nec debere a nobis confundi, in eundem uſum; ſed fuiſſe in diverſum plerumque, quaſi ex natura ſua, diſtinctos; ſeu Indicativum adhibitum ad directas & abſolutas locutiones, Subjunctivum vero ad connexas prioribus, &, ut ita dicam, ſubjunctas. Hæc niſi vera ſint, & linguæ ipſius congruant Naturæ, tum vero recte Auctor Methodi & maxime Scioppius, *Veteres Verbis Indicativi & Subjunctivi Modi ſine diſcrimine uſos* tradiderunt: ſed quo *nihil ſtultius ab Scioppio ſcriptum* judicat Boeclerus in *Chreſtom. Terent.* & ex eo repetit ipſe Urſinus *p.* 543. Sed res manifeſta in contrarium, ex diſtincto Modorum uſu in plenioribus Periodis. Dein ex eo, quod etiam in Subjunctivo vel Præſens vel Imperfectum ponitur plerumque, prout vel Præſens vel Præteritum Indicativi potiſſimum præceſſit: inde enim annon liquet, aliunde pendere Subjunctivi uſum? Valde autem miror, hoc non agnoſci liquido ab illis, qui ipſius Indicativi Imperfectum tempus, quod vere abſolutum eſt, pro non abſoluto habent, ſeu *ſemper aliud verbum poſt vel ante ſe requirere, quo ſenſus abſolvatur*, cenſent. Vide Urſinum *pag.* 536. & mox Sanctium. At vero falſiſſimum eſt illud, vel certe nihil hoc pertinet ad rationem aut conſtructionem Grammaticam. Eâ enim æque abſolute dicitur *Legebam heri*, ac *lego nunc.* Nempe Tempus Præſens declaratur abſolute per *Lego*, jam plane Præteritum per *Legi*, Futurum per *Legam*, at Tempus certi & præteriti facti, quo durante aliud quid accidit, per *Legebam*, Tempus vero facti jam plane, ſed paulo ante præteriti, quam aliud quid accideret, per *Legeram.* Ut adeo tria priora Tempora ſint latius ſumpta & minus definita, at duo poſteriora ad certum temporis præteriti momentum referantur. Quando ergo dicitur, *Legebam Epiſtolam, quum tu advenires*, poſterius hoc comma non refertur ad *Legebam*, ſed ad *Tunc*, quod intelligitur; atque adeo æque illud eſt abſoluti ſenſus, ac in Futuro, *Legam, quum juſſeris.* Quum ergo imperfectum Indicativi, in quo vere abſolutus ineſt ſenſus, aliud

verbia; ut *male currit*, *bene loquitur*. Et cum Ariſtoteles

aliud tamen verbum ſemper requirere perperam cenſeat Urſinus, mirum eſt, illum in Subjunctivo id non videre & agnoſcere, quum Subjunctivus nulla alia re differat ab Indicativo, quam quod ex natura ſua abſolutis hujus aut alterius Modi locutionibus, ſed non ſemper expreſſis, per particulas quaſdam itidem non ſemper expreſſas, addatur vel ſubjungatur. Sed abhorret Vir Doctus a frequenti adeo Ellipſi, & maxime ab longis ejus ſupplementis. Ego vero id valde miror in Grammatico, quum tota fere lingua Latina ſit Elliptica, h.e. vix ulla proferatur major ſententia abſque aliqua Ellipſi, & paſſim occurrant, quæ longis valde ſupplementis explicari debeant, ſi a vera & certa vocabulorum ſignificatione ſenſum totius locutionis repetere velimus. Quando Terentius in *Phorm.* ait, *parvi retulit non ſuſcepiſſe*, non poſſumus rectius & brevius id explere, quam hoc modo, *Eam non ſuſcepiſſe olim filiam, retulit ſe ad illius negotia parvi momenti.* Omnia hæc nihil aliud ſignificant, quam *parum profuit.* Si quis nunc rogitet, quis ita loquitur, fatebor lubens, neminem ita nunc reperiri locutum. Et tamen ipſe Urſinus *Sect.* VIII. pag. 194. & p. 200. ſupplementum hoc Ellipticæ iſtius phraſeos probare debuit. Similiter quando apud Terent. Andr. II. 6. Simoni roganti, *Quid Davus narrat?* reſpondet Davus, *æque quidquam nunc quidem*, eo ipſo nihil aliud aut plus dicit, quam *Nihil*, ut liquet ex reſponſo Simonis, *Nihilne? hem*, & ipſius Davi, *Nihil prorſus.* Unde vero extorquebimus jam τὸ *Nihil* in verbis Davi primis, in quibus nulla negationis ſpecies vel minima ineſt? Nempe ipſa vis reſponſi non ex illis verbis, ſed ex longa Ellipſi eſt petenda, quaſi dictum eſſet a Davo, *Nunc quidem æque quicquam narro, ac narro tunc, quando nihil narro.* Prætereo alia innumera ſimilium Ellipſeon exempla. Quidni ergo & in Subjunctivis admittimus Ellipſin, licet longe peti & illa ſæpe debeat. Quin ipſe Urſinus *pag.* 569, 570, 571. in pleriſque Subjunctivi locutionibus eam ultro agnoſcit, quidni ergo & in paucis reliquis, ut eadem Modi illius natura & ratio ubique ſervetur. Quid ait Vir Doctus *pag.* 568. *in multis Ellipſin, quæ forte primitus fuit, melior cultus uſuſque poſterior quodammodo abolevit*, id vero eſt indecorum in modum confundere Naturam & Uſum locutionum. Natura earum, de qua potiſſimum hic agitur, cognoſci debet & indagari ex eo maxime, quod *primitus fuit.* Uſus *poſterior* per Ellipſin plerumque omiſit, quod ex reliquis intelligi ſatis poterat, atque adeo *abolevit*, & elegantiori brevitate limavit longas illas locutiones. At de eo nulla eſt controverſia, & largiar inſuper lubens, ſi hoc quoque poſtulet, multos Veterum adhibuiſſe Ellipticas locutiones, *parvi retulit*, *amatum iri*, & ſimiles, magis ex uſu, quam

teles de Modis, ſeu Modalibus, diſputat, *Contingenter, neceſ-*

quam cum ſcientia aut intellectu ipſius Ellipſeos, quæve ejus ſupplendæ ſit ratio. Vide me ipſum infra ad *Lib. III. cap.* 3. ad Voces *Æſtuo* & *Ambulare Viam*, & paſſim alibi. Excipit *pag.* 563. inprimis locum Horatii, *Epiſt.* II. 1. *Quum tot ſuſtineas & tanta negotia ſolus &c. in publica commoda peccem, Si longo ſermone morer tua tempora, Cæſar.* Hunc ille nullo modo ſuppleri poſſe aut debere putat, ſed mirifica prorſus ratione, ſcilicet quia ſubjungitur in eo hic Modus conjunctioni *Quum.* Atqui ſemper ſubjungitur aliis modis fere per Conjunctiones, unde & nonnulli, ſed male, dictum tradiderunt *Subjunctivum*, quod *Conjunctionibus ſubjungatur.* Sed rogat dein, *an quæ vulgo priora habentur commata, velim natura eſſe poſteriora.* Neſcio quæ vulgo haberi priora putet, hoc ſcio, ſæpe præmitti, quæ naturâ ſunt vere poſteriora, & ita factum in illo Horatii loco, cujus hic eſt ordo conſtructionis, *peccem in publica commoda, ſi morer longo* &c. ejus autem rei hæc eſt ratio jam præmiſſa, licet natura ſua in Conſtructionis ordine poſtponi debeat, *quum tot ſuſtineas &c.* Sic ſi dicam, *quum id feceris, non mirandum eſt, Te eum offendiſſe*, naturalis utique totius ſententiæ ordo erit, *non mirandum eſt, Te eum offendiſſe, quum id feceris.* Ellipſis itaque in Horatiano loco ſtatuenda ante *Peccem*, eaque explenda hoc modo vel ſenſu, *Res ita eſt*, vel *res ita ſe habet, ut peccem*, vel denique, ſi quis ab illo ſupplemento adeo abhorreat, *Neceſſe eſt, ut peccem.* Quid vero in his durius eſt, quam in aliis ipſius Urſini, quum in illo Virgilii, *at Tu dictis, Albane, maneres*, intelligi jubet, *oportebat, fas erat, ut*, &c. in hocce, *O quam te memorem virgo*, ſupplet *convenit ut.* Sic ergo & in illis quæ *pag.* 571. nobis opponit, *Hoc Ithacus velit*, vel, quod paſſim dicitur, *Velim*, Ellipſin ſtatuo, *Res ita eſt, ut velim*, vel *Eſt, cur Ithacus hoc velit.* Quando ait Terentius, *Si attigiſſes, ferres infortunium*, ſenſus eſt, *res ita ſe tibi habuit, ut ferres infort. ſi attig.* Quum Cicero, *plura ſcripſiſſem, niſi Tui feſtinarent*, ſuppleo, *Erat cur plura ſcr. Sic* τὸ *non negaverim* ſuppleri poteſt per *Res ita eſt*, vel *eſſe poteſt, ut non negaverim: Omnium doctiſſimus, quos ego viderim*, per *quos, ita factum eſt, ut ego viderim*, plane ut ipſe Urſinus, *fac, faxo*, &c. ante Subjunctivos ſæpe, & recte, intelligi fatetur p. 564. Ex his jam facile perſpicitur, quo modo aut ſenſu ſuppleri quoque poſſint, quæ *pag.* 566. memorat. *Ferreus eſſem, niſi te amarem*, h. e. *res ita ſe jamdudum habuit, ut ferr. eſſem.* Eodem modo interpretor, *plura ſcriberem, niſi* &c. h.e. *erat, cur plura ſcriberem.* At hæc, *ſi paululum ceſſaſſem, domi non offendiſſem; ita jam ornarat fugam:* poſſent ita connecti, *ornarat jam fugam ita, ut domi non offendiſſem, ſi* &c. vel, ſi ſeparanda omnino ſunt, tum ſenſus erit, *res ita erat, ut domi* &c. atque ita prius

Digitized by Google

neceſſario, per accidens currit, ſæpe dicit. Viderat hoc Cæſar

prius illud comma per Ellipſin omiſſum explicatur per ſequentia, *ita jam ornarat fugam*, quæ clariſſime videntur probare ſupplementi illius veritatem. Quando Cicero ait, *Tu quid faceres tali in re*, manifeſtum eſt intelligi, *Dic mihi, cedo*. Quando Plinius, *nec facile dixerim*, explendum id puto, *nec res ita eſt, ut fac. dix.* Inprimis vero rejicit Vir Doctus *pag.* 567. quæ Ego in locis ab Sanctio allatis ſupplementa ſupra adhibui, nec ferre ulla ratione poteſt illud, *res ita eſt, ut velim, ut me vocaſſes*, locumque Terentii, ex quo phraſin hanc probatam volui, aliter ex Donato diſtinguit. Ego vero iſtic Faerni diſtinctionem ſequor potius quam Donati, quæ mihi prorſus frigere videtur. Nec ignotum eſt, ab Donati ſententia ſecedere in alia omnia ſæpiſſime Doctiſſimos interpretes, quod & nobis licere puto. Quin ipſe Urſinus agnoſcit *pag.* 568. & in extremo *pag.* 569. ante *utinam* recte intelligi, atque adeo præmitti quoque, τὸ *Velim*, quia *Utinam* ex UT ſit factum, addita ſcilicet particula *nam*, quæ & aliis voculis addi ſolet, ut oſtendimus infra ad *Lib.* III. *cap.* 13. Hæc ſi vera ſunt, ut ſunt, nulla tunc eſt hæſitatio, quare non recte ſecundum naturam linguæ ita diſtinguatur Terentii locus, ut a me factum, & ſimiliter ſuppleatur illud Virgilii, *Eſt cur velim, ut me vocaſſes*. Sed de ipſis Supplementis nolim cum quoquam litigare, quum varia poſſint dari, & alterum altero melius. Quando dicitur *Ego illud non facerem, ille hoc faceret*, diverſa in diverſis locis ex ſenſu adferri poſſunt ad ſupplendam Ellipſin; Eam vero ineſſe omnino iſtic locutionibus, ſatis liquet ex Terentii *Andr.* III.3. 46. *Num cenſes, faceret, niſi ſciret* &c. Hinc ſæpe, etiam nullo commate præcedente, præmittitur Subjunctivis Vocula UT. Terent. *Andr.* III. 5. 11. *Tibi ego ut credam?* Phorm. II. 1. 74. *Egon' illam cum illo ut patiar nuptam?* Manifeſtum deſiderari in his aliquod comma, unde pendeat, *ut credam, ut patiar*. At eadem res foret, ſi maxime abeſſet τὸ UT. Veluti ibidem v. 30. *Egon' illi non ſuccenſeam?* ſcil. h. e. an res ita eſt, ut Ego illi non ſuccenſeam? Nam ſæpe etiam illud *Eſt* præmittitur in his ante UT, *Adelph.* III. 5.4. *Si eſt, facturus ut ſit officium ſuum.* Hec. III. 5. 51. *Si eſt, reducere ut velis uxorem.* Et IV. 1. 43. *Roga &c. Si eſt, ut dicat velle, Redde: Sin eſt autem, ut nolit, recte Ego conſului meæ.* Sæpe etiam præmittitur *Fac.* Adelph. III. 6. 1. *Bono animo, fac, ſis, Soſtrata, & iſtam, Fac, conſolere.* Ovid. Arte Am. 1. v. 385. & 389. *Fac Dominâ potiare prius, comes illa ſequatur*, ſcil. Ancilla, Et dein; *Aut non tentaris, aut perfice*, ubi manifeſte id eſt explendum, *Aut fac, ut non tenteris, aut perfice.* Adde his ipſum Sanctium infra IV, 5. ad Verba *Eſto vel Fac, & Oro, Maneo.* Liquet hinc ratio ſupplendi Ellipſes, & ſic in reliquis ſe res

Cæſar Scaliger lib. 5. cap. 121. quum dixit; *Modus in verbis non fuit neceſſarius.* Sed quod bene ſenſit, male tenuit, ſecutus Grammaticorum turbam, qui adeo varii ſunt in iis modis conſtituendis, ut nihil prorſus certi nobis conſtituerint. Alii vocant *modos*, alii *diviſiones*, alii *qualitates*, alii *ſtatus.* Deinde alii ſex modos, alii octo, alii quinque; quidam etiam quatuor tantum, infinitivo rejecto, tenuerunt. Sunt, qui addant *deprecativum*; ut *Muſa mihi cauſas memora.* Sunt, qui *potentialem*; ut *non eam?* Alii *permiſſivum*; ut *profundat, pereat, perdat.* Alii *promiſſivum*; ut *dabo, faciam.* Varronis verba ſunt ex lib. 9. pag. 132. *Tertia* (ſpecies declinationis in verbis) *rogandi; ut* ſcribone? legone? ſcribiſne? legiſne? *Quarta reſpondendi; ut* fingo, pingo, fingis, pingis. *Quinta optandi; ut*, dicerem, facerem. Vides confuſionem Grammaticorum, qui in *Modis* explicandis nullum modum tenuerunt. Ego certe ſi Modos ſtatuiſſem, quædam tempora aliter ordinaſſem. Nam *amabam*, & *amaveram*, quis non videt ita imperfecta eſſe tempora, (2) ut Subjunctivi voces eſſe omnino fateare?

res habet. Supplementa ipſa incerta ſunt, & varia eſſe poſſunt, at certum haberi debet, naturam Subjunctivi eam eſſe, ut ſubjungatur per ſuas particulas conjunctionum aliis Modis, etiam Participiis, utque ii, ſi non fuerint expreſſi, per Ellipſin intelligi, & ad eam explendam revocari in ratione Conſtructionis indaganda debeant, quod unum fuiſſe controverſum, & jam ſatis a me probatum puto.

(2) *Ut ſubjunctivi voces &c.*] Ineptum ſane hoc eſt. Nam Subjunctivi eſſe nequit, quod in Conſtructione nihil ante ſe agnoſcit, unde pendeat; ſed primitivi revera illud eſt Ordinis ſeu Modi, licet aliquid deſideret amplius ad abſolvendum ſenſum, quod plerumque eſt tantum deſignatio temporis. Quod vero ita adjungitur, id demum foret, & eſt ſæpe, Subjunctivi. Veluti, *Cicero ſcribebat epiſtolam, quum ille interveniret.* Sed de his Temporibus, Imperfecto & Pluſquam perfecto Indicativi in ſuperiore Nota pag. 91. jam egi. Mallem vero dixiſſet Sanctius, Futurum Indicativi ſecundæ perſonæ habere aliquando uſum & vim Optativi, aut Imperativi. Cic. *Famil.* VII. 20. *Sed valebis, meaque negotia videbis, meque exſpectabis.* IX. 22. *Tu me diliges & valebis.* Terent.

teare? Nam ſi dicas; *Cicero ſcribebat carmina*; & *Cicero ſcripſerat*; ſuſpenſum habes auditoris animum, donec verbum aliud adjungas, quo ſenſus abſolvatur. Has igitur tenebras abjiciamus, quæ tenera puerorum ingenia mire offuſcant: & ut pauca pro exemplo adducam: cujuſmodi erit Livii lib. 6. c. 14. *Tunc vero ego nequicquam Capitolium arcemque ſervaverim, ſi civem in ſervitutem duci videam.* Virgil. *Nec vos arguerim Teucri.* Terent. *Denique hercle aufugerim potius, quam.* Virgil. *At tu dictis, Albane, maneres.* Idem, *Eadem me ad fata vocaſſes.* Et ſi ego admonerem aliquem, dicens, *cave cadas*, & reſponderet ille, (3) *cadam*, cujuſmodi diceres eſſe tempus illud?

Tempora finiti verbi natura tria ſunt; ſed differentias undecim facimus: duas præſentis; ut *amo*, *amem*: duas infecti; ut *amabam*, *amarem*: duas perfecti; ut *amavi*, *amaverim*: duas pluſquam perfecti; ut *amaveram*, *amaviſſem*: tres futuri; ut *amabo*, *amavero*, *ama* vel *amato*. Illud tamen acriter advertendum, (4) omnia tempora

Terent. *Heaut.* III. 1. 54. *Sic me Dii amabunt, ut tuarum miſeritum eſt fortunarum.* Et IV. 5. 1. *Ita me Dii amabunt, ut nunc Menedemi vicem miſeret me.* Sed in his intelligitur, *Sicut ſpero, & opto.* At Senſus eſt plane idem, ac ſi diceretur, *Ita me Dii ament.*

(3) *Cadam, cujuſmodi &c.*] Dicerem eſſe vel Futurum Modi Abſoluti ſeu Indicativi; vel Præſens Subjunctivi, quod quidem ſupplementum hocce requirat, *Eſto ita, ut cadam*, vel *Res ita erit, ut cadam.* De cujuſmodi ſupplementorum Ellipſi vide Mariangelum in *Auctario Epiſt.* 5.

(4) *Omnia tempora ſecunda.*] Intelligit tempora Subjunctivi Modi, quorum uſus, quia eſt Subjunctivus priori commati, & quia optando, tum finem ac conditionem exponendo, maxime inſervit, ad rem quidem Futuram, cujus rei pleræque ſunt illius Modi locutiones, aliquando adhibetur, ſed tamen etiam in illa re futura Præſentis & Præteriti temporis diſtinctionem ſervat, ut patet ex eo, quod Subjunctiva ſola per ſe Futurum tempus nunquam denotant. Nec enim pro, *Ego donabo tibi hunc librum*, ſimpliciter poteris dicere, *Ego donem &c.* Quapropter etiamſi ſæpe inſerviant enunciandæ rei futuræ, non tamen propterea magis ipſa Futuri ſunt Temporis in ratione Grammatica, quam τὸ *Sum* in *ſum facturus*: Ubi futurum rei latet

Digitized by Google

tempora ſecunda pro futuro poſſe poni: quod ſigillatim latet in τῷ *facturus*, non in τῷ *ſum*, quod etiam in illa locutione manet Præſentis Temporis, æque ac *Dicitur* in his Planci apud Cic. *Famil.* X. 23. *Et adhuc vivit, & dicitur victurus.* Ergo in his Virgilii, *Quum faciam vitula pro frugibus, ipſe venito*, ſi modo τὸ *faciam* revera eſt Subjunctivum, & non potius Futurum indicativi, quod putem: ſed tamen, ſi maxime ita ſit, futurum rei non latet in τῷ *faciam*, ſed in verbo *erit*, per Ellipſin ſuppreſſo, quaſi dictum eſſet, *Quum erit, ut faciam*: vel etiam ſimpliciter in τῷ *Quum*. Nam hoc ipſum æque in Indicativo, & quidem Præſenti Grammaticis tempore, poſſis efferre, *Quum facio vitula pro frugibus, ipſe venito.* Atque ita *facio* non tamen eſſet Futuri temporis, ſed tempus, quo præſens jam erit illud *facere*, deſignaretur tantum per particulam *Quum*. Quid? quod per Præſens Abſoluti ſeu Indicativi Modi ſimpliciter aliquando deſignatur Futurum? Plaut. *Caſin.* II. 6. 52. *Compreſſin' palma, an porrecta ferio?* reſpondente altero, *age, ut vis.* Sic. II. 8. 69. *jamne abeo?* reſp. *volo.* Bacchid. IV. 6. 6. *Quam mox navigo Epheſum?* Ciſtel. II. 3. 86. *Ibo domum, atque ad parentes ſuos reduco Silenium.* Ratio autem harum locutionum eſt, quod Præſentis temporis momentum habetur pro extremo Præteriti, & primo initio Futuri, ut adeo tempus, quo actioni futuræ jam quaſi præparamur, etiam ipſi futuræ actioni adſcribatur. Veluti quum ait Obſequens *cap.* 76. *Proficiſcens, quum immolaret.* h. e. profecturus, & jam profectioni ſe accingens. Et Joannes *Evang.* XIII. 11. ᾔδει γὰρ τὸν παραδιδόντα αὐτόν, h. e. *qui proditurus erat ipſum*, jamque id agebat, ut eum proderet, & dederet inimicis. Certe in Futuro deinde effertur v. 21. εἷς ἐξ ὑμῶν παραδώσει με. Sic ibid. v. 27. ὃ ποιεῖς, ποίησον τάχιον, *quod facis, fac cito*, h. e. quod facturus es, vel potius, quod jam incipis facere, & cujus faciendi conſilium jam cepiſti. Et ſic in Præterito etiam tempore ſe res habet, quod, & cujus perſeveratio, aliquando etiam Præſenti Grammaticorum denotari videtur. Plaut. *Sticho* IV. 1. 23. *Quam dudum in portum venis?* *Caſ.* II. 3. 9. *poſtquam amo Caſinam.* *Epid.* III. 4. 63. *plus jam ſum libera quinquennium.* *Men.* V. 9. 76. *Hunc cenſebat te eſſe, quum vocat te ad prandium.* Cic. *Famil.* IV. 13. *Quærenti mihi jamdiu, quid ad te ſcriberem.* Simile eſt, quod Auctor *cap. ſeq.* ex Cicerone ad Atticum adfert, *Cupio, & jampridem cupio, Ægyptum viſere.* Sic & quum Terent. in *Adel.* III. 3. 26. ait, *Et clamo ſæpe*, Præſens illud *clamo* refertur ad diverſos Præteriti temporis actus. Vide & infra *cap.* XV. Nihil itaque mirum, ſi Præſens Tempus etiam in Subjunctivo ad Futurum, ſed & in Infinito ad Futurum & Præteritum denotandum videatur adhiberi. De Infinito agemus *cap. ſeq.* De Subjunctivo clariſſima ſunt exempla hæc, Liv. XLV. 24. *Vos judicare*,

tim conabor oſtendere. *Amem*, *doceam*, & ſimilia, juncta

te, *ſit Rhodus in terris*, *an funditus deleatur*, h. e. utrum erit, ſeu utrum velitis, ut ſit, &c. Sall. Catil. cap. 52. *Ubi ſocordiæ te tradideris*, *nequicquam Deos implores*, idem eſt, ac ſi dixiſſet, implorabis, vel nequicquam erit, ſi tunc implores. Sic cap. 58. *Quem neque gloria*, *neque pericula excitant*, *nequicquam hortere*. Nep. Eum. cap. 8. *Quod ſi quis illorum veteranorum legat facta*, *paria horum cognoſcat*, *neque rem ullam niſi tempus intereſſe judicet*. Liv. Præfat. *Si in tanta Scriptorum turba meum nomen in obſcuro ſit*, *nobilitate eorum*, *qui nomini meo officient*, *me conſoler*. Plaut. *Bacchid.* IV. 1. 4. *percunctarier*, *utrum aurum reddat*, *anne eat ſecum ſimul.* Cic. *Famil.* XVI. 5. *Nunc quidem non dubito*, *quin te neque navigationi*, *neque viæ committas*. Intelligi tamen in his pleriſque poteſt, ut & in allatis a Sanctio, *res ita eſt*, vel *erit*, *ut*, atque adeo ipſum Futurum ita non ineſſe proprie Subjunctivo, ſed in Ellipſi latere ſuppreſſum videtur. Fateor tamen in quibuſdam locutionibus Subjunctivum magis propendere in Futuri temporis ſignificationem, quam in iiſdem Indicativum. Aliud enim eſt, *Credet: ſiquidem tu illud dicis*, aliud, *ſiquidem tu illud dicas*. Iſta enim locutione conditio & ratio rei jam præteritæ, ſeu quæ hoc ipſo momento fit, & fieri perſeverat, Hac rei adhuc futuræ vel adhuc faciendæ, ſignificatur. Sed tamen & illud accidit forſan, non per naturam Subjunctivi, ſed per cauſam Ellipſeos, quæ in Indicativo nulla, in Subjunctivo ſolennis & ordinaria, atque adeo hic quoque ſtatui poteſt, quaſi ſcriptum ſit, *ſiquidem erit*, *ut tu id dicas*. At miratur Urſinus *pag.* 581. me Præſens Subjunctivum ſpoliare Futuri ſignificatione, quam tamen conceſſerim Præſenti Indicativo. Ego vero huic non aliter conceſſi illam Futuri ſignificationem, quam ut a Præſenti tempore eam deducerem. Neque Subjunctivum ea plane ſpolio, immo ſimile Indicativo in hac temporis ſignificandi parte, judico. Verum ad vitandam confuſionem, oſtendo, etiam in Subjunctivo diſtinguenda Tempora, quod ratio Grammatica poſtulat, idque fieri per Ellipſin Subjunctivis frequentiſſimam commode ſatis poſſe. Nihil tamen repugno, ſi quis in locis Ciceronis, Plauti, & ſimilibus, *percontarier utrum reddat*; *non dubito*, *quin te non committas*, Præſens illud, ut in Indicativo, abſque Ellipſi pro Futuro, *redditurus ſit*, *commiſſurus ſit*, poſitum accipiat. Porro Urſinus iſta, *judicate*, *utrum Rhodus ſit*, *percontarier utrum reddat*, commodius cenſet ita capienda & explananda, *utrum Rhodus eſſe debeat*, *utrum reddere velit*. At vero πρῶτον ψεῦδος eſt Viri Optimi, quod non diſtinguit ſenſum, qui ſæpe ex ipſa oritur Ellipſi, & Rationem Grammaticam locutionum, quam unam hic quærimus. Quin ipſe mox pag. 582. tradit, *quamvis Præ-*

juncta particula *quum*, præſentis habent ſignificationem. Horat. *Quum tot ſuſtineas, & tanta negotia ſolus*: In reliquis fere ſemper futuri. Terent. *Purgem me? laverem lavem.* Atque adeo cum particula, *quum*, aliquando futurum eſt. Virgil. *Quum faciam vitula pro frugibus, ipſe venito.* Optando duplex futurum ſignificatur: propinquius; ut Martial. *Tabeſcas utinam Sabelle belle.* Idem, *Ploreat, qui craſtina curat*: remotius; ut Cicero, *Utinam aliquando dolor populi Romani pariat, quod jamdiu parturit.* Idem Attico, *De qua utinam aliquando tecum loquar.* Particula, *ſi*, futurum denotat. Terent. *Si ſumas in illis exercendis, plus agas.* Idem; *Quod ſi omnes omnia ſua conſilia conferant, atque huic malo ſalutem quærant, auxilii nihil afferant.*

Amarem, docerem, (5) paſſim in futuro reperiuntur: quare uno Terentii loco contentus ero, quod multorum vicem ſupplet, in Adelph. *Seni animam primum extinguerem ipſi, qui illud produxit ſcelus: tum autem Syrum impulſorem, vah, quibus illum lacerarem modis? ſublimem*

ſens Subjunctivi ex uſu in Futurum aliquando extrahatur, in ratione tamen Grammatica Præſens non eſſe idcirco deſinit. Si verum hoc eſt, ut eſt, tum vero non video, quare ſuperiora mihi opponat, qui nihil aliud uſque volo. Nam quin Tempus hoc in allatis a me locis in Futurum quoque ſit extrahendum, nullum eſt dubium; id tantum quæritur, quæ ejus expoſitionis ratio ſit Grammatica in Temporis Præſentis Verbo.

(5) *Paſſim in futuro*:] Sed tamen & in Præterito. Sueton. *Tib.* 62. *Scriptaque abolita, quamvis probarentur aliquot ante annos.* Sall. *Jug.* 59. *Neque diutius Numidæ reſiſtere quiviſſent, ni pedites magnam cladem in congreſſu facerent.* Plaut. *Rud.* II. 7. 32. *Si invitare nos pauliſper pergeret, ibidem obdormiviſſemus.* Cic. *Famil.* VI. 10. *Antea miſiſſem literas, ſi genus ſcribendi invenirem.* Intellige, *ſi res ita fuiſſet, ut invenirem.* In ſignificatione Futuri clarior multo eſt locus Ciceronis *Famil.* XV. 4. *Quumque magnum bellum in Cappadocia concitaretur, ſi ſacerdos armis ſe, quod facturus putabatur, defenderet.* Sed expone, *quum res ita eſſet, ut certo concitaretur.* Notat hoc Tempus etiam officium, ſeu id quod fieri deberet. Cicero *Famil.* II. 16. *Quid enim fuit in iſtis, præter querelam temporum, quæ non animum meum magis ſollicitum haberent, quam tuum*, h.e. habere deberent.

Digitized by Google

ſublimem medium arriperem, & capite primum in terram ſtatuerem, ut cerebro diſpergat viam; adoleſcenti ipſi eriperem oculos, poſt hæc præcipitem darem: cæteros ruerem, agerem, raperem, tunderem, & *proſternerem.* Si denique optamus, ſemper futurum innuimus; ut, *Utinam hoc contingeret.*

(6) *Amaverim, docuerim,* ſæpe in futuro leges. Terent.

(6) ***Amaverim**, docuerim, ſæpe in Futuro &c.*] Convenit ſane ea forma in omnibus præter Primam Singularem Perſonis cum illa *Futuri exacti*, quomodo appellantur exeuntia in RO, ut *amavero, docuero*, diverſa ab Indicativi Futuris, quæ rem ſimpliciter futuram notant, quum iſta rem factam in futuro ſignent, & ideo a Forma Præt. Perfecti deriventur. Aliud enim eſt, *quum cœnabo*, aliud, *quum cœnavero.* Vide Voſſium *de Anal.* III. 15. Atque illa de cauſa ſæpiſſime confunduntur hæc cum præteritis Perfectis Subjunctivi, ut quæ & ipſa ſimul ad rem futuram pro uſu Subjunctivæ conſtructionis adhibeantur, & rem factam, utpote Præterita, ſignificent; plane ut Priſcianus lib. 8. de Græcorum Præt. Perfecto Imperativi obſervat, ſimul præteritum & Futurum notare. *Apud Græcos*, inquit, *etiam præteriti temporis ſunt Imperativa, quamvis ipſa quoque ad Futuri temporis ſenſum pertineant, ut, ἀνεωχθήτω πύλη aperta ſit porta. Videtur enim imperare, ut in Futuro tempore ſit Præteritum.* Similiter ſe res habet in hiſce locutionibus, *ſi te inde exemerim* &c. quod idem eſt, ac ſi dixiſſet, *ſi per me inde eris exemptus.* In qua certe locutione utrumque tempus oſtendi, tam Præteritum, quam Futurum, cenſuere JCti Doctiſſimi, Q. Scævola, Brutus, & Manilius, ad verba legis Atiniæ, *quod ſubreptum erit, ejus rei æterna auctoritas eſto.* Vide Gellium XVII. 7. Cl. Urſinus *pag.* 587. malit *Uſum hunc Subjunctivæ conſtructionis*, qui ad *rem futuram adhibetur, ex ſe & ſuapte vi, ut cæteris temporibus, ſic Præteritis perfectis convenire;* immo *hoc tempus abſolute poſitum aliquando mutata quaſi colonia plane ad Indicativum tranſiſſe videri* cenſet, ut in eo, *pace tua dixerim*, quod interpretatur, *volo dixiſſe.* Id vero quid eſt, niſi miris modis confundere omnia, & ſpectare tantum Senſum locutionum ex illo uſu, at ejus Rationem non indagare nec intelligere? Etenim Subjunctivum tradit ipſe in eo potiſſimum *differre ab Indicativo*, quod *de rebus incertis* maxime adhibeatur. Ad hæc incerta refert quoque *Futura*, quæ hic *ex ſe & ſuapte vi* notari eo putat. At vero in futuris rebus requiruntur ſæpe etiam Verba, quæ notent facta tunc jam præterita. Ex. gr. *Ego cras, poſtquam prandium ſumpſeris, veniam.* In his tota res, quæ dicitur, eſt quidem futura etiamdum,

rent. And. *ea lege, atque omine, ut, ſi te inde exemerim, ego*

dum, at Verbum nullum eſt futuri temporis, niſi *Veniam*. Nam *Sumpſeris* nihil notat per ſe, niſi tunc jam præteritum, nihil ergo quod Futurum illic tantum ineſt in Re ipſa. Atque adeo ejuſdem in re Grammatica temporis & ſignificationis eſt, cujus *Sumpſiſti*, quod utique dicere eodem ſenſu potuiſſem, & quod tamen nemo *ex ſe & ſuapte vi* Futurum notare autumabit, licet de re futura adhibeatur. Aliud enim eſt adhiberi de & in re futura, aliud per ſe notare futurum tempus. Æque putidum eſt, quod hoc Tempus *plane ad Indicativum tranſire* aliquando ait. Sed oriuntur hæc & ſimilia ex eo, quod neſcio quo præjudicio agitatur Vir Doctiſſimus contra Ellipſes, quas tamen vel ſic agnoſcere debet. Etenim, *quod pace tua dixerim*, vere eſt & plane Subjunctivi Modi, ſed Elliptice, pro, *quod rogo*, vel *volo*, *ut pace tua dixerim*. Sic paſſim pro, *quid faciam?* occurrit plenius paulo, *quid, vis, faciam?* Ter. *Eun.* 5. 8. 23. & *Heaut.* 4. 8. 5. *quid igitur vis, tibi dicam? Heaut.* 4. 6. 14. *quid, vis, dicam? Hec.* 3. 4. 22. At quum dicitur, *Non ſperaverim, non negaverim illud* intellige, *non eſt negotium, propter quod ſper.* vel *negaverim illud.* Sic pro eo, quod paſſim breviter dicitur, *dic, quid me velis*, plenius ait Ter. *Andr.* 1. 1. 18. *dic, quid eſt, quod me velis. Heaut.* 4. 2. 5. *Nihil eſt, quod de argento ſperem.* Sed quid dicam de Futuro Exacto, *amavero*, quod Vir Doctiſſimus omni conatu & ſtudio penitus ferme excludit Subjunctivo, & ad Indicativum refert *pag.* 546. & ſeqq. atque in eo præter ſuum morem ſecedit prorſus ab recepta & vulgari ſententia. Et tamen rectum videtur ac naturæ Verbi conveniens, ut ſicuti Indicativus, ſic & Subjunctivus, ſuum Præſens, Præteritum, & Futurum habeat, quum cetera omnia eadem Tempora pariter hi Modi habeant. Accedit quod manifeſte Futurum illud controverſum a Præterito Pefecto Subjunctivi derivetur, & ita ut in omnibus reliquis Perſonis, præter Primam ſingularem, eandem prorſus habeat formam, ſed & ipſa verba eadem, quæ illud Perfectum. At vero neutiquam probabile eſt, Indicativi Modi & Uſus Tempus formatum fuiſſe a Subjunctivo. Sed utitur Vir Doctiſſ. auctoritate Varronis, qui *lib.* 8. *de L. Lat.* Tempora dividens in *Infecta* & *Perfecta*, eorum exempla ſumit omnia, præter hoc Unum, ex Indicativo; Nempe Infecta ſunt, *Diſcebam, diſco, diſcam*, Perfecta, *didiceram, didici, didicero.* Videtur ergo ex ſententia Urſini illud *didicero* ejuſdem eſſe Modi, cujus reliqua omnia. At voluit Varro tantum de Temporibus agere, & oſtendere tria eſſe in Infecto, & tria in Perfecto. Sumſit autem exempla ex Primo potiſſimum Modo, verum quum ille non haberet, niſi quinque Tempora, ſeu non haberet Futurum Perfecti, arripuit illud ex Secundo ſeu Subjunctivo Modo. Nec tamen inde

ego pro te molam. Idem Adelph. *Ne mora ſit, ſi innuerim,*

inde ſequitur, eſſe ergo illud Indicativi quoque Modi, quam de Modis non agat Varro, & illud Tempus communiter ab aliis ad Subjunctivum referatur. Certe Veteres quique Grammatici, Chariſius, Diomedes, Priſcianus &c. diſerte illud Subjunctivo tribuunt. Probare porro ſtudet Urſinus ſuam ſententiam ex eo, quod *deſideretur exemplum hujus Temporis in prima Perſona cum IT vel expreſſo vel intellecto conſtructi.* Nam in reliquis Perſonis es eſt incerta, quum eædem nt etiam Præteriti perfecti; omia autem Subjunctiva tempoa, non quidem Futurum per ſe otent, ſed tamen ad rem futum ſæpiſſime adhibeantur, ut leo ex ſenſu parum diſtingui eat inter Præſens, Perfectum, Futurum ſubjunctivi, atque eo, ubi talis Conſtructio ocrrit cum reliquis hujus Futuri rſonis, tuto eam ad Præt. rfectum ſemper rejiciat Urſi. At vero iniquum eſt, ton tempus loco ſeu Modo ſuo vere, quia in promptu non loca, in quibus occurrat ſtructio illa cum unica illius nporis perſona. Difficile imforet, talia quoque oſtendexempla in variis ſeu pluribus onis Pluſquam-perfecti, & en neque ipſe illud Subjun propterea excludet. Acce uod frequentiſſima ſit Ellip llius voculæ ante Tempora ua, atque adeo etiam ante Futurum, Subjunctivi. Cerando Cicero ait, *Age re Peripateticis, qui &c. Suſtinuero Epicureos, Diodoro quid faciam Stoico?* non poſſunt hæc aliter accipi, quam ut per Ellipſin dicta, & cum incerto eventu: quod Subjunctivis ipſe Urſinus *pag.* 576. 577. proprium adeo eſſe contendit, ut *incertis de rebus cum ſermo eſt, vix locum eſſe niſi Subjunctivo poſſe* cenſeat cum Corrado. Senſus autem eſt Verborum Ciceronis, *age, eſto, ut reſtitero* &c. Et ita paſſim, *videro, dixero,* & ſimilia, immo in reliquis etiam Perſonis, *Videris, Viderit. Viderint,* haud dubie ſunt explicanda, quando abſolute poſita occurrunt. Denique pro Indicativo Urſinus haberi illud poſtulat etiam ideo, quia cum Futuro Indic. per ſimplicem copulam aliquando conjungitur. At nullam eſſe hanc rationem vel ex iis liquet, quæ ipſe *pag.* 578. ex Auctore Methodi adfert, & in quibus itidem per copulam Verba Indicativi & Subjunctivi Modi junguntur, Veluti *Eloquere, quid Tibi Eſt, & quid meam Velis operam: Quia Tibi aurum reddidi, & quia Te non defraudaverim.* Si manent hæc tamen Subjunctiva, etiamſi cum Indicativo per copulam conjungantur, quidni & Futurum exactum per eandem rationem manebit Subjunctivum? Modeſtius egit Voſſius *de Anal.* III. 13. qui ad utrumque Modum referri vult hoc Futurum. Sed neque id approbaverim, quum ſic latiſſima Confuſioni in indaganda Linguæ natura & Grammatica ratione aperiatur feneſtra. Quando reperitur ita poſitum, ut ſenſu poſ-

rim, quin pugnus continuo in mala hæreat. Idem, *Ubi, ſi quid paululum te fugerit, ego perierim.* Livius lib. 7.; *Juſſu tuo imperator extra ordinem nunquam pugnaverim, non ſi certam victoriam videam.* Tacitus in Agricola; *Ego facilius crediderim naturam margaritis deeſſe.* Columella; *Non affirmaverim.* Salluſt. *De iis haud facile compertum narraverim.* Apud poëtas ſæpius: Virgil. lib. 3. *Nec vos arguerim Teucri.* Tibull. lib. 3. *Nec tibi crediderim votis contraria vota.* Propert. lib. 3. *Sic ego non ullos jam norim in amore tumultus, Nec veniat ſine te nox vigilanda mihi.* Cicero Phil. 2. *Citius dixerim jactaſſe ſe aliquos.* Idem lib. 9. epiſt. *Videor ſperare debere, ſi te viderim.* Idem in Lucullo, *Illud vero non cenſuerim, ut ejus auctoritate moveatur.* Terent. Hecyra; *Denique Hercule aufugerim potius, quam redeam.* Gellius lib. 18. cap. 2. *Poſtrema*, inquit, *quæſtionum omnium hæc fuit*, Scripſerim, venerim, legerim, *cujus temporis verba ſint, præteriti, futuri, an utriuſque.*

(7) *Amaviſſem, docuiſſem*, etiam ipſa in Futuro uſurpantur,

ſit abſoluto & directo exponi, id vero per uſitatiſſimam Ellipſin, æque ac in Præt. Perfecto, abunde expediri poteſt. Sæpiſſime autem occurrunt Subjunctiva per hanc Ellipſin juvanda, quæ videntur ceteroqui, quod ad ſenſum, abſolute, ſeu prorſus eodem ſenſu, quo Indicativa, fuiſſe poſita, ſed quæ ideo per ſe non habent Indicativi vim & conſtructionem: non magis, quam Secunda Perſona Futuri Indicativi, & Præſentis Subjunctivi, quia in *imperandi* uſu & ſenſu ſæpe reperitur adhibita, idcirco *Imperativi* eſſe modi a quoquam ſtatuitur.

(7) *Amaviſſem &c.*] Hæc forma etiam in iſtis Sanctii exemplis longe præcipuam Præteriti vim & ſignificationem habet præ Futuro, & indicat aliquid fore, ſed non niſi poſtquam præterierit jam tempus factæ ejus rei, quæ verbis ipſis notatur: atque adeo res futura, quæ aliis verbis ineſt & ſignificatur, in eadem periodo retro reſpicit ad ſignificationem Præteriti Perfecti, quæ huic formæ ineſt. Sic ergò, *ſi ſe Conſulem feciſſent*, idem eſt, ac ſi diceretur, poſtquam ſe Conſulem feciſſent, tum demum illud fore. *Si* enim hic idem pene notat, quod *poſtquam*, niſi quod inſuper deſignet incertam adhuc rei, quam factam

pantur. Cæſar 1. Gallico : *Nonnulli etiam Cæſari nuntiabant, quum caſtra moveri, aut ſigna ferri juſſiſſet, non fore dicto audientes milites.* Cicero 2. Offic. de Mario : *Si ſe conſulem feciſſent, brevi tempore aut vivum aut mortuum Jugurtham ſe in poteſtatem populi R. redacturum* : & ſub finem lib. *At ille ubi ingreſſus eſt, confeſtim gladium diſtrinxit, juravit ſe illum ſtatim interfecturum, niſi jusjurandum ſibi dediſſet, ſe patrem miſſum eſſe facturum.* Horat. *Diſperream, ni ſubmoſſes omnes.* Cicero ad Trebatium : *Reſcripſi quam gratum mihi eſſet futurum, ſi quam plurimum in te ſtudii, officii, liberalitatis contuliſſet.* Virgil. *Verum anceps fuerat belli fortuna, fuiſſet.*

In futuro tertio, *Imperativum* vocant, (8) hæ voces, *ama*, & *amato*, non differunt : nam vulgo putant, *ama*, præſentis eſſe, & *amato*, futuri remotiſſimi ; quaſi vero

ctam volumus, conditionem, ut adeo, quicquid futuri in tota hac ineſt locutione, criatur ex vocula *ſi*, & ex altero commate, quod aperte rem futuram promittit, modo alia res prius ſit facta.

(8) *Hæ voces &c.*] Plures ſunt Imperativi voces, per duas perſonas, Secundam & Tertiam, Utriuſque Numeri, de quibus, ut & His ipſis, Vide Voſſium *de Anal.* III. 14. & Urſinum *Sect.* V. *cap.* 7. pag. 556. &c. qui & ipſi rejiciunt diſtinctionem Præſentis & Futuri in Imperativo, ſuamque ſententiam ex variis Auctorum locis ſatis ſuperque probaſſe ſibi videntur. Sed tamen quum duplex illa terminatio Secundæ perſonæ conſtanter in Singulari pariter & Plurali, in Activo itidem & Paſſivo, reperiatur, acceſſerim fere Mario Corrado, de Ling. Lat. lib. 7. p. 244. & aliis, qui priorem formam, *Ama*, ad præſens futurum ſeu ſtatim faciendum, poſteriorem *Amato* ad remotius & poſtea futurum referunt. ſed ita, ut hæc diſtinctio agnoſcatur tantum, ſi cauſam duplicis illius terminationis quærimus, at non, ſi uſum ſpectamus, qui poſtea eas etiam promiſcue prorſus adhibuit. Virgilius tamen in Eclogis revera videtur diſtinxiſſe, quum ait, *Phyllida mitte mihi, meus eſt natalis, Iola : Quum faciam vitula pro frugibus, ipſe venito.* Ubi certe *Eſt* Indicativi Præſens cum *Mitte*, at Futurum Ind. *Faciam* cum *Venito*, jungitur. Non alienior ergo eſt hæc diſtinctio ab hiſce Imperativi formis, ac illa, quam ipſe Urſinus pag. 560. tradit, poſteriori ſcil. forma exprimi potiſſimum permiſſionem, quod utique eſt non modo remotius aliquid, ſed & incertum Futurum, ut *ſi voles, lavato : ſi placuerit, facitote : Phormionem, qui volet, laceſſito.*

Digitized by Google

ro poſſimus, niſi de futuro, imperare. Lucanus de longiſſimo tempore dixit; *Totum ſub Latias leges cum miſeris orbem, In te verte manus*: & Propertius utramque vocem in eodem ſenſu conjunxit; *Aut ſi es dura, nega; ſin es non dura, venito.* Virgil. *Et potum paſtas age, Tityre, & inter agendum Occurſare capro (cornu ferit ille) caveto.* Idem Georg. *Nudus ara, ſere nudus*: & ſubdit; *Primus humum fodito. Laudato ingentia rura, exiguum colito.* Ridiculum igitur fuerit dicere, Ama, *ama tu luego*: Amato, *ama tu deſpues.*

CAP. XIV.

Infinitum verum imperſonale. Modus *Infinitivus nullus eſt. Tempora perſonalia explicantur.* Eſſe, *&* Fore *omnium temporum, ut* Amare, *&* Amaviſſe: venturum fore.

INfinitum verbum eſt, (1) quod perſonas, modos, & tempora non finit, » (ſive quod perſonis, numeris, » &

(1) *Quod perſonas, modos & tempora non finit.*] Graviſſima occurrunt paſſim in hoc opere Errata, ſeu μνημονικὰ ipſius Auctoris, ſeu typographica. Certe & hoc loco nullus dubitem, licet omnia eadem præſerant Salmanticenſis & Patavina editio, voluiſſe tamen Sanctium, *Perſonas, Numeros, & tempora*, ſicuti ſupra *cap.* 12. de Infinito locutus eſt. Accedit, quod mox *de perſonis & Numeris jam dixiſſe ſe* dicat, & tantum ſupereſſe *quæſtionem de temporibus*, nulla *Modorum*, qui & alieni ab hoc loco, facta mentione. Sed & Scioppius hæc breviter exponens recte non *Modos*, ſed *Numeros* nominat, quaſi & Auctor ita ſcripſiſſet. Ceterum ego Infinita *Omnis Perſonæ & Numeri* dicenda potius putem, quam *Nullius*, quia cum omnis perſonæ & numeri nominibus conſtruuntur, nullamque Terminationum iſtis de cauſis habent differentiam: æque ac Adjectiva quædam, veluti *Felix*, &c. quæ nullam itidem habent reſpectu Generum, nec tamen idcirco Genera illis magis negantur, quam aliis. *Nullius* autem Perſonæ aut Generis Vocabula ſunt, quæ nihil ejus rei habent, neque in terminatione ſua, neque in Uſu aut Conſtructione Grammatica. Id tamen verum: dicta hæc ideo *Infinita*, & *Indefinita*,

Digitized by Google

» & temporibus non definitur; aut quod certam & » definitam

finita, & *Perpetua*, quia nulla Terminationum diverſitate definiuntur in unum certum Numerum aut Perſonam, ſed ſub una ac perpetua Terminatione Variis ſeu Omnibus Nominum ac Pronominum Perſonis & Numeris junguntur. At vero cum *Temporum* reſpectu in varias diſcreta ſint terminationes, nulla eſt ſatis juſta cauſa, Infinitis negandi *Temporum* diſcrimen. Confunduntur aliquando? At idem accidere etiam Subjunctivis & Indicativis *ſup. cap.* oſtendimus, rationemque dedimus ejus rei, maxime de Præſenti Indicativi, quod inprimis, & æque ac Infinitum Præſens, in uſum præteritæ vel futuræ rei ſæpe confertur, nec tamen propterea Nullius eſt certi *Temporis* in ratione Grammatica. Fateor equidem, aliquanto magis promiſcuum videri & confuſum apud Auctores in Infinito earum terminationum, quibus *Tempora* diſtingui ſolent, uſum. Sed ratio eſt, quia ſæpe Infinitum, non tanquam Verbum, ſed tanquam Nomen verbale (Vide infra III. 6.) uſurpatur a Scriptoribus ſine ullo reſpectu temporis cujuſcunque, maxime in locutionibus, ubi ulla poteſt eſſe ambiguitas, nec ulla temporis ratio habetur aut requiritur. Quod eodem modo ſe habet in Participiis, quibus tamen omnes fere tribuunt Temporis quoque adſignificationem, ſive diſtinctionem in varia Tempora. At vero ubi jam diverſa Tempora per Infinitum in una periodo exprimi neceſſe eſt, illa quoque per varias Infiniti terminationes, æque ac Finiti, diligenter diſtinxere veteres, ſicuti hoc ipſo capite ipſe Sanctius agnoſcere cogitur. Præterea nihil foret mirum, ſi quæ Auctorum loca in his quoque parum Grammatica proferri queant, quum ſæpe Uſus receſſerit ab Analogia, ut ſupra ad *cap.* 1. pag. 7. oſtendimus, & vel maxime ex Infiniti Futuri (*Amaturum eſſe* &c.) circumlocutionibus patet. Has enim omni Generi & Numero in Nominibus applicuiſſe aliquando Uſus ille deprehenditur, tanquam æque invariabiles & indeclinabiles, ac *amare* & *amaviſſe*. Veluti, *Credo inimicos meos hoc dicturum.* Et, *Non putant hoc eam facturum.* Vide omnino Gell. I. 7. Voſſium de Anal. III. 16. & infra Noſtrum, ac Me, III. 11. Gellius quidem haſce locutiones ſolœciſmi excuſare tentat auctoritate plurimorum exemplorum; at Scioppius infra d. l. figurata interpretatione, tanquam ſi diceretur, *Credo inimicos meos eſſe negotium hoc dicturum.* Sed ſine dubio origo quidem locutionis hinc repetenda, at uſus dein hanc formam & phraſin adhibuit etiam ita, ut ſatis appareat, non attendiſſe ſemper Scriptores ad hanc ejus originem & analogiam. Veluti apud Gellium d. l. *Hoſtium copias ibi occupatas futurum.* Manifeſtum enim ex eo, *futurum* ſeu *futurum eſſe* poni hic abſolute & ſimpliciter pro *fore*: manifeſtum etiam, illud Scioppianum ſupplementum plane hinc

Digitized by Google

» definitam perſonam, certum numerum, & certum
» tem-

eſſe alienum. Nam ſecundum id dicendum fuiſſet *occupatum futurum*, non *occupatas*, quod nullo modo ad illam accommodari conſtructionem poteſt. Quapropter videntur ſane priſci illi repertas haſce locutiones in paradigmate ſibi in pueritia propoſito ſimpliciter habuiſſe pro Futuro Infiniti, & proinde ſicut Præſens & Perfectum Infiniti omni conſtructioni convenit, ſimiliter & eas ſine ulla variatione diverſæ conſtructioni applicuiſſe. Unde ille Gellii amicus, qui locutionem hanc tuetur, & Solœciſmi purgat, apud Gellium d. l. *Verba indefinita* hæc vocat, *neque Numeris, neque Generibus præſervientia, ſed libera undique & impromiſcua, & ab omni Generum neceſſitate abſoluta*, Et quæ *omnia iſthæc* (Numeros & Genera) *una eádemque terminatione complectantur.* Ex quibus patet, ſolo eum uſu probare hanc locutionem, quaſi ex paradigmate receptam, & æque ac reliqua Infinita, nulli variationi reſpectu *Generis* aut *Numeri* obnoxiam, atque adeo nihil participii retinentem. Nullam ergo neque ille, *multa* licet *lectione exercitus, cui pleraque omnia veterum literarum quæſita meditataque erant*, analogiæ in ea tuenda rationem indagavit, aut habuit, ſed ſimpliciter, æque ac Scriptores nonnulli, formulæ huic,in paradigmate expreſſæ,indeclinabilis & invariabilis infiniti naturam tribuit. Secuti autem ſunt illos Veteres aliquando etiam poſteriores, atque ipſe Cicero, ut ex Gellio liquet. Sed tamen ſecus faciendum. Hi facile dein animadverterunt, atque etiam fecerunt, quum jam ars Grammatica, & Syntaxeos ratio, magis eſſet illuſtrata. Habuit autem Infinitum olim tres proprias, ſed inter ſe diverſas terminationes pro ratione Temporis triplicis, Præſentis, Præteriti, & Futuri, *amare, amaviſſe*, & *amaſſere.* Poſtremam hanc in uſu fuiſſe Veteribus ſatis probavit Voſſius *Analog.* III. 17. Ei vero deinceps ſuffecta circumlocutio, & ipſa quidem primo per Ellipſin, dein tanquam nulli prorſus variationi obnoxia, ut diximus, poſtea tamen rectius ei accommodata, quam Genus & Numerus requirebat. Diverſæ illæ triplicis Temporis terminationes formatæ ſunt omnes a Subjunctivi diverſis temporibus, *amare* ab *amarem*, *amaviſſe* ab *amaviſſem*, *amaſſere* antiquum ab *amaſſo* item antiquo. Rem ita ſe habere manifeſtum eſt ex eo, quod eadem prorſus eſt formatio ſecundi Subjunctivi, & primi illius Infiniti, etiam quum ab analogia recedunt, velut a *Volo*, *vellem*, *velle*; a *Fero*, *ferrem*, *ferre*; a *Fuo*, *forem*, *fore*; a *Sum*, *eſſem*, *eſſe*, a *Noſco*, *noſcerem*, *noſcere*, & *noſſem*, *noſſe.* Patet hinc duplex error Voſſii, prior, quod *Anal.* III. 16. *Fore* proprie *Præſentis, non Futuri eſſe temporis*, Auguſtino Saturnio, alia tamen, & inepta ſatis, ratione id ſuſpicanti, negat, cum eodem utique modo formetur ac reliqua ab Imperfecto Subjunctivi, ablato tantum M: ac proinde in ratione Grammatica,

quum

» tempus non habet; ut *amare*, *amari*, *amaviſſe*.) Ac de Perſonis & Numeris jam diximus: de Temporibus major eſt quæſtio; de quibus antequam diſputem, apponam Conſentii Romani præclara verba, cui hanc pulchram

quum ejuſdem ſit originis & formationis, eandem, quam reliqua infinita, habere naturam & tempus debeat. Quod autem maxime ad futuram rem ſignificandam vulgo adhibetur, illud non ex Grammatico hujus vocis Tempore, ſed ex ipſius Verbi ſignificatione, quæ eſt, *naſci*, *fieri*, oritur. Quæ & in illo *Forem* apparet plerumque, licet hoc ipſum etiam in Præſentis ac Præteriti Temporis ſenſu revera & diſerte ſatis aliquando adhibeatur. Veluti Phædrus *Præfat. Libri* III. *ut dixit Sinon*, *Ad Regem quum Dardaniæ perductus foret*. Et fab. 49. *Qui quum de puero multa mentitus foret*, *Adjecit &c.* ubi manifeſte pro *eſſet*, vel *fuiſſet*, ponitur. Salluſt. Catil. 31. *ſicuti* (l. *ſicubi*, ut in Jug. c. 60.) *jurgio laceſſitus fuit*. Liv. XXVII. 44. *Exercitu*, *cui detractum foret omne*, *quod roboris fuerit*. Alter error eſt, quod ibidem aſſerit, Primam infiniti formam neutiquam continere ſignificationem præteriti Imperfecti, ſed id facere Secundam modo, quum tamen Prima, ut oſtendimus, ſit orta ab ipſo Imperfecto verbi Finiti, ſed Subjunctivi, & præterea plerumque, certe in omnibus pene exemplis a Sanctio hic allatis de Prima illa in ſignificatione Præteriti, ſi traducatur in locutionem Finitam, per Imperfectum efferri poſſit & debeat. Veluti, *de cælo tactas memini prædicere quercus*, h. e. memini, quum id prædicerent, vel, ejus temporis, quo id prædicebant. Et ſic in ceteris, ubi aliquid Præteriti hæc forma Infinita videtur ſignificare. Illhoc autem pacto evaditur etiam illud, quod ex hoc uſu Primæ formæ in ſenſu Præteriti concludi ad rejiciendam in ea plane omnem ſignificationem & diſtinctionem Temporum voluit Sanctius. Quæ ſententia tanto magis eſt rejicula, quod hæc Infiniti forma per ſe, & ſola, vix unquam ad Præteritum Perfectum denotandum adhibetur: Nec enim ex. gr. *Scio te illud habere*, & ſimilia, temere occurrent ſimpliciter in ſignificatione præteriti Perf. uſurpata, quam præfert hæc locutio, *Scio te illud habuiſſe*. Accedit vel maxime, quod & hæc & reliquæ Infiniti formæ deriventur proxime ab iiſdem Finiti Verbi Temporibus, quorum iſtæ quoque eſſe vulgo creduntur, & quorum uſui ideo potiſſimum inſerviunt. Æque ac in lingua Græca, ubi eadem ſunt Tempora, eædemque characteriſticæ ſingulorum Temporum, in Infinito, quæ in Finito. Veluti liquet ex Indicativi omnium Temporum tertia Perſona, a qua, Infinita illic pleraque videntur formata, Præſentis *τύπτει*, *τύπτειν*, Perfecti, *τέτυφε*, *τετυφέναι*, Futuri, *τύψει*, *τύψειν*. &c.

chram doctrinam de veris Imperſonalibus me fateor debere. *Qualitas*, inquit, *verborum*, *aut finita eſt*, *aut infinita: finita eſt*, *quæ notat certam perſonam*, *certum numerum*, *certum tempus*; ut, lego, ſcribo. *Infinita eſt*, *in qua hæc univerſa confuſa*; ut, legere: *legere enim & ego*, *& tu*, *& ille poteſt*; *item legere & unus*, *& plures dicuntur*; *item legere etiam poſſum hodie*, *& heri potui*, *& cras potero. Quoniam ergo hæc neque perſonam*, *neque numerum*, *neque certum tempus definiunt*, *& ubique natura ſimplici eodem modo reſpondent*, *infinita dicuntur.* Hæc ille; qui, præterquam quod egregie naturam infiniti ſeu imperſonalis verbi demonſtrat, refellit eorum errorem, (2) qui *Modum infinitivum* vocarunt, quum ſit merum verbum. Eadem fere Aulus Gellius libro primo, cap. 7. *Qui modus dicendi*, inquit, *neque in modos*, *neque in perſonas*, *neque in genera*, *neque in tempora diſtrahitur*, *ſed omnia iſthæc una eademque declinatione complectitur.* Vidit etiam hæc Accurſius in l. 5. *Stipulationum.* §. *ſtipulatio*, verbo, *daturum.* D. de *verbor. oblig. Quia verba*, inquit, *infiniti modi etiam ad futurum*

(2) *Qui Modum Infinitivum vocarunt.*] Sic tamen & ipſe Gellius in ſeqq. verbis, ſed quæ plane aliter ſe habent, quam heic citantur. Nempe, illa, *occiſurum*, *facturum eſſe*, *indefinito Modo dixerunt*, *qui Modus neque in Numeros*, *neque in perſonas*, *neque in genera*, *neque in tempora diſtrahitur.* Vides hic *Modum* appellari diſerte, & in citando Gellio eundem hic errorem commiſſum, qui ſupra, *Modos* pro *Numeros* exhibendo. Tum ſcito, Phil. Rubenium in *Electis*, II. 17. delere hæc verba, *neque in tempora*, in quibus ſolis conſiſtit, quod ex Gellio probatum volebat Sanctius, de non ſtatuenda Infiniti in Tempora diſtinctione. *Modum* tamen neque Ego tribuerim Infinito, quippe quod in nullas utique terminationum differentias per cauſam Modorum diſtrahitur, at a Finiti Modis quibuſcunque ſeu Verbis diſtinguitur, non eo, quod alterius ſit Modi, ſed hoc ipſo, quod ſit Verbum Infinitum. *Modi* proprii ſunt illis Verbis, quæ eorum nomine & cauſa varias ſuſcipiunt terminationes, h. e. Verbis Finitis: Infinita e contrario nullam habent Modorum varietatem, atque adeo nulla ſunt Verba Infiniti Modi, ſed ſimpliciter & directe Verba Infinita.

Digitized by Google

rum reſpiciunt, & ideo dicuntur infinita, quia omne tempus reſpiciunt: recte enim dicitur, volui legere, volo legere, volam legere. Hæc ille recte, niſi *modum* vocaſſet *infinitum.* (3) Nunc accipe teſtimonia de præterito in tuo illo Præſenti infinitivi: Cicero; *Eo die nos quoque multa verba fecimus, maximeque viſi ſumus ſenatum commovere.* Catull. ad Manlium; *Quale ferunt Graji, Peneum propter amœnum Siccari emulſa pingue palude ſolum.* Mart. lib. 6. *Luſus erat ſacræ connubia fallere tædæ; Luſus & immeritos exſecuiſſe mares.* Ibidem; *Vix tangente vagos ferro reſecare capillos Doctus, & hirſutas excoluiſſe genas.* Ovid. Her. Epiſt. 2. *Sæpe fui mendax pro te mihi, ſæpe putavi Alba procelloſos vela referre notos.* Cicero lib. 4. epiſt. *Vidimus aliquoties ſecundam pulcherrime te ferre fortunam, magnamque ex ea re te laudem adipiſci: fac aliquando intelligamus, adverſam quoque te æque ferre poſſe.* Exemplum hoc de præterito eſt, & futuro. Virgil. *De cœlo tactas memini prædicere quercus.* Horat. *Memini quæ plagoſum mihi parvo Orbilium dictare.* Plaut. Epidico; *Non meminiſti me inaurem ad te adferre natali die?* Terent. *Forma bona memini me videre.* At dicent aliqui, verbum *memini* non poſſe jungi præterito: ſed non

(3) *Nunc accipe &c.*] In compluribus ſequentium exemplorum, ipſo Infinito nihil Præteriti, certe non Perfecti, ſignificatur. *Viſi ſumus Senatum commovere,* hic illud *commovere* præſentem rem ſignificat, ſed quæ præſens fuit tempore præterito, quod exprimitur non τῷ *commovere*, ſed τῷ *viſi ſumus.* Sic *vidimus aliquoties te pulcherrime ferre fortunam*: vidimus denotat præteritum, *ferre* præſens. Et ſic alia nonnulla, in quibus proinde non unum tempus, ſed duplex, præſens & præteritum, conjunctim ſignificatur, ſicuti in illis, *ſubreptum erit, ſubrepturus fuit*, præteritum & futurum: Vide notata ad caput ſuperius. In reliquis vero Sanctii exemplis Infinitum poteſt optime transferri in Imperfectum Finiti: ſicuti oſtendimus paulo ante in *memini prædicere.* At in verbis Horatii *Fertur Prometheus addere.* &c. videretur ſane Præſens *addere* directe poſitum pro *addidiſſe.* Sed Sanctius negligenter prorſus iſtic omiſit verbum, *Coactus*, in quo tota vis Præteriti Perfecti hæret: Vide locum, qui eſt in *Oda* XVI. *Libri Primi.*

Digitized by Google

non ſunt audiendi; quos ſatis arguit Perſius, dum ait; *Nec in bicipite ſomniaſſe Parnaſſo memini*: » [& Cicero; » *Meminiſti me ita diſtribuiſſe cauſam; ego memini ſummos in civitate noſtra fuiſſe viros*:] Sed ad inſtitutum. Horat. *Dictus & Amphion, Thebanæ conditor arcis, Saxa movere ſono teſtudinis, & prece blanda Ducere, quo vellet.* Idem; *Ploravere ſuis non reſpondere favorem Speratum meritis.* Cæſar; *Cognita Cæſar cauſa, reperit a Suevis auxilia miſſa eſſe.* Cicero pro Archia; *Ex hoc eſſe hunc numero, quem Patres noſtri viderunt divinum hominem Africanum.* Horat. *Fertur Prometheus addere principi limo particulam, & inſani leonis vim ſtomacho appoſuiſſe noſtro.* Idem. 3. Carm. *Arbiter pugnæ poſuiſſe nudo ſub pede palmam Fertur, & leni recreare vento ſparſum odoratis humerum capillis.* L. unica. D. ſi tabul. teſt. nullæ extab. *Licet*, inquit, *poſtea interierim, competet bonorum poſſeſſio; quia verum fuit tabulas extare*, pro extitiſſe.

(4) Exempla de futuro. Cicero Attic. Lib. I. *Cætera ſpero*

(4) *Exempla de futuro.*] Adde his: Plaut. *Aſin.* II. 4. 36. *Ajebat reddere, quam extemplo ſibi redditum eſſet.* Aulul. I. 2. 30. *Nam noſtræ qui eſt magiſter curiæ, Dividere argenti dixit nummos in viros.* Curcul. I. 3. 25. *Tu Veneri pervigilare te voviſti*; V. 1. 7. *Nego me dicere.* Ciſtell. II. 3. 41. *Injiare uſque adeo, donec ſe adjurat anus jam mihi monſtrare, ſed ſe ajebat quandam mulierem ſuam benevolenté convenire etiam prius.* Moſtell. V. 2. 11. TR. *promitte, ego Ibo pro te, ſi tibi non libet.* TH. *Verbero, etiam irrides?* TR. *quian' me pro te Ire ad cœnam autumo?* TH. *Non enim Ibis.* Terent. And. II. 3. 5. *Sed ſi tu negaris ducere, ibi culpam in te transferet.* II. 4. 8. *ſi dices ducere.* Eun. III. 3. 14. *Credo ei placere hoc: ſperat ſe a me avellere*, ſcil. hoc prædium. Ovid. *Metam.* XIV. 250. *Ire negabamus, vel tecta ignota ſubire.* VII. 740. *Dum cenſus dare me promitto.* Heroid. III. 57. *Quin etiam fama eſt quum craſtina fulſerit Eos, Te dare nubiferis lintea vela notis*, pro daturum eſſe. Cic. Famil III. 6. *Qui brevi tempore ſibi ſuccedi putarent.* X. 24. *Ex quo tempore ipſe mihi profeſſus eſt, ſe venire.* Lib. II. 9. *Niſi, quanta vi civitates libertatem expetant, tanta regna Reges defendant, æquari ſumma infimis.* Sic enim ibi diſtinguendum. XLIV. 27. *Nunciaret quinque millium opera tantum tui Regem.* Florus. IV. 2. *Niſi dictis ſtaretur, non ſe*

ſpero prolixa eſſe. Ibidem lib. 7. *Spero etiam in præſentia, pacem nos habere.* Idem. Fam. lib. 10. ep. 24. *Nec ille intermiſit affirmare, ſine mora venire.* Idem; *Mihi ſcito in dies majori curæ eſſe dignitatem tuam.* Idem; *Hi quum ſe a tanto ſqualore unius morte liberari intelligerent; omnia ei peragere promiſerunt.* Idem 1. Tuſcul. *Magna me*, inquit Socrates, *ſpes tenet, Judices, bene mihi evenire, quod mittar ad mortem.* Virgil. Æneid. lib. 6. *Neque credere quivi, Hunc tantum tibi me diſceſſu ferre dolorem.* Livius; *Sciantque, & ita poſteris tradant, nullas opes humanas armis Romanis reſiſtere poſſe.* Plin. *Adjicit miracula, quæ indicaſſe conveniat.* Cæſar. 6. Gal. *Si amplius obſidum velit, dare pollicentur.* Valer. Maximus lib. 6. cap. 5. *Juraverunt in ſqualore ſe eſſe, quoad Imperator ipſorum reus eſſet futurus.* Cato de re ruſt. cap. 5. *Ne quid emiſſe velit inſciente domino, neu quid dominum celaviſſe velit.* Et infra; *Chaldæorum ne quem conſuluiſſe velit.* Horat. 2. Serm. *Ne quis humaſſe velit Ajacem, Atrida,*

ſe remittere exercitum. Locutionum autem harum, ſeu Præſentis in ſignificatione Futuri, uſum etiam in verbis Finitis eſſe frequentem, & nihil præjudicare Grammaticæ Temporum diſtinctioni, ſuperiori capite, reddita ratione, oſtendimus. Quod vero Noſter mox Perfecti Temporis formas etiam pro Futuro accipit, id alieniſſimum eſt. Nam primo, multo minus Futuræ eſt ſignificationis, *ne quis hoc feciſſe velit*, quam, *ne quis hoc facere velit.* Infinitivus autem junctus verbo *Volo* notat ſimpliciter ipſam cujuſcunque rei actionem, quæ Futuri Temporis forma non exprimitur. Nam quis unquam dixit aut ſcripſit, *Volo hoc factum eſſe*, ſive *me*, ſive *te*, ſive *illum?* Si quid futuri in hac ineſt locutione, id hæret in ipſo Verbo *Volo*, quod ſuam certæ actionis voluntatem extendit a præſenti Temporis momento uſque in illud, quo ea actio tandem fit, aut deſiderata res ſibi obvenit: atque adeo Infiniti in his eadem ratio eſt, ac Nominis ſubſtantivi in hac locutione, qua Tibi roganti, *quid vis?* reſpondeo, *Volo tuam amicitiam.* Deinde ſola hac Perfecti Temporis forma videtur aliqua certe Temporis diſtinctio plerumque notari. Nam *Volo te emiſſe* notat, non, Volo te velle & incipere emptionem, aut eam facere jam re ipſa, ſed, te eam mihi factam & abſolutam præſtare. Ceteroqui, ſi promiſcue pro Præſenti ponitur, tunc notat ipſam rem, ſeu ipſum illud *emere* ſine ulla relatione ad certum tempus.

Digitized by Google

Atrida, vetas cur? Perſius; *Verum, nec noƈte paratum Plorabit, qui me volet incurvaſſe querela.* Cicero pro Muræn. *Omnes verebamur nimis iracundam futuram fuiſſe victoriam.* Valer. Maxim. lib. 4. cap. 3. *Sed abunde erit ex iis duo exempla retuliſſe.* Lucan. lib. 2. *Liceat ſcripſiſſe, Catonis Marcia.* Virgil. 6. Æn. *Magno ſi pectore poſſet Excuſſiſſe Deum.* Mart. lib. 1. epigr. 108. *Condere victuras tentem per ſæcula chartas, Et nomen flammis eripuiſſe meum.* Terent. Adelph. Act. 3. ſc. 2. *Ante ædeis non feciſſe, erit melius, hic convicium*: id eſt, præſtabit, non facere ante ædes turbam, aut vociferationem. Idem Phorm. *Cras mane argentum mihi miles ſe dare dixit.* » [Et Hecyr. » *Interdico, ne extuliſſe extra ædes puerum velis.* Propert. » *Tu minitare oculos ſubjecta exurere flamma.*]

Non leviter advertendum præcipiunt Grammatici, (5) nullum verbum in infinitivo habere proprium futurum, nam *lecturum eſſe*, vel *fuiſſe*, non proprium futurum dicunt, ſed per circumloquutionem: ſolum enim dicunt Verbum Subſtantivum habere futurum, *fore*. Sed hoc falſum eſt. Primum enim, *fore* non eſt à *ſum*, ſed à *fuo*: deinde *fore* ſignificat omnia tempora; ut, *amare, eſſe, legere*. Ac de verbo *eſſe* jam aliqua de præterito & futuro retulimus exempla; reſtat, ut de *fore* in Præterito & Præſenti proferamus, quoniam de Futuro lis

(5) *Nullum verbum in Infinitivo &c.*] Habuere olim in SSERE exeuntia Futura, ut *amaſſere*. Sed & poſtea τὸ *amaturum eſſe* &c. licet per circumlocutionem dicta, tamen etiam ut propria Infiniti futura ſunt uſurpata, ut patet ex eo, quod olim contra Analogiam conſtructionis, Accuſativis etiam pluralis Numeri, uti & feminini Generis, fuere juncta, uti ſupra oſtendimus, ſine ulla variatione, tanquam vere indeclinabilia, more veris Infinitis proprio; *Fore* autem rectiſſime obſervat Sanctius non eſſe a *ſum* ſed a *fuo*. Eſt autem Præſentis temporis in ratione Grammatica, ut idem jam probavimus contra Voſſium; licet ejus ſignificatio, quæ nihil ad Grammaticam, per ſe inclinet in Futurum. Eſt enim idem quod *fieri*; quia vero, quod jam fit, id brevi poſt, ut ſperatur, erit factum, & exſiſtet, ideo, quod *fore* dicimus, id ſignificamus brevi poſt in rerum natura exſtiturum & futurum.

Digitized by Google

lis non eſt. Cæſar 1. Gal. *Commiſſum cum equitatu prælium fore videbat.* Cicero 1. de Invent. *Ex qua conficitur, ut certas animo res teneat auditor, quibus dictis peroratum fore intelligat.* Cicero, ut citatur, in Valerium; *Marius quum a Senatu ex urbe repulſus eſſet, ea, quæ in eum falſò conflata fuerant, diluere voluit. Quid ita? quia ſe ſine ſcelere fore intelligebat.* Et rurſus; *Quanto robore animi is ſemper extiterit, qui vitam ſibi integram fore intelligit, difficile dictu eſt.* Laurentius Valla contendit duo Futura jungi non poſſe; ut ſi dicas, *Fore venturum*, & *faciendum fore.* In quo dupliciter fallitur; nam neque *fore*, futurum eſt; nec *venturum*, aut *faciendum*, certum aliquod tempus præfiniunt, ut mox dicetur (6) *capite proximo*; imo vero duo Futura multo melius cohærebunt, quam futurum cum præterito, aut præſenti: quinimo (7) ſi *amaturus* eſſet veri futuri, nunquam dicere poſſemus, *Amaturus fui*; ſed ſemper, *amaturus ero*; peſſimeque locutus eſſet Cicero: *Non dubito, quin te legente has literas, confecta jam res futura ſit.* Sed agamus teſtimoniis contra Laurentium: [vide & Alexandrum ab Alex. 1. 8.] Plautus Caſina: *Lepide diſſimulant fore hoc futurum.* Cicero Attico; *Deinde addis, ſi quid ſecus, te ad me fore venturum.* Idem pro Milone; *Nihil horum vos viſuros fore.* Liv. lib. 47. *Aut ſub pellibus habendos milites fore.* Idem. lib. 6. *Eo quoque mittendos fore legatos.* Idem. lib. 8. *Non id Corneliæ magis familiæ, quam urbi Romanæ fore erubeſcendum.* Sed ut ad rem; non negaverim de Infiniti temporibus, cogi nos aliquando

(6) *Capite proximo.*] Ubi tamen & Notas noſtras velim videas.

(7) *Si amaturus eſſet veri &c.*] Et eſt veri Futuri, & recte dicitur *amaturus fui, eram.* Cic. *famil.* V. 10. *Supplicium, quo uſurus eram in eum, tibi remitto.* Quin aliud utique eſt, *amaturus fui, amaturus ſum*, aut *ero*; aliud *amans fui, amans ſum*, aut *ero.* Sed & ſupra oſtendimus: ſæpe in una locutione duplex exprimi tempus, quod & fit in *amaturus fui.* Vide & ad *Caput ſequens*, ubi hanc ipſam locutionem, *Dicturus fui*, expoſitam dedi.

quando propter inopiam temporum, & diſtinctionis cauſa, ſic diſtinguere tempora, ut *Amare*, *eſſe*, *legere*, ſunt omnino præſentis; & *Amaviſſe*, *fuiſſe*, *legiſſe*, præteriti; & *fore* futuri. Id contingit fere in verbis famæ, aut linguæ: ut, *ajunt*, *ferunt*, *fertur*, *dicunt*, *dicitur*, *affirmo*, *ſcribo*, & ſimilia: ut, *affirmat non ſolum venire regem*, *ſed veniſſe jam*: *dico eſſe periculum*, *atque etiam fore*: *dixit ſe dediſſe pecunias*, *& dare*, *& daturum*. Cicero lib. 7. epiſtolarum; *Scripſit ad me Cæſar perhumaniter*, *nondum te ſibi ſatis eſſe familiarem propter occupationes ſuas*, *ſed certe fore*. Idem lib. 3. *Sequitur illud*, *ut te exiſtimare velim mihi magnæ curæ fore*, *atque eſſe jam*, &c. Idem libro 3. de Oratore, in ultima pagina, *Quem quidem ego confido omnibus iſtis laudibus excellentem fore*: & Craſſus; *Fore dicis? Eſſe jam dico*, *& tunc judicavi*, &c. Idem libro 13. epiſtolarum. *Sperare tamen videor*, *Cæſari collegæ noſtro fore curæ*, *& eſſe*, *ut habeamus aliquam Rempub.* Ibidem. ep. 28. *Tua ſponte amicum Lacedæmoniis*, *& eſſe*, *& fore*. Idem pro Balbo in calce; *Tum etiam illud cogitatote*, *ſic vivere*, *ac vixiſſe Cornelium*, *ut* &c. Idem lib. 10. Epiſtol. *Quam & eſſe jam*, *& futuram ampliſſimam intelligo*. Cæſar 3. Civil. *Pompeji ſummam eſſe*, *ac fuiſſe ſemper voluntatem*, *ut componerentur*. Catull. *Tibi hæc fuiſſe*, *& eſſe cognitiſſima*, ſcilicet, *ait*. (8) In iis

(8) *In iis omnibus mihi videntur &c.*] Non tamen ſunt diſtincta & diverſa verba, ſed unius verbi diſtincta & diverſa tempora; hæc, *venire* & *veniſſe*; *dediſſe*, *dare*, & *daturum eſſe*; *vivere* & *vixiſſe*; quæ etiam in memoratis exemplis apparent. Neque ergo unius Infiniti diverſæ terminationes idem notant ratione Temporum in arte Grammatica, licet aliquando; ubi nullum eſt ambiguitatis & obſcuritatis periculum, promiſcue uſurpari videantur, plane ſicuti mox in allatis ex Cicerone verbis ipſum Finitum *Cupio* promiſcue de præſenti, & præterito ſeu cœpto jamdudum, tempore uſurpatur. Quapropter quum tamen id ipſum in ratione Grammatica perſeveret eſſe & haberi Præſentis proprie Temporis, nulla etiam cauſa eſt, quin idem ſtatuatur de ejus infinito *Cupere*, licet & hoc aliquando promiſcue adhibeatur.

Digitized by Google

iis omnibus mihi videntur diſtincta eſſe verba: ut ſi dicas; *laudare*, & *extollere*; *currere*, & *ridere*; ſic *eſſe*, & *fore*: nam *fore* non eſt a *ſum*; nec *fuiſſe*; ſed a verbo *fuo*, quod ſemper magis inclinat ad futurum tempus ſua natura: & hoc magis meam opinionem confirmat, tempora infinita indiſcreta eſſe, niſi aliquid accedat, quo diſcernantur; nam *Me amare*, intelligis eſſe ſingularem; *Nos amare*, pluralem. Sic Cicero ad Atticum diſtinxit duo præſentia perſonalia; quaſi unum eſſet præteritum, alterum præſens, dum inquit; *Cupio*, *& jam pridem cupio*, *Alexandriam reliquamque Ægyptum viſere.* Sed quid ſi reſpondeam, eſſe aliquas orationes, quæ quum eiſdem verbis enuntientur, ſenſu tamen diſtinguantur? Ut ſi dicas: *Vir bonus nulla laceſſitus injuria ab amicitia recedit. Vir malus nulla laceſſitus injuria ab amicitia recedit.* Hic ſignificat *diſcedere*, illic *non diſcedere*. Sic in exemplis citatis (9) ſunt aliqua, quæ diſtinguant ea duo tempora, quæ abſque illis promiſcue poterant apponi: ut illud; *Magnæ curæ fore*, *atque eſſe jam.* In reliquum infiniti verbi tempora confuſa ſunt, & a verbo perſonali temporis ſignificationem mutuantur; ut, *cupio*

(9) *Sunt aliqua, quæ diſtinguant &c.*] At cum liquida temporum diſtinctione opus eſt, & cum Scriptores etiam revera diſtincta ea voluerunt, quæ cauſa, cur in ea diſtinctione, Præſentis, tum præteriti Perfecti, ac Futuri, magis propria ſit terminatio una quam altera, eâque in diſtinctionis neceſſitate nunquam illæ occurrant confuſæ? quæ cauſa, inquam, niſi quod in arte Grammatica ipſæ per ſe & in ſe habeant diſtinctionem temporum, cui ſemper attendant ſcriptores, quum opus eſt tempora diſtingui. Ut taceam niſi Infinitum etiam haberet ſua tempora, non tam conſtantem fore in omnibus verbis triplicem ejus formam, cujus nulla poteſt eſſe ratio & uſus, quam neceſſitas triplicis temporis, Præſentis, Præteriti, & Futuri, per eas denotandi. Adde quod clariſſima utique eſt temporum diſtinctio in Infinitis in Græca lingua, cui Latina ſuam originem debet: ut & quod Latini in maxime emphatica temporis deſignatione, eodem modo utantur Infinito ac Finito: veluti, quum dicebant *vixit*, *fuit*, pro mortuus eſt. Unde Plaut. *Bacchid.* I. 2. 42. *Vixiſſe nimio ſatius eſt jam, quam vivere.*

cupio legere, ſeu *legiſſe*, præſentis eſt; *cupivi legere*, ſeu *legiſſe*, præteriti; *cupiam legere*, ſeu *legiſſe*, futuri. In Paſſiva vero, *Amari*, *legi*, *audiri*, ſine diſcrimine omnibus deſerviunt; ut, *voluit diligi*; *vult diligi*; *cupiet diligi*. De *Amatum iri*, vel *ire*, poſtea lib. 3. cap. 11. dicemus.

CAP. XV.

Singula participia omnia tempora adſignificare.

(1) PArticipia non dicuntur, quod partem capiant a verbo, partem a nomine; ſed quod a verbo partem capiant,

(1) *Participia non dicuntur, quod &c.*] *Participium* dicitur a *Particeps*, ut *Principium* a *Princeps*: Eſſe autem videtur Nomen Adjectivum, quippe quum Genera, Caſus, & Gradus, ſeu omnia, quæ Nominibus Adjectivis accidunt, habeat; Verbo autem eſt particeps alicujus rei, ſeu partem quandam capit a Verbo. At quam partem? Nullam profecto aliam, quam adſignificationem Temporis: quam male, ut ſeqq. notis docebimus, illi videtur negare Sanctius. Miratur autem in Me Urſinus *Sect.* VI. *init.* quod *tam ſtrenue hoc ſuum Accidens Participiis contra Sanctium aſſeruerim*, & tamen *incaute prorſus ſequar illum in eo, quod Participia ſint Nomina Adjectiva.* Ipſe vero, *ſi Nomina ſine Tempore, Participia cum Tempore ſignificant, diverſæ ea ſint naturæ*, *neceſſe* putat. At idem hoc eſt, ac ſi quis contenderet, Subſtantiva tantum eſſe *Nomina*, ut ſunt prima & præcipua; & diceret, *Nomina* non comparantur, *Adjectiva* comparantur, Ergo Adj. non ſunt *Nomina*. Si tamen vel ſic Duplicis Claſſis dantur Nomina, quidni & Triplicis eſſe poſſint? Scilicet illa, quæ non comparantur, nec Tempus adſignificant; tum quæ comparantur quidem, ſed Tempus non adſignificant; denique quæ utrumque faciunt. Certe omnia, quæ de Nomine Adjectivo affirmantur, habet Participium. Ipſe Urſinus *Sect.* VI. *cap.* 3. quinque *Accidentia* ab Nominibus ſumpta, *Caſus*, *Declinationem*, *Genus*, *Motionem*, *&* *Comparationem*, Participio tribuit, at ab Verbo ſolum *Tempus*. Quid inde ſequitur, niſi eſſe Nomen, quod præter *Caſus*, *Declinationem*, & *Genus*, habet etiam *Motionem* & *Comparationem*, ut habet Nomen Adjectivum; ſed quod inſuper unius rei eſt particeps Verbo. Hæc ipſa autem res, h. e. adſignificatio Temporis, ne quis præcipuam putet, ſæpiſſime reperitur

Digitized by Google

capiant, quum ſint omnino adjectiva nomina, & verbalia.

Amans

reperitur neglecta, immo plane extincta, adeo ut ipſe Urſinus tradat, p. 850. quædam *primitus fuiſſe Participia, poſterius ordine ſuo plane deſerto omnino ad Nomina tranſiiſſe.* Talia ſunt, *Sapiens*, *Diligens*, *Potens*, *Adoleſcens*, *Doctus*, *Cautus*, *Aptus*, *Rectus*, *Promptus* &c. Unde & Grammatici ea vocarunt Nomina *Verbalia.* Quo pertinet locus Quinctiliani I. 4. *Nam & quædam Participia an Verbi appellationes ſint, dubitari poteſt, quia aliud alio loco valent, ut Lectus & Sapiens.* Summus Criticus, Adr. Turnebus non videtur hunc locum ſatis intellexiſſe. Nam legi vult, *an verba ſint, dub. poteſt.* Deceptum putem verbo *dubitari*, quod accepit in ſenſum negantem, quum Veteres ſequente *An* adhibuerint illud ſenſu affirmante, æque ac *Haud ſcio an*, *Neſcio an.* Sic Corn. Nepos Thraſyb. cap. 1. *dubito, an hunc primum omnium ponam*, eo ſenſu, quo dicitur vulgo, dubito annon debeam hunc ponere primum. Vide me infra III. 3. 47. Sic alibi, & hic apud Quinctilianum, qui talia, ut *Lectus* & *Sapiens*, cenſet videri aliquando potius eſſe *Appellationes Verbi*, h. e. Nomina Verbalia, quam vera Participia, quæ ille, ut plerique Grammatici, a Nominibus diſtinguit. Accedit aliud argumentum pro noſtra ſententia, quod Participia ſæpe componantur ſola, & ſecus, quam ipſa Verba, & tanquam nihil amplius pertinentia ad illa Verba, unde oriuntur. Veluti *Inſperans*, *Inſciens*, *Imprudens*, *Ineptus*, *Indoctus*, *Impotens*, *Illæſus*, *Impunitus*, *Intolerandus*: Sic *Illectus*, pro, non lectus. Ovid. Arte 1. 469. *Si non accipiet ſcriptum, illectumque remittet, Lecturam ſpera.* Sequentibus exemplis bis compoſitorum adde, *Indefenſus* ex Livio XXVI. 5. *Irreligatus* ex Ovid. Art. 1. 530. immo aliquando bis componantur, ut *Imperterritus*, *Incompoſitus*, *Inconditus*: denique ſi maxime Verba eodem modo ſint compoſita, reperias tamen ſignificationem utrorumque compoſitorum plane diverſam, immo contrariam. *Indictum* eſt idem, quod non dictum, *Me Indicente hæc non fiunt*, h. e. non dicente, at *Indicere* eſt denunciare, imperare. Sic *infectum* pro non factum, quum *Inficere* longe aliud quid notet. *Illæſus* pro non læſo, at *Illidere*, compoſitum ex *lædere*, alterius eſt ſignificationis, quam *Illæſus.* Quin ab his ipſis Verbis alia item Participia ipſorum ſignificationi conſona formantur, veluti *indictum bellum*, *Injecta lana*, *Illiſus ſcopulo.* Quid porro opus ſtatuere in iiſdem plane vocabulis tantam Naturæ diverſitatem, ut eadem, quum Tempus adſignificant, non ſint Nomina, at ſint, quum iid non adſignificant? Quanto rectius traditur, eſſe Nomina, ſed quæ etiam Tempus ſæpe, non tamen ſemper, adſignificant, ut Adjectiva

ctiva ſunt Nomina, ſed quæ etiam comparantur? Certe Latini pro Nominibus illa videntur habuiſſe; De Græcis aliquantulum dubitem, quia illic magis inhærent ſuo Verbo, & in omnia Activa, Paſſiva, & Media Tempora, analogica ex ipſo Verbo & ejus Temporibus derivatione, formantur, adeo ut etiam Augmentum Præteriti retineant, & Characteriſticas omnium Temporum Verbi Finiti literas. Sed vel ſic Stoici ea *Verbalia*, ſeu *Verborum Nomina*, nec male, dixerunt. Male autem facit Sanctius etiam mea ſententia, quod Participiis plane adimit omnem Temporum diſtinctionem, dum ea Temporum *omnium eſſe* ait, h. e. proprie Nullius Certi. Ipſe, quia *partem a verbo capere* dicit, & pro ratione addit, quod *ſint omnino Adjectiva Nomina & Verbalia*, videtur velle, partem iſtam conſiſtere unice in Significatione actionis paſſioniſve, & ſecundum hanc Conſtructione. At vero utrumque æquali modo etiam aliis accidit, immo omnibus pene Nominibus Verbalibus, Subſtantivis & Adjectivis. Etenim *vitabundus* & ſimilia actionem ſignificare videntur, & conſtruuntur plane, ut Activa Verba; *Amabilis* &c. paſſionem maxime notant. Sic in Subſtantivis *Lector*, & *Lectio*, activa ſunt, & reperiuntur, poſterior certe forma, etiam cum Accuſativis juncta. Ergo & hæc omnia, partem iſtam a Verbo itidem capientia, deberent quoque eſſe *Participia*, quod utique non ſunt. Ceterum, ut dicam quod ſentio, omnes hi Accuſativi, qui utique a Nominibus regi nequeunt, ut recte in pleriſque obſervavit Sanctius & Scioppius, idcirco neque ab hiſce veris Nominibus, ſive Participiis, ſeu Verbalibus aliis, regi queunt, ſed videntur potius regi a Præpoſitione per Ellipſin ſuppreſſa, eâque, quæ Græcis in hoc ſenſu, & in hac conſtructione, eſt frequentiſſima, & olim etiam, certe tunc magis, quam deinceps, fuit Latinis: ut patet ex innumeris locutionibus olim frequentatis, (Vide infra lib. III. cap. 3. & cap. 8. ut & lib. IV. de *Hellenismo*, & *Ellipſi Præp.* κτ.) ex quibus reſiduas habemus, tum eam, quæ duos Accuſativos jungit uni Verbo, quorum alter hoc modo omnino eſt interpretandus, ut docuit ipſe Sanctius II. 6. tum eam, quæ Accuſativum addit Paſſivis, immo etiam illis Verbis, quæ *Deponentia* appellantur, & quæ vere Paſſiva olim fuerunt, licet nobis nunc propria eorum & paſſiva ſignificatio non ita plane ſemper perſpiciatur; denique & eam, quæ Accuſativos junxit variis Nominibus, veluti, *Gnarus hanc rem cetera indoctus* &c. Sed frequentiſſimam & pene ſolennem fuiſſe olim etiam Latinis hanc conſtructionem, patere vel maxime arbitror ex eo, quod de hiſce tum Participiis, tum omnibus Verbalibus Nominibus, monui, non alia ratione illis quoque jungi Accuſativum. Hoc, utpote paradoxum, tanto accuratius erit nobis probandum. Et primum quidem memoria repetendum, Accuſativum non regi proxime a Nominibus: tum illa omnia, quæ *Participia* dicuntur, vera eſſe Nomina,

Nomina, ut quæ omnia Nominibus Accidentia habent, nihil vero a Verbis, niſi unum id, quod Sanctius iis in hoc capite negat, h. e. adſignificationem Temporis, ſibi aſſumunt. Debuerunt ergo etiam ut Nomina conſtrui, & revera ita conſtruuntur. Nam dicis æque, *Amans uxoris*, & *Amans uxorem*, & utriuſque locutionis eadem videtur eſſe Grammatica ratio, quæ eſt in *Gnarus hujus rei*, & *Gnarus hanc rem*. Nam *Amans uxoris*, *gnarus rei*, *ſtudioſus patriæ*, &c. quum dicis, in omnibus hiſce intelligendum eſt *in negotio*, *in cauſa uxoris* &c. aut ſimile quid. Jam quæ hujus locutionis eſt ratio, eadem eſt & alterius, *amans uxorem*, *gnarus hanc rem, alias res impenſe improbus*: hæc enim requirunt ſupplementum *quod ad*, κατὰ, vel plenius, *in cauſſa*, *in negotio*, *quod ad uxorem*, *hanc rem*, *alias res*, *attinet*. Sed dices, longe tamen frequentius hiſce Participiis, ut & Gerundiis, ac Supinis, jungi Accuſativum, quam aliis Nominibus, ut adeo Verbalis eſſe & directa videatur in Participiis conſtructio. At ego facile crediderim, Veteres ipſos non attendiſſe pleroſque ad hujus Conſtructionis rationem, utpote Grammatica arte ſero conſtituta: & proinde, quia antiquiſſimis temporibus, quando lingua Latina propius acceſſit ad Græcam, frequentiſſimus fuit ejus Conſtructionis uſus, eam in hiſce Participiis præcipue, & longe magis quam in aliis Nominibus, eſſe retentam a poſterioribus, quia revera tunc exiſtimaverint forſan ſaltem nonnulli, regi hunc Accuſativum proxime ab ipſis Participiis, utpote actionem ſignificantibus, non vero a præpoſitione ſuppreſſa: unde & factum, ut apud illos occurrant nobis aliquando locutiones, quæ ex vera origine aut ratione Grammatica talium Conſtructionum minus commode expleri ac explicari queant. Id quod de illis non eſt magnopere mirandum, quum & nos in vernaculis linguis hodie magis earum uſum, quam rationem, cognoſcamus & ſequamur: & Veteres illi, immo ipſe Cicero, a Scioppio & aliis ſæpe ac merito rationis Grammaticæ ignari arguantur. Atque hinc etiam eſt, quod uſus vulgaris quodammodo diſtinxit Participii Præſentis ſignificationem ratione Conſtructionis, ſeu, prout vel Genitivo vel Accuſativo jungitur. Nam *patiens inediæ* quum dicunt Veteres, videntur ſignificare eum, qui æquo animo ſæpius patitur, vel facile poteſt pati: at *patiens inediam*, qui uno actu aut tempore volens nolens patitur. Vide & infra III. 10. 2. Quin reperiuntur aliquando Participia, iisdem ut alia Adjectiva, prorſus conſtructa tanquam Subſtantiva. Nam ſicuti dicitur *Amicus meus*, & *Amicus illius*, ita ut intelligatur conjunctim *Homo Amicus*, tanquam unum Subſtantivum, quod alios recipere poſſit Adjectivos, aut Genitivos regere; (Vide Mariangelum *Auctar. Ep.* III. p. m. 16.) ſic apud Plaut. *Ciſtell.* II. 3. 43. *Sed illæc ſe quandam ajebat mulierem ſuam benevolentem convenire prius*, ubi *ſuam* manifeſte refertur non tam ad *mulierem*, quam ad *benevolentem*, tan-

Digitized by Google

quam Subſtantivum, quod cum Voce *mulierem*, forte repetenda denuo per Ellipſin, coaluit *Trin.* V. 2. 23. *Megaronides hoc communis meus & tuus benevolens commentus eſt.* *Captiv.* V. 1. 15. *Ut beneficium benemerenti noſtro merito numeres* Vide & infra ad II. 13 Nota 13. Præter ea dominatur in his etiam Caſus, qui facere potuit, ut in Participiis magis retentus ſit ille cum Ellipſi Accuſativus, quam in aliis Nominibus; certe fecit, ut & iſte Accuſativus, qui a Grammaticis perperam peculiari vocabulo appellatur *Supinum*, retinuerit conſtantiſſime illam Accuſativi alterius conſtructionem, de qua hic agimus, & quam reliqui Caſus ejuſdem Nominis, etiam alterum Supinum in V. deſinens, quorum tamen per ſe eadem eſt natura, non retinuerunt. Similiter in Gerundiis ſolum illud in DI exiens conſtruitur cum aliis Genitivis, at reliqua minime, cujus rei certa ratio reddi nulla poteſt. Vide me ad III. 8. 2. Quin ipſa Participia in NS exeuntia Genitivum & Accuſativum promiſcue ferme ſibi adſciſcunt, at in Comparativo & Superlativo nunquam Accuſativum, ſed ſolum Genitivum, quod itidem ex uſu, per caſum quendam magis, quam per certam rationem, invaleſcente videtur ortum. Dices denuo, Actionem tamen æque ſignificari Participiis ac ipſis Verbis, & proinde reſpectu ſignificationis τῶ *Amans*, æque ac *Amo*, requirere Accuſativum, in quo ſignificatio actionis terminetur. Sed ſic etiam Nomina Subſtantiva a verbis deſcendentia, quæ pleraque Actionem a quo notant, requirerent eundem ſemper Accuſativum, veluti *Lectio*, *Lector*, *Obſidium*, &c. At vero in quibus horum priſca illa locutio aliquando reperitur adhibita, in iis tamen in deſuetudinem dein abiit, atque ita poſteriores, dum pro Accuſativo maluerunt Genitivum uſurpare, indicaſſe videntur, neglectum illum caſum non fuiſſe Nominum inter ſe conſtructioni proprium, ne tum quidem, ſi maxime eorum Prius, quod eſt Nomen Verbale, & quod alterum regere videbatur, Actionem ſignificaret. Æqualis enim eſt ſignificatio actionis in *Lectio*, *Lector*, & *Legens*. Et tamen ſicuti priora non requirunt Accuſativum, nec amplius recipiunt, ſic & poſterius eo carere ſane poteſt, & revera ſæpe etiam caret: licet in omnibus æque tamen intelligatur per ſe id ipſum, in quo terminatur actio, h. e. id quod legitur: & aliquando etiam exprimatur, ſed modo in Genitivo, modo per Ellipſin longioris circumlocutionis in Accuſativo. Verumtamen exiſtimant Viri Docti, Sanctius, Scioppius, Voſſius, Urſinus, aliique, non modo Participia, ſed etiam ipſa Verbalia nomina recipere & regere per ſe & proxime caſum ſui verbi, ſeu Accuſativum, (nam de Dativo non opus, ut dicamus, quum ille æque Nominibus quibuſcunque, ac Verbis, jungi queat) veluti quum dicitur *vitabundus caſtra; quid tibi hanc rem curatio eſt; eo ſpectatum ludos;* &c. Ego vero, in his quæ ſit Conſtructionis ratio, putem clariſſime

riſſime patere ex iis, quæ dicuntur *Gerundia*, ſed quæ revera ſunt Participia Paſſiva, diverſorum Caſuum, neutrius Generis. Ea enim per omnes caſus æque eandem Accuſativi recipere conſtructionem, docent ſingulatim quam plurimis exemplis Sanctius infra III. 8. & Voſſ. *Anal.* III. 10. atque adeo non eſſe peculiaria vocabula, ſive *Gerunda*, ſive *Gerundia*, ſed veros caſus Participii paſſivi cum Accuſativo conſtructi, recte cenſuit Scioppius *Parad. Liter. Ep.* 2. Et idem ſenſiſſe, neque ex ſola diverſitate conſtructionis eoſdem eorundem Vocabulorum caſus pro diverſis habuiſſe vocabulis debuiſſent tum Sanctius d. l. tum Voſſius de Anal. III. 9. & Urſinus Sect. V. cap. 8. licet ex antiquitate ſibi illam magis peculiarem, ſed olim frequentiorem & communem cum aliis, conſtructionem retinuerint, & quaſi uſuceperint. At vero ſi ita ſe res habet, tum utique nihil prorſus Actionis ſignificare poſſunt iſti caſus, quum revera ſint paſſivæ formæ, & ſignificationem paſſivam habeant; & proinde neutiquam porro regere per ſe poſſunt accuſativum, qui tamen illis æque jungitur ac omnibus Participiis & Verbalibus Nominibus, quæ Actionem denotant: probabili ſane indicio, eum ergo Accuſativum non pendere a ſignificatione, quæ in utriſque illis, Participiis ſcil. Activis, & Gerundis, plane contraria eſt, ſed ab Ellipſi, quæ ſimilis utrobique eſſe poteſt, & eſt. Sanctius infra d. l. exiſtimat, tantum eſſe Gerundia in *Di* & *Do* exeuntia, ſi expreſſum habeant accuſativum, ceteroquin & hæc & omnes voces in *Dus*, *di*, *do*, *dum* exeuntes, paſſionem ſignificare aſſeverat. Inepte prorſus, nulla quippe diverſitatis illius ratione. Longius tamen excedit Voſſius Anal. III. 9. qui Gerunda, nomina eſſe Verbalia ſtatuit, deſcendentia proxime ab ipſo verbo, æque ac Participia; neutiquam vero eſſe Participia, neque a Participio activo vel paſſivo formata; idque tribus firmat maxime argumentis, ſed quæ mihi parum valida videntur. Primum eſt, quod Græci dicunt, non Participio, ſed peculiari vocabulo, λεκτέον, *cui reſpondeat Latinorum gerundium*, *Dicendum.* At vero aliter apud Græcos, aliter apud Latinos ſe res habere poteſt; Habent Græci quam plurimas Temporis Aoriſti, & Futuri, formas, Latinis ignotas: habent multa alia, quæ Latini non receperunt. Ceterum apud hos aliter res concipi nequit, quam ut τὸ *Dicendum* ſit Neutrum τοῦ *dicendus*, quomodocunque illud a Græcis enuncietur. Secundum, *quod Participia in ablativo producantur*, *Gerundia* vero in O terminata eam *literam habeant communem æque ac Verba.* At vero eadem ratione probet, quædam Adverbia in O exeuntia, quorum reliqua omnia, quia ſunt revera Ablativi caſus Nominum, ultimam habent productam, non eſſe ejuſdem naturæ & originis, cujus cetera, quia ultimam habent item communem, vel etiam correptam, veluti *ſero*, *poſtremo*, *profecto*, *cito* & ipſum *quomodo*, quod utique eſt manifeſtæ convenientiæ Adjectivi & Subſtan-

Digitized by Google

tivi in ablativo. Vide & infra de hiſce *lib.* IV. *cap.* 4. de *Ellipſi* ad Vocem *Judicio*, ubi de quantitate metrica Gerundii in DO Priſcianum *lib.* VIII. pag. 823. Præterea Gerundia in *do* non tam a Virgilio, aut optimis Poëtis, corripiuntur, quam ab aliis, quum jam *Gerundiorum* appellatio in Grammaticam eſſet inducta, eaque peculiaria haberentur Vocabula, vel etiam *Modi* verborum, qua ratione paulatim in metro aliquid eſſe mutatum, nihil eſt mirum. Tertium eſt, & quidem *validum ſane*, ut arbitratur, quod *Participia ſint unius ſignificationis, vel activæ, vel paſſivæ, Gerundia vero utramque gerant.* Ego vero, ut taceam, etiam participia præſentis activi, & præteriti paſſivi, habere aliquando ſignificationem utramque, Vide Diomedem *lib.* I. de Participio, & Me infra in hoc Capite de Præterito Paſſivo ad *Amatus*; ſed & ipſum Voſſium *Anal.* IV. 10. cujus Præſentibus Activis addas licet *Gignentia* pro iis, quæ gignuntur & naſcuntur e terra. Sall. *Jug.* 79. *per loca æqualia & nuda gignentium.* & cap. 93. *ilex aucta in altitudinem, quo cuncta gignentium natura fert.* Certe ita hæc exponunt Turnebus *Adverſar.* III. 15. & Schottus *Obſerv.* III. 40. Niſi tamen quis malit, *Gignentia* dici herbas & arbores, quia ab natura ſua ſemper gignunt aliquid, veluti fructus, vel ſaltem ſemina, unde alia iterum naſcuntur. Verum hæc ut taceam, nego & pernego, Gerundia iſta aliam habere ſignificationem quam paſſivam, quamque habent eorum maſculina & feminina, undé illa deſcendere poſtulat ipſa ratio. Nam unde ceteroquin eſſe poſſent hæc Neutrius Generis vocabula, per omnes caſus declinata? At his opponit ſe vehementer Urſinus *Sect.* V. *pag.* 619. 620. hoc uno argumento, quod multa ſint Gerundia Verborum Neutrorū, quæ Verba, ut non habent Paſſivam formam, ſic neque Participium habeant Paſſivum in *Dus:* At hoc tamen multa habent, Vide ipſum *Sect.* VI. cap. 5. *pag.* 896. Ergo, pergit, talia per naturam ſuam non poſſe a Maſculinis & Femininis iſtius Participii eſſe formata. Veluti *ſtandum eſt, ſtandi*, &c. quia non dicatur *Standus*, *ſtanda*, neutiquam ergo inde derivari. Quapropter eo delabitur tandem, ut tradat, Gerundia ſi ſint ab Activis verbis deſcendentia, derivari proxime a Particip. in *Dus*, at ſi ab Neutris deſcendant, aliunde derivari, ab *ipſo* ſcil. *Verbo*, vel, ut in Addendis ait, a *Participio Activo Præſenti*, veluti *Stans*. Quidquamne abſurdius dici poteſt, quam ut Vocabula ejuſdem formæ Grammaticæ, naturæ, uſus, conſtructionis, diverſæ credantur formationis ſeu derivationis Grammaticæ. Eat ergo Vir Doctus, & tradat pariter, Imperſonalia *Amatur*, & *Statur*, non eſſe ejuſdem formationis Grammaticæ, quia ſicuti dicitur *Amor*, *Amaris*, ſic non dicitur iidem, *Stor*, *Staris*. Nemo tamen ipſi credet, opinor, diverſæ idcirco illa, *Statur & Amatur*, rationis eſſe ac originis Grammaticæ, plane ut hoc reſpectu nihil diverſi eſt inter imperſonalia *Amandum eſt* & *Standum*

Digitized by

Standum eſt, ac *Amandi* & *Standi*. Quin immo futile adeo eſt hoc Viri argumentum, ut ipſe id in caſu prorſus ſimili alibi rejiciat. Etenim Sect. V. cap. 9. p. 657. docet, *cœnatus*, *pranſus*, *potus*, eſſe Participia Paſſiva, addens, *neque officit*, *quod*, *cœnor*, *prandeor*, *potor*, *nuſquam reperiantur: idem quippe fatum & alia Participia ſunt experta. Et ſufficit ita dici poſſe.* Sed & quando agit *Sect.* VI. *cap.* 4. p. 863. 864. 865. de Participio Præt. Paſſivo & Futuro Activo, formata ea cenſet a Supinis in U, quod tamen falſiſſimum arbitror. At quando Voſſius de *Anal.* IV. 10. id rejicit, *hac una*, ut ille ait, *motus ratione, quia Deponentia careant poſteriori Supino*, *eo quod illud habeat ſignificationem paſſivam*: nec tamen careant iſtis participiis, *active ſignificantibus*, quid reſpondet? Nempe *derivata non ſemper naturam ſui primigenii ſervare*, atque adeo iſthæc participia *analogice ſecundum ſuam conjugationem formari*, veluti ab *largior*, licet *largitu* non reperiatur, dici tamen *largitus* & *largiturus*, æque ac ab *auditu*, *auditus* & *auditurus*: immo complura eſſe ab Neutris Verbis talia Participia, nulla licet eorum quoque Supina in U exſtent, ut a *placeo*, *placitus* & *placiturus*, quum *placitu* nuſquam reperiatur. Addit tandem, ſibi itaque *tutam viam non videri deſerendam*, *ut iſthæc ſcil. proxime ſint a Supinis in U.* Quare ergo Gerundia *Standum*, *Standi* &c. non æque cenſet analogice formari a ſuo Maſculino, licet illud in Verbis Neutris non reperiatur, quum ultro largiatur Gerundia Activorum inde formari, & utrorumque idem plane ſit uſus, eademque conſtructio, quando abſolute adhibentur. Sed tota Viri doctrina de Gerundiis mera eſt & abſona rerum Grammaticarum confuſio, ex hoc ſolo orta, quod longiora Ellipſeos ſupplementa faſtidioſe nimis rejicit, ut oſtendemus infra ad *Libri* III. *Caput* 8. Jam vero ſi Gerundia vere ſunt Caſus Participii Paſſivi, tum neceſſario eandem, quam illud, h. e. Paſſivam, vel ſaltem Neutralem, habere ſignificationem debent. Neque vero credendum eſt, mutari naturam vocabuli, etſi addatur ei accuſativus, ut quis etiam aliis paſſivis jungitur ſæpiſſime. Quapropter idem eſt natura ſua vocabulum, ſive dicam, tempus eſt *legendi*, ſive *legendi libri*, ſive *legendi librorum*, ſive *legendi librum*. Et miror, Voſſium ita d. l. (de Anal. III. 9.) diſputaſſe, quum in *lib. de Conſtructione cap.* 53. Gerundia fateatur eſſe nomina Adjectiva, in quibus Subſtantivum aliquod neceſſario intelligatur, &, quod ad rationem conſtructionis, accedat Scioppio, qui *Parad. Ep.* 2. cenſet ſemper intelligi in iis ipſum Infinitum Verbi, atque adeo Accuſativum non regi a Gerundiis, ut dicuntur, ſed ab illo Infinito, quod Subſtantivi vicem expleat. Veluti, quum dicitur, *ardet deſiderio diſcendi literas*, τὸ *literas* regitur, ex ejus & Scioppii ſententia, ab intellecto infinito *diſcere*, quod ſimul exhibet vicem Subſtantivi reſpectu τοῦ *Diſcendi*. Ego vero putem, in his intelligi potius idem Subſtantivum, quod in aliis Adjectivis neutrius Generis, h.e. *negotium*, (Vide infra ad III. 8. No-

Digitized by Google

8. Nota 1.) & Accuſativum regi hic eodem modo, quo regitur, quando aliis paſſivis reperitur adjunctus, h. e. per præpoſitionem ſuppreſſam, κατὰ, *ſecundum, quod ad.* Ita Sall. Hiſt. III. *Inulti terga cædebantur.* Plaut. *Trin.* II. 4. 26. *Quas ſponſiones pronuper tu exactus es.* Ovidius Metamor. VII. 772. *Poſcor & ipſe meum conſenſu Lælapa magno.* In his enim & ſimilibus, qualia multa collegit ipſe Voſſius de *Conſtruct. cap.* 41. Accuſativos neutiquam regi a verbo, ſed a ſuppreſſa præpoſitione, quæ Græcæ κατὰ reſpondeat, agnoſcit. Similiter ergo ſe res habet in Gerundiis. Sed alia adhuc afferam, quæ item huc referenda videntur. Plaut. in *prol. Amphitr. verſu* 33. *Juſtam rem & facilem eſſe oratum a vobis volo.* Et Pompejus apud Cicer. *ad Attic.* VIII. 18. *Cohortes ad me miſſum facias.* Ubi *oratum*, & *miſſum*, non ſunt *omnis Generis*, nec mutanda in femininum, ut quidem in Plauto prius illud volunt Interpretes, & Voſſius *Anal.* III. 16. poſterius nonnulli Editores ac librarii. Sequitur tamen illos Urſinus, & cenſet pag. 599. To. 1. poni iſthæc Neutra Participii Paſſivi per omne Genus, & cum omni Genere conſtrui, æque ac *Amaturum eſſe* &c. Futuri Infiniti. Sed quam dabunt illi rationem, quare ad hujuſmodi locutiones Neutra ſola Participiorum reperiantur adhibita, nulla Maſculina aut Feminina, niſi quia Neutra Elliptice potiſſimum ponuntur, & intelligatur tunc ſub iis plerumque *Negotium*, ut adeo ab illa Ellipſi origo iſtarum conſtructionum omnino ſit repetenda. Accedit, quod & Neutra Participiorum Paſſivorum ſola prorſus, & tantum in Singulari Numero, ad Gerundiorum adhibeantur Conſtructiones; eæ autem ortæ ſint ab Activorum Paſſivis, ſub quibus itidem intelligebatur *Negotium*, licet deinde uſu ipſo paulatim etiam ad Neutrorum Paſſiva fuerint tranſlatæ, ſub quibus tamen *Negotium* vix poterat intelligi. Si quis ergo jam cum Voſſio, Urſino, &c. malit hæc perſonaliter conſtruere & directe, *volo juſtam rem & facilem eſſe oratum a vobis*, facile id patior, modo ex natura & origine hujus conſtructionis agnoſcatur intelligi *negotium*, ut plenum ſit *eſſe negotium oratum a vobis.* Malui autem Ego, ſed ut contendere de ea re cum quoquam nolim, hæc accipere, ut ſolent accipi Participia Paſſiva Neutra & Gerundia, ut ſenſus ſit *volo oratum eſſe a vobis negotium, quod ad juſtam rem & facilem attinet*, h. e. negotium juſtæ & facilis rei. Similiter *miſſum facias cohortes ad me*, pro *miſſum eſſe ad me negotium, quod ad cohortes*, h. e. negotium cohortium. Frequentiſſimam autem eſſe hanc, licet longiorem, Ellipſin, *Negotium quod ad*, patet ex frequenti uſu vocularum *quod ad*, quarum non alia eſſe poteſt ratio in conſtructione. Conſidera ſis Plaut. Aulul. IV. 10. 40. *Ego te de alia re reſciviſſe cenſui, quod ad me attinet.* Illud *quod* quo referri poteſt, niſi ad ſuppreſſum *negotii*? Sic pene Cicer. Famil. XVI. 4. *Sumtu ne parcas ulla in re, quod ad valetudinem tuam opus ſit.* Poſſent illi ſimpliciter etiam dixiſſe,

quod

quod ad me, *quod ad valetudinem tuam.* Terentius *Phorm.* III. 1. 14. *De ejus conſilio ſeſe velle facere*, *quod ad hanc rem attinet*: ſcil. *omnia iſtius negotii, quod* &c. Immo vero, ubicunque τὸ *Quod* initium eſt orationis, ſemper intelligitur, *in*, vel *de negotio illo*, *ſecundum quod negotium* &c. Cicero *Famil.* VI. 18. *De negotio tuo*, *quod ſponſor es pro Pompejo, non deſinam cum Balbo communicare.* Terent. Heaut. III. 1. 86. *Quod ſenſiſti illos me incipere fallere, id ut maturent facere*, h. e. de negotio, vel id negotium, ſecundum quod ſenſiſti illos &c. Hecyr. III. 4. 23. *Quod conſtitui me hodie conventurum eum*, *dic me non poſſe*, ſcil. convenire eum ſecundum id negotium, ſecundum quod conſtitui &c. Phædr. Fab. 35. *Quod vides fodere terram aprum, quercũ vult evertere.* Plaut. Cap. III. 4. 54. *Filium tuum quod redimere ſe ait, id neutiquam mihi placet.* Sic Epidico I. 2. 28. *Empta eſt ancilla, quod tute ad me literas miſſiculabas*, h. e. negotium, propter quod negotium tute &c. III. 4. 20. *Animum advorte*, *ut*, *quod ego ad te venio*, *intelligas.* Sic quando *quod* rationem rei ſignificat, ſeu pro *quia* ponitur, intelligendum eſt ſemper *propter negotium, ſecundum quod.* Phædr. Fab. 49. *Ut adjuvaret jurisjurandi fidem, Quod ipſos error implicuiſſet criminis.* Plautus Mil. Glor. V. 22. *Juro me nociturum nemini*, *quod ego hic vapulo.* Et præmiſſo *propterea* Terent. Andr. I, 1. 11. *feci*, *&c. propterea quod ſerviebas liberaliter.* Quaſi dictum eſſet, propter ea negotia negotii iſtius, ſecundum quod ſerv. &c. Sic Liv. I. 32. *Quod Latini adverſus pop. R. fecerunt*, *deliquerunt*, *quod populus R. bellum juſſit eſſe*, *ſenatuſque conſenſit*, *ob eam rem bellum indico.* Longioris etiam eſt circuitionis, quando *quod* in initio periodi vel in tranſitu faciendo ponitur ante *Si*, ut paſſim fit, ſed & ante *Niſi*, *Etſi*, *Ubi*, *Utinam*, *Quum.* Quibus in locis plerumque ſuperioris periodi ſententia, quaſi per Appoſitionem Ellipticam vocis *Negotium*, *ſecundum quod*, repetitur & ſequentibus nectitur. Sæpe tamen etiam ex uſu vel abuſu potius & neglectu rei Grammaticæ, τὸ *Quod* ita ponitur, ut nihil habere videatur, quo reſpiciat, atque adeo abundet prorſus. Exempla locutionum ejuſmodi plura vide apud Groſippum, ſeu Mariangelum Auctario Ep. VI. p. m. 53. 54. 60. 61. Gronovium Patrem ad Livium XXVII. 7. denique & me infra IV. 5. ad Verb. *Reſpondeo.* Jam vero *negotium ad me*, vel *ad illam rem*, pro *meum*, vel *illius rei*, merus eſt Græciſmus. Paſſim iſtic τὸ κατ' ἐμὲ ſcil. πρᾶγμα, h. e. *quod ad me*, *in negotio*, *quod ad me attinet.* Sic Theoph. Inſtit. de *Diviſione rerum*, & alibi, *res ſingulorum* vocat τὰ καθ' ἕκαστον πράγματα. Ael. *Var. Hiſt.* II. 42. ἡ κατὰ Πλάτωνα ἀρετὴ, *Virtus Platonis*, III. 36. ὁ κατ' Ἀριστοτέλην κίνδυνος, *periculum Ariſtotelis.* I. 34. τοῖς λοιποῖς τοῖς κατὰ γένος, *reliquis gentilibus.* Sic in S. Scriptura ſæpe; Act. Ap. XVIII. 15. Εἰ δὲ ζήτημά ἐστι περὶ τῦ Νόμυ τῦ καθ' ὑμᾶς, *de Lege veſtra.* Epheſ. 1. 15. ἀκούσας τὴν καθ' ὑμᾶς πίστιν, *fidem veſtram.* Act. XXV. 14. *expoſuit illi* τὰ κατὰ τὸν Παῦλον, *res Pauli.* Rejicit hanc

ſupplendi

Digitized by Google

ſupplendi rationem, & phraſin *negotium rei*, aut *negotium quod ad hanc rem*, Urſinus To. 1. p. 599. & 600. ac To. 2. p. 386. & 394. nihil fere refellens, ſed clamitans tantum, an *Negotium Prætorum* eſt idem quod *Prætores*, an *Negotium quod ad Legatos attinet*, eſt idem, quod *Legati?* At vero, ſi nondum ſatis id hic probavi, videas tum velim, quæ & infra IV. 4. in Ellipſi ad vocem *Negotium* annotavimus. Sed & quid diſcriminis eſt inter *Negotium Prætorum*, & *Quid hominis Tu es*, *Quid mulieris uxorem habes?* in quibus *Negotium* certiſſime intelligitur. Quid? quomodo explebit quis aliter, quam bis per *Negotium negotii*, iſthæc Plauti, *Quid hujus veri ſit*, h. e. quid negotium hujus negotii ſit negotium veri negotii. At quam abſona, clamabunt, hæc eſt repetitio *negotii*, quis unquam ita locutus? Nemo, dixerim; nam Latini jam ab initio cum omni Lingua etiam Ellipſes a Græcis acceperunt, qui ſuum χρῆμα vel πρᾶγμα ſub Adjectivis Neutris ſemper fere per Ellipſin omiſerunt. Notum eſt illud Homeri, Οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη. Dein reſpondeo ex ipſo Voſſio de Conſtr. 53. qui objicienti, *at non ita loquimur*, reponit, *Quid tum? Non de ſermonis conſuetudine agimus, ſed de cauſa ſermonis*, h. e. ratione & origine. Sed tamen quia illud *Negotium* multum negotii nobis in Gerundiis Verborum Neutralium faceſſit, oſtendimus infra ad III. 8. Nota 2. in fine, poſſe nos in iis, at non in Activorum Gerundiis, abſtinere illo *Negotii* aut alterius Subſtantivi ſupplemento, æque ac Nominativo in Imperſonalibus, quum hæ locutiones Gerundiorum ſint plane Imperſonales, ſeu ab Imperſonali Verborum conſtructione ortæ. Ceterum ex ſuperioribus intelligi jam ſic ſatis poteſt, quæ ſit in hiſce paſſivis, quando Accuſativos ſibi habent junctos, ratio conſtructionis, quæ eadem eſſe debet in Gerundiis, ut quæ item paſſiva ſunt; veluti in hoc Virgiliano, *pacem Trojano ab Rege petendum*, quod Sanctius III. 8. male mutat in *petendam*, eodem modo, quo apud Plautum nonnulli *oratum* in *oratam* deformaverant. Explicandum potius erat, ut illud Lucretii: *Multa novis rebus præſertim quum ſit agendum*; in quo ille ipſe *optime deeſſe poſſe* cenſet κατὰ, quod proinde & in illo Virgilii, & in omnibus talibus Gerundiis, deeſt. Vide plura ejus locutionis exempla in Giſanii Lucretiano Indice in voce *Gerundiis*. Gerundia autem quæ dicuntur, etiam ſi Accuſativum penes ſe habeant, vera eſſe paſſiva, ut ſæpe dixi, patet etiam ex eo, quod caſum agentis habent eundem, quem cetera Paſſiva, h. e. Dativum vel Ablativum. Cic. *de Senect.* c. 2. *Tanquam viam longam confeceris, quam nobis quoque ingrediendum ſit.* Plaut. *Trin.* IV. 2. 27. *Opinor, advenienti mihi hac noctu agitandum eſt vigilias.* In his *Mihi* & *Nobis* indicio ſunt, æque has eſſe paſſivas locutiones, ac verbo finito ſi dicerem, *mihi agitantur vigiliæ.* Sic & Lucretius IV. 778. *Multaque in his rebus quæruntur, multaque Nobis Clarandum eſt, plane ſi res exponere avemus.* Et V. 45. *At niſi purgatum*

Digitized by Google

gatum eſt pectus, quæ prælia Nobis Atque pericula tunc ingratis inſinuandum! h. e. in quæ prælia & pericula Nos debemus tunc nos immitere! Utroque enim in loco manifeſte per τῷ *Nobis* deſignatur Agens. Sed Urſinus To. 2. p. 387. Ablativum cum A vel Ab requirit, & Dativum eludit, quia mea ipſius ſententia Dativus omni orationi poſſit jungi. At hoc poſtremum nihil pertinet ad hanc quæſtionem, quæ in eo verſatur, an Latini in Verbis Paſſivis Agentem expreſſerint Dativo vel Ablativo, & an in his quoque Gerundiorum exemplis Agens Dativo ſignificetur. Poſterius eſt manifeſtum: Prius vero adeo certum, ut ipſe Urſinus p. 327. Doctiſſ. Cellarium reprehendat, qui hæc *rariſſima nec facile imitanda* in proſa, dixerit, ſubjiciatque dein hæc Verba, *illud ſaltem, rem Agentem in talibus, ubi Dativus, pro Ablativo cum A, Verbo Paſſivo jungitur denotari, indubium eſt.* Quocirca quum hic quoque Agens manifeſte exprimatur Dativo, recta inde ratione colligitur, Gerundia igitur eſſe in arte Grammatica naturæ & conſtructionis Paſſivæ potius, quam Activæ. De Ablativo miror eum deſiderare probationem, quum ipſe pag. ſeq. & To. 1. pag. 623. id ex Cicerone probet: ſed & To. 2. pag. 417. Participia in DUS, non modo Ablativum cum A vel AB, ſed & Dativum, ac *ſæpius* quidem, habere ſibi junctum, more Paſſivorum, doceat. Quum ergo Dativus eodem modo & ſenſu, Agentem notans, jungatur Participiis Paſſivis in DUS & DUM, ac Gerundiis in DUM, viderit Vir Doctus, qua ſpecie aut fide eludere voluerit meum hoc manifeſtum adeo argumentum. Jam vero quum hiſce pro natura & origine ſua Paſſionem vero ſignificantibus vocabulis adeo tamen frequenter additus ſit Accuſativus, ut putarint plerique omnes, Actionem aliquam iis ſignificari, & ex Activorum Verborum conſtructione Accuſativum iſtum proxime ab iis regi, qui tamen regitur uſitatiſſima Ellipſi a ſuppreſſa præpoſitione; non abſurdum igitur eſt habendum, licet forte paradoxum, quod cenſui, eodem modo ſe rem habere in Nominibus Verbalibus, etiam in ipſis Participiis, ut quæ item Accuſativum per ſe & proxime regere nequeant, quia vera ſunt Nomina, nec naturam Nominum exuere queunt in Conſtructione, ſicuti exuerent, ſi per ſe regerent Accuſativum. Præterea patet inde, in iſtiuſmodi Conſtructionis ratione indaganda non eſſe habendam rationem ſignificationis Activæ, quæ ſit in iſtis Nominibus, quum æque illa Conſtructio reperiatur in Paſſivæ ſignificationis vocabulis: immo vero, quod omnino hic obſervandum, Conſtructio non pendeat a ſignificatione vocabulorum, ſed a natura eorum Grammatica, ad quam ſignificatio nihil pertinet; licet ipſi Scriptores, quum jam maximam partem in deſuetudinem abiiſſet Elliptica illa Conſtructio Accuſativi cum Nominibus, eam retinuerint, tunc tamen potiſſimum, quando inerat Nominibus ſignificatio quædam Actionis, quod forte naturam ejus Conſtructionis ignorantes

(2) *Amans* omnium temporum eſſe poteſt, teſte Juſtino

gnorantes ipſi exiſtimarint, quidam certe, ſignificationis iſtic rationem eſſe habitam & habendam. Plane ſicuti, ut ex *ſeq. cap.* patet, nonnulla Adverbia, quæ ſignificatione conveniebant cum quibuſdam præpoſitionibus, ita frequenter Accuſativo, tanquam ſi eſſent & ipſa veræ Præpoſitiones, & eum caſum regerent, juncta reperiuntur, ut pene putem ipſorum Veterum nonnullos intercedentem Ellipſin non perſpexiſſe. Nos vero hic quærimus, non quid exiſtimatum aut factum ſit a quibuſdam, ſed quid exiſtimari aut fieri debuerit pro natura artis Grammaticæ. Verumtamen omnia hæc de Participiis, utrum per ſe, æque ac ipſa Verba, regant Accuſativum, nec ne, ita diſputavi, ut nolim cum quoquam ea de re contendere, inprimis, quum non multum interſit, quomodocunque hæc accipiantur, ſi uſus ſit certus & conſtans, ut eſt, & quum in aliis Linguis, etiam Græca, & noſtris vernaculis, Participia fere Verborum ſuorum conſtructionem ſequantur, ut jam in Præfatione nuperrimæ editionis palam monui. Sed tamen aliam eſſe in his Linguæ Latinæ Analogiam puto, cujus, in indaganda conſtructionis vi & natura, præcipua eſt habenda ratio, & ad quam uſus, niſi in abuſum degeneraverit, revocari debet. Ejus autem certas eſſe Leges oportet, quas inter vel præcipuam eſſe reor, quæ rectionem caſuum conſtituit. Non autem igitur Analogiæ iſtius legibus convenire, ut Accuſativus, æque ac Genitivus, ab Nomine regatur. Accedit, quod frequentiſſimus, & antiquiſſimis maxime temporibus, fuerit Accuſativi per Ellipſin Nominibus, cum Subſtantivis tum Adjectivis, & Verbis, etiam Neutris ac Paſſivis, juncti uſus. Si quis tamen uſum poſterioris temporis tantum ſpectet, & ideo Ellipſin inde excludere, ac Participia Activa ab iſtis legibus excipere, vel omnia Participia pro mixto quodam ac medio inter Verbū & Nomen vocabulorum genere habere malit, facile patiar. At Gerundia, quæ ita dicuntur, quin æque ac omnia Paſſiva, Accuſativum ſibi per Ellipſin adſciſcant, nullus dubito.

(2) *Amans omnium Temporum &c.*) At revera Participia apud Latinos, æque ac apud Græcos, ſingula proprium habere Tempus, quod adſignificent, ubi temporis diſtinctio requiritur, docet clariſſime Voſſius in *Addendis* ad *Anal.* IV. 10. Accedit & Varro, qui *lib.* IX. de L. L. quatuor conſtituit genera vocabulorum; inque iis *tertium genus, quod Caſus & Tempora habet, ut docens, faciens;* inque eo ſuffragantes ſibi habet omnes veteres Grammaticos. Vide Priſcian. *lib.* XI. p. 911. 912. Sed & liquet illud ex appellatione *Participiorum*, quæ ita dicta, quod Nomina ſint, ſed Verbi quaſi partem aliquam capiant, quæ non alia eſſe poteſt, quam adſignificatio Temporis. Adde, quæ *ſup. capite*, Verbis Infinitis quoque Temporum diſtinctionem aſſerens contra Sanctium,

no Martyre in Admonitione ad Gentes. *Quandoquidem*, inquit, *hæc ſyllaba ὢν*, id eſt, *ens*, vel *exiſtens*, *non unum duntaxat*, *ſed tria innuit tempora*, *præteritum*, *præſens*, *atque futurum*: *ſic enim Plato ὢν*, *ad futurum retulit tempus*, &c. Cicero, 10. epiſt. *Et abſui proficiſcens in Græciam.* Cæſar 1. Civil. *Quos ab urbe diſcedens Pompejus erat adhortatus*, id eſt, quum diſcederet. Terent. *Sed poſtquam amans acceſſit*, *pretium pollicens*, id eſt, acceſſit & pollicitus fuit. Idem; *Ultro ad eum*

tum, monui. Horum autem Participiorum magis promiſcuus aliquando eſt uſus, tum quia Nomina ſunt, & ſæpe adhibentur ſine ullo temporis reſpectu aut deſignatione, quando ſcil. ejus diſtinctio nulla requiritur: tum etiam, quia non ita manſerunt in uſu propria ſingulorum Temporum Participia in utraque activa & paſſiva declinatione, & proinde quæ manſerunt, aliquando alterius, quod deficere cœperat, vicem explere debuerunt. Nam trium Temporum Participia, olim certe, in activa Forma vere fuiſſe putem, *Amans*, *Amatus*, *Amaturus*. Verum, quum hæc forma, *Amatus*, licet olim æque Activa, ac Paſſiva, tamen paulatim in Verbis plane Activis ad Paſſivam ſignificationem ferme in perpetuum & unice fuiſſet tranſlata, tunc Præſens illud *Amans* cœpit etiam adhiberi aliquando in uſu & ſenſu Præteriti, qualis eſt ſenſus in Aoriſtis Græcis. Tale illud Plinii, VIII. 52. *Apri inter ſe dimicant*, *indurantes attritu arborum coſtas*, h. e. ut recte explicat Sanctius, poſtquam induravere. Vide omnino Voſſium *Anal.* IV. 14. Sed & animadvertendum eſt; uno in commate ſæpe diverſa notari tempora, atque adeo Præſens vere Participium poſſe accedere omnibus omnino Periodis, in quibus etiam de præterita & futura re agitur, quia in præterita illa re, quum geſta eſt, præſens fuit, & in futura item præſens erit, id, quod Participio enunciatur, ita ut plerumque etiam per Præſens vel Imperfectum Indicativi aut Subjunctivi poſſit efferri. Recurrendum denique ad illud etiam, quod jam ſupra dixi, Præſens haberi pro extremo Præteriti Temporis puncto, & primo Futuri: Veluti apud Livium XXIV. 36. *Ea pugna deficientes a Romanis cohibuit Siculos*, h. e. qui jam incipiebant deficere, & in eo jam erant, ut re ipſa deficerent. Vide & ſupra I. 13. 4. pag. 97. Contra *Advenientes* dicuntur non illi tantum, qui in itinere ſunt, ſed & qui jam pervenerunt in locum, ad quem tendebant, & ſpeciem *advenientis* adhuc retinent. Eo uſque enim ſe extendit *adveniendi* ſignificatio. Vide loca paulo poſt a Sanctio allata.

venies, *indicans te amare*, id eſt, venies & indicabis. Cicero Cœlio; *De provincia decedens quæſtorem Cœlium præpoſui provinciæ*, id eſt, quum decedere vellem. Plautus; *Amphitruo cum uxore modo ex hoſtibus Adveniens voluptatem capit*, id eſt, poſtquam advenit: nam in itinere voluptatem cum uxore non capiebat. » [Idem » Pœn. *Patruo advenienti cœna curetur volo*, id eſt, ei » qui jam advenit. Terent. *Offendi adveniens, quicum volebam, collocatam filiam*, id eſt, poſtquam adveni, non in itinere. Plaut. Moſt. *Pater hic me offendet miſerum adveniens ebrium*, id eſt, quum advenerit: Ibidem; *Satin' habes, ſi advenientem patrem faciam tuum, non modo ne introeat, verum ut fugiat.* » [Et Men. A. 2. » Sce. 3. *Herus emit me dicto audientem, non impe-* » *rantem ſibi*, id eſt, qui futurus eſſet dicto audiens.] Horat. *Veniens in ævum*, id eſt, in futurum. Plin. *Inde eductum è cuſtodia bibere juſſit, illico ſpirantem*, id eſt, qui ſtatim ſpiravit. Idem; *Tum apri inter ſe dimicant indurantes attritu arborum coſtas*, id eſt, poſtquam induravere: nam dimicantes non indurant. Plaut. Bacchid. *Credo hercle adveniens nomen commutabit mihi*, id eſt, quum advenerit. Cicero Balbo; *Non dubito quin te legente has literas confecta jam res futura ſit.* Virgil. *Turnum fugientem hæc terra videbit?* » [id eſt, cum fu- » giat. Livius; *Annibal exercitum in tectis Capuæ ha-* » *buit adverſus omnia humana mala ſæpe ac diu duran-* » *tem, bonis inexpertum, atque inſuetum*, id eſt, du- » rare ſolitum. Idem; *Ea res deficientes a Romanis* » *cohibuit Siculos*, id eſt, qui defecturi erant. Virgil. » *Romanos, volventibus annis, Hinc fore ductores polli-* » *citus*, pro, annis venturis.]

Eſt, ubi hoc participium conatum quendam ſignificat: Æneid. 6. *Agnovit pavitantem, & dira tegentem ſupplicia*: id eſt, qui conabatur tegere, nec tegere poterat truncis manibus. Idem 9. *Nec nos via fallet euntes*, id eſt, ſi ire conemur, aut quum ibimus. Æneid. 2. *Et terruit Auſter euntes*, id eſt, ire conantes. » [Cicero; *Nec* » *hoc*

Digitized by Google

» *hoc ſcribunt vituperantes*, *ſed potius ad laudem*, id eſt, » animo, conſilio, aut conatu vituperandi non ſcribunt, » ſed potius laudandi. Idem 3. de Finib. *Quod ſi facecerem te erudiens*, *jure reprehenderer*, id eſt, erudire » volens.]

(3) *Amaturus*, ſi omnia tempora non adſignificaret, omnibus temporibus non adjungeretur: quare a verbo perſonali omnia participia deducunt ſuam ſignificationem; ut, *profecturo tibi dedi litteras*, *profecturo tibi dabo litteras.* Item; *venturo Cæſare Roma trepidat*; *venturo Cæſare trepidavit*; *Venturo Cæſare trepidabit.* Et ſic per omnia tempora. Itaque hoc participium junctum præſenti, aut futuro, fere ſervat futuri ſignificationem; ut, *facturus ſum*, *facturus ero*: cum aliis temporibus variat. Curtius lib. 4. cap. 9. *Mazeus*, *qui*, *ſi tranſeuntibus flumen ſuperveniſſet*, *haud dubie oppreſſurus fuit incompoſitos in ripa.* Cicero pro Milon. *Vos viſuros fuiſſe.* Idem 4. epiſtol. *Eum magis communem cenſemus in victoria futurum fuiſſe*,

(3) *Amaturus*, *ſi omnia &c.*] Ineptiſſima hæc eſt ratio. Nam & ſic adhibere queam triplici modo verba etiam perſonalia, ut *Laudavit proficiſcentem filium*, & *profectum jam filium*, & *profecturum filium.* Et *Trepidavit Roma venturo Cæſare*, *veniente Cæſare*, *& quum jam veniſſet Cæſar.* Manifeſta utique in his diverſitas quædam temporis, neque illa ineſt in unico Verbo perſonali, ſed in variis Participiis. An ergo recte concludam, unum illud perſonale verbum, non unum proprie Tempus, ſed omnia adſignificare, quia omnibus Temporibus Participio declaratis adjungitur? Scilicet, ut jam ſæpe dixi, eodem commate ſæpe duplex tempus ſignificatur. alterum verbo finito, alterum infinito, vel participio. Immo vero aliquando etiam triplex; veluti, *ſe dicturum fuiſſe ait.* Aliud etiam eſt, *Sum dicturus*, aliud, *Fui dicturus*: in qua locutione utrâque Futurum denotatur unice Participio: at priore locutione dicitur conſilium illud faciendæ Futuræ rei in me eſſe præſens; poſteriore, illud jam præteriiſſe, atque adeo rem ipſam tunc non amplius eſſe Futuram, ſed fuiſſe antea, niſi impedimentum aliquod obveniſſet. Conſilium ergo meum eſt Præſens vel Præteritum, at Res facienda conſideratur, ut vere, vel in hoc Præſenti, vel in Præterito jam tempore, Futura. Vide & Voſſ. in *Add. Anal.* IV. 10.

fuiſſe, quam incertis in rebus fuiſſet. Idem 1. de divin. *An tu cenſes ullam anum tam deliram futuram fuiſſe, ut ſomniis crederet.* Idem in Anton. *aliam ſententiam ſe dicturum fuiſſe.* Seneca epiſtol. 19. *Ingenioſus ille vir fuit, magnum eloquentiæ Romanæ daturus exemplum, niſi enervaſſet felicitas*, id eſt, qui dediſſet. Plinius lib. 3. epiſt. *Librum, quo nuper optimo Principi gratias egi, miſi exigenti tibi, miſſurus etiam ſi non exegiſſes*, id eſt, quem miſiſſem. Cicero, 4. Philip. *Non ſine exitio noſtro futurum Antonii reditum fuiſſe.* Idem 5. de Finibus; *Ne manum quidem verſuras fuiſſe.* Nugatur igitur Valla, quum dicit lib. 1. cap. 26. duo futura jungi non poſſe. Martial. *Mergite me fluctus, quum rediturus ero.* Cicer. in Rhetor. *Demonſtraturi erimus.* 1. de Oratore; *Erit acturus.* Ovid. *Tu procul abſenti cura futurus eris.* Idem Metam. *Si quis forte Deum doliturus eris.* Prop. *Et ſi quid doliturus eris ſine teſtibus illis.*

(4) *Amatus* non ſolius præteriti eſt, ſed omnium: at vero

(4) *Amatus non ſolius præteriti &c.*] Immo vero, quando tempus aliquod adſignificat, eſt Præteriti, & manet, etiamſi jungatur τῷ *ſum*, vel *eram*, vel *fui*, vel *ero*: cui poſtremo recte & proprio ſenſu jungi poteſt. Etenim ſi mandanti, quod Priſcianum adtuliſſe diximus *ſupra cap.* 13. ἀνοιχθήτω ἡ πύλη, reſpondeat quis, *aperta erit porta, quum redieris*, non ſignificat is, fore, ut aperiatur porta eo ipſo demum tempore, quo redierit, ſed in & ante id tempus fore jam apertam. Vide & infra III. 10. 2. Aliquando tamen futurum quid intelligitur hac Participii Forma, licet ipſa tamen ſignificet non niſi Præteritum in illo Futuro, ut apud Livium V. 36. *ne penes ipſos culpa eſſet cladis forte Gallico bello acceptæ*, h. e. ſi forte clades in Gallico bello, quod imminebat, ſit accepta. Deſignatur enim conditio rei futuræ, ſed adhuc incertæ, & quæ tamen facta jam eſſe debeat, antequam culpa ejus & cauſa inveſtigetur vel accuſetur. Ceterum Forma hæc æque fuit olim Verbi Activi ac Paſſivi, licet in ſingulis verbis jam non ſit utroque in uſu. In quibuſdam nunc eſt ſolum Activæ ſeu Neutrius ſignificationis, in quibuſdam Utriuſque. Certe in *Deponentibus*, quæ dicuntur, hanc formam eſſe ſignificationis Activæ, nemo ignorat, ſed & in pleriſque eſſe etiam Paſſivæ ſingillatim oſtendit Voſſius Anal. IV. 11. & diſerte tradit Priſcianus lib. XI. pag. 927. At Urſinus

Digitized by Google

vero quia omnia verba in *or* carent præteritis, Grammatici

finus *Sect.* VI. p. 881. hæc a Communibus Verbis arceſſenda ait, ſeu a Verbis, quæ ſub terminatione Paſſiva utramque habuiſſe ſignificationẽ reperiantur. Agnoſco equidem lubens talia dari Verba: ſed tamen non debebat Urſinus hoc argumento magnopere uti, quum ipſe *Sect.* V. *pag.* 436. ubi de hiſce Verbis erit, agnoſcere ultro debuerit, *Participia Præteriti temporis, & Tempora, quæ inde naſcuntur, eſſe uſurtoria* duplicem in ſenſum, quam ſint ipſa Verba, ut adeo multa in hanc claſſem relata ſint Verba, quæ non ipſa, ſed quorum Participia ſola, utramque habent ſignificationem. Porro pleraque Neutra hanc formam recipiunt, & quidem ejuſdem ſignificationis, cujus ipſa ſunt Verba. Plaut. Pſeud. prol. *Malos fugitaſtis, Quirites, ſucceſſis Bonis*, h. e. non, ut vult Taubmannus, per bona, quæ bene ſucceſſerint Quiritibus, ſed Bonos, ait tantum, ſucceſſiſſe Malis hominibus, qui fugati erant. Sic *juratus, rebellatus*, &c. cujuſmodi quamplurima collegit pro ſolita ſibi induſtria Voſſius Anal. IV. 13. Cavillatur hic Urſinus, quando ait, me debuiſſe non *pleraque*, ſed *multa*, dixiſſe: quum utique hæc duo ejuſdem ſint ſignificationis, ut vel ex unius Suetonii quamplurimis locis conſtat. Et ſufficit argumento meo, *Multa* talium Participiorum ab Neutris reperiri, quod manifeſto eſt indicio, illa ergo habere eandem ſignificationem, quæ ipſa Verba in O exeuntia, licet omnium Partic. ea ſignificatio in Auctoribus, qui ſuperſunt, nobis nunc non occurrat. Adde his etiam illa, quæ Grammatici dicunt ex Participiis in Nominum naturam tranſiiſſe, veluti, *Cautus*, qui ſibi cavere ſolet, *Circumſpectus, Deſperatus, Conſpirati, Effuſus, Profuſus, Tacitus, Conſideratus, Conſultus, Promptus* &c. Omnia hæc habent Activam ſignificationem, quaſi eſſent ab verbis in O formata. Sed minus bona fide agit Urſinus, quando ex Participiis a Voſſio allatis excipit *non pauca*, ut ait, *quæ non neutram, ſed paſſivàm notionem ſuſtineant*: excipit autem duodecim, & inter illa refert *Juratus*, quod ipſe dein p. 892. exponit, *qui juravit*, & inter Participia *neutralis ſignificationis* numerat. Tum *Potus*, quod Voſſius docuerat, etiam ex Compoſitis, & Activum & Paſſivum eſſe, & cujus Activam ſeu Neutralem ſignificationem, quæ una hic quæritur, ſatis probat Terent. *Hec.* I. 2. 63. *Cum Virgine Adoleſcens cubuerit plus potus.* Sed & τὸ *Obitus* pro eo poſitum, qui obiit, Voſſius non ex Appulejo tantum, ſed & ex Lævio, antiquiſſimo Poëta, eruit. Non debuiſſet ergo hæc Urſinus inter excipienda mihi objicere, ſed ex iis potius probabilitatem meæ agnoſcere ſententiæ, tanto magis, quoniam ipſe dein pag. 891. & plura quam Voſſius, & quidem XXX. numero, Participia Neutralium illo ſenſu profert. Denique *Rebellatus* hic a me *productum* ait p. 893. *Sed ſine auctore*, verum quem ipſe in

matici inculcarunt pueris hoc participium pro præterito per-

Addendis agnovit dein eſſe Valer. Max. IX. 10. 1. prout editus eſt & emendatus a Vorſtio, quem illic videas velim. Porro autem quædam Neutrorum ſunt, quæ aliam Præteriti, etiam Finiti & Activi, formam nullam habent, ut *audeo*, *gaudeo*, *mæreo* &c. ut adeo Participium hoc cum Verbo Subſtantivo illius vicem in Senſu Activo vel Neutro ſuppleat. Immo etiam, quando Præteritum formæ Activæ reperitur, invaluiſſe tamen hoc Participium ſupra illud aliquando cognoſcitur. Sic a *Mereo* & compoſitis habemus non modo *Merui*, ſed & *Meritus ſum*. Similiter a *Conſido* legimus quidem apud Livium XLIV. 13. *Conſiderunt*, ſed longe frequentius eſt in illo Activi Perfecti ſenſu *Conſiſi ſunt*. Et Priſcianus ait lib. VIII. p. 818. *antiquiſſimos* dixiſſe etiam *auſi* & *gaviſi*, in Perfecto Activo, ſed *quibus deinde non utantur*. Denique ipſa illa extra controverſiam Activa verba hanc formam Participii in eadem ſignificatione itidem admiſerunt. Veluti *punitus*, apud Cicer. de Inv. II. 27. *Communicatus* Liv. IV. 24. *Mulctatus* Suet. Aug. 21. *Diſſimulata Deam*, Ovid. Faſt. VI. 507. Diſertius Idem in Arte 1. 690. *Turpe, niſi hoc matris precibus tribuiſſet, Achilles Veſte virum longa diſſimulatus erat. Concepta alvus*, apud Feſtum in V. *Egeria*. *Deploratus* Sall. *Jug.* 104. ubi vide Rivium. Sed & hæc rejicit Urſinus, & in loco Salluſtii legi jubet *Deprecatus*, quod & nonnulli ediderunt. At in Feſto eo mera conjectura cum Cl. Dacerio vulgatam exturbat lectionem, legique *conceptum alvo egerere*, pro *conceptam alvum eg.* In Livio quoque contra omnes Codd. pro *Communicati non ſint*, admittit conjecturam, *communicari non ſiverint*, quam ipſe ſenſus & ratio plane reſpuit. Nec enim iſtic dicitur, quid illi non ſiverint ab aliis fieri, ſed quid ipſi non fecerint. Ergo iſta quidem rejiciendi violentia nimium declarat Urſini ſtudium abeundi in contrarium. Tu vero adde illis, quæ attuli, exempla ab Lipſio ad Tacit. Ann. I. 5. & a Salmaſio ad Solinum pag. 53. b. prolata. Quid vero de loco Ovidii Metam. IX. 299. dicemus? *ſubſedit in illa Ante foras ara, dextroque eſt poplite lævum Preſſa genu.* Certe Victor Giſelinus exp. *Preſſa eſt*, Synecdochice pro *Preſſit*. Sed & ſi aliter exponas, multis erit utendum ambagibus: nempe, illa eſt preſſa ſuo ipſius poplite, & quidem κατὰ lævum genu. Similiter huc poſſis referre illud Terentii Hec. V. 1. 11. *Nam jam ea ætate ſum, ut non ſit peccato mihi ignoſci æquum*, h. e. mihi, ſi peccavi. Ubi vide Notas Gujeti. Alibi, fateor, non legitur eo ſenſu *peccatus*, ſed neque *mulctatus*, & reliqua, quæ ex antiquitate obſoleta remanſerunt; pleraque tantum ἅπαξ λεγόμενα. Porro ſunt & alia unius formæ vocabula, duplicem tamen, tum Activam, tum Paſſivam, habentia ſignificationem, veluti Adjectiva in BILIS exeuntia.

De

perfecto; unde creditum eſt eſſe præteritum paſſivum: ſed

De quorum paſſiva ſignificatione nullum eſt dubium. De activa hæc exempli loco habe. *Immemorabilis*, quæ nihil memorat, Plaut. Ciſt. II. 2. 2. *Orator impetrabilis*. V. 2. 40. *Vincibilis cauſa*. Ter. Phorm. I. 4. 49. *Placabilius eſt, noſmet id indicare*. Ibid. V. 7. 68. *Venerabilis in Deos*, Valer. Max. I. 1. 15. *Penetrabile telum*, & ſimilia paſſim apud Poëtas. Iniquum foret poſtulare, ut de omnibus hoc oſtendatur. Nec enim omnis omnium Vocabulorum uſus in reliquis vetuſtæ Antiquitatis nobis occurrit. Satis eſt, oſtendiſſe illam formam utraque ſignificatione ſæpe prædicatam. Eodem ergo modo & in hac Participii forma ſe rem haberem putem, atque adeo eam, quia verum eſt Nomen, promiſcue uſurpaſſe Veteres, modo in actione, modo in paſſione notanda. Quin immo exiſtimem pene, fuiſſe eam primitus vel maxime Activam, tum quia deſcendere videtur a præterito activo, veluti *amatus* ab *amavi*, quaſi *amavitus*, & ſic in ceteris; tum quia & ipſa manifeſtam dat originem, nulli paſſivo, ſed activo vero Participio, *amaturus*, ut & Verbalibus Nominibus, tum rei, tum perſonæ, actionem tantummodo ſignificantibus, ut *Lectio*, *Lector*. Conjunxi hæc duo quaſi in unum argumentum, quia prius illud per ſe ſolum non magni eſt ponderis, at tanto validius putem poſterius. Sed Urſinus omnia hæc rejicit æqualiter, & hoc poſterius *nihilo validius* priore pronunciat. Verum nihil ille in contrarium profert, præter inania verba. Debuiſſet exemplum produxiſſe ullum Activi a Paſſivo derivati, quod eſt contra Naturam Latinæ Grammaticæ. Neque vero a Supinis Participia, ſed ab His Supina ſunt deducenda, quippe quæ ſunt Caſus Nominum a Participiis ortorum. De Nominibus Verbalibus ſatis quoque ſpecioſa eſt mea ratio. De his tamen unum, quod ille non animadvertit, mihi, ut verum fatear, dubitationem quandam parit. Scilicet quod in Lingua Græca omnia ejuſmodi Verbalia a Præterito Paſſivo indicativi manifeſte formentur. Quod ſi ita ſe habet, nihil tum cauſæ ſupereſſe videtur, quo minus a Paſſivis quoque in Latina Lingua derivari queant hæc Nomina. At longe alia ratio eſt Participii Activi, quod ſuam formam & ſignificationem a Paſſivo ut accipiat, ab omni abhorret veriſimilitudine. Denique conveniens videtur, ut, ſicut in verbo Infinito forma Activa habuit tria olim Tempora ſuis terminationibus diſtincta, *amare, amaviſſe, amaſſere*, ſic & in Participiis iidem tria habent, *amans*, *amatus*, *amaturus*. Poſtremo multa etiam ſunt hujus generis Participia, quorum verba Paſſiva nulla ſunt, nec dari poſſunt. Unde Voſſius *Anal.* IV. 13. ea ab Imperſonalibus paſſivis Præſentis Temporis deducere conatus eſt; licet ipſe fateri cogatur, etiam horum non-

ſed revera, *ſum amatus*, præſentis eſt; *eram amatus*, imperfecti; *fui amatus*, præteriti; *ero amatus*, futuri: nam ſi ſemper præteriti eſſet, Latine non diceretur, *amatus ero.* At Cicero dixit lib. 11. Fam. *Ego ſi cum Antonio loquutus fuero.* Idem lib. 13. *quos ſpero brevi tempore ſocietate victoriæ tecum copulatos fore.* Idem lib. 2. *quibus officiis Atticum adſtrinxeris, iiſdem me tibi obligatum fore.* Livius, *Paratos fore.* Curtius lib. 4. *Hoc quoque acceptum fore Jovi vates reſpondit.* Virg. Æneid. 3. *Deſertas*

nonnulla prorſus nullo eſſe in uſu. Talia ſunt *occaſus*, *obſoletus*: *redundatus*, *gaviſus* &c. quorum nulla Paſſiva, nec Perſonalia nec Imperſonalia invenias, quum Verborum ipſa ſignificatio reſpuat paſſivam formam. Quæ ratio ergo ab Imperſonalibus, cum quibus inſuper, utpote Præſentibus, nihil commune eſt Participiis Præteritis & Perſonalibus deducendi ea, & non potius ab activis Præteritis? Multis hæc quoque verbis exagitat Urſinus, & tamen nihil dicit. Incuſat me, quod hic dicam, quorundam hujus generis Participiorum *Paſſiva nulla eſſe, nec dari poſſe, & eorum ipſam ſignificationem reſpuere Paſſivam formam.* Nonne ergo verum hoc eſt? An dici poteſt, *Ego gaudeor, Tu gauderis, Ille gaudetur?* An ipſa ſignificatio Verbi has locutiones non reſpuit? Sed ipſe alibi ad *Lib.* III. *cap.* 2. dixi, *ab omnibus verbis, quæ Neutra dicuntur, formari poſſe Tertiam Perſonam Paſſivæ formæ.* Quidni? quum hæc locutio Imperſonalis dicatur, & ipſam actionem ſimpliciter notet. Et tamen ea ipſa imperſonalia in illis, quæ memoravi, *Occaſus* &c. verum eſt utique, quod non facile inveniantur. Ipſe autem mavult in his decurrere ad quandam *ἀνωμαλίαν* vel credere iſthæc Participia eſſe olim a Verbis Deponentibus, quæ exoleverint poſtea, formata. Quod quid eſt aliud, quam dicere potius & fingere quidlibet, quam alterius in ſententiam concedere, velle. Neque vero opus, ut novam Participiorum iſtorum appellationem commiſcamur, ſicuti fecit Idem Urſinus in *Obſerv. Philol. cap.* 12. *diligenter obſervandum* cenſens, *inobſervatum adhuc ipſi Voſſio, hæc participia vero nomine dici debere Deponentia, ut quæ vere paſſivam ſignificationem depoſuerint.* Nam quid opus eſt fingere depoſitam ab iis Paſſivam ſignificationem, quam nunquam habuerunt, aut habuiſſe probantur. Agitur enim de Participiis, *Occaſus* &c. quorum Verba formæ paſſivæ nullo ſunt in uſu, ſive Activo ſive Paſſivo ſenſu. At mihi ſufficit, quod manifeſte adeo multa horum participiorum Activæ tantum ſint ſignificationis, ut ipſe Urſinus Paſſivam ea penitus depoſuiſſe ſuſpicetur.

Digitized by Google

tas quærere terras Auguriis agimur divum, id eſt, deſerendas. Idem, Æneid. 1. de Cycnis; *Aut capere aut captas jam deſpectare videntur*, id eſt, capiendas. Ibidem; (5) *Submerſaſque obrue puppes*, id eſt, ſubmergendas. » [&

(5) *Submerſaſque obrue &c.*] Proxime ſuperiora, *deſertas* & *captas*, proprie, & ut vere Præterita, eſſe explicanda, ex inſpectis locis abunde patebit. Idem certum eſt de hoc ipſo, licet peculiaris ſit locutionis. Nam *Submerſas obrue puppes*, idem eſt, ac ſi diceretur, perfice cæptam jam ſubmerſionem, & porro obrue prorſus puppes jam cœptas ſubſidere & ſubmergi, ne denuo emergant. Sic Cic. *Famil.* XIV. 1. *Ne puerum perditum perdamus*, h. e. ne ulterius perdamus eum, qui jam ſic ſatis noſtra calamitate periit. Male Schottus in *Nodis Cicer.* III. 1. hunc locum tanquam male habitum emendare nititur. Sic *pro Cluent.* c. 26. *Præcipitantem igitur impellamus, & perditum proſternamus.* ad Heren. IV. 51. *Noli extinguere extinctos.* Petron. *Genua perſeverantis amplector, ne morientes vellet occidere, & merito, inquam, excandeſceres, ſi poſſes proditum oſtendere*, h. e. ſi, poſtquam eum prodidiſti, & quærentibus indicaviſti eum hic eſſe, poſſes etiam oſtendere, ubi jam eſſet, quoniam, qui hic modo erat, inter turbam aufugit. Plaut. *Capt.* II. 3. 51. *atque hunc inventum inveni*, h. e. ejus filium, quem jam ſcimus ſcientiâ latius ſumpta, ubi locorum ſit, atque adeo, qui ex parte jam eſt inventus, porro operam da, ut coram invenias, & inde patri ſuo reduces. Nulla itaque in iſtis locutionibus ſignificatio eſt Futuri; ſed quam, ſaltem aliqua ex parte, forſan reperires in his, in quibus eo ipſo, quod dicitur aliquid nunquam vel non temere factum, ſignificatur ſimul non ſolere, vel non debere fieri. Veluti quum Gell. II. 6. *Illaudatus* exponit *eſſe quaſi illaudabilis, qui neque mentione aut memoria ulla dignus, neque unquam nominandus eſt.* Atque ita Sall. *orat.* 1. ad Cæſarem, *ſacro & inſpoliato fano.* Et in *Jug.* cap. 2. ubi corporis & animi bona opponit, illa ait *omnia orta occidere, & aucta ſeneſcere; animum incorruptum, æternum, agere atque habere cuncta, neque ipſum haberi.* Et maxime cap. 91. *Genus hominum mobile, infidum, neque beneficio, neque metu coercitum*, q. d. *haud temere unquam coercitum*, & proinde neque facile deinceps coercendum. Non intellexere hoc Librarii & Editores nonnulli, qui idcirco de ſuo addiderunt *ante*, ſed quam vocem abeſſe deprehendi ipſe a duobus MStis, altero Daventrienſi, quem Pater meus quondam iſtius urbis Bibliothecæ comparavit, altero Viri Ampliſſimi, & vere Optimi, quum viveret, Theoph. Hogerſii. Idem de præcipuis ſuis teſtatur Gruterus, ſed qui male item reponi voluit *coercendum*. Retinenda lectio præſtan-

» [& Georg. 1. *Quam quibus in patriam ventoſa per*
» *æquora vectis Pontus, & oſtriferi fauces tentantur Abydi.*
» Ubi Servius : *Vectis, his qui vehuntur, quia Latina*
» *locutio non habet præſens participium paſſivæ ſignificatio-*
» *nis.* Prop. *Quandocunque igitur noſtros mors claudet*
» *ocellos, Accipe quæ ſerves funeris acta mei*, pro agen-
» da.] Lucanus lib. 1. *Cæſoſque duces, & funera Regum*,
id eſt, cædendos. Terent. Andria; *Utinam aut hic ſur-
dus, aut hæc muta facta ſit*, id eſt, fiat. » [Idem; *Cave*
» *quicquam admiratus ſis, qua cauſa id fiat*, pro, admi-
» reris.] Lucanus 2. *Victis bona ſpes partibus eſto*; id
eſt, vincendis. » [Catull. *Brixia Veronæ mater amata*
» *meæ*; id eſt, quæ amaris à Verona.] Cauſam vero
quare hoc participium magis videatur perfecti, & præ-
teriti eſſe temporis, videtur aſſignare Priſcianus, in-
quiens lib. 8. *Itaque præteriti quoque perfecti vim habet
verbum*, Eſt, *quod oſtenditur, quando participiis præteriti
junctum officio fungitur præteriti perfecti, per paſſivorum
declinationem, vel ſimilium paſſivis.* Hæc ille. Mihi ta-
men alia videtur potior ratio; ſolet enim contingere ſæ-
piſſime, ut narrando præſentibus utamur pro præteri-
to. Terent. Andria; *ubi te non invenio, ibi aſcendo in
quendam excelſum locum, circumſpicio, nuſquam.* Ibidem;
Funus

ſtantiſſimorum codicum, & exponenda, ſicut a me factum. Nam & Græcis eadem locutio eodem ſenſu eſt uſitatiſſima. Ael. *Var. Hiſt.* XIII. 2. *ἔπεσεν οὖν ὁ Μακαρεὺς οὐ μεμπτὴν τὴν δίκην*, h. e. *nunquam a quoquam* deinceps *reprehenſam*. Ant. Liber. *fab.* 30. *ἄφατος ἔρως*, *nunquam dictus* vel auditus, & idcirco *infandus amor.* Epict. *Enchir.* cap. 2. *τὰ μὲν ἐφ᾽ ἡμῖν ἐστι φύσει ἐλεύθερα, ἀκώλυτα, ἀπαρεμπόδιστα, τὰ δ᾽ οὐκ ἐφ᾽ ἡμῖν ἀσθενῆ, δοῦλα, κωλυτά.* Ἀκώλυτα & *κωλυτὰ* ſunt vel *nunquam*, vel *ſæpe* ab aliis *inhibita*, atque adeo quæ vel *non facile*, vel etiam *facile inhiberi queant.* Innuunt hæc aliquo modo futurum, ſed tamen proprie & primitus præteritum notant, ſeu eo, quod vel factum ſæpius, vel nunquam factum, tacite quaſi ſignificant, etiam deinceps vel faciendum vel non faciendum. Sed quia hæc conſequentia aliquanto validior eſt in negativis, idcirco & in iis longe frequentior eſt hæc locutio.

Digitized by Google

Funus interim procedit, ſequimur, ad ſepulchrum venimus, in ignem poſita eſt, fletur. Idem Phormio; *Perſuaſit homini, factum eſt, ventum eſt, vincimur.* Idem; *Ignotum eſt, tacitum eſt, creditum eſt.* (6) Hæc omnia præſentis temporis eſſe oſtendunt alia præſentia. Sic illud Valerii Max. *Poſtquam in patriam revertitur.* Cicero ad Lucejum; *Qui tunc denique ſibi avelli ſpiculum jubet, poſteaquam illi percunctanti dictum eſt, clypeum eſſe ſalvum*; & illud tritum, *Hic ſitus eſt Phaëton.* Sed jam omnes abutuntur hoc participio de præterito cum verbo Eſt: ſed cum aliis verbis (7) nullius eſſe temporis oſtenditur; ut, *juſſus feci, juſſus facio, juſſus non faciam.* Cicero ad Treb. *Quum ille tardior tibi erit viſus, perferto.* Ibidem; *Gratiſſimum igitur mihi feceris, ſi ad eum ultro venies, eique pollicitus fueris.* Juvenal. *Converſo pollice quemlibet occidunt*, id eſt, quum convertunt. Cæſar 1. Gall. *Nam etſi ſine ullo periculo legionis delectæ commiſſum cum equitatu prælium fore videbat*, id eſt, committendum, vel quod poſſit committi. Plinius lib. 2. *Lacus ad margines plenus, neque exhauſtis aquis minuitur, nec infuſis augetur.* Idem; *Aniſum ſtrangulationes vulvæ, ſi manducetur, ſedat*: Et mox; *Portulaca alias manducata refrigerat inteſtina,*

(6) *Hæc omnia præſentis temporis eſſe &c.*] Præſentis eſt ſolum *Eſt*, at Præteriti, *Factum*, *Ventum*. At quare in ſuperioribus non item dicitur, *Fletum eſt*, *Victi ſumus &c.*? Nempe in narranda re præterita diverſis hiſce locutionibus, Præſens adhiberi videtur a Terentio in re longioris moræ, at Præteritum in re, quæ uno actu perpetrata, ſeu breviter confecta eſt. Veluti, *in ignem poſita eſt*, *Ventum eſt.* At *Fletur*, *Vincimur* ſcil. cauſam utrimque dicendo, longioris erant moræ. Præterea Præſens Tempus, ut revera exſiſtit, ita & adhibetur ſæpiſſime, tum in re jam Præterita, tum in Futura. Ipſum autem utrobique manet Præſentis ſignificationis, ut jam ſæpe diximus.

(7) *Nullius eſſe temporis &c.*] At vero annon diverſi eſt ſenſus, *obſecutus tibi venio, & obſecuturus tibi venio?* In quo autem diverſitas illa eſt ſita, niſi in ſolo Tempore adſignificando? Certum itaque, *juſſus* in omnibus iſtis locutionibus Præteriti eſſe temporis, ſicuti & præteritum notat. Sed & ſic reliqua hic allata.

Digitized by Google

teſtina, potuiſſet in utraque parte uti participio, vel verbo.

(8) *Amandus* non ſemper eſſe futuri ſubindicat Valla: *Neſcio*,

(8) *Amandus non ſemper eſſe futuri.*] Magna eſt de hac forma, & eſſe poteſt, controverſia. Aug. Saturnius & Em. Alvarus negant eſſe Participium, hoc eſt, negant adſignificare ullum Tempus. Reliqui affirmant Futuri eſſe Temporis, niſi quod Sanctius more ſuo nullius certi Temporis, ſed omnium, eſſe tradat. Ego vero nullus dubito, utcumque id jam paradoxum forſan alicui videbitur, proprie & primitus fuiſſe Præſentis Temporis. Ut ita ſtatuam, facit primo Analogia derivationis. Manifeſte enim deducitur a Particip. activo Præſenti, *amandus* ab *amans*. Si hæſitas, conſidera ſis participia in IENS exeuntia, veluti *capiens*, *audiens*. Habes hinc eodem plane modo *capiendus*, *audiendus*. Immo ab ipſo *Iens*, ſicuti in obliquis caſibus eſt *Euntis* &c. ſic & *Eundus*. Admittit hanc derivationem Urſinus, qui in *Gramm. Inſtit. Sect.* VI. p. 873. meæ ſententiæ acriter ceteroqui ſe opponit, & ideo hoc quoque argumentum rejicit, quia & alia dentur tempora a diverſis plane temporibus formata, ut *Amavi* ab *Amas*, *Amaturus* vel a Supino *Amatu*, vel a Præterito *Amatus*. Prius plane eſt frivolum. Nec enim *Amavi* a ſecunda Perſona Præſentis proprie derivatur, ſed ab ipſo Themate, terminatione O mutata in AVI. At Poſterius habet hoc commune cum aliis Futuris, quæ apud Latinos a Præteritis fere derivantur. Certe ita *Amavero* ab *Amaverim*, *Amaſſo* antiquum & obſoletum ab *Amaſſim*. Sic ergo & *Amaturus* ab *Amatus* recte formes. Imperativa, quæ itidem Futura cenſet, & tamen a Præſenti Indicativi formata, Præſentis potiſſimum ſunt Temporis, licet res, quæ imperatur in Præſenti, ſit etiamdum futura. Diſtinguendum enim omnino inter Rem futuram, quæ nihil ad Grammaticam pertinet, & Tempus verbi Grammaticum. Recte ergo & illa a Præſenti Indicativi derivantur; neque vero Exempla iſthæc idoneam nobis rationem præbent, quo minus *Amandus* Paſſivum probabiliter ſaltem ſtatuatur ejuſdem fuiſſe Temporis, cujus eſt *Amans* Activum, a quo manifeſte derivatur. Porro plerumque Participium hoc adſignificat ſimpliciter Præſens Tempus, at rariſſime ita ſimpliciter Futurum, ſed ſæpius id, quod fieri debet. Prætermittam nunc *Oriundus* h. e. originem habens ex certa Urbe; *jurjurandum* h. e. jus, quod juratur, vel jurando ſancitur: *Actio repetundarum* ſcil. pecuniarum, h. e. quæ repetuntur. Manifeſte hæc tamen notant Præſens tempus. Neque aliter illa, quæ ſequuntur, Plaut. Epid. III. 3. 32. *Pugnis memorandis meis eradicabam aures hominum*, h. e. dum memorabam. *Perſa* I. 1. *Ita fui miſer, quærendo argento mutuo.* Cic. *Famil.* II. 10. *Non eram*

Digitized by Google

Neſcio, inquit, *an dicendum ſit Gerundium eſſe participium præſentis*

eram minor ex contemnenda provincia, quam ex conſervata. XIII. 10. *Videor mihi in ipſa cauſa exponenda ſatis de probitate ejus dixiſſe. Offic.* III. 5. *Si nihil exiſtimat contra naturam fieri hominibus violandis.* Nep. *Pelop.* c. 4. *Hæc liberandarum Thebarum laus propria eſt Pelopidæ.* Liv. I. 18. *Sicuti Romulus augurato Urbe condenda regnum adeptus eſt.* quod per imperfectum exponi debet. Nam ſicuti Præſens Infiniti etiam imperfectum includit, ut jam ſupra probavimus, ſic idem facit Participii Præſens, quod & ab Imperfecto Indicativi eſt formatum, ab *Amabam Amans*, *Faciebam Faciens*, *Audiebam Audiens.* Hinc jam *Amandus*, *Faciendus*, *Audiendus.* Sic porro Idem Livius I. 44. *Locus, quem in condendis Urbibus quondam Etruſci conſecrabant.* c. 55. *Inter initia condendi hujus operis moviſſe numen traditur Deos.* Ex his etiam patet ſenſus verborum Livii in præfat. *Quæ ante conditam condendamve urbem traduntur*, &c. Manifeſta hic eſt diſtinctio Temporum, & quidem Præteriti, ac Præſentis, ut recte expoſuit Nannius *Miſcell.* V. 2. & Sanctius in extr. hujus capitis. Nihil proinde opus emendatione, quam idem Sanctius tamen tentat, nec cauſæ quicquam, ut contra Nannium aſſentiamur Urſino, qui *Obſerv. Philol. cap.* 12. tradit, *melius ex propria & communi illa Participiorū in DUS ſignificatione exponi*, Ante condendam urbem *antequam condi deberet, ut adeo remotius tempus ſignificet, quam alterum illud*, Ante conditam urbem. At vero propriam & vulgarem maxime horum Participiorum ſignificationem eſſe Præſentis Temporis, ex allatis jam locis & innumeris aliis, (Vide hic Sanctium, & Voſſ. *Anal.* IV. 14. & Th. Linac. de *Emendat. ſtruct. Latin. Serm.* lib. 1.) tum ex omni Gerundiorum, quæ ſemper præſens Tempus notant, uſu, ſatis ſuperque conſtare nobis debet. Futurum vero, ut dixi, rariſſime hac forma ſimpliciter ſignificatur. Quæ Voſſius *Anal.* IV. 11. duo ſola loca, & ex Gellio quidem, adfert, non ſatis clare id probant. Certe non prius. Nam quod ait Gell. III. 10. *ad homines naſcendos vim numeri ſeptenarii pertinere*, pene idem eſt, ac ſi diceretur, ad homines in naſcendi negotio conſideratos, ſeu in naſcendo, per omne illud hominis in utero formandi tempus, conſtitutos. *Non capere ſe id* ait Urſinus. Sed hoc ex eo haud dubie oritur, quod non videt Verbum *Naſci*, quod origine ſua eſt Paſſivum, ut oſtendi infra ad III. 2. nota 2. extr. a me hic ſumi, non de partu proprie, quo fœtus editur in lucem, ut plerumque ſumitur, ſed de tota ejus formatione in utero, & geſtatione uſque ad partum. Quod illud ita hic in Gellio ſit accipiendum, liquet utique clariſſimum in modum ex ratione, quam addit, & quam non extendit ultra *ſeptem* hebdomadas a conceptione, intra quas *totus homo*

præſentis temporis, more Græcorum. Et infra; *Unde indicatur*

homo in utero abſolvatur. Et ita fere apud Feſtum de fructibus, qui proferri incipiunt, *Naſcitur, cum ſabæ granum ſe Naſcendi gratia aperit.* Ponitur immo hoc Verbum etiam pro Creſcere de jam natis, ut apud Petronium *cap.* 4. *Eloquentiam induunt pueris adhuc naſcentibus.* Quanto magis ergo de fœtu in utero adhuc formando & creſcente exponi hic poterit, ſi de pueris in virilem ætatem adoleſcentibus adhibetur hoc verbum? Neque aliter Horat. lib. II. *Sat.* 4. *Lubrica naſcentes implent conchylia Lunæ*, h. e. creſcentes, quæ proinde tam diu *naſci* dicuntur, quamdiu nondum plenæ evaſerunt. Præſentis ergo temporis ſenſu *naſcendos homines* dixit Gellius, & ſic eodem plane modo III. 10. *adoleſcendi corporis humani ſummum modum ſeptem pedes eſſe* ait, h. e. corpus hum. adoleſcere in tot ſummum pedes. Plane ut Varro de L. L. *lib.* 5. *Seculum longiſſimum ſpatium ſeneſcendorum hominum* dicit. Neque aliter a Voſſio prolatus Gellii locus XVIII. 6. *Matronam dictam eſſe a Matris nomine, non adepto jam, ſed cum ſpe & omine mox Adipiſcendi,* liquido ſatis probat Futuri ſignificationem. Nam ibi τὸ *Adipiſcendi* notat ſimpliciter actionem, quæ ſperabatur, atque adeo erat Futura quidem forſan re ipſa, at Præſens in ſpe, quæ plerumque reſpicit quidem futurum, ſed cogitatione ſua & deſiderio rem habet præſentem: & ita hujus ſive Participii ſive Gerundii eadem eſt ratio reſpectu Temporis, quæ eſt Infiniti præſentis, quando jungitur Verbis *Volo, Promitto, Nego* &c. Vide *caput ſuperius*: Vel, quæ eſt Nominum Verbalium. Certe quod ad ſignificationem etiam Temporis, nullum eſt diſcrimen inter *ſpem adipiſcendi*, & *ſpem adeptionis.* Sed tamen, ſi quis in hiſce Futuri Temporis adſignificationem omnino agnoſcat, non valde ei refragabor, præſertim quum eo ſenſu ſæpius tandem poſteriores hanc formam adhibuerint. Sulpic. Sev. *Cum polliceretur, nec hydriam farre, nec vas oleo eſſe minuendum*, h. e. minutum iri. Et, *ſi id feciſſent, Dei præſidio tuendos.* Adde Priſcianum *lib.* XI. qui *amandus* vertit ὁ φιληθησόμενος, *docendus*, ὁ διδαχθησόμενος &c. Sed nos uſum inveſtigamus temporis, quo Latinitas conſtituta eſt, & dein floruit: quo ipſo tamen non negaverim aliquot loca occurrere cum manifeſta Futuri ſignificatione in hac forma, ſed pauca. Sic enim Cæſar B. Civ. I. 72. *Movebatur etiam miſericordia civiū, quos interficiendos videbat*, h. e. interfectum iri, interficiendos fore, vel debere neceſſario interfici, ſi ſcil. id fieret, quod flagitabant milites. Potuiſſet etiam dixiſſe, *quos interfici videbat*, pro, interfectum iri. Certe quando hæc Participia etiam Futuri in ſignificatione reperiuntur olim poſita, quum tamen raro id fiat, credi poſſit, non alia id fieri ratione, quam qua Præſens in Verbo tum Finito, tum Infinito,

Digitized by Google

dicatur Gerundium eſſe participium præſentis. Idem ſentit Thomas

Infinito, ſæpius, ut probavimus ſupra *cap.* 13. & 14. ad Futurum itidem denotandum adhibetur. Quapropter, utut hæc forma utrumque, & Præſens, quod certe frequentiſſime facit, & Futurum aliquando etiam ſignificet, tamen quia, quod vel inprimis hic obſervandum arbitror, etiam in ipſo verbo Finito & Infinito, quod proprie eſt Præſens, Tempus aliquando notat futurum, Futurum vero nunquam notat præſens, nullum idcirco nobis debet eſſe dubium, quin & hæc forma revera ſit ex duobus controverſis Temporibus vel maxime & proprie *Præſentis* Temporis, æque ac *amo*, *amare*, & *amari*, quæ item aliquando futurum notant. Adde quod ſicut in Activo tres ſunt formæ Infiniti, & totidem Participii, ut oſtendimus ſupra, ſic & hac ratione in Paſſivo erit conveniens, ut, quia ſolum eſt Præſens Infiniti proprium, *amari*, Participium quoque habeat ſaltem ſuum proprium & verum Præſens, *Amandus.* Nihil fere habet Urſinus, quo ſuam tueatur ſententiam, licet longum texat de his ſermonem, niſi id unum, quod raro hæc Forma reperiatur in Nominativo, quin officium vel neceſſitatem notet. In illo autem *caſu*, *tanquam themate ipſo, propriam vim vocum declinabilium quærendam eſſe*: atque adeo *primam & propriam horum Participiorum ſignificationem* cenſet *eſſe eam*, *quæ in hoc caſu* FERE *ſola reperitur.* Si *Fere ſola*, ergo Non ſola. Et ſane paſſim *oriundus & jusjurandum* occurrunt, quæ Præſentis aut imperfecti Temporis habent adſignificationem, certe Futuri nihil adſignificant. Sic *Volvendus*, ex Ennio apud Varronem L. L. *lib.* 6. *Clamor ad cœlum volvendus per æthera vagit.* Et in Femin. apud Virgilium & Lucretium *Volvenda Dies*, *Glans* h. e. quæ volvitur. Deinde complura utique ſunt nomina in obliquis caſibus ſatis uſitata, at nominativum habentia nullum. Quod ſi ita ſe habet, tum vero nihil argumenti eſt in eo, quod certa quædam ſignificatio in Nominativo forſan minus frequenter reperiatur, ad eam prorſus etiam reliquis Caſibus negandam. In quibus adeo certe frequens eſt illa Præſentis Temporis adſignificatio, ut Urſinus, quum nihil ferme Futuri in iis inveniret, maluerit omnia permiſcere, & eandem Formam modo pro Participiis, modo pro meris Nominibus accipere, prout Tempus Futurum adſignificent, vel non adſignificent; aut Temporis ab aliis demum Verbis, quæ adduntur, adſignificationem repetere, quod plane putidum eſt, & ſæpius a me jam refutatum. Quando Virgilius ait *Aen.* IX. 6. *Turne, quod optanti Divûm promittere nemo Auderet, volvenda dies, en, attulit ultro*, in his non accipit τὸ *Volvenda ſuum Tempus* a Præterito *Attulit*, ſed manet Præſentis Temporis, ſive *Attulit*, ſive *Adferet*, ſibi adjunctum habeat. Vide de aliis Participiis

Thomas Linacer. Clarius Donatus in illud Terentii; *Vix ſum apud me, ita animus commotus eſt metu, ſpe, gaudio, mirando hoc tanto, tam repentino bono: mirando*, inquit, *id eſt, quum miror; & eſt participium.* Ego autem aſſero omnium temporum eſſe poſſe; ut, *legendis carminibus fuit poëta, legendis carminibus erit poëta.* Virgil. *Volvenda dies en attulit ultro*, id eſt, quæ volvitur. Lucret. *Plumbea vero glans etiam longo curſu volvenda liqueſcit.* Terent. *Quod in opere faciendo operæ conſumis tuæ.* Cicero de Senectute; *His enim ipſis legendis in memoriam redeo mortuorum.* Idem 2. de Divinatione; *Neque vero ſuperſtitione tollenda religio tollitur.* Idem 4. Epiſtolarum; *Gratiam nos quoque inire ab eo defendenda pace arbitrabamur.* Juvenal. *Provida Pompejo dederat Campania febres optandas*, id eſt, quas optare debuerat. » [Lucillius; *Lippus edenda acri aſſidue ceparius cepa*;] ubi, *edenda* ſignificat (9) præteritum; ceparius eſt lippus,

piis ſupra. Ceterum quemadmodum in ſuperiori Nota 5. *pag.* 139. 140. docui, per præteritum ipſum, ſeu per id, quod jam factum eſt, aliquando deſignari, quid deinceps fieri debeat, vel futurum ſit; ſic & per hoc ipſum Præſens, quia quod revera jam fit, creditur etiam debere fieri, ſeu quia, quod debet omnino fieri, pene pro eo, quaſi jam fiat, & cœptum ſit, habetur, quodque cœpit fieri, etiam porro futurum creditur, hinc per illud ipſum, inquam, Præſens ſæpe deſignatur officium & neceſſitas rei faciendæ, adeo ut nonnulli non eſſe Participium, ſed Nomen tantummodo, officium & neceſſitatem deſignans, ſtatuerint. Sic Cic. Famil. VII. 3. *Diſceſſi ab eo bello, in quo aut in acie cadendum fuit, aut in inſidias incidendum, aut in victoris manus deveniendum, aut ad Jubam confugiendum.* Offic. I. 21. *Iis, qui habent a natura adjumenta rerum gerendarum, adipiſcendi ſunt Magiſtratus, & gerenda reſp.* Vide & Voſſ. *Anal.* IV. 11. Sed & in eundem ſenſum Nomina quoque Verbalia aliquando adhibentur: ut apud Terentium *Andr.* II. 3. 26. *Puerum ne reſciſcat mihi eſſe ex illa, cautio eſt.* Adelph. III. 3. 67. *Hi* (piſces) *mihi ne corrumpantur, cautio eſt.* Hec. IV. 4. 28. *Nulla tibi hic conſultatio eſt*: h. e. cavendum mihi; non deliberandum tibi, quin ſtatim arripias, quod offertur.

(9) *Præteritum:*] Immo Præſens: *Edenda* enim *cepa* notat, dum edit aſſidue cepam.

Digitized by Google

pus ; comeſa aſſidue acri cepa : quam ipſam ſententiam hic Nævius extulit ; *Cui cepe edendo oculus alter profluit:* Cic. *Sed res multis querelis de Repub. interponendis transacta eſt.* Plin. in Epiſt. *Abſtinui a cauſis agendis.* Livius in prologo obſcure dixit ; *Ante conditam, condendamve urbem.* Quidam explicant ; *ante condendam*, id eſt, paulo antequam conderetur. Mihi videtur, in ipſa ædificatione : aut fortaſſe legendum ; *Ante conditam, condendove urbem.* Quæ vero hic ſolent addere grammatici de Gerundio adjectivo, & de Gerundivis, mera deliramenta ſunt. Vide reliqua lib. 3. cap. 8.

Cap. XVI.

De natura & numero Præpoſitionum. Prope *Adverbium eſt, non Præpoſitio.* Propius *Nomen eſt, non Præpoſitio.* Proxime *Adverbium.* Pridie, Poſtridie, Procul, Uſque, Verſus, *non ſunt Præpoſitiones.* [*Ut nec* Propter, Juxta, Secundum, Adverſus, Secus, *in Notis.*]

PRæpoſitio, etiamſi ſi poſtponatur, non deſinit vocari *Præpoſitio*; ut Cæſar Scaliger videtur innuere : Nam ſi grammaticum ordinem ſpectes, ſemper præponi debet ; ut *tranſtra per*, expone *per tranſtra* : etiam in illis, *mecum, tecum, ſecum.*

Porro ex receptis a grammaticis præpoſitionibus rejeci *Circiter, prope, propius, proxime, pridie, poſtridie, procul, ſecus, uſque,* (1) *verſus, verſum.* Circiter Kalendas,

(1) *Verſus, Verſum.*] Addi his forſan & aliæ poſſent, certe deberent *propter, juxta, ſecundum, adverſus.* Etenim *Propter* habet ipſam adverbii formam, & dicitur contracte pro *propiter*, a *propus* vel *propis*, unde & *prope.* Sic a *firmus, firme* & *firmiter*, a *durus, dure* & *duriter*, a *fortis, forte* & *fortiter*, a *ſuavis, ſuave* & *ſuaviter*, a Circa, Circiter &c. Conſtruitur quidem plerumque, tanquam ſi eſſet Præpoſitio, ſed id fit per Ellipſin veræ præpoſitionis *ad*, vel *ob.* Salluſt. *Catil.* 59. *Ipſe propter Aquilam adſiſtit ;*

das, circiter meridiem, octavam circiter horam, non

bant

ſiſtit, h. e. propter ad Aquilam. Et ſic plane pleraque, quæ hoc capite memorantur, expedienda. Quando Plautus in Rud. prologo v. 34. ait, *ibi habitant Dæmones in agro atque villa proxima propter mare*, pleonaſmus eſt per αὔξησιν quandam, qui non tantum dicitur habitare propter ad mare, ſed etiam in villa proxima ad mare. Neque aliter τὸ *Prope*, unde illud *Propter* deſcendit, & quod item, ut Præpoſitionem, ſæpe Accuſativo junxerunt Veteres, explicatur. Sed manifeſte Adverbium eſt τὸ *Propter* apud Terent. in Adelph. IV. 2. 37. *Ibi angiportum propter eſt*, h. e. ibi in propinquo eſt angip. Sic Tacitus *Annal.* IV. 54. *Cum propter diſcumberet.* Et Phædrus *fab.* 37. *propter volans.* Similiter *Juxta*, & *Juxtim*, non Præpoſitiones ſunt, ſed Adverbia, derivata a *jugo*, *juxi*, pro quo poſteriores *jungo*, *junxi*, dixerunt; quæ proinde ſignificant *prope*, tum *poſt*, & *æquali modo*, Mela I. 19. *Æſtus hiememque juxta ferens.* Sall. *Jug.* 85. *Me voſque in omnibus juxta geram.* Cap. 95. *Literis Græcis & Latinis juxta eruditus.* Tac. *An.* I. 6. *Juxta periculoſum, ficta ſeu vera promeret.* Hinc ſæpe etiam ſequitur *ac*, vel *atque*. Liv. I. 54. *Abſentium bona juxta atque damnatorum diviſa ſunt.* Sall. *Jug.* 45. *juxta ac ſi hoſtes adeſſent, vallo foſſaque munire caſtra.* Immo & præpoſitio *cum*. Plaut. *Pſeud.* IV. 7. 62. *juxta cum ignariſſimis ſcio.* Perſa V. 2. 75. *juxta tecum æque ſcio.* Sall. *Catil.* 58. *juxta mecum omnes intelligitis.* A ipſa quo conſtituitur etiam τὸ *Cum*, vel potius conſtruitur τὸ *Juxta* cum Dativo, & notat tunc *Similiter*, *Æqualiter*. Liv. XXV. 19. *Rem parvam & juxta magnis difficilem*, h. e. æque ac res magnæ. *Secundum* ejuſdem eſt generis & naturæ, cujus *primum*, *multum*, *plurimum*, &c. h. e. non modo non eſt Præpoſitio, ſed neque Adverbium. Quid ergo? Eſt Nomen adjectivum, neutrius Generis, cujuſmodi quamplurima uſurpantur ἐπιρρηματικῶς, ut ſi eſſent Adverbia: hoc vero etiam duplici plerumque Ellipſi, ut ſi eſſet etiam Præpoſitio. *Plerumque* dico, quia occurrit etiam ut Adverbium, cum ſignificatione *ſequendi*, unde ortum eſt. Plaut. Amphit. II. 1. 1. Am. *Age, i tu ſecundum.* SO. *Sequor, ſubſequor te.* Mil. Glor. IV. 8. 39. *Nos ſecundum ferre per urbem hac omnia*: h. e. ut patiamur illos præcedere, & ſic nos ſubſequamur. Denique *Adverſus*, *Adverſum*, & *Exadverſus* revera ſunt Adverbia, cum præpoſitionibus compoſita, ſi ſimplex *Verſus* vere eſt, ut eſt, adverbium: quod & ſunt illa, quæ cum aliis Præpoſitionibus & τὸ *Verſus* occurrunt compoſita, ut, *Prorſus* & *Prorſum*, *Rurſus* & *Rurſum*, denique & *Surſum*. Si vero accuſandi caſum illa penes ſe habent, eo ſignificatur, illic, æque ac in Simplice *Verſus*, eſſe Ellipſin, & quidem repetendæ præpoſitionis *ad*, quæ in compoſitione apparet;

paret; plane ſicuti Præpoſitio, quæ in Verbis comparet, cum ſequitur illius Caſus, ſolet vel repeti, vel per Ellipſin ſupprimi. Miror certe Urſinum, qui Verba etiam Neutra regere Accuſativum cenſet, vi Præpoſitionis cum illis compoſitæ, ſine ulla Ellipſi, quod ergo non tradat & hic, τὸ *Adverſus* æque eſſe Adverbium ac *Verſus*, at quando additū ſibi habeat Accuſativum, regere Eum, non ſua Adverbii, ſed Præpoſitionis ſecum compoſitæ, vi: idque potius, quam ut *Verſus* dicat eſſe Adverbium, *Adverſus* vero Præpoſitionem, tantum propter Accuſativum, qui ſæpe etiam τῷ *Verſus* adjungitur. Hæc autem vocula *Adverſus* reperitur non modo cum Accuſativo, ſed & cum Dativo, conjuncta; certo pene indicio, neutrum horum caſuum proxime ab ea regi. Nam ſicuti Nep. Hann. c. 4. *Scipio apud Trebiam adverſus eum venit*: ſic Plaut. *Caſin.* II. 8. 29. *Cum ei adverſum veneram*, & *Trin.* III. 2. 98. *Qui ei adverſus venerit.* Sed & ſine caſu ullo. Salluſt. *orat.* 1. ad Cæſ. *Quoniam neque adverſus, neque a tergo, aut lateribus tuta ſis.* Ceterum his quoque ſe opponit acriter Urſinus *Sect.* VII. pag. 1047. 1048. ſed talibus rationibus, ut ex ſe ipſo aliis in locis, refutari abunde queat, & res recidat tandem in unam de nomine controverſiam, utrum illæ *Præpoſitiones dici meruerint uſu*: utque adeo harum me diſputationum plane tandem tædeat, tanquam prorſus inutilium. Dicit *ſibi Ellipſes, quæ præter neceſſitatem ſtatuuntur, neque unquam ſupplentur, eſſe ſuſpectas.* Neſcio quid *neceſſitatem* vocet. Oſtendi quatuor illa, *Propter*, *Juxta*, *Secundum*, & *Adverſus*, origine ſua & natura eſſe potius Adverbia, & conſtrui etiam, ut adverbia; Agnoſcit utrumque Urſinus, ſed *induiſſe* ait *Præpoſitionis naturam*: ſcilicet quia etiam quaſi Præpoſitiones proxime cum Accuſativo junguntur. At quæ eſt Neceſſitas, idcirco eas voculas habere etiam, & potiſſimum, pro præpoſitionibus, quum tam frequens in Lingua Latina ſit Ellipſeos uſus? Sumamus duo hæc, *Propter*, & *Adverſus*: Quum paſſim non Adverbia tantum, *Prope*, *Proxime*, ſed & Adjectiva *Propior*, *Proximus*, cum Accuſativo conſtruantur, & neceſſario per Ellipſin explicentur, quæ ratio eſt, quare non & vocabulum *Propter* inde derivatum, quod formam & ſpeciem omnem habet Adverbii, eodem modo conſtructum, eodem etiam modo explicetur? Immo quæ ratio eſt, quare *Propter* a *Prope* Adverbio derivatum, minus haberi debeat pro Adverbio, quam *Circiter* habetur, quod tamen eodem modo, ſed a *Circa*, quæ Præpoſitio eſſe creditur, derivatum eſt, & fere ubique, æque ac *Propter*, cum Accuſativo conſtruitur? Similiter ſi *Verſus* eſt & manet Adverbium, licet ſæpiſſime Accuſativo præmittatur tanquam Præpoſitio, quidni & inde Compoſitum *Adverſus*? Verum, ait, in hiſce *Propter* & *Adverſus* nuſquam occurrit nobis ſuppleta Ellipſis Præpoſitionis *Ad*, quæ aliquando reperitur ſuppleta in *Verſus*, *Prope*, *Proxime*, *Circiter*, &c. Sed quid? ſi reſpondeam

ipſius Verbis ex *Obſerv. Philol* *cap.* XII. p. 231. *Non ſi noſtris temporibus verba* (ſupplementa) *hæc non exſtent, neceſſario hinc conſequi, nec apud Vetuſtiores illos, quorum pauciſſima ad nos pervenere, ea exſtitiſſe.* Deinde vero innumeræ prorſus reperiuntur utique & admittuntur ab omnibus Ellipſes, quarum tamen ſupplementa nuſquam invenies. Cenſet ipſe, ubi de Adverbiis agit, *falſo omnino Adverbiis accenſeri, Mane, Paſſim, Rite, Aun ciium, Nequaquam, Obiter,* &c. quia Nomina certorum Caſuum illa ſint: ſed & *tolerabilius* quidem *haberi pro Adverbiis, Actutum, Parum, Sæpe, Nimirum, Nequiquam, Cur, Quin,* &c. ea tamen *non magis vera eſſe Adverbia*, quam *Facile, Nimium,* &c. immo addit, *nec diverſam literaturam.* ſeu obſoletam declinationem, *nec Syncopen vel Apocopen* in quibuſdam eorum, *naturam vocum immutare proprie poſſe,* quo minus maneant, quod naturâ ſint, Nomina. Sed tamen non poſſunt illa ut Nomina explicari, niſi inſolita ſeu paradoxa pene ſtatuatur Ellipſis, cujus certe ſupplementum nuſquam reperiatur. Nam ubi occurrit *Mane tempus, ne quaquam ratione, Actutum negotium, Ne qui quam* vel *quoquam modo?* Quanto hiſce jam lenius & probabilius eſt, *Propter Aquilam* accipere poſitum eadem Ellipſi, qua dicitur *Prope Aquilam, Proxime Aquilam*, unde τὸ *Propter*, & quidem ſolita Adverbiis forma, derivatur: *Adverſus Urbem*, eadem Ellipſi, qua *Verſus Urbem?* Accedit quod illa, quæ Adverbiorum ordine Urſinus movit, inque Nominum claſſem retulit; vix alio in Caſu aut Conſtructione uſquam occurrant, ut adeo, eandem ſemper formam retinentia, *Adverbiorum naturam* quoque videantur induiſſe, magis certe, quam *Propter* &c. Præpoſitionum. Quod ſi nunc moroſior quiſpiam Urſinus Urſino ingereret, Nomina illhæc ſine ulla majore Neceſſitate per varias Ellipſes explenti, *ſibi Ellipſes, quæ præter Neceſſitatem ſtatuuntur, nec unquam ſupplentur, eſſe ſuſpectas*, qua, quæſo, ratione tueretur ſuam de illis Adverbiis ſententiam, ut non ſimul meam de his Præpoſitionibus firmet contra eandem objectionem? Deinde ait, *non ex primâ facie aut origine de vocum genuina ſede temere judicandum.* At qua aliâ ratione tot ille voces Adverbiorum claſſe excludit? Hoccine ergo uti argumento illi licet, aliis non licet? An non miraris, Lector, tam contrariam agendi rationem in ſimili plane caſu? Ego vero vix dubito, haud aliam eſſe ejus cauſam, quam quod Vir Doctus quatuor illas voculas ſuos inter Auditores ſemper pro Præpoſitionibus habuerit, idque nunc demum mutare, indecorum ſibi duxerit. Quod ad me, facile patior, illas *dici* quoque *Præpoſitiones*, mallem tamen dici, eas conſtrui uſu ipſo proxime cum Accuſativo, tanquam Præpoſitiones. Neque enim ex uſu & conſtructione ſolâ vocum, judicandum de earum natura, ſed vel maxime ex Analogia derivationum. Ipſe in Adverbiis non vult naturam vocum mutari ex uſu, neque ex Syncope uſu confirmata: & in *Obſerv. Philol.*

Philol. cap. XI. recte autumat, *diſtinguendum diligenter inter ſignificationem, & ſignificandi modum*, h. e. rationem. Hæc ex Analogia, illa ex Uſu cognoſcitur. Ceterum *Propter* quando cauſam (Vide mox Nota 4.) notat; veluti *Feci hoc propter Te*, expleverim illud propter ob Te, vel quod ad Te, h. e. maxime, proxime tua cauſa, *Secundum Deum* notat ad ſecundum locum poſt Deum. Durior etiam, fateor, in aliis conſtructionibus hujus voculæ eſt Ellipſis, quia duplex ſtatui debet, & quia uſu ipſo paulatim longius a prima origine & analogia abiit vocis ſignificatio, ideoque nulla expletæ iſtius Ellipſeos exempla occurrunt. Sed hoc non mutat naturam vocabulorum. Quando dicitur *Plus millies id audivi*, certiſſimum eſt, expleri id debere hoc aut ſimili modo, *audivi, id uſque ad negotium plus, quam eſt millies audire.* At ubi hoc ita expreſſum reperitur? Et tamen vel ſic τὸ *Plus* eſt & manet Adjectivum. Si quis tamen τὸ *Secundum* malit ita accipere, ut exuerit paulatim uſu ipſo Adjectivi naturam, & induerit illam Præpoſitionis, per me id licet. In reliquis, *Juxta* & *Adverſus*, nulla objicitur nobis hæſitatio, quæ aliquam habeat ſpeciem. Adde his *Clam*, & *Clanculum*, quæ miror etiam pro Præpoſitionibus haberi. Diſerte tamen Urſinus To. 1. p. 1071. contra Priſcianum contendit eſſe Præpoſitiones, & To. 2. p. 434. *Clanculum plane Præpoſitionem* eſſe affirmat. Rationem ſi quæras, unica hæc eſt, quia apud Terentium in Adelph. I. 1. cum Accuſativo reperitur conſtructum, *clanculum Patres*, licet plus centies alibi, ut adverbium, abſolute poſitum, occurrat, & licet ſicut *commodum*, *commodo*, *poſtmodum*, *poſtmodo*, ſic & *clanculum*, *clanculo* dicatur ipſo teſte To. 1. p. 993. At eadem ratione etiam *Intus*, *Cominus* &c. deberent eſſe Præpoſitiones, quia Plautus dicit *intus domum*, Propertius, *agreſtes cominus ire ſues.* Et tamen non ſunt, neque ex ipſius ſententia To. 1. pag. 988. Quæ vero iſtius diſcriminis cauſa? Nulla, niſi arbitrium merum. Dicet forſan, nuſquam nunc reperiri præpoſitionem aliam, qua ſuppleri poſſit Ellipſis, inter *clam* vel *clanculum*, & Caſus, qui regi ab his creduntur, interjectam. At ubi hoc monſtrabit factum in τοῖς *intus*, *cominus*, *pridie*, *poſtridie*? Et tamen hæc poſteriora, licet cum Accuſativis, *Nonas*, *Idus* &c. conſtruantur paſſim, abſque *Ante* vel *Poſt*, quibus ſuppleri illa conſtructio debeat, *Præpoſitionibus ſine dubio neutiquam accenſenda* tradit To. 1. p. 1061. Priſcianus vero *lib.* XIV. multa etiam alia ex Præpoſitionum in Adverbiorum ordinem refert. Veluti *extra*, *infra*, *contra*, *citra*, *ſupra*, & hæc quidem non male forſan. Naturam autem utorumque hanc eſſe ait apud Græcos, quod *Adverbia quidem derivativa poſſint eſſe*, at *Præpoſitiones poſitivæ*, *id eſt*, *primitivæ*, *ſint omnes*. Deinde quod Adverbia ſint, quæ *certam aliquam habent ſignificationem etiam per ſe poſita*, *quod Præpoſitiones habere nolint per ſe prolata*; ut &, quæ *componi non poſſunt*, *cum omnes Præpoſitiones apud Græcos & componi & apponi ſoleant.*

probant *circiter* eſſe (2) præpoſitionem; nam deeſt, *ad*, vel *in*. Cicero Attico lib. 10. *Verum hæc in Arpinati ad ſextum circiter Idus Majas non defleamus.* *Prope*, adverbium eſt, quaſi *pro pedibus*: accipitur pro *fere*, aut *proxime*; & fuit aliquando nomen *Propus*, *a*, *um*. At dices, ſæpe legimus; *Prope montes conſiſtere*; *Prope ripam Anienis*; &, *Prope metum res fuerat*; *Prope ſeditionem ventum eſt.* Sed in his omnibus (3) deeſt *ad*, ut jam dicemus. Quid? quod jungitur (4) ablativis cum *Ab*; ut Cicero; *Prope a Sicilia.* Plin. *tam prope a muris habemus hoſtem.* Idem: *Prope ab origine.* Cicero; *Prope ab domo detineri.* *Propius*, non ſolum non eſt Præpoſitio, ſed nec Adverbium quidem, nam *Melius*, *Pejus*, *Propius*, Nomina ſunt adjectiva, ut diximus, cum de accuſativo egimus, & in κατά. Quare quum legis; *propius urbem*; *propius mortem abeſt*; deeſt, *ad*. Cicero de Finib. *Sed ut ad ea propius, Cato, accedam.* Idem 1. Natur. deorum; *Ad ſimilitudinem enim Deo propius accedebat humana virtus.* Idem in Partitionibus; *Accedere propius ad ſenſum alicujus.* Dicimus etiam; *propius ab aliquo loco ſtare.* *Stellæ aliæ propius a terris, aliæ remotius ab eiſdem principiis.* Hæc Cicero de Natur.

Similia vero Adverbia Græci habent, vel potius Nomina, quæ caſibus certis præmiſſa, videntur conſtitui tanquam Præpoſitiones, licet id minime ſint. Sic ἰθὺ τοῦ ᾅδου. Ael. *Var. Hiſt.* IX. 18. *recta ad inferos.* Et ἀπεκρίνατο πάντων ἐναντίον, *coram omnibus*, Iſæus orat. 1. ubi peſſime vertitur.

(2) *Præpoſitionem.*] Conſtruitur etiam cum ablativo. Sulpicius ad Cicer. *Famil.* IV. 15. *Circiter hora decima noctis.* Inepte autem Voſſius *Anal.* IV. 22. *circiter* dictum putat, quaſi *circa*, vel *circum iter*, quum uſitatiſſima hæc ſit forma & terminatio Adverbiorum aliunde derivatorum, ſicuti modo oſtendimus in *propter.*

(3) *Deeſt ad.*] Nep. *Phoc.* c. 2. *Cum prope ad annum octogeſimum ſecunda perveniſſet fortuna.*

(4) *Ablativis cum Ab.*] Et cum *In*. Liv. I. 14. *In ipſis prope portis bellum ortum*, h. e. ferme. Quo ipſo ſenſu etiam Liv. III. 2. *Legati prope violati ſunt.* Et I. 23. *Civili ſimillimum bello, prope inter parentes natoſque.* Quum ita in hac voce augeatur ſignificatio, nihil mirum, etiam in *Propter* cauſam ad finalem notandam id factum, ſalva tamen utriuſque natura.

Digitized by Google

tur. deorum; ubi neſcio, cur Grammatici non annumerent præpoſitionibus illud *remotius*, ut *propius*; quùm nulla diſcriminis ratio inter hæc duo inveniri queat. Cur non etiam dicas, *propius* eſſe præpoſitionem dativi: ut in illo Virgilii; *propiuſque periclo it metus.* Et 3. Georg. *Propius ſtabulis.* Et 3. Georg. *Et faciem tauro propior.* » [Et Livii lib. 4. » *Hoc pro-* » *pius vero eſt.*] *Proxime*, adverbium ſemper eſt: neque obſtat illud Cicer. *Habere exercitum quam proxime hoſtem*; nec Varronis, *Proxime januam*; nec Livii, *Proxime morem*: nam idem Cicero dixit; *Proxime accedere ad verum.* Et idem cum ablativo, *Proxime a Lacyde ſolo retenta eſt.* Livius lib. 1. *Is ducit exercitum quam proxime ad hoſtem poteſt.* Ubi legitur in Salluſtio, *Proxime Carthaginem Numidia appellatur*, Fronto legit, *Proxima Carthagini Numidia*: Et infra, *Proxime Hiſpaniam*, Fronto legit, *Proximi Hiſpaniæ.* Cicero pro Milone; *Proxime ad deos acceſſit Clodius*: Lambinus legit, *proxime deos.* Vide in Theſauro, *Quum proxime*, & *Prope ab.* Sed quid in his moramur, ſi (5) nomen ipſum *Proximus* invenitur cum accuſativo? An dices eſſe præpoſitionem, *Proximus, a, um*? Plaut. Pœn. *Proximus te ſum.* Cicero Attic. lib. 1. *Proximus Pompejum ſedebam.* Alii legunt; *Proximus Pompejo*: ſed illa lectio verior. Itaque dicimus Latine; *Proximus Pompejo, Pompejum, ad Pompejum, a Pompejo, poſt Pompejum.* Ovid. *Proximus ad dominam, nullo prohibente, ſedeto.* » [Poteſt etiam in *Pro-* » *ximus*, ſubaudiri *Secundum*, *Propter.* Plautus Rud. » prolog. *In agro atque villa proxima propter mare.* » Idem Capt. act. 2. ſc. 1. *Secundum patrem tu es* » *pater*

(5) *Nomen ipſum proximus &c.*] Sic Gall. *Jug.* 49. *Dextro latere, quod proximum hoſtes erat.* Gell. III. 2. *Dies qui proximus eam noctem illuceſcit.* Pl. Poen. V. 3. 1. *qui te proximus eſt.* Livius VIII. 32. *qui proximi forte tribunal ſteterant.* Ubi vide Gronovium Patrem. Sed & ita *Propior.* Sall. eod. cap. *propior montem.*

» *pater proximus.*] *Pridie Nonas*, *Pridie Kalendas*, non indicant, *Pridie* eſſe accuſativi præpoſitionem, quum legamus apud Ciceronem; *uſque ad Pridie Kalendas*; & apud Plin. *ad pridie Idus Septembres.* Sed in Kalendas, & Idus, & Nonas, deeſt *ante*, ut ſit; *pridie ante Nonas*: ubi (6) pridie ablativus eſt a die; quaſi dicas, *primo die*, vel *priori die ante Nonas.* » (Juſtinus » lib. 2. *Pridie conſtitutam diem*; ubi palam eſt ſubaudiri *Ante.*) *Poſtridie ludos Apollinares*, dixit Cicero. Et Sueton. *Poſtridie nundinas*, deeſt, *poſt.* Cicero Terentiæ: *Quid cauſæ autem fuerit poſtridie intellexi, quam a vobis diſceſſi*; id eſt, poſtquam, poſteaquam. (7) *Procul*

(6) *Pridie ablativus eſt &c.*] Immo *pridie* & *poſtridie* dicuntur conjunctim, eadem utrumque ratione, qua *die craſtini*, *die perendini*, *die ſeptimi*. Pl. Perſa II 3. 8 Vide & omnino infra IV, 4. 118. & IV, 12, 11. Neque aliter ſe res habet in *Quotidie.* Non ergo illud *pridie* ex duobus conſtat Nominibus ablativi Caſus, quorum alterum ſit *pri*, h. e. primo, a *pris*, alterum *die*, ut etiam ſentit Georg. H. Urſinus *Obſerv.* cap. 8. Sed ex Genitivo *Pris*, eliſa litera S, & Ablativo. At Vir Doctus in *Inſtit. Gramm. Sect.* VII. p. 921. mavult confugere ad metaplaſmum declinationis, ut ſcilicet *poſteri*, *quoti*, &c. fuerint itidem Ablativi, quaſi a *poſteris*. *quotis*, pro *poſterus*, *quotus*. *Supplementum* autem Sanctii, quod eſt *Solis*, *ſi non reſpuunt*, *certe non admittunt*, ait, phraſes *pridie* & *poſtridie ludorum*. Ego vero ſic eas ſuppleo, *Die pris Solis ante tempus*, vel *diem ludorum*, *Die poſteri Solis poſt diem ludorum.* Durius adhuc eſt, *Poſtridie ejus diei* apud Cæſarem B. Gall. I. 23. h. e. die poſteri Solis poſt tempus ejus diei: niſi malimus hoc abuſui adſcribere orto ex ſimilium cum Genitivo conſtructionum uſu. Solent autem in hiſce τὸ *Ante* & *Poſt* ita omitti per Ellipſin, ut liquet ex die deſignando per Kalendas, Nonas, & Idus. Illud vero de Metaplaſmo nullam meretur reſponſionem. Ceterum *Pris* antiquum eſt, unde *prior*, *primus*, & *priſtinus*, quod notat idem quod *prior* Cæſ. B. Gall IV. 14. *Milites noſtri priſtini diei perfidia incitati.* Ubi Vide Notas. Derivatur autem *Pris* a Gr. πρὶ ſeu πρίν.

(7) *Procul urbem.*] *Procul* manifeſte eſt Adverbium, & dicitur, ut *ſimul* a *ſimilis*, *facul* a *facilis*. ſic illud a *procilis*, quod a *procello*, h. e. porro moveo, pello, derivat Voſſius in *Etymol.* Ego vero derivem illud potius ab antiquo *Procio*, h. e. promoveo, proveco. Unde *Procitum* in Supino, & *Procitare*, apud Feſtum: immo & *Procus*, & *Procax*, h. e. qui petit & elicit

Digitized by Google

cul urbem, dixit Curtius; & Livius, *Locus procul muros ſatis æquus agendis vineis fuit.* Neſcio an alibi reperiatur *procul*, cum accuſativo, ſæpiſſime cum ablativo; ut, *procul mari Oceano*, *procul dubio.* » [apud Lucret. *procul ambitione*, *procul diſcordibus armis.*] Exempla non adſcribam cum præpoſitione, quia ſunt innumera, & cuilibet in promptu, » (8) [ut veriſimile ſit » Curtium ſcripſiſſe, *Procul urbe*; Livium, *Procul nu-* » *mero.*] *Secus decurſus aquarum*, Latinis inauditum eſt: (9) ſemper autem adverbium eſſe cenſeo; ut, *Recte*, *an ſecus*

elicit quid ab alio. Certe Analogia Derivationis id poſtulat. Nam ita a *facio Facilis*, a *doceo Docilis*, ab *ago Agilis*, &c. Ceterum hiſce derivationibus adverſari videtur, quod Viri Docti, etiam in Lexicis, *procul* tradunt poni quoque pro *prope*, ſecuti in eo Servium, quia ad Virg. *Eclog.* VI. 16. *Serta procul tantum capiti delapſa jacebant*, notat, *Procul*, *modo Prope*, *i. e. juxta. Nam ideo intulit*, *Tantum capiti delapſa*, *ut oſtenderet non longius provolutam coronam.* Et ſic Idem Virg. Aen. VI. 10. *At pius Aeneas arces*, *quibus altus Apollo Præſidet*, *horrendæque procul ſecreta Sibyllæ*, *Antrum immane*, *petit.* Nec enim longe, ſed prope aberat hoc antrum a Templo Apollinis. Sic qui tam prope abeſt, ut alterius ſermonem privatum cum alio habitum audire poſſit, dicitur tamen *procul* eſſe. Ter. Hec. IV. 3. 1. *Quem cum iſtoc ſermonem habueris*, *procul hinc ſtans accepi.* Similiter in Eun. III. 4. 10. At verum eſt quidem, *Procul* dici etiam de ſpatio non ita longo; ſed tamen ſemper notat ſeparationem ac remotionem ex ſuo loco in alium, quæ ſeparatio ſeu propulſio, ſive in breve ſpatium, ſive in longum, ſemper fit procul; immo ipſa illa brevitas ſpatii, pro rei de qua agitur, natura, conſiderari & dici poteſt longa. Sic quando Terentius *Eun.* II. 3. 43. ait; *continuo accurrit ad me*, *quam longe quidem.* Et III. 5. 61. *ubi paratum eſt convivium? Apud libertum Diſcum. Perlonge eſt*: utrobique breve intelligitur ſpatium, ſed quod iſtis in rebus erat, aut videbatur, ſatis longum.

(8) *Ut veriſimile ſit.*] Hæc videntur a Scioppio, licet ita quoque edant Patavini, ſtatim ſubjecta ſuperioribus exemplis de Ablativo, cujuſmodi plura refert Rivius ad Salluſt. *Jug.* cap. 89. In eadem porro ſententia de hiſce locis Curtii & Livii, uſuque vocis *procul*, eſt Voſſius *Anal.* IV. 22. Mox in hiſce Scioppianis repone *muro* pro *numero*, quod tamen Ed. Patavina quoque exhibet.

(9) *Semper autem adverb. &c.*] Recte, ſicut & alia ejuſdem terminationis, veluti, *Intus*, *Subtus*, *Verſus*, *Rurſus.* Adhibetur

ſecus facias, *nihil ad nos*. Plaut. *Quid diximus tibi ſecus*, *quam velles*? Citat Eraſmus ex Plinio; *ſecus fluvios*, lib. 24. Sed in correctis legitur, *ſecundum fluvios*.
» [Chariſius lib. 1. *Secus adverbium ſignificat Aliter*:
» *unde naſcitur Secius*, ἀλλοιοτέρως. *Cæterum id quod vul-*
» *gus uſurpat*, *Secus illum ſedi*, *hoc eſt*, *ſecundum illum*;
» *& fatuum*, *& ſordidum eſt*. Plebem quidem Roma-
» nam ſic loqui ſolitam, ex illo apparet, quod affert
» Quinctilianus; *Cæcus conductus eſt ſecus viam ſtare.*]
Uſque nihil aliud ſignificat, quam continue, aut perſeveranter; Terent. *Andr.* 2. 1. 3. *Animus uſque antehac attentus*; qua in parte Donatus valde laborat, & nihil explicat.

betur tamen aliquando, ut præpoſitio, conſtructum cum Accuſativo, ut oſtendit Voſſius *Anal.* IV. 22. Nec tamen ideo, ut Idem ſentit, eſt vera Præpoſitio, quum diſerte Chariſius *Adverbium eſſe* affirmet, & conſtructionem illam *fatuam ac ſordidam* pronunciet, atque ipſe Voſſius *rectius ea abſtinere* cenſeat, *utcunque ſemel atque iterum* EXCIDERIT *Bonis Scriptoribus*: e contrario plus millies etiam apud optimos Scriptores occurrat ut Adverbium, modo abſolute poſitum, modo ad ſequens *Ac*, *Atque*, aut ſimiles particulas, relatum: ſed & hinc Compoſita *Extrinſecus* &c. manifeſta ſint Adverbia. Adde, quod etiam comparetur, ut alia quædam Adverbia; nam a *ſecus* habemus *Secius*, ut a *diu Diutius*, *penitus Penitius*, *prope Propius* &c. Quando ergo conſtructum fuit cum Accuſativo, factum id per Ellipſin veræ præpoſitionis *ad*, plane ut *Juxta* & *Secundum*. Ergo *ſecus viam* eſt conciſe dictum, pro, *ſecus ad viam*. Similiter *ſecus decurſus aquarum*, quod eſt ex Pſalmo 1. Vulgatæ Verſionis. Urſinum, qui *Sect.* VII. p.1049. neque hoc admittit, & ſatis inepte requirit locum, ubi *Secus ad* reperiatur conjunctum, quum ipſa illa conſtructio τȣ̃ *Secus* cum Accuſativo vix bis vel ter in univerſum in locis integris & indubiis occurrat, ſuis præjudiciis relinquo: maxime quum & ipſe alibi (pag.347.) Adverbium eſſe pronunciet. Derivatur autem τὸ *ſecus* vulgo a Gr. ἑκὰς, *procul*, idque auctoritate quorundam Veterum, & Caſauboni ad Sueton. *Tib.* 2. Sed refutat id Feſtus, & ſine dubio verius deducitur a Verbo *Sequor*, unde & *Secundus*, h. e. Proximus, & dein, Alius a Primo. *Uſque*, quod ſequitur, formatum eſt a Græco, ὥστε, vel ἕωστε, *uſquedum*, *donec*. Atque adeo neque illud Præpoſitionibus accenſeri poteſt. Plaut. Pœn. III. 1. 31. *ubi bibas*, *edas de alieno*, *quantum velis uſque affatim*, h. e. uſque ad tantum, quantum velis.

Digitized by Google

explicat. Quum legis; *uſque Romam*; & *uſque Roma*, deeſt ſemper præpoſitio. Catull. *hunc ad uſque locum*: quod ita frequens eſt, ut probatione non indigeat. *Romam verſus*, & ſimilia, præpoſitiones non ſunt; neque *verſum*; (10) quod probant *adverſus*, & *adverſum*. Cicer. lib. 4. epiſt. 12. *In Italiam verſus navigaturus erat*.
» [Plaut. Epid. *Cœpi verſum ad illas accedere*. Livius lib.
» 7. *Romano corvus in galea conſedit in hoſtem verſus*.]

(10) *Quod probant adverſus &c.*] Sentio & ipſe *verſus* & *verſum*, non eſſe præpoſitiones, ſed tamen non probari illud ex compoſitione voculæ *adverſus*. Nam & præpoſitiones cum præpoſitionibus poſſunt eſſe compoſitæ, veluti *Inante*, & alia. Vide Voſſium de *Anal.* IV. 23. Conſtruitur autem τὸ *Verſus*, æque ac *Prope*, cum Præpoſitionibus non modo Accuſativum regentibus, ſed & Ablativum. Livius XXV, 25. *Tumulus eſt in extrema parte Urbis Verſus a mari.*

CAP. XVII.

De Adverbiorum natura, & differentia. Præcipue Verbis junguntur. Adverbiorum diviſio per terminationes & ſignificationes. Interjectiones.

ADverbium eſt dictum, quaſi *ad verbum*, quod ſit quaſi verborum adjectivum, & modus; ut, *bene currit*. Adjungitur tamen & aliis partibus; ut, *bene doctus*, *valde mane*, *ſemper Deus*, *ſemper lenitas*. Formas ejus adnumerare ad Grammaticum non pertinet: pertineret tamen, ſi fines adverbiorum recenſerentur; ut quum alia finiuntur in IM, ut *punctim*, *cæſim*, *membratim*; alia in US, *ſubtus*, *intus*; alia in O, *cito*, *profecto*; in AS, ut *alias*, *cras*; *in* I, *ubi*, *ibi*: *in* E, *bene*, *pulchre*, *ſane*; in ER, *duriter*, *fortiter*; & ſic deinceps. Significationes vero adverbiorum enumerare (1) magis Phi-

(1) *Magis Philoſophi.*] Immo *Philologi*. Sed ſic haud dubie voluit Sanctius, quamvis & in Salmanticenſi ac Patavina Edd. legatur *philoſophi*.

Digitized by Google

Philoſophi eſt, quam Grammatici; quia Grammatici munus non eſt, teſte Varrone, vocum ſignificationes indagare, ſed earum uſum. Propterea nos in Arte hæc prætermiſimus: ſed ne hic aliquis forte ea deſideret, utcumque dicentur.

Affirmandi ſunt, *Certe*, *næ*, *quidni*, *quidem*.

Negandi, ſeu prohibendi, *Non*, [*Ne*,] *haud*, *minime*, *nequaquam*. [*neutiquam*.]

Loci, *Hic*, *intus*, *foris*, de quibus copioſe in Arte.

Temporis, *Diu*, *cras*, *nuper*, *dudum*.

Quantitatis, *Valde*, *nimis*, *ſatis*, *perquam*, *impenſe*.

Qualitatis, *Bene*, *pulchre*, *eleganter*, *nimis*.

Comparandi, *Magis*; nam cætera, ut *melius*, *doctius*, Accuſativi ſunt, in quibus deeſt κατὰ, ut ſæpe monuimus, & in Ellipſi late.

Congregandi, *Una*, *pariter*, *ſimul*, *conjunctim*.

Demonſtrandi, *En*, *ecce*, quamvis hæc potius ſint ſoni inarticulati.

Vocandi, *O*, *Heus*: ſed ſoni potius, quam partes orationis.

Dubitandi, ſeu Eventus, *forte*, *fortaſſe*, *forſitan*; quamvis hic ſint tres dictiones, *Fors ſit an*.

Remittendi, *Vix*, *ſenſim*: Hortandi, *Eia*, *age*, *agite*, *agedum*, [*quin*.]

Interrogandi, *Cur*, *quare*, etſi hoc ſit *Qua de re*, [*Ubi*, *unde*, *qua*, *quorſum*, *quo*, *quando*, *quoties*.]

Jurantis, *Hercle*, *Medius fidius*, *Ædepol*, *Æcaſtor*; niſi malis nomina appellare.

Ordinis, *Deinde*, *deinceps*. At vero *Primum*, *primo*; *Secundum*, *ſecundo*, (2) nomina ſunt ubique.

Nume-

(2) *Nomina ſunt ubique.*] Hujus generis etiam alia ſunt hic notata. Veluti *Alias*, de quo Grosip. *Parad. Ep.* I. qui tamen male fecit in *Iud. de ſtilo Hiſt* quod tam acerbe invehitur in Viros doctos, qui *alias* pro *alioquin* uſurpaverint, ut, quod eo ſenſu vix de plebe literatoribus ſit dignum, & tantummodo ſignificet, vel alio tempore, vel alio loco. Fateor equidem, potiſſimum de tempore uſurpari voculam, & tunc intelligi *horas*. Sed

Digitized by Google

Numerandi, *Semel*, *bis*, *deinde*, *deinceps*, *centies*, &c. Græci, quas nos vocamus Interjectiones, inter Adverbia connumerant. Mihi ſunt Soni Inarticulati & Naturales; ideo inter partes orationis non adnumeravi. Hæc ſunt hujuſmodi, *Apage*! *phy*! *væ*! *papæ*! *vah*! *o*! *oh*! *ei*, *hei*, *eu*, *heu*. *At at*, *au*, *ſt*, *pro*, *proh*, *hahahe*, *euge*. Adverbiis etiam adnumerantur illa, quæ modo expunxi ex Præpoſitionum numero juxta Grammaticorum enumerationem.

Sed & intelligi ſimpliciter *res* quaſcunque, patet ex Plauti Epid. IV. 1. 39. *Ille eam rem ſobrie accuravit*, *ut alias res eſt impenſe improbus*: potuiſſet ſimpliciter *alias* vel *alioqui* dixiſſe. Atque adeo patet inde, duo hæc etiam promiſcue uſurpari poſſe, idque pluribus exemplis probatum vide apud Virum longe Eruditiſſimum, Joh. G. Græivium ad Sueton. *Tib.* c. 71. & Urſinum To. 2. p. 978. Similiter Nominibus accenſenda ſunt, *Una*, quod eſt Ablativi caſus, generis feminini, tum *forte*, *quare*, *qua*, *quo*: Etiam Verbis, *age*, *agite*, *agedum*, & mox ex Interjectionibus, ſeu, ut Sanctius ait, Sonis inarticulatis, *Apage*, quod eſt imperativæ formæ ab Ἀπάγω. Adde his, quæ Cl. Urſinus diſputat *Sect.* VII. *cap.* 1. De Interjectionum autem natura contra Sanctium vide Me ſupra 1, 2, 6.

Cap. XVIII.

De Conjunctione. Etiam Disjunctiva conjungit. Verum, Quare, Quapropter, Quod, *non ſunt Conjunctiones.*

Conjunctio non jungit ſimiles caſus, ut inepte traditur, (1) ſed tantum jungit ſententias: nam quum dicis; *Emi equum centum aureis*, *& pluris*; ſyntaxis eſt, ego emi equum centum aureis, & ego emi equum pretio pluris æris. *Petrus*, *& Paulus diſputant*, id eſt, Petrus

(1) *Sed tantum jungit ſententias.*] Res manifeſta ex multis Auctorum locis, in quibus diverſi plane caſus per conjunctionem connectuntur. Salluſtius *Jug.* 7. *Ubi videt neque per vim*, *neque inſidiis*, *opprimi poſſe hominem.* cap. 23. *aut per vim*, *aut dolis.* lib. 1. *Hiſtor.* in Orat. Philippi, *quos per fidem aut perjurio violaſti*, ut recte ex MStis reſtituit Ciacconius. Tacitus *Hiſtor.* I. 55. *Non tamen quiſquam in modum concionis*, *aut ſuggeſtu*, *locutus.* Florus III. 23. *ſed quantum*, *lateque*, (pro, & quam

trus diſputat, & Paulus diſputat. Conjunctionum officia

quam late) *fax illius motus exarſit?* Salluſt. *Jug.* 5. *cujus in Africa magnum, atque late imperium valuit.* Sic integræ ſententiæ diverſarum conſtructionum, Livius I. 46. *Criminandi Servii occaſionem ſibi datam ratus eſt, & ipſe juvenis ardentis animi, & domi uxore Tullia inquietum animum ſtimulante* Sall. *Jug.* 25. *Hi quod in invidia res erat, ſimul & a Numidis obſecrati, triduo navim aſcendere.* Actor. Apoſt. XXII. 17. ἐγένετο δέ μοι ὑποςρέψαντι, καὶ προσευχομένου μου, γενέσθαί με ἐν ἐκστάσει, *accidit mihi, ut eſſem in ecſtaſi, quum reverſus eſſem, & quum precarer Deum.* Et diverſi plane Nominativi, etiam per Ellipſin omiſſi, Livius XLV. 20. *Omnibus honoribus & præſens eſt cultus, & proficiſcentem proſecuti ſunt*, ſcil. Romani. cap. 28. *Ubi & alia quidem ſpectanda viſa*, ſcil. ſunt ab Aem. Paulo, *& Jovem veluti præſentem intuens, motus animo eſt* ſcil. Paulus ipſe. Salluſt. *Jug.* 101. *Cum peditibus, quos Volux adduxerat, neque in priore pugna adfuerant*, pro *& qui non &c.* cap. 79. *Carthaginienſes eo in loco Philænis Fratribus aras conſecravere, aliique illis domi honores inſtituti.* quod male mutavit Popma. Alia vide in Notis meis ad Aeliani *Var. Hiſt.* XIII. 40. & infra III. 14. 1. Non tamen adeo *inepte tradi*, dixerim cum Sanctio, Voſſio, &c. *Conjunctionem jungere* etiam *ſimiles Caſus*, aut Voces ſingulas. Quando duo Nomina referuntur ad Unum Verbum, aut ab uno pariter pendent, quid opus eſt, ea diſtrahere in duas ſententias & conſtructiones, ut duplex videatur actio, quæ ſimplex & una eſt? Certe enim duplex videretur emtio diverſorum equorum, ſi diceres, *Emi equum centum aureis, & emi equum pretio pluris æris*, ut exponit Sanctius verba unius emptionis, *emi equum centum aureis & pluris* ſcil. æris pretio. Sic ſi dicas, *Emi librum X. drachmis & IV. obolis*, in eo non duplex eſt ſententia; ſed unica, & copula nihil jungit, niſi ſimiles caſus & voces, quæ pariter unum conficiunt pretium, quo liber unus eſt emptus. Sic recte dixeris, *Saulus & Paulus ſunt iidem*, at ſi hæc diſtrahas, *Saulus eſt idem, & Paulus eſt idem*, prius membrum nullum habebit ſenſum, quia nihil eo continetur; & præceſſit nihil, quo referatur τὸ *Idem*, quod utique relationem quandam comparationis ad rem aliam & ſpecie tantum diverſam requirit. Urſinus To. 1. p. 1010. *parum recte a* [illegible] *dicere* ait, *Conjunctione vocabula quoque ſingula conjungi.* at To. 2. p. 453. 454. diſputat contra Sanctium, affirmantem non *caſus ſimiles*, *ſed orationes conjunctionibus conjungi.* Quæ non video, qui prioribus congruant. Pergit dein contra Voſſium, Scioppium, & Me, notare *Similitudinem* conjunctorum *non ita ſtricte capiendam, quaſi in omnibus voces conſentire debeant, Sufficere aliqua in parte inter ſe ſimiles eſſe.* Ea vero quid ſibi velint neſcio, quum certe Ego id (*debere*) nuſquam monuerim, nec unquam voluerim.

Digitized by Google

ficia diſtinguere, veluti diximus de Adverbio, Grammatici munus non eſt: nam ſi ad Grammaticam ſpectes, omnes ſunt Conjunctiones, etiamſi videantur disjungere; nam quî minus conjungit, *dormit, aut vigilat*, quam *dormit, & vigilat*? In ſenſu multum differt, in grammatica nihil. Eas tamen explicationis majoris cauſa in claſſes diſtribuamus.

Copulantes abſolute, *Et, que, nec, neque, ac, atque, quoque, etiam, item, itemque.*

Copulantes ex conditione, *Quum, tum, ſi, ſin, niſi.*

Disjungentes, *Aut, vel, ve, ſive, ſeu, an, nec ne, utrum*: ſed hoc Nomen eſt.

Adverſantes, *At, ſed, porro, tamen, tametſi, etſi, licet, quanquam, quamvis, autem.*

Rationes illativæ, ſive colligentes, quas ratio præcedit, *Ergo, igitur, ideo, itaque, quocirca, proinde, quare, quapropter*, ſed (2) hæc duo Nomina potius, *Qua de re, Propter quæ.*

Cauſales, quando cauſa ſequitur, *Nam, namque, enim, enimvero, etenim, quia, quoniam, ſiquidem, quippe, utpote, propterea quod. Quod*, non, ut putant grammatici, Conjunctio eſt, ſed ſemper eſt Nomen relativum, ubi intelligitur præpoſitio.

Declarantes, *ut, uti, velut, veluti, ſicut, ſicuti, ceu, tanquam.*

Sed Grammatico ſatis eſt, ut dixi, ſi tres has Partes poſteriores vocet Particulas indeclinabiles, & functus erit officio perfecti Grammatici. Atque hæc de natura ſex Partium orationis, nunc ad illarum Conſtructiones accedamus.

LIBER

(2) *Hæc duo Nomina potius &c.*] Nomina etiam ſunt *Ergo*, quod eſt Græcum ἔργῳ, ſicuti alibi Sanctius & Scioppius oſtenderunt, & Nos pluribus. Vide infra III. 14. & maxime IV. 14. *Ideo*, quod conſtat duobus Nominibus, (Vide Me infra ad III. 14.) ſicuti *Quocirca* Nomine & Adverbio, *Quamvis* Nomine, & Verbo, *Quanquam* geminato Nomine, ſeu Pronomine. Sed & *Licet* inter Adverſantes collocatum, liquido eſt Verbum.

Digitized by Google

LIBER SECUNDUS.

Cap. I.

De conſtructione Nominum. Conſtructio eſt Duplex. Concordia Triplex.

Constructionem diximus dividi in Concordiam, & Rectionem: item, Concordiam triplicem eſſe, Adjectivi & Subſtantivi; Nominis & Verbi; Relativi & Antecedentis. Subſtantivum & Adjectivum numero & caſu tantum conſentiunt, non genere; nam Adjectiva Genus non habent, [vide lib. 1. c. 7. p. 55. 56.] ſed certas terminationes ad Genera, propter quas Subſtantivorum Genus indagamus. Itaque poſtquam ſcieris, cujus generis ſit *paries*, tunc neceſſario dices, *paries albus*; quia *albus* eſt terminatio ad genera maſculina: reſtat deinde ut accedat concordia numeri, & caſus. Quod ſi objicias: *Paries alba* in numero & caſu concordant, nec tamen eſt perfecta Concordia. Reſpondeo: Concordiam perfectam eſſe, ſed a te peccatum eſſe in regula, quæ ante Concordiam eſt, quæ jubet, terminationem in *us* deberi neceſſario maſculinis. Eadem ratio eſt in Concordia Nominis, & Verbi; diximus enim hanc Concordiam ex ſolo Numero conſtare. Tu objicis; *ego docet*, eſt numeri Concordia; non tamen congruit omnino oratio. Peccatum item a te eſt in regula, quæ docet, omnem nominativum eſſe tertiæ perſonæ, præter, *ego*, & *tu*, &c. Quia igitur ignoraſti, *ego*, eſſe primæ perſonæ verbalis, non adaptaſti concordiam, quæ poſt regulam ſequebatur.

Cap.

Cap. II.

Concordia Nominis & Verbi. Nominativus a nulla parte regitur. Duo Nominativi ſimul in eadem oratione.

Ex Nomine & Verbo, tanquam ex materia & forma, quæ breviſſima ſit, conſtituitur oratio: id docet Plato in *Sophiſta*, & Ariſtoteles lib. 2. περὶ ἑρμηνείας. Porro Nomen cum Verbo in ſolo Numero convenit, ut diximus, non in Perſona, ut docent Grammatici: nam ea, quæ conveniunt, debent in aliquo tertio, quod ſit ambobus commune, convenire: (1) Sed nomina non habent Perſonas, id eſt facies illas, quas ſola Verba retinent. Non ergo in perſona, caſu, genere, Nomina cum Verbis conveniunt; ſed quum ſint omnia, exceptis duobus, tertiæ perſonæ verbalis, ſemper in illam tertiam perſonam ferentur: opus tamen eſt Concordia, quia duplex illa perſona eſt, ſingularis, & pluralis: itaque qui dixit; *ego diſputat*, erravit in Regula; qui dixit; *ego diſputamus*, erravit in Concordia; illud enim neceſſitatis fuit, hoc concordiæ. Rectus præterea nunquam regitur: nam in hac oratione, *Cato ſcribit*, *Cato* non regitur a verbo; (2) nec *ſcribit* a *Cato*: ſed Con-

(1) *Sed nomina non habent perſonas.*] At vide, quæ contra hanc ſententiam notavi ſupra ad Lib. 1. cap. 12. Nota 2 & 3.

(2) *Nec ſcribit a Cato.*] Quum dico, *Cato ſcribit*, eſt hæc quidem Concordia Nominis & Verbi, & ea quidem tum in Numero, tum in Perſona, ac perſonali terminatione, uti patet ex iis quæ docui *ſupra d. l.* Sed & *Rectio* recte poſſit appellari. Nam illud in conſtructione *regere* videtur, quod in naturali vocabulorum ordine præcedit, & flagitat ſibi jungi aliud vocabulum certa terminatione. Quum ergo dico, *Cato ſcribit librum*; ſicuti τὸ *ſcribit*, quia flagitat ex omnibus terminationibus vocabuli *liber* proprie illam, quæ eſt *librum*, eam idcirco *regere* dicitur, ſic & *Cato* flagitat, & proinde *regit* revera, ex omnibus ex terminationibus vocabuli *ſcribo* eam, quæ eſt tertiæ perſonæ ſingularis Numeri. Sed

Digitized by Google

Concordia eſt Nominis & Verbi, & *Cato* ſuppoſitum eſt; non perſona agens aut patiens, ut ſomniant Grammatici. Nec ullo alio modo reperitur Nominativus in Latino ſermone: nam in illis; *O vir fortis, atque amicus*; *En primus*; *ecce homo*, vel *ecce hominem*, quærendum Verbum eſt, ut docemus in *Ellipſi Verborum*. Duplex Nominativus non uno modo videtur reperiri in eadem oratione; ut *Ego Annibal peto pacem*: ſed deeſt, *Ens*, vel, *qui ſum Annibal*, Vide *Ens*, in *Ellipſi*. Omne præterea Verbum utrinque Nominativum videtur habere; ut *legis invitus*, *doceo libens*; ſed hic quoque deeſt *Ens*. In Verbis quibuſdam paſſivis fit reciprocatio; ut *vocor Sanctus*; *Diceris poëta*. Sed hoc eſt ab activo, *Dicunt te poëtam*.

tamen quia Grammatici ſolent hæc diſtinguere, ſequamur ſane eos potius, quam ut de appellatione ſola litigemus.

CAP. III.

Genitivus ſignificat poſſeſſorem: neque Græce, nec Latine a Verbo regi poteſt. Græcæ Conſtructiones Genitivorum. In præſentiarum *qua ratione dicatur. Urbs Toleti Latine dicitur. Duo genitivi ab uno eodemque nomine reguntur.*

GEnitivus perpetuo ſignificat poſſeſſorem, ſive active, ſive paſſive capiatur; ut *amor patriæ*, (1) *vulnus Achillis*; unde fit, ut a verbo regi non poſſit; nam poſſeſſor

(1) *Vulnus Achillis.*] h. e. ab Achille profectum. Eſt enim exemplum hoc Genitivi Active ſumpti, ſicuti prius eſt Paſſive ſumpti. Sic Cicero active, *Famil.* V. 8. *Quædam peſtes hominum, aliena laude dolentium.* VIII. 8 *Illa Cn. Pompeii ſunt animadverſa.* Lucianus de *Morte Peregr.* ταῦτα μὲν ῥᾴδια, καὶ παντὸς ἂν εἴη, h. e. *hæc quidem facilia ſunt, & ab omni homine fieri poſſunt.* Sed prorſus ſimile huic noſtro eſt illud Virgilii, *& Vulnere tardus Ulyxi*, de quo vide Gellium IX. 12. ubi etiam de Genitivo Paſſive ſumpto agitur. Cujus generis quoque ſunt illa Taciti *An.* XI. 8 *Defectores*

ſeſſor & res poſſeſſa nomina *relata* ſunt, ut vocant Dialectici, quum alterum ſine altero nequeat intelligi; *poſſidere* verba ſignificabunt, at *poſſeſſionem* nunquam: Hæc quum ignorarent Grammatici, varias ſpecies ſtatuerunt Verborum, quæ Genitivum regerent: quæ peccata ſigillatim diſcutienda ſunt.

In verbis pretii & æſtimationis, ſi ſit genitivus, a nomine, non a verbo regitur; ut *magni emi*, deeſt *pretio*: integrum enim erat, *emi hoc magni æris pretio.* Et quum dico, *Nihili*, vel *Pluris te facio*, (2) deeſt *æſtimationis*, vel *pretii.* Vide *Pretium* in Ellipſi, & *Aeris.*
» [*Magni fit a multis*, ſubaud. *Homo*: Id eſt, fit
» homo magni pretii, faciunt eum hominem magni
» pretii.]

In verbis accuſandi, & abſolvendi manifeſte patet genitivi natura; nam deeſt Ablativus *Crimine*; & ut Bar-

ctores patris ſui, pro, à patre ſuo. Sueton. *Claud.* 29 *In concubitu dilecti adoleſcentuli confoſſus.* Aelian. Var. Hiſt. V. 21. ὑπὲρ τοῦ τολμήματος τῶν παίδων, *propter facinus in pueros.* Vide & Me in Add. ad Ael. II. 25. 5. & hic in extr. hujus Capitis pag. 177.

(2) *Deeſt æſtimationis.*] Immo vero deeſt, *rem æſtimationis*, vel *pretii*, vel etiam *momenti*, *Pluris* Nep. *Alcib.* 8. *Videt ſe nullius momenti futurum.* Plaut. Cap. III. 1. 17. *Neque ridiculos jam teruncii faciunt*, intellige *rem*: quod rectius hic intelligi puto, quam, quod cum Scioppio profert Urſinus Tom. 2. p. 205. *Hominem.* Nam certe uſitatius erit & concinnius quod ad ſenſum, ſi phraſin, *Ego te non facio flocci*, ſuppleveris, *Ego te non facio rem flocci*, potius quam *Hominem flocci.* Immo non aliter expleri aut explicari poteſt, quod Plautus ait in Rud. Prol. v. 47. *Is Leno, ut ſe æquum eſt, flocci non fecit fidem*, h. e. fidem non fecit rem flocci. Et Perſ. II. 2. 42. *Nihili facio ſcire*, h. e. ſcire illud eſt apud me res nihili, ſeu facio illud rem nihili. Cicero Famil. III. 10. *Quod ſi tanti facies, quanti Ego faciendum eſſe judicavi*, pro, quod ſi facies rem tanti pretii, &c. Atque ita paſſim. Sed non eſt tanti hæc res, ut in controverſiam abeat. Porro Plautus *Pſeud.* III. 2. 20. *Me nemo poteſt minoris nummo, ut ſurgam, ſubire*, h. e. pecunia, vel re, pretii minoris nummo. Terent. Heauton. IV. 5. 40. *equidem iſtuc æqui bonique facio*, h. e. facio illud rem æqui & boni negotii. Adelph. II. 1. 9. *Tu quod te poſterius purges, &c. hujus non faciam*, h. e. non faciam illud rem hujus negotii aut pretii. Sic paſſim *Flocci pendere*, *Magni refert*, &c.

Digitized by Google

(3) Barbare dicitur, *Accuſo te crimine*, ita Latine dicitur, *Accuſo te furti.* Vide *Crimen* in Ellipſi.

Miſeret, *Miſereor*, *tædet*, *pertædet*, *pudet*, *piget*, *pœnitet*, genitivum regere videntur; ſed non ita eſt. Audiamus Priſcianum: *Hoc*, inquit, *ſciendum*, *Imperſonalia*, *quæ accuſativo ſimul caſui & genitivo copulantur*, ut, Pudet me tui, *ſimiliter* Pœnitet, Tædet, Miſeret, *Accuſativo quidem ſignificant perſonam*, *in qua ſit paſſio*; *Genitivo vero illam*, *ex qua ſit actus. Neque eſt mira hujuſcemodi ordinatio, quum in eoſdem caſus reſolvitur: eſt enim* Pudet me tui, *Pudor habet me tui*: Tædet me tui, *Tædium habet me tui*: Pœnitet me tui, *Pœnitentia habet me tui.* Hæc Priſcianus præclare, ni vocaſſet hæc verba *Imperſonalia*, quæ vere activa ſunt, & genitivum *Agentis*, qui regitur a nomine, quod in verbis latet; ut *pudor peccati pudet me*; & (4) *miſeratio pauperis miſeret me*, id eſt, me tenet. Vide in Ellipſi, *Nominativus cognatus*: & lib. 3. cap. 1. » [Lucretius tamen Nominativum » alie-

(3) *Barbare dicitur &c.*] Non ita barbare. Sic enim Tac. *Ann.* VI. 29. *quia male adminiſtratæ provinciæ, aliorumque criminum, urgebatur*, h. e. accuſabatur. Adde Urſinum *Inſtit. Sect.* VIII. *Cap.* 9. p. 210. 211. Sed & ſicuti *accuſare* & *arguere facinoris* recte dicimus, ſic quidni & *criminis*? Nam licet Sanctius infra IV. 4. in v. *Crimine*, diſtinguat inter *Crimen* & *Scelus*, & hoc *generale nomen* non eſſe contendat, ut eſt *Criminis* vox, & licet Urſinus d. l. hoc arripiat, quaſi recte factum; certum eſt tamen Vocabula *Facinoris* & *Sceleris* æque eſſe Generalia, & æque de quibuſvis majoribus Criminibus ſingularibus adhiberi, ac ipſam *Criminis* Vocem. Certe ita Plaut. *Pſeud.* II. 4. 56. *Malorum facinorum ſæpiſſime*, ſcil. *argutus eſt.* Cic. *Fam.* VI. 6. *Nefariorum ſcelerum condemnati.* XIV. 14. *Piſo ſceleris condemnat generum ſuum.* Poteſt autem in his omnibus intelligi *cauſa* vel *nomine*, ut *Damnatus nomine conjurationis* apud Ciceronem, vel *judicio*, ut *judicio capitis arceſſere aliquem.* Cic. de Offic. II. 14. Vide & infra in Ellipſi dicto loco, ad Vocem *Crimine*, & ad Vocem *Cauſa.*

(4) *Miſeratio pauperis miſeret me.*] Regi hic Genitivus videtur aliquando a vocabulo *vicem*. Terentius Heaut. IV. 5. 1. *Menedemi vicem miſeret me, tantum deveniſſe ad eum mali*: Ubi poſterius comma habendum pro Nominativo. Vide & infra ad III. 3. & IV. 3. init. *Vicem* autem ponitur pro *propter vicem*,

» alienum verbo, *Miſeret*, ſupponit lib. 3. (5) *Ipſe ſui*
» *miſeret*, pro Miſeretur, quod eſt, miſer fit ex animo,
» ſeu cruciatur miſeria ſui.]

' Ubi partitio ſignificatur, Genitivus ab alio nomine ſubintellecto pendet; ut *Quis veſtrum? Omnium primus, Romanorum fortior, Græcorum doctiſſimus.* Vide Ellipſin

vicem, ut apud Livium XXVIII, 19. *Solliciti vicem Imperatoris Milites.* Sic Plautus *Epid.* IV. 1. 1. *ſi quid eſt homini miſeriarum, quod miſereſcat miſer ex animo, id ego experior.* Cicero *de Invent.* II. 13. *Utrum id facinus ſit, quod pœnitere fuerit neceſſe*, in quibus *quod* ponitur pro *propter quod.* Vide & Voſſium de Conſtruct. cap. 13. extr. At ubi abſolute ſine addita ulla Nominativi ſpecie occurrit, ut *Miſeret me tui, Pudet me Filii*, tum vero intelligi videtur *negotium, factum, ſtatus, fortuna, reſpectus.* Atque ita tunc Genitivo ſignificatur, ut ait Priſcianus, *perſona, ex qua ſit actus*, ſed ita, ut alius ſubintelligatur Nominativus, quam quem ille vult intelligi. Sic ergo Ter. *Phorm.* I. 3. 20. *Noſtri noſmet pœnitet*, h. e. fortuna, vel negotium noſtri ſtatus, vel mali, vel abſolute *Noſtri*; ut, *Mei*, *Tui* &c. Sic *Miſeret me tui*, poſſis explere, negotium tui mali miſeret me, vel reſpectus tui miſeret me. Certe *reſpectus* vel *cogitatio* aut ſimile quid deeſſe videtur in locutionibus perſonæ, etiam in diverſo paululum ſenſu. Sic Terent. *Adel.* III. 4. 27. *Fratris me quidem pudet pigetque*, h. e. reſpectus Fratris male rem gerentis. At quando Filius ad Patrem dicit *ibid.* IV. 5. 49. *Et me tui pudet*, ſenſus eſt, reſpectus tui tam boni Patris. Belgice hæc diſtinguimus, *ik ſchaeme my Over u, en, Door u.* At quando in Genitivo non perſona, ſed res exprimitur, tum manifeſte intelligitur *negotium*, vel etiam, ſi quis malit, *reſpectus, cogitatio.* Certe nihil diſcriminis eſt, quod ad ſenſum, & conſtructionem Ellipſi manifeſta adjutam, inter illa, *Non te hæc pudent?* Ter. Ad. IV. 7. 36. Et, *Non te horum pudet*, ſcil. negotium vel cogitatio? Phorm. II. 3. 45. Ut & inter, *quem neque pudet quidquam*, ſcil. factum, *Adel.* I. 2. 4. Et, *apud alium ipſius facti pudet* ſcil. negotium, Heaut. III. 3. 35. Et ita jam Livius II. 5. *Miſerebat homines non pœnæ magis, quam ſceleris* ſcil. negotiū vel reſpectus. At apud Terent. Phorm. V. 7. 78. *neque hujus ſis veritus feminæ primariæ*, ſupple vel *cauſa*, ἕνεκα vel *reſpectu*, aut *reſpectum.* Vide & Voſſium de Conſtruct. cap. 27.

(5) *Ipſe ſui miſeret.*] Male hoc accepiſſe videtur Scioppius, licet ſenſum ſatis bene expreſſerit. Etenim ratio Grammatica locutionis hæc eſt, *Ipſe miſeret ſe ob factum vel fortunam ſui.* Idem vero eſt *Miſerere ſe* & *Miſereri.* Hinc Plautus Captiv. III. 5. 107. *Neminis miſereri certum eſt, quia mei miſeret neminem.* h. e. certum eſt propter neminis negotium miſerere me ipſum, quia mei nego-

Digitized by Google

Ellipſin *Ex numero* lib. 4. cap. 3. ut & lib. 2. cap. 10. 11.

Deſine querelarum, *Abſtine irarum*, *Integer vitæ*, *Laſſus viarum*; (6) Græca ſunt, in quibus deeſt præpoſitio ἐκ, quæ genitivum apud illos regit. Et quum dicis, *impleo granarium frumenti*, ſi Latine loqueris, ſignificas te implere granarium, quod ſit frumento dicatum; ut ſi dicas, *impleo pateram Regis*. » [Ita Plaut. Stich. act. 3. ſc. 1. » *Cadum vini veteris tibi propino*. Et Truc. act. 5. ſc. 1. » *Utrem ut habeat veteris vini*, pro cadum, vel utrem » (7) vino deſtinatum.] Sed poetæ aliquando Græcos imitantur: unde Virg. *Implentur veteris Bacchi*; Græci dicunt, πληρῶ τὸ ἄγγος οἴνου, id eſt, *impleo pateram de vino*; vel, ſi verbum verbo reddas, *de vini*. Nec tibi mira

negotium miſeret neminem. Ceterum ut Perſonaliter hic conſtruitur *Miſeret*, ſic & reliqua paſſim reperiuntur conſtructa. Nam ſic, *Ita nunc pudeo*, Plautus Caſin. V. 2. 3. *Nullus eſt, qui peccavit, quin pudeat*, Aulul. IV. 10. 6. *Piget me parum pudere te*, Trinum. III. 2. 35. *Perhorreſcat neceſſe eſt, & pudeat tacitus, & pœniteat*, Gellius V. 1. Sed vide & ipſum Sanctium infra *lib.* III. *cap.* 1. & *cap.* 3. ad V. *Pudet*, & *Pœnitet*.

(6) *Græca ſunt, in quibus &c.*] Græciſſant ſane, ſed non ita, ut Genitivus Græco more a præpoſitione ſuppreſſa regatur, ſed potius, per aliam & Latinis uſitatam Ellipſin, ab alio caſu. Ergo *deſine querelarum*, intellige *negotium*, vel *in negotio*. *Laſſus viarum*, ſupple *de cauſa*. Vide omnino Voſſium de Conſtruction. cap. 30. 33. Sed & ita paſſim Veteres. *Pecuniæ liberales erant* Sall. Catil. 7. *Pecuniæ ſuæ parcus, publicæ avarus* Tac. Hiſt. I. 49. *Severitatis & munificentiæ ſummus* Ann. I. 46. *Modicus voluptatum* II. 73. *Expertus induſtriæ* Sueton. Veſp. 4. Et cum Subſtantivis, vel abſolute. Cicero de *Senect. cap.* 2. *Ipſe mirari ſoleo cum ceterarum rerum tuam excellentem ſapientiam, tum* &c. Adde quæ notavi infra *Hoc Cap.* ad *pag.* 175.

(7) *Vino deſtinatum.*] Immo, & *Vino plenum*. Sic Sueton. Ner. 47. *Pyxis veneni*. Cic. Parad. III. 1. *Auri navim evertat, an paleæ, nihil intereſt*, h. e. onuſtam auro, vel palea. Matth. XXVI. 7. ἀλάβαστρον μύρου βαρυτίμου, *vas unguenti pretioſi*. Et Lucian. dial. Meretr. p. 751. ἀλάβαστρον μύρου ἐκ Φοινίκης. Simile his ferme eſt illud Terentii Heaut. IV. 7. 10. *Hæc talenta dotis appoſcunt duo*, h. e. duo talenta, quibus conſtet dos. Qui locus potius, quam ille Apuleji, conferendus erat a Voſſio *de* Con-

mira videatur hujuſmodi conſtructio; nam antiqui Latini, verbum ex verbo reddentes, (8) Genitivo addebant præpoſitionem. Vitruv. lib. 1. c. 2. *Quantitas autem eſt*

Conſtruct. cap. 7. cum Plauto *Perſa* III. 2. 66. *Dabuntur dotis tibi ſexcenti logi.* Sic idem in Trinum. v. 2. 34. *Spondeo, & mille auri Philippum dotis.* Sed & Alii ſic quoque loquuntur, veluti Corn. Nepos in *Alcib. cap.* 9. *Ex quo quinquaginta talenta vectigalis accipiebat.* in *Timoth. cap.* I. *Mille & Ducenta talenta prædæ in publicum detulit.* In hiſce non ponitur *regens Subſtantivum in Caſu recti*, h. e. in Genitivo, *nec rectum in caſu regentis*, ſeu, non ponitur *dotis ſexcenti logi*, pro *dos ſexcentorum logorum*, ut volunt Voſſius & Urſinus, ſed ſummæ hæ referuntur ad dotem, vectigal, prædam, tanquam quibus continentur, & quaſi poſſidentur, quibus tribuuntur, & ſeſe vel rationem ſuam ac originem debent. Sic plane Cic. *Famil.* V. 20. *Non eſt id rationum*, h. e. non pertinet hoc ad rationes, non referendum hoc in rationes.

(8) *Genitivo addebant præpoſitionem.*] Indignum profecto Sanctio, qui adeo probe perſpexit indolem linguæ, & frequentiſſimum in ea Ellipſeos uſum, exiſtimaſſe hoſce Genitivos regi proxime a præpoſitionibus ſine intercedente Ellipſi alterius caſus. Nec longe tamen abſcedit Urſinus To. 2. *pag.* 55. ubi *Latinos hoc genus ſtructuræ ſimpliciter in Linguam ſuam tranſtuliſſe* cenſet, quum *multa Latini Græcis debeant, & magna ſit utriuſque linguæ etiam hic convenientia.* Et *pag.* 234. Conſtructionem Verborum cum Genitivis *ſimpliciter ex Græco ſermone traductum ab Auctoribus Latinis, ſuæ nempe Græcæque linguæ cauſarum ignaris æque atque incurioſis, quæ ſententia non tam improbabilis eſt, quam videtur Perizonio.* Utrobique tamen addit, *AUT, ſi Latina Latine ſupplendi ratio magis arridet*, intelligendum tunc *in negotio* vel ſimile quid, quæ mea erat ſententia, & quæ ſine dubio naturæ rei eſt convenientior, quum indaganda ſit Linguæ Analogia ex ejuſdem potiſſimum Linguæ rationibus: Neque vero adeo ignari aut incurioſi ſuæ Linguæ fuerunt præcipui optimæ ætatis Auctores Latini, apud quos ſæpius talia reperiuntur, ut ſimpliciter Græcas conſtructiones, Latinis prorſus inuſitatas, Latinis tamen verbis expreſſerint. Conveniat hoc in Hyginum, in antiquum Irenæi Interpretem, & ſimiles; neutiquam convenit in claſſicos Auctores. Certe in his Præpoſitionibus Genitivo junctis, non ſimpliciter Græcam conſtructionis formam, verbum ex verbo reddentes, tenuiſſe Latinos, patet utique manifeſte ex eo, quod & præpoſitio IN cum Genitivo in his Vitruvii exemplis occurrit. Atqui neque apud Græcos 'Εν Genitivum admittit, ſed ſolum Dativum; & proinde, ſi quando Genitivum penes ſe habet, ſine ulla hæſitatione etiam apud illos per Ellipſin explicari debet.

eſt modulorum ex ipſius operis ſumptio; ibid. cap. 4. *Aquatiles*

Veluti apud Ael. Var. Hiſt. III. 45. Philippo icitur oraculum datum ἐν Βοιωτίῃ ἐν Τροφωνίῳ, h. e. *in Bœotia in Throphonii æde.* Et IV. 15. de Alcibiade, ἐν Φαρναβάζου γενόμενος, h. e. apud Pharnabazum, ſeu proprie, *in Pharnabazi* aula, agens. Similiter ergo apud Latinos ſe res habet. Neque ſolum hujuſmodi Ellipſis occurrit apud Vitruvium, licet is præcipue, ut ſæpe alii Auctores alias phraſes præ ceteris frequentant, ea videatur delectatus, (ſi modo loca hæc ita, ut a Sanctio hic exhibentur, legenda ſint: nam in noſtris & ultimis edd. pleraque aliter eduntur) ſed & apud Alios, ut videre eſt in Voſſio *de Conſtruct. cap.* 7. extr. Adde illis Gellium I. 25. *Induciis in menſium aliquot factis* ſcil. ſpatium, vel tempus, niſi tamen & iſtic delenda ſit vocula *in*, quod pene putem. Sed tamen eandem Ellipſin deprehendes in Græca Inſcriptione apud Jac. Sponium Itiner. To. 2. p. 233. Ed. Amſtel. μείνας εἰς ὀλίγων. ἔτων. συνείδημα. ſcil. χρόνον. Hinc porro etiam petenda ratio locutionis illius antiquæ, *In præſentiarum*, non tanquam ſi Genitivus regeretur ab IN, ut perperam vult Sanctius, ſed a ſuppreſſo *tempore*, uſitata in ſimilibus Ellipſi. Quod cum ita ſit, non debuiſſet Scioppius in *Jud. de Stylo Hiſt.* p. 59. tanta confidentia illam locutionem tanquã prorſus lutulentam rejicere, & Viris Doctis hujus ſeculi vitio vertere, Catoni, Fannio, Nepoti, Tacito, Apulejo, Minucio, & aliis olim uſurpatam. Neque ſatis etiam cauſæ, quare Vir Doctiſſimus, & mihi, quum viveret, amiciſſimus, Chriſtoph. Cellarius, in *proleg. ad Curas poſter. de Barbar.* et *analogiam reclamare* tradat, ac propterea *de bonitate ejus dubitet.* Nec tamen Ego illam in optima Linguæ Lat. ætate frequentatam, atque adeo nobis ſine hæſitatione imitandam, aut crebro adhibendam putem, ſed tantum Latinitatis finibus ejiciendam penitus, atque uſu ipſo & analogiæ rationibus plane deſtitutam, & eo uſque de *bonitate* ejus dubitandum, non arbitrer. Non poſſum enim mihi perſuadere, in tot Auctorum loca ſimul phraſin hanc culpa librariorum irrepſiſſe. Quocirca quum videam jam ab antiquiſſimis Auctoribus, Catone & Fannio, adhibitam, ac dein, ſæculo certe Cæſarum ſecundo, & deinceps, a Tacito, Apulejo, Ulpiano, Minucio Felice, Cypriano &c. ſæpius uſitatam, haud cenſeam ergo MStis codicibus Cornelii Nepotis, ex præjudicio in eam phraſin concepto, fidem temere abrogandam, aut ipſam ex Nepote excludendam, quod neque Cellarius facit. At ſi illa hunc quoque vindicare ſibi poteſt, magnum ſane habet Auctorem, Virum quippe Tullianæ ætatis, & ſermonis elegantiſſimi. Sed deſiderat Clariſſ. Cellarius probari ſibi *tempus præſentiæ* aut *præſentiarum*, Latinis unquam dictum. Vidi etiam nuper Diſſertationem ſive Godefr. Hechtii, ſive

tiles autem piſcium naturæ, quod temperatæ ſunt a calido plu-

ſive Joh. Georg. Schulzii, de hac ipſa phraſi in Academia Wittenbergenſi publice an. 1609. propoſitam, cujus Auctor etiam ipſam vocem *præſentiarum* in plurali commonſtrari ſibi poſtulat. Poſterius hoc amolitur pro me Cl. Urſinus *Inſtitut. Tom.* 1. p.923. & *præſentias* exponit præſentes res, ſicuti Cicero dixerit *fortitudines* pro fortibus factis. Eſſe itaque *in præſentiarum* idem quod *in Præſentium rerum tempore.* Et ſane complura ſunt Nomina rarius & vix uſitata in plurali, quorum tamen exemplum unum aut alterum etiam ex optimis Auctoribus proferri poteſt. Sic *Avaritiæ, Culpæ, Gloriæ, Quietes, Soboles*, apud ipſum reperiuntur Ciceronem. Vide alia complura apud Urſinum To. 1. p.106. Sed & occurrit paſſim *in præſentia*: at qua præſentia? Poteſt enim intelligi *Hominis*, vel *Rei*; ſed ex ſenſu manifeſtum eſt intelligi *Temporis*. Terent. Heaut. V. 2. 9. *Suavia in præſentia quæ eſſent habere prima, neque conſulere in longitudinem.* Adel. II. 2. 14. *Nunquam adeo aſtutus fui, Quin, quicquid poſſem, mallem auferre potius in præſentia.* Tac. Agric. 39. *Optimum in præſentia ſtatuit ſeponere odium.* Idem ſæpiſſime *Præſentia* in plurali pro ſtatu rerum præſentis temporis, vel præſentibus negotiis illius temporis, poſuit, & futuris vel veteribus oppoſuit. Quidni ergo analogice quoque dicatur *præſentiæ* vel *præſentiarum tempus?* Sed tamen de ſupplemento Ellipſeos cum nemine contenderim. Modo locutio ipſa habeatur Elliptica, per me licet, ut alia & commodior ejus explendæ via teneatur. At *nihil huic ſimile*, ajunt, *in tota invenitur lingua.* Sit ita: Nihil tamen hoc impedit, quo minus uſu fuerit recepta in Latinum ſermonem, maxime quum Analogice per Ellipſin expediri queat. Plurima enim ſunt, quorum ſimile nihil uſquam reperimus, & quorum Analogia eſt inſuper nulla, vel certe impeditiſſima. *Macte* omnem habet ſpeciem Vocativi, & tamen eadem formâ ad aliorum quoque caſuum Conſtructionem adhiberi illud, certum eſt. Quid huic habemus ſimile, aut quod aliud ejus formæ vocabulum hoc modo adhibitum tota in Lingua? Sic *Mane*, & multa ſimilia, quorum ratio ſignificationis, & Syntaxeos, atque explendæ Ellipſeos, ex ipſis Veteribus demonſtrari nequit, notiſſimi tamen ſunt uſus. Aſt hujus ipſius prorſus ſimile habemus apud Petronium, qui bis *cap.* 58. & 74. dixit *de præſentiarum*, eodem ſenſu, forma, & Ellipſi, qua *in præſentiarum.* Sed neutrum imitabuntur facile, niſi qui rationibus inepte delectantur. Porro ſimilia illis Genitivi cum Præpoſitione Conſtructionibus Ellipticis ſunt etiam illa, quæ Genitivum item jungunt variis præpoſitionibus, intellecta voce, *æde* vel *ædibus*, ut dicatur, *ad Opis, ad Caſtoris, ἐις ᾅδου, ἐις παιδοτρίβου, in Veneris, a Veſtæ*, quæ paſſim apud Græcos & Latinos eadem Ellipſi occurrunt. Qua-

 propter

plurimumque ex aëris & terreni ſunt compoſitæ : ibidem cap. 5. *Quum ergo iis rationibus erit ſalubritatis in mœnium collocandorum explicatio* : & lib. 3. cap. 2. *Præterea ſi ex imbrium aquæ vis occupaverit* : & lib. 9. cap. ult. *Deſcriptioque ex duodecim cœleſtium ſignorum ſit figurata.* Hæc teſtimonia Vitruvii aliqui conati ſunt emendare, neſcientes ad Græcam formam eſſe dicta; ſed in antiquis manuſcriptis ita, ut citavi, leguntur : hinc illud antiquum, *in præſentiarum.* Nec hæc, ut imitere, aſſeruntur, ſed ut intelligas, quoties genitivus videtur adhærere verbis, vel etiam adjectivis nominibus, eſſe Græcam phraſim, eamque figuratam. Hinc illud Horatii; *Deſine mollium tandem querelarum* : Idem, *Abſtineto*, dixit, *irarum*, *calidæque rixæ* : quod Homericum eſt;

propter ſtatuenda ſemper Ellipſis alterius Nominis Subſtantivi, quoties Genitivus jungitur vel Verbis, vel Nominibus Adjectivis, vel etiam particulis quibuſcunque. Veluti Adverbiis, Plaut. Rud. IV. 4. 144. *Credo ego illic ineſſe auri & argenti largiter*, intellige *negotium*. Neque aliter Græci. Vide me ad Aelianum V. 18. 5. in Addendis. Exiſtimat tamen Urſinus To. 2. p. 437. ex Græciſmo explicandam harum locutionum conſtructionem, atque adeo in illo Plauti loco Genitivos *argenti & auri* regi proxime a τῷ *largiter*, quia & Græci dicant, ἅλις χαίτης. At quid opus, ad inſolita, & analogicis Linguæ legibus prorſus adverſa decurrere, quando uſitatiſſima Ellipſi & commodiſſima locutione rem expedire ſatis ſuperque poſſumus. Latine prorſus & commode ſatis dicemus, *credo ego negotium auri & argenti illic ineſſe largiter*, æque ac, *aurum & argentū illic ineſſe largiter.* Quin ipſe Urſinus pag. proxima ſuperiore loca adfert ex Terentio, Cicerone, Salluſtio, quibus Accuſativus & Adverbium copiæ vel inopiæ ſimul Verbis junguntur, veluti *Parentes*, h. e. ſubjectos, *abunde habemus*, pro quo uſitatius, ſed eodem ſenſu, dicitur, *Parentium abunde habemus*, h.e. negotium parentium. Quidni eodem igitur modo dixerit Plautus *habere negotiū auri & argenti largiter*? Sæpe autem Genitivum expreſſum regi a ſuppreſſa voce *Negotium*, adeo uſitatum eſt, ut ipſe Urſinus id pag. 436. agnoſcat. Sed & ſic in exclamatione, Plaut. *Moſtell.* III. 3. 9. *Dii Immortales, mercimonii lepidi!* ſcil. *eſt res.* Catull. *car.* 9. *O mihi nuncii beati!* h. e. res hæc eſt mihi res beati nuncii. Quibus conveniunt plane locutiones uſitatiſſimæ, quas Auctor ipſe in *verbis memoriæ* mox profert, *Venit in mentem illius diei, cum in animo haberem navigandi.*

Digitized by Google

eſt; Ἀλλ' ἄγε λῆγε ἔριδος; id eſt, *deſine contentionis.* Virg. *Nec veterum memini, lætorve malorum*: idem, *Juſtitiæne prius mirer, belline laborum?* Plautus Rudent. *Ut me jam omnium laborum levas*: idem Sticho; *Hæ res vitæ meæ, ſoror, ſaturant*: idem Ciſtellaria; *Paternum ſervum ſui participat conſilii.* Ovid. *Succeſſorumque Minervæ indoluit.* Horat. *Et morbi miror purgatum te illius.* Tacit. *Veteres oratores* (9) *Grammaticæ, Muſicæ, & Geometriæ imbuebantur.* Vide Ἐκ in Helleniſmo, & in Ellipſi *Cauſa.*

Deeſt etiam in genitivis Græcorum ſæpiſſime adverbium ἕνεκα, id eſt, cauſa, vel gratia. Vide *Cauſa* in Ellipſi.

In verbis memoriæ, ſi genitivis utimur, aut eſt eadem phraſis Græca, aut nomen verbi ſupplendum eſt; ut *memini tuorum conſiliorum*, ſupple, *mentionem*; *venit in mentem illius diei*, ſup. *mentio* vel *recordatio.* Ubi errant, qui dicunt eſſe antiptoſin, ut *illius diei* dicant eſſe, pro, *ille dies*: quos merito ridet Valla lib. 1. cap. 5. Cic. *Quum in animo haberem navigandi*, ſupple, propoſitum, teſte eodem Valla; & Linacro lib. 6. Vide in Ellipſi, *Mentio.*

Potiri rerum. Vide in Ellipſi *Imperium*: contra Valla lib. 3. cap. 34.

(10) *Natus Romæ, Ægypti educatus*, & ſimilia, deeſt *Urbs*, vel *locus*, vel *provincia.* Vide *Urbs.*

(11) *Non eſt tui muneris*; *non eſt moris*; *Regis eſt gubernare.* Vide *Officium*, vel *Negotium.*

Sata-

(9) *Grammaticæ, Muſicæ, & Geometriæ.*] At omnes, quos vidi, vidi autem præcipuos, Lipſius, Pichena, Freinshemius, J. F. Gronovius, Ryckius, ediderunt *Grammatica, Muſica, & Geometria.*

(10) *Natus Romæ.*] Sic & in Appellativis. Plaut. Bacchid. II. 2. 27. *Proximæ viciniæ habitat.* Mil. Glor. II. 3. 2. *Me vidiſſe hic proximæ viciniæ*, ſcil. in loco.

(11) *Non eſt tui muneris.*] Cic. Famil. V. 20. *Non eſt id rationum*, h. e. non eſt negotium, quod in rationes inferri debeat. Sic ibid. *Reliquum eſt de HS. centum millibus, non mei errati, ſed tui.*

(12) *Satagit rerum ſuarum*, dixit Terent. Heaut. unde Grammatici putant *ſatago* regere genitivum, quum ſit *agere ſatis rerum ſuarum*. Plaut. Bacch. IV. 3. *Nunc agitas tute ſat tuarum rerum.*

Pendeo animi; *Diſcrucior animi*; *Deſipio mentis*; *Felix animi*; *Impotens lætitiæ*; *Integer vitæ*; *Sceleris purus*; *Laſſus maris*, & *viarum*, *militiæque*, (13) Græca omnino ſunt, & figurata. Vide *Mens* in Ellipſi, & Helleniſmum.

Eo ad Minervæ, ſubaudi *Ædem*; *Tullius Ciceronis*, ſupple

tui. Plautus Merc. IV. 5. 12. *Pol haud cenſebam iſtarum eſſe operarum Patrem*, h. e. illis operis eſſe deditum, vel occupatum. Hic tamen intelligitur *Hominem*, quaſi dictum eſſet, *Patrem non eſſe Hominem iſtar. oper.*

(12) *Satagit rerum ſuarum*] Genitivus hic regitur, nec a verbo *Satagit*, nec a vocula *Sat*, ut velle videtur Sanctius, ſed ab Ellipſi *in negotio* vel *nomine*. Nam *Satagere* per ſe & ſimpliciter ſignificat affligi, laborare. Plaut. Merc. II. 1. 4. *Ego hac nocte in ſomnis egi ſatis, & fui homo exercitus.* Gell. III. 8. *Cum Pyrrhus unam atque alteram pugnam proſpere pugnaſſet, ſatiſque agerent Romani.* Additur & præpoſitio DE. Gell. IX. 11. *Conſulibus de vi ac multitudine hoſtium ſatis agentibus.* Plerumque tamen Genitivus. Gell. I. 17. de Socrate, *Irarum & moleſtiarum muliebriū per diem perque noctem ſatagebat.* Intellige vel *de cauſa*, vel *in negotio*. Ita vero cum aliis etiam Verbis ac Nominibus jungitur eodem fere ſenſu Genitivus. Plaut. Aſin. II. 4. 53. *Cui omnium rerum ipſus ſemper credit.* V. 2. 5. *Si me mendacem hujus rei inveneris.* Terent. Adelph. IV. 5. 61. *Nolim te ceterarum rerum ſocordem eodem modo.* Gell. VI. 15. *qua eſt omnium rerum verecunda mediocritate*, h. e. in negotio omnium rerum. Cœl. Famil. VIII. 14. *Neque mearum, quid conſilii capiam, reperio.* Cic. de Off. I. 8. *Nulla ſancta ſocietas nec fides regni eſt.* Tac. Ann. VI. 4. *Præcipuus olim circumveniendi Sabini, & tunc luendæ pœnæ primus.* Cujus generis ſunt frequentia illi, *Vetus militiæ*, *Modicus voluptatum*, *ſeveritatis & munificentiæ ſummus*, &c. Vide & alia ſupra nota 6. Similes & ejuſdem analogiæ ſunt Adjectivorum quorundam conſtructiones cum Gerundiis in DI. Ovid. Heroid. 1. 8. *Neve revertendi liber abeſſe velis*, h. e. liber in negotio revertendi.

(13) *Græca omnino ſunt &c.*] Latina tamen ellipſis, & ſimilis ei, quæ modo explicita, & cui fere ſimilis eſt & illa, quæ in Accuſativo Adjectivis & Paſſivis juncto reperitur. Vide & ſupra notam 6.

Digitized by Google

ſupple filius; *Catonis Marcia*, ſubaudi uxor; *Caſtra aberant bidui*, ſubaudi, itinere vel via; *Hujus vidi Byrrhiam*, ſubaudi ſervum; *Secundarum, tertiarumque Pamphilus*, ſupple, actor. Vide Ellipſin.

Sunt qui dicant, non poſſe dici, *Urbs Toleti*, *Arbor mori*, *Flumen Tagi*; quia nomen generale cum ſpeciali in eodem caſu debeat collocari; ut *Urbem Romam*, *Flumen Tagus*, *Arbor Morus*: quod ut non negaverim, ita & illud affirmandum eſt. Nam ſi dicimus, *Urbs Spartana*, inquit Scaliger, cur non dicimus, *urbs Spartæ*? Sed quod attinet ad Nomina Urbium, vide *Urbs* in Ellipſi. De cæteris (14) accipe teſtimonia: Virgil. *Demeſſum florem violæ, & hyacinthi*, dixit Horat. in Epodo; *Aut herba lapathi prata amantis.* Plin. *Herba pulegii.* Cicero pro Flacco; *Qui arborem fici nunquam vidiſſet.* Virgil. *Flumen Hymelæ.* Sueton. Caligula: *Sed quum ad viſendum nemus, flumenque Clitumni, Mevaniam proceſſiſſet.* Horat. *Denique quatenus exſcindi vitium iræ, cætera item nequeunt.* Plin. *Arbor palmæ*: idem, *Arbor mori.* Columella lib. 6. *In ſcrobem fici arbuſculum deponito*: ibidem, *Tunc arborem fici detrunca.* Cicero 5. epiſt. *Ne vitium arrogantiæ ſubſequatur*: idem pro Murena; *Aliis ego te virtutibus, continentiæ, gravitatis, juſtitiæ, fidei, cæteris omnibus, conſulatu & omni honore ſemper*

(14) *Accipe teſtimonia.*] Adde his Sall. Jug. 92. *Flumen Muluchæ.* cap. 90. *Oppidum Laris.* Sulp. Sev. *Opp. Saraptæ.* Idem. *ſeptuaginta arboribus palmarum repertis.* Sueton. Aug. 94. *Arborem palmæ repertam.* Sic *malum ſervitutis* apud Sulpic. Sev. *Mala diſcordiæ, & bona concordiæ.* Sall. or. 1. ad Cæſ. Quamobrem quum in Senecæ Herc. Oet. v. 447. omnes codd. habeant, ut teſtatur Doctiſſ. ejus Interpres *Obſerv.* I. 6. *Leve eſſe credis pellicis nuptæ malum?* nulla ſatis juſta fuit cauſa, cur contra eos reponeret *pellicem.* Senſus eſt, an credis nuptæ leve eſſe malum, malum pellicis? plane ut, quod ex Horatio attulit Sanctius, *vitium iræ*, & ex Cicerone, *vitium arrogantiæ.* Neque obſtat, quod conjunguntur *pellicis nuptæ*, quæ tamen diverſæ prorſus ſunt conſtructionis. Nam talia ſæpe ita jungi, multis docuit idem *Obſerv.* IV. 9. ad illud Ciceronis: *Bonis ſemiſſibus magna eſt copia.*

Digitized by Google

ſemper digniſſimum judicavi. Quem locum, hujus regulæ ignoratione, conatur emendare Lambinus. Falſo item citatur a Grammaticis; *In menſem Januarii*: Hoc enim Latine non dicitur, cum *Januarius* adjectivum ſit. Vide *Menſis* in Ellipſi.

Duos genitivos ab uno eodemque nomine pendere (15) aliquando animadverti. Cicero in Piſonem: *Jamne ſentis, bellua, quæ ſit hominum querela frontis tuæ?* Idem ad Plancum; *Conſul es deſignatus maxima orbitate Reip. virorum talium.* Idem pro Cornelio Balbo; *Habetis ſummorum hominum interpretationem juris ac fœderum.* Cæſar. 1. Civili; *Omnium temporum injurias inimicorum in ſe commemorat*, ibid. *cujus rei magnam partem laudis ac æſtimationis ad Libonem perventurum.* Valer. Max. de Cyro; *Cujus ortus ad imperium totius Aſiæ ſpectantis, maternus avus Aſtyages duos prænuntios ſomni fruſtra*

(15) *Aliquando animadverti.*] Sic paſſim apud optimos Auctores Duo Genitivi. Cæſar B. Gall. II. 17. *Eorum dierum conſuetudine itineris noſtri exercitus perſpecta.* Et III. 8. *Hujus Civitatis eſt longe ampliſſima auctoritas omnis oræ maritimæ regionum earum.* Ubi tres jam Genitivi, ſed quorum tertius a Secundo regitur. Ceterum Duorum alter plerumque eſt quaſi activus, alter Paſſivus. Cic. Famil. II. 13. *Illius* (Appii) *adminiſtratio provinciæ.* IX. 8. *Superiorum temporum fortuna Reip.* de Offic. I. 14. *Cæſaris tranſlatio pecuniarum.* Cap. 16. *Quæ naturæ ſint principia communitatis.* Nep. Epam. 5. *Quod ſibi Agamemnonis belli gloriam videretur conſecutus.* Pelop. 2. *Quorum imperii majeſtas.* Plaut. Pſeud. I. 1. 3. *Duorum ego labori hominum parſiſſem lubens, Mei, te rogandi, Tui, reſpondendi mihi.* Florus. III. 5. 6. *inexplebilis honorum Marii fames.* Liv. XXXIV. 26. *Omnium Principum Græciæ eadem ſententia erat inde potiſſimum ordiendi belli.* Ubi vide Virum ſummum, Gronovium Patrem, ſimilia adferentem. Vide & ſupra me ad initium hujus Capitis. Sæpe etiam plures Genitivi concurrunt, ſed alter ex altero pendentes. Liv. præf. *Meipſum conſuluiſſe memoriæ rerum geſtarum principis terrarum populi.* I. 38. *Fratris hic filius erat Regis.* Sall. Jug. 30. *Odio potentiæ nobilitatis.* Cic. Famil. VI. 20. *De curatione munerum regionum cum Oppio ſum locutus.* Juſtinus. V. 9. *Milites in auxilium Patriæ communis Eloquentiæ miſit.* Cap. 10. *Mittunt legatos, qui portionem prædæ communis belli periculique peterent.* Et IX. 2. *Impenſa obſidionis portionem petens.*

Digitized by

fruſtra diſcutere tentavit. Cicer. 1. Catil. *Exhaurietur ex urbe tuorum comitum magna & pernicioſa ſentina Reip.* Auctor ad Herennium : *Memoria eſt firma animi, rerum & verborum diſpoſitionis perceptio.* Sed frequentius alter genitivorum (16) in poſſeſſivum convertitur ; ut, *Mea doctrina præceptoris* ; &, *Fructibus Siculis Agrippæ.*

(16) *In poſſeſſivum.*] Sic Cato apud Gellium VII. 3. *Ne in ſervitute noſtra eſſent.* Vide infra ad cap. XIII. nota 7.

Cap. IV.

Dativus nunquam regitur, nec ab activo, nec a paſſivo; & ubique adquiſitionem ſignificat. Nunquam eſt rei agentis. [Sed vide infra ad lib. III. cap. 4. Nota 1.] *Verba* Decet, Celo, Oportet, Lateo, Præſtolor, Maneo, Deficio, Adjuvo, Refert, Intereſt, Præſtat, Precor, Miſereor, Aufero, Eripio, Jubeo, *cum Dativo conſtructa. Duo Dativi in una periodo.*

D*Ormio tibi*; *Tibi ſervio*; *do tibi pecunias*; *tibi emitur liber*; nihil differunt, ſi dativi naturam ſpectes: ubique enim ſignificatur acquiſitio; ut, *ſurripuit mihi nummos*; *& lac ſubducitur agnis* : nam dativus ultimum finem ſignificat; quare jam compoſitæ & ſtructæ orationi poteſt accedere. Domus conſtat ex materia, ut lapidibus & lignis, producitur ab artifice, quæ cauſa efficiens eſt, habet formam, qua diſtinguitur a rebus aliis : quum igitur conſtructa, & perfecta eſt, tunc quærimus, cui negotio vel domino ſit accommodanda: ſic Dativus conſtructæ atque perfectæ orationi per modum acquiſitionis ſupervenit. Nulla igitur erit oratio, cui per modum acquiſitionis Dativus adjungi non poſſit : ut, (1) *tibi doceo* ; *tibi ſoli amas* ; » [*tibi deſerit* » *Heſperus*

(1) *Tibi doceo.*] Non tamen feret, non Uſus tantum, ſed neque Analogia iſtam locutionem, pro *Te doceo* : ſicut neque recte dixeris iſto ſenſu, *Ego cædo*, vel *verbero tibi*, *Ego video tibi*, & ſimilia.

Digitized by Google

» *Heſperus Oetam; Omnis jam pueris pater, & matercula;* » *pallent; Sed ne forte tuo careat mihi funus amore.*] Cur enim in his orationibus; *Filius mihi peccat, non omnibus dormio*; fateris eſſe acquiſitionem: & in illis; *Do tibi pecunias, non fratri*, a verbo dicis regi dativum? Intelligendum igitur, nullam eſſe orationem, aut verbum ullum, cui dativus non poſſit accommodari; dum tamen hoc intelligatur, aliud eſſe, *Amo me*; aliud, *Amo mihi*: aliud, *doceo vos*, aliud, *doceo vobis*. Unde jam mirari deſinamus hujuſmodi phraſes cum dativo. Terent. Adelph. *Ut vobis decet.* Cornelius Fronto de exemplis eloquutionum, citat Salluſtium in 1. hiſtor. *Locum editiorem, quam victoribus decebat, capit.* Plaut. Amphitryon. *Noſtro generi non decet.* (Hiſpane, *Para quien noſotros ſomos.*) » [Ibidem; *Capiam ornatum, qui* » *potis decet*, id eſt, capiam coronam, tanquam homo » potus, ſive ebrius.] Idem Aſinaria; *Ut me, teque maxime, atque ingenio noſtro decuit*, vides hic dativum, & accuſativum, (2) ſed diverſa ſignificatione. Cic. de Oratore; *Quandoquidem id deceat prudentiæ tuæ.* Terent. Adelph. *Imo Hercle ita nobis decet*; ibid. *Ut vobis decet*, Græce, ὑμῖν πρέπει. Gellius lib. 8. *Adoleſcens præfatur elatius, quam ætati ejus decebat*: idem lib. 7. *Fœminis ſolis veſtem longe lateque diffuſam indecere exiſtimaverunt.* Tacit. *decere nobis terram.* Terent. (3) *Si hoc fratri celetur:*

ſimilia. At alio ſenſu recte ita loquaris: Veluti, *Ego doceo vobis iſtos pueros, Ego verbero hunc hominem tibi*, h. e. tuum in uſum, aut commodum, aut tuam ad voluntatem. Et ita mox Auctor aliud eſſe fatetur, *Doceo vos*, &, *Doceo vobis*.

(2) *Sed diverſa ſignificatione.*] Eadem eſt ſignificatio ſive hoc Verbum cum Dativo, ſive cum Accuſativo conſtruas. Nam ſi dicas *decet tibi*, h. e. eſt tibi ornamento & decori, at *decet te*, idem eſt, quod, ornat & decorat te, quæ utique eodem recidunt. At mox hac pag. ex Gellio adfertur locus, ubi Accuſativus & Dativus diverſa ſignificatione uni verbo reperitur junctus, ſcil. *Ut meſſem hanc nobis adjuverit.*

(3) *Si hoc fratri celetur.*] Apud Terentium in hoc loco, qui eſt in *Phorm.* V. 4. 6. τὸ *Fratri* nec legitur, nec intelligitur. Verba ſunt, *Ego nullo poſſum remedio me*

Digitized by Google

letur. Plaut. Amphitryon. *Homini ſervo ſuos domitos habere oportet oculos & manus.* » [Cicero poſt reditum; » *Ubi nobis hæc auctoritas tanta tamdiu latuit?* Varro 8. » de ling. Lat. *Similia non ſolum a facie dici, ſed etiam* » *ab aliqua conjuncta vi, quæ & oculis, & auribus, latere ſoleat.* Plaut. Trin. *Quid ille mihi latitabat.*] Cicero 1. Catilinar. *Nihil agis, nihil moliris; quod mihi latere valeat in tempore.* Quod non intelligens Lambinus conatur emendare. Lucanus lib. 1. *Tu mihi cauſa lates.* Cicero 1. Catilinar. *Ut tibi ad forum Aurelium præſtolarentur armati.* Virgilius; *Hæc eadem matrique tuæ generique manebunt*; idem; *& tibi pœna manet.* Cicero 11. Philipp. *Cujus quidem tibi fatum, ſicut Cajo Curioni, manet.* » [Ita eſt in veteribus libris. Virgil. *O mihi* » *tam longæ maneat pars ultima vitæ.*] Catullus; *Sceleſta tene, quæ tibi manet vita?* Cæſar 2. Gall. *Quum tela noſtris deficerent.* Gellius lib. 11. cap. 29. *Ut meſſem hanc nobis adjuvent.* Plaut. Truc. Act. 2. Sc. 4. *Cui rei, te aſſimulare, retulit.* Plautus Bacchid. *Quum nihilo pluris ea res referat ſibi.* Idem Pſeudolo: *Nam quanti refert;* (4) *ei nec recte dicere, qui nihil recte facit.* Horatius lib. I. ſatyra

me evolvere ex his turbis, Quin, ſi hoc celetur, in metu; ſin pate fit, in probo ſiem. Locus ergo hic afferri non debuerat, id quod jam monuit Urſinus *Gramm. Inſt. To.* 2. p. 246. qui & alium rectius profert ex Alvaro, nempe Corn. Nepotis in *Alcib. cap.* 5. *Id Alcibiadi diutius celari non potuit.*

(4) *Ei nec recte dicere &c.*] Exemplum hoc eſt alienum ab hoc loco. Nam primum in optimis edd. legitur, *te nec recte dicere*. Dein ſi maxime *ei* legendum foret, nihil id pertineret ad *refert*, ſed conſtruendum foret, *dicere ei qui* &c. Nam de lenone ſermo eſt. Locus eſt in Pſeud. IV. 6. 23. Sed & locus ille ex *Bacchid.* qui eſt III. 4. 20. aliter legitur in ultimis edd. etiam Douzæ, Taubmanni, & Gronovii, nempe, *Tum quum mea illud nihilo pluris referet* At MSti habent tantum, *Tum cum mihi nihilo pl. referet*, quæ verba non explent carminis metrum; atque ideo, ut corruptelæ manifeſta, variis ſubinde modis tentata ſunt ab Editoribus. Angelius Florentiæ an 1522. edidit, quod ſecutus eſt Sanctius; *Tum quum nihilo pluris ea res referet ſibi.* Eadem ita exhibuit dein Cælius Sec. Curio Baſileæ;

M nis

ſatyra 1. *vel dic, quid referat intra Naturæ fineis viventi jugera centum An mille aret.* Plinius lib. 18. *Acino plurimum refert, ſi contingat creſcente luna vindemiare.* Tertull. *intereſt homini, Deo cedere.* Sed mihi videtur hic

niſi quod ultimum illud *Sibi* neglexit & rejecit. Alii dein, omiſſo etiam *ea res*, mutarunt inſuper τὸ *mihi* in *mea illud.* Mihi videtur ſenſus verborum primum indagandus, & dein lectio conſtituenda. Agitur ergo hic de utilitate Bacchidis, ſeu fructu, quem illa perciperet ex ſuo facto apud Mneſilochum, Amatorem ſuum, qui hæc loquitur. Verba ſunt ex MSS. *Igitur mihi inani atque inopi ſubblandibitur Tum quum mihi nihilo pluris referet, Quam ſi ad ſepulcrum mortuo dicat jocum.* Senſus eſt apertus: Tum igitur Bacchis mihi inani atque inopi blanditias dicet, quando nihilo plus illis juvabitur, quam ſi dicat jocum mortuo. Manifeſtum inde, nihil hic dici ejus, quod juvet Mneſilochum, atque adeo phraſin hanc, *mihi referet*, ſi notet aliquid Mneſilocho utile, eſſe ab hoc loco alienam, id quod ſatis perſpexerunt, qui expungentes *mihi* addiderunt *Sibi.* Sed neque conſtructionem hanc eo ſenſu patitur Genitivus *pluris.* Nam dicitur quidem *refert id mihi aliquid*, pro prodeſt id mihi: quod occurrit apud Horatium in loco, qui ſequitur. Et ita cum Dativo rei apud Plaut. *Truc.* II. 4. 40. *Quoi rei, id te aſſimulare, retulit?* h. e. *quam ad rem* illud *retulit*, aut profuit, ut loquitur in *Epidico* II 2. 91. & alibi. Sed tamen in hac Conſtructione nullum locum habet Genitivus ille. Dicendum enim foret, *quum nihilo plus ea res referet mihi*, vel *ſibi*, non *pluris.* Quid ergo? ſi τὸ *ea res* ex MSS. hauſerunt priſcæ Edd. crederem illud *mihi* ex duabus prioribus ſyllabis (*nihi*) ſequentis vocabuli eſſe ortum, ac legerem, *Tum quum nihilo pluris ea res ſua referet.* Ceteroqui proximum videtur, ut legamus, *Tum quum mihi nihilo pluris ſua refert*, h. e. quum mihi illud, quod faciet Bacchis, non referet ſe ad ſua (Bacchidis) negotia, eaque momenti nihilo pluris, quam ſi dicat &c. Vide uſum τοῦ *Mihi*, ſive emphaticum, ſive abundantem, in ſeq. Nota, & conſidera inprimis illa, *Mihi quidem illam laudas? Mihi quidem Scipio vivit, vivetque ſemper. Annon tibi hoc maximum eſt? An ille mihi liber, cui mulier imperat?* ubi *Mihi* nihil aliud notat, quam *apud me.* Locus Plinii, qui eſt lib. XVIII. cap. 31. aliter iiidem editur ab Harduino. Nempe *Acinos plurimos fert, ſi contingat* &c Sed quid *vindemia* facere poteſt ad multitudinem acinorum ſubito augendam! Legendum forſan *Annos.* Verum quum priores edd. Sanctii lectionem oſtenterent, eaque commodum ſatis ſenſum recipiat, eam retinuerim, vel ex vet. cod. Pintiani legerim *Acinos plures refert*, ſcil. in annum ſequentem.

Digitized by Google

hic deeſſe literula, & legendum, *hominis*: ut in illo Plinii cap. 1. *nec intereſt hominis.* Terent. Eunucho; *Homini homo quid præſtat?* Plaut. Aſinaria. *Pergin' precari peſſimo?* Seneca de vita beata; *Huic ſuccurro, huic miſereor*: idem Controverſ. *Miſereri debent omnes mei*: &, *ego miſereor tibi, puella.* Unde in ſacris; *Miſerere mihi Domine*; &, *miſerere nobis.* Plautus Aulular. *Nihil equidem tibi abſtuli*: reſp. *At quod tibi abſtuleras, cedo.* Ambiguitas eſt in dativo; nam primo loco, *tibi*, id eſt, *a te*; in ſecundo (5) manifeſta eſt acquiſitio. Catul. *Eripite hanc peſtem, perniciemque mihi.* Doctiores quidam negant poſſe dici, *jubeo tibi*; qui ſi hæc intelligerent, Cornelio Tacito aſſentirentur, (6) quum dixit lib.

(5) *Manifeſta eſt acquiſitio.*] Hinc ſæpe Emphaſis magna in illo Dativo. Plaut Cap. IV. 2. 86. *Eſurire mihi videre.* reſp. *Mihi quidem eſurio, non tibi.* Aulul. III. 2. 19. *Utinam mea mihi modo auferam.* IV. 2. 16. *Verum ego mihi bibam.* IV. 10. 38. *Tametſi fur mihi es.* Bacchid. I. 1. 31. *Mihi ceſſo, cum ſto.* Terent. Heaut. III. 1. 10. *Hic mihi quanto nunc plus ſapit, quam egomet mihi?* IV. 6. 16. *Scin' ubi nunc ſit tibi tua Bacchis?* & IV. 7. 1. *Ubi Clitipho nunc eſt? Eccum hic Tibi.* Eun. V. 8. 23. *Mihi illam laudas?* h. e. apud me. Cic. Famil. VI. 15. *Tibi gratulor, mihi gaudeo.* II. 11. *Quicquid erit, tibi erit.* ep. 18. *ſi quid offendet, ſibi totum, nihil tibi offenderit.* de Amic. cap. 3. *Factus eſt iterum Conſul, ſibi ſuo tempore, Reip. pene ſero.* cap. 27. *Mihi quidem Scipio vivit, vivetque ſemper.* Suet. Tib. 1. *Agrum accepit clientibus, locum ad ſepulturam Sibi, a populo.* Obſeq. cap. 104. *Matri Ideæ ſe præcidit.* Tac. Hiſtor. II. 26. *tanquam Fratri apud Othonem militanti proditionem ageret.* Plin. Paneg. *Nemo jam parens filio, niſi fragilitatis humanæ vices, horret.* Vide & ad Ælian. V. H. II. 20. 5. Sed & ſæpe eleganter prorſus abundat: Plaut. Aul. III. 3. 22. *Quæ mihi poteſt interbibere fontem Corinthienſem.* Terent. Eun. V. 4. 37. *qua audacia tantum facinus audet? PY. quid ita tantum? PA. annon tibi hoc maximum eſt?* Cic. Fam. VII. 1. *Tu mihi iſtam imbecillitatem valetudinis tuæ ſuſtenta.* Parad. III. 2. *An ille mihi liber, cui mulier imperat?* Catil. II. 2. *Tongilium mihi eduxit.* Sall. Catil. 52. *Hic mihi quiſquam miſericordiam nominat?* Liv. præfat. *Ad illa mihi quiſque acriter intendat animum.* Sic Græci Ælian. V. H. IX. 4. μέλεις ἡμῖν διαβαλλέτω τ᾽ ποιητικ. Vide & Notas meas ad Eundem XII. 25.

(6) *Quum dixit &c.*] Sic &

lib. 13. cap. 15. *Uni Britannico juſſit, exurgeret.* » [Li-
» vius lib. 42. cap. 28. *Cui primo tempore magiſtratus cre-*
» *are juſſum erat.* Cicero lib. 9. ad Attic. epiſt. 13. *Hæ*
» *literæ Dolabellæ mihi jubent ad priſtinas cogitationes re-*
» *verti.* Aſcon. in 3. Verr. *Defenſionem de Sylla exclu-*
» *ſit, ne liceret illi dicere, Sylla mihi juſſit.* Curtius lib.
» 7. 1. *Armigero lanceam ei dare juſſit.*]

Væ

IV. 72. *Tributum eis Druſus juſſerat modicum.* & XIII. 40. *Quibus* (Equitibus) *juſſerat, ut inſtantibus cominus reſiſterent, refugos non ſequerentur.* Sall. Jug. 48. *Poſtquam ei provinciam Numidiã populus juſſit.* Cæſ. B. Civ. III. 98. *militibuſque ſuis juſſit, ne qui eorum violarentur.* Liv. XLII. 43. *queis Legati, nullo in præſentia reſponſo dato, Chalcidem ſe ſequi juſſerunt.* Corrigit quidem, & hunc locum, quamvis in eo Dativus utique referri etiam poſſit ad τῷ *dato*, & alterum diſertiorem Capitis 28. a Scioppio hic allatum, Gronovius Pater, tanquam ſi ſolœca ſit ea locutio. Sed tamen quam tot exemplis a Sanctio, Scioppio, me denique, allatis probata jam ſit, immo & ab illo ipſo ad Liv. XXVII. 24. non putem eam temere proſcribendam, omniaque iſthæc loca conjecturis ſoilicibanda. Sic neque in Silio Ital. XII. 600. *Cælicolis raptim excitis defendere tecta Dardana, & in ſeptem diſcurrere juſſerat arces*, legendum cum Eodem *Obſerv.* I. 17. cenſeam, *Cælicolas excitos*: quum, ſi maxime ſolœca eſſet locutio, *jubeo tibi hoc facere*, vel ſic tamen nulla eum locum foret mutandi cauſa, quippe quum *Cæicolis exoitis*, poſſint eſſe Ablativi. Conſtruitur hoc Verbum etiam cum Accuſativo. Plaut. Sticho II. 3. 71. *Jube famulos, rem divinam mihi apparent.* Suet. Veſp. 23. *Nunciantes legatos, decretam ſibi ſtatuam, juſſit, continuo ponerent.* Feſtus: *Admiſſivæ aves, quæ conſulentem juberent*, ubi ſine cauſa malunt nonnulli *juvarent.* Ita enim etiam apud Livium I. 12. Romulus ad Jovem, *juſſus tuis avibus, prima fundamenta jeci.* Liquet vero ex his, male ergo etiam Voſſium *de Conſtruct.* cap. 36. poſteriorem hanc phraſin, ut minime Latinam, rejicere. Niſi tamen in his exemplis, in Feſto quidem malimus intelligere Infinitum, ſcil. *facere id, de quo conſulebat*: Plane uti expediendum cenſeo locum Ciceronis Famil. XIII. 26. *Literas ad Te a M. Lepido Conſule, non quæ te aliquid juberent, (neque enim id tuæ dignitatis eſſe arbitrabamur) ſed quodammodo quaſi commendatitias, ſumpſimus.* Nam iſtic omnino videtur intelligendum *facere*, ut plenum ſit, *quæ te aliquid facere juberent.* In Prioribus vero Accuſativum malimus exponere, ut in illo Plauti, *Velim illum corvum, ut ad me veniat*, de quo infra ad cap. ſeq. circa finem.

Væ victis, *Hei mihi*, etiam ſunt dativi acquiſitionis, & particula *væ* eſt ſuppoſitum verbi ſubintellecti : Syntaxis eſt, *Væ victis eſt*, *Hei mihi erit.* Vide Ellipſin verborum.

Sum ruri, *Natus Carthagini*, dativos eſſe ſomniant grammatici, quum ſint ſexti caſus, ut dicimus in Cap. 7. de ſexto caſu.

Vehementer errant grammatici, quum dativum in paſſiva voce eſſe rei agentis inculcant : ut, *Deus amatur mihi*, id eſt, a me; quem errorem ſuo loco, quum de paſſivis agemus, (7) exagitabimus lib. 3. cap. 4.

Duo Dativi ſæpe ſimul reperiuntur; ſed neuter a verbo regitur, imo uterque ſuo modo ſignificat acquiſitionem; ut, *Hoc erit tibi curæ*; *Datur tibi hoc vitio.* Plaut. *Nucleum amiſi, reliquit mihi pignori putamina.* » [Lucret. 6. *multa volant quæ ſint vitalia nobis, Et* » *contra quæ ſint morbo, mortique.*]

(7) *Exagitabimus lib. 3. cap. 4.*] Sed Vide, quæ nos iſtic ad initium Capitis notavimus.

Cap. V.

Accuſativus multis modis a præpoſitione pendet : Eo in Romam, in rus. *Exclamatio poſtulat verbum. Exploditur grammaticorum Synecdoche. Duo accuſativi ab eodem verbo non reguntur.*

Accuſativus (niſi ſit infiniti verbi ſuppoſitum; ut, *me amari* : aut Activorum appoſitum; ut, *amo literas*) ſemper a præpoſitione pendet : ut, *vixit annos centum*; *latus pedes viginti*; *eo Romam*; *niger oculos.*

Tempus continuum & menſuram præcipiunt debere collocari in accuſativo ſine præpoſitione : ut, *ſtudui decem annos*; *pendet libras triginta.* Hoc falſum eſt; virtute enim præpoſitionis ſubintellectæ ponitur ille accuſativus, & non ex vi temporis : dicimus enim, *com-*

moda mihi librum in decem menſes, aut *intra quinque dies*. Dicimus item, *Vixit annos centum*, & *per annos centum*; &, *ante annos centum*, & *centum annis*. Denique ratione præpoſitionis ſubintellectæ aut appoſitæ, uteris accuſativo vel ablativo. Cicero ſæpiſſime dicit; *aliquot per annos*; *per eos dies*; *per decem menſes*. Liv. *Obſidio vix in paucos dies tolerabilis*. Horat. *Quod & in hunc annum vivat, & plures*. Plinius lib. 5. *Atqui tertium ante diem ſcitote decerptum Carthagine*. Sueton. *Sed in reliquum anni tempus curia abſtinuit*. In illis, *pridie Compitalia*, *pridie ludos*, Eraſmus & alii docti fatentur deeſſe præpoſitionem *Ante*.

Quinctilianus lib. 1. cap. 5. ſolœciſmum (1) putat eſſe, ſi quis dicat; *Venio de Suſis in Alexandriam*: ſed decipitur, decipitque gregem Grammaticorum. Nam auſim ſancte dejerare, neſcire me, plurane teſtimonia invenerim cum præpoſitione, an ſecus: inclinat tamen animus, ut plura cum præpoſitione legerim; e quibus aliqua proponam, nam omnia eſſet infinitum. Ac primo hanc meam opinionem ſatis confirmant Græci oratores, qui fere ſemper nominibus locorum addunt præpoſitiones: Poëtæ vero ſuo jure utuntur, qui nunc apponunt, nunc detrahunt. Auguſtus Cæſar, teſte Suetonio cap. 86. ſemper dictionibus præpoſitiones addebat; quia genus dicendi apertum amabat, & ambiguitatem fugiebat. Sed noſtri Grammatici adverbialiter dici putarunt, *eo Romam*, *venio Roma*. O craſſam ignorantiam! Anne quum Græci dicunt, γλαῦκας εἰς Ἀθήνας; Latini, *Noctuas Athenas*; Græcis accuſativus erit, Latinis Adverbium? Similiter (2) πλεύσειν εἰς Ἀντικύρας, id eſt, *naviget Anticyras*: & ſexcenta hujuſmodi. Sed ſi eſſent

(1) *Putat eſſe.*] Immo vero, quoſdam ait, qui plurimos ſtatuant ſolœciſmos, hanc quoque locutionem eo referre, at alios eam a ſolœciſmo ſeparare, & *pleonaſmum* vocare: ipſe rem quaſi in medio relinquit.

(2) Πλεύσειν.] Videtur voluiſſe, ut reſpondeant Latinis Græca πλεύσειν.

eſſent adverbia, quomodo acciperent » [cum præpoſi» tiones, tum] adjectiva fœminina? Ovid. *Atque aliquis doctas jam nunc eat, inquit, Athenas.* » [Propert. » *Magnum iter ad doctas proficiſci cogor Athenas.*] Sed quia iſti rationibus parvam habent fidem, teſtimoniis agamus. » [Plaut. Moſt. *Ego ire in Piræeum volo.*] Cicero Attico libro ſexto; *In Pyræea cum veniſſem*; idem libro ſeptimo: *E navi egreſſum in Pyræeum*: idem ibidem multa diſputat de *Pyræeo* & præpoſitione *In*, quæ ipſe non obſervat, ut idem ſatis indicat ad Atticum libro tertio; *Quod a Vibone ſubito diſceſſimus*: idem; *niſi eum ab Epheſo ante aliquando profectum*: idem; *Nec me in Arpinum hoc tempore abdam*: idem; *Is ad Meſſanam venturum eſſe dicebatur*: idem; *de illius ab Alexandria diſceſſu*; & lib. 8. *a Brundiſio abſum propius*; ibid. *ne citius ad Brundiſium, quam opus ſit, acceſſerit*; ibid. *Dum certum nobis ab Æſernia de eo quod audieram referretur.* idem Familiar. *Tertio die abs te ad Ariciam acceſſeramus*: ibid. *ab Epidauro navi advectus*; & *ab Athenis proficiſci*: ibid. *ipſe iter ad Mutinam dirigerem*: ibid. *Fugiſſe a Mutina videretur*: ibid. *excluſis enim ab Antiochia*: ibid. *Nunciatum eſſe quatridui iter a Laodicea abfuiſſe*: idem; *Antonii reditus a Brundiſio*: » [Idem 13. Attic. *Epiſtolas miſſas a* » *Corintho*: & 15. Attic. 23. *Veniſſe eum ad Bajas audiebam*:] Idem 3. Verrina; *Hoc illi navigio ad omnes populi Romani hoſtes uſque ab Dianio, quod in Hiſpania eſt, ad Sinopem, quæ in Ponto eſt, navigaverunt*: Idem de Senectute; *Miles profectus ſum ad Capuam, quintoque anno poſt ad Tarentum Quæſtor.* Ubi notat Eraſmus, propriis nominibus additam præpoſitionem. Sed notant grammatiſtæ contra noſtram hanc doctrinam, aliud eſſe *eo Romam*, aliud, *eo ad Romam*: nam *eo Romam*, ſignificari ajunt ipſam urbem; *eo ad Romam*, (3) loca propinqua Romæ. Delirat

(3) *Loca propinqua Romæ.*] Non quæritur, quid præpoſitio ſignificet, ſed an jungi queat nominibus propriis Urbium. Id quod ſatis ſuperque ex his exemplis patet, & longe pluribus demon-

lirat igitur Livius, qui lib. 5. ſæpe dicit, *Vejos*, & *ad Vejos* eodem ſenſu : & in hoc loco de Senectute, *profectus ſum ad Tarentum quæſtor*, non deſignat loca circa Tarentum. Cæſar 3. Civili; *Trius Caſſius ad Meſſanam navibus advolavit, quam Pomponius de adventu ejus cognoſceret* : » [Ibid. *Cum claſſe ad Brunduſium venit* : & 1. Gall. » *Cæſar in Galliam contendit, & ad Genuam pervenit.*] Si ex Tito Livio teſtimonia vellem congerere, nunquam finis eſſet. Curtius lib. 4. *Jam pervenerat ad Arbelam, vicum nobilem ſua clade facturus.* » [Plaut. Pœn. *Is ex* » *Anactorio huc commigravit in Calydonem* :] idem Epidico; *quando hinc iturus eſt ipſe in Seleuciam* : idem Menæchmis; *Geminus, qui Syracuſis habet, hodie in Epidamnum migravit* : idem Bacch. *Nam ut in Epheſum hinc abii, ex Epheſo huc ad ſodalem litteras miſi* : ibid. *Ibo in Piræum, viſam ecquæ advenerit in portum ex Epheſo navis*: Idem Pſeudolo; *Illam in Sicyonem ex urbe abduxit modo*: Ibid. *ex Sicyone huc perveniſti* : » [Idem Trinum. *A pa-* » *tre ex Seleucia venit. Ubi ipſe erat? In Seleucia.*] Terent. Eunuch. *Heri aliquot adoleſcentuli coiimus in Piræum.* Propertius lib. 3. *Magnum iter ad doctas proficiſci cogor Athenas.* Martial. *Tybur in Herculeum migravit nigra Lycoris.* His adde multa proverbia; ut, *Naviges in Maſſiliam*; & *e Maſſilia veniſti.*

Addunt ineptiæ ſuæ, nomina provinciarum non poſſe poni ſine præpoſitione : Poëticum enim eſſe, *Italiam veni.* Hæc refelluntur in *Ellipſi Præpoſitionum.* *Rus*, & *domus*, admittunt præpoſitionem in utroque numero. Vide *Ellipſin Præpoſitionum.* » [Servius in illud Vir- » gilii, *Italiam, Laviniaque venit Litora*, *Ars quidem*, » inquit, *hoc exigit, ut Provinciarum nominibus Præpo-* » *ſitionem addamus, Civitatum nunquam; hoc tamen ple-* » *rumque perverſo ordine legitur* : *ſciendum enim uſurpa-* » *tum*

ſtrari poſſet, ſi eſſet opus : ut & , a Nominibus Regionum abeſſe aliquando Præpoſitiones. Vide, quæ notavimus infra ad Lib. IV. cap. 6. Notâ 1. 2. & 3.

Digitized by Google

» *tum ab auctoribus, ut vel addant, vel detrahant præ-*
» *poſitionem.* Hæc ille; quibus aperte fert, inertem
» iſtam Grammaticorum artem ab uſu bonorum aucto-
» rum diſſidere.]

O curas hominum! *En quatuor aras*; *Ecce hominem*; deeſt Verbum aliquod. Vide *Ellipſin Verborum* in *Audio*, vel *Narro*, vel *Aſpicio.* » [Catull. epigr. 9. *O mi-*
» *hi nuncii beati!* Græcorum imitatione, quaſi dicam,
(4) O quam beati nuncii rem mihi narras!]

(5) *Fractus membra*; *cætera Grajus*: *albus dentes*, ad ineptiſſimam

(4) *O quam beati nuncii!*] Vel potius, ô, beati nuncii mihi res hæc eſt. Vide ſupra ad cap. 3. Notâ 8. in extr.

(5) *Fractus membra.*) Huc refer etiam illud Ovidii Heroid. VI. 3. *Hoc tamen ipſo Debueram ſcripto certior eſſe tuo*, pro *quod ad hoc*: nam manifeſte eſt Accuſativus, qui aliter cum τοῖς *certior eſſe* jungi nequit; tum vel maxime iſtas locutiones, quæ Accuſativum verbis habent junctum, ſed pro quo uſitatius in ſequenti commate Nominativus ejuſdem vocabuli exprimitur. Cæſar. B. Gall. I. 39. *Rem frumentariam, ut ſatis commode ſupportari poſſet, timebant.* Terent. Eun. I. 2. 86. *Iſtam nunc times, Ne illum talem præripiat tibi*, pro, nunc times, ne iſta illum &c. Cicero Famil. IV. 1. *rem vides, quomodo ſe habeat.* Quod minus recte, ut puto, mutatur a Viris Eruditiſſimis. VIII. 10. *Noſti Marcellum, quam tardus ſit.* Plane, ut Lucas Actis Apoſt. XVI. 3. ᾔδεισαν γὰρ ἅπαντες τὸν πατέρα αὐτοῦ, ὅτι Ἕλλην ὑπῆρχεν. Ælianus Varia Hiſt. VIII. 13. Λέγουσιν Ἡράκλειτον, ὅτι πάντα ἔκλαιεν. Hyginus fab. 34. *Ille moriens quum ſciret ſagittas hydræ Lernææ felle tinctas, quantum vim haberent veneni.* Iterum Terent. Eun. V. 8. 5. *ſcin' me, in quibus ſim gaudiis.* Adelph. V. 4. 20. *Illum, ut vivat, optant.* Hec. prol. 2. v. 4. *Novas qui exactas feci, ut inveteraſcerent.* Et frequentiſſime Plautus. Amph. *Neſcio me, qui ſim.* Bacch. *Reſciſces illum, quanto in periculo ſit.* Aſin. *Faciam te, ut ſcias.* Aulul. *Velim illum corvum, ut ad me veniat.* &c. Supple in his omnibus, *quod ad*, vel plenius, *in negotio, quod ad rem frumentariam attinet*, &c. Similia vide infra ad Cap. 9. Nota 1. & apud ipſum Sanctium IV. 12. p. 730. Sed vel maxime confirmatur hæc Ellipſis ex accuſativo Abſoluto in initio Periodi, cujus non alia eſt ratio. Cicero Famil. I. 8. *Cetera, quæ ad Te pertinebunt, quum etiam plus contenderimus, quam poſſumus, minus tamen faciemus, quam debemus.* h.e. quod ad cetera, quæ &c. in iis, quum &c. Florus III. 21. extr. *Nam Sulmonem vetus oppidum atque amicum, &c. ut obſides jure belli &c. duci jubentur, ſic damnatam*

 civitatem

eptiſſimam quandam Synecdochen referant Grammatici, quum Græca ſint, & ad Ellipſin referantur: deeſt enim κατὰ, ut in *Ellipſi præpoſitionum.*

Duos accuſativos diverſæ rei verbum regere non poteſt; quia efficiens unum duas ſimul res efficere æque non poteſt: nec enim dices, *Amo patrem litteras*, ſed *amo patrem* & *amo litteras*: neque Philoſophi concedent, duo prædicata de uno ſubjecto dici. At rancidi Grammatici dicunt, hanc eſſe conſtructionem vehementiſſimam: habent enim illi tres conſtructiones, *vehementes*, *vehementiores*, *& vehementiſſimas.* Sed eos vehementiſſime inſanire dicamus, & noſtrum propoſitum urgeamus. Illi (6) pauca verba conſtituerunt, quæ duos

civitatem juſſit Sylla deleri. Quæ male tentat Salmaſius, & urunt ac ſecant Alii, quum etiam abſque hac Conſtructione exponi per Appoſitionem poſſit Vulgata illic lectio. Refert huc quoque Daviſius locum Cic. Tuſcul. II. 15. *Militiam vero (noſtram dico, non Spartiatarum, quorum procedit mora ad tibiam, &c.) noſtri Exercitus unde nomen habeant vides.* Putat enim primam vocem poni pro *quod ad militiam attinet*, & rejicit ideo conjecturam Gronovii Patris, legentis *Militiæ.* At mihi vulgatum illud valde videtur durum, & corruptum, quia ſequitur ſtatim, *noſtram dico* &c. Conjectura autem iſta & optimi eſt ſenſus, & frequentiſſimæ locutionis. Nam quid frequentius, quam ita abſolute adhiberi *militiæ*, & opponi τῷ *domi*, æque ac τὸ *belli*, quæ omnia ejuſdem ſunt conſtructionis. Certius vero inde explices Lucam Evang. 21, 6. ταῦτα, ἃ θεωρεῖτε, ἐλεύσονται ἡμέραι, ἐν αἷς οὐκ ἀφεθήσεται λίθος ἐπὶ λίθῳ. h. e. *quod ad illa, quæ videtis, venient dies &c.* Confer Aelianum Var. Hiſtor. III. 5. & XII. 39. atque adde, quæ notavi infra ad *Minervam* hanc IV. 11. extr.

(6) *Pauca verba.*] Sæpe duo Accuſativi, alter perſonæ, alter rei, reperiuntur uni verbo juncti. Terent. Phorm. V. 7. 21. *ferme eadem omnia, Quæ tute dudum coram me incuſaveras.* Plaut. Men. IV. 3. *Conſulam hanc rem amicos.* Trin. I. 2. *Si id me non accuſas.* Amphitr. II. 2. 229. *Mirum eſt, qui illi collibitum ſit, ſic me inſimulare falſum facinus tam malum.* Aſin. II. 2. *Argentum intervortam & adventorem & Sauream.* Curcul. V. 2. *quem (annulum) paraſitus te eluſit.* Varro apud Nonium, *æs defraudaſſe coponem.* Adde Sanctium infra IV. 13. Immo & Tertius, tempus notans, duobus additus reperitur. Plaut. Merc. I. 1. 46. *Objurgare pater hæc me noctes & dies.* Ex his tamen unus tantum regitur

Digitized by Google

duos accuſativos regerent; ut, *doceo*, *moneo*, *poſco*: ſed inter hæc aliqua, quæ nunquam duos accuſativos agnoverunt; qualia ſunt, (7) *Dedoceo*, *Poſtulo*, *Peto*, *Induo*, *Exuo*, *Cingo*, *Calceo*, *Excalceo*. At, inquiunt, ſatis eſt, ſi hæc verba in paſſiva cum accuſativo reperiantur; ut, *Accingitur enſem*; *Induitur loricam*; *Poſtulatur pecunias*: O debilem rationem! Cur igitur iſto pacto non addis tuæ quartæ ſpeciei innumera alia verba, quæ hos accuſativos accipere in paſſiva poſſunt? ut, *Dido vultum ſermone movetur*: & *Dido expleri mentem nequit*: &, *Carpitur attonitos ſenſus*. Sed hæc latius in *Ellipſi præpoſitionum* Græcarum diſputabuntur.

Cap.

regitur a Verbo, ceteri per Ellipſin, quaſi dictum eſſet, pater objurgavit me propter hæc per noctes & dies; Vel, objurgans me, hæc dixit & ingeſſit mihi. Vide de poſteriore hac ratione infra III. 3. ad vocem *Aeſtuo*.

(7) *Dedoceo*] Atqui primum hoc Verbum *agnoſcit* revera *Duos* aliquando *Accuſativos*. Cic. de Fin. I. 6. *ſi a Polyæno, familiari ſuo, Geometriam diſcere maluiſſet, quam illam etiam ipſum dedocere.* Statius Theb. II. 409. *moneo, regnorum gaudia temet Dedoceas.* Quæ loca Urſinus To. 2. p. 277. jam attulit. Sed & quod ſequitur, *Poſtulo*, etiam cum Accuſativo Perſonæ, præter Acc. Rei, qui uſitatiſſimus eſt, reperitur conſtructus. Certe Suetonius Calig. 18. *Commiſit & ſubitos* (Circenſes ludos) *quum e Gelotiana apparatum Circi proſpicientem pauci ex proximis mænianis poſtulaſſent*, quid quæſo, niſi ludos illos, quos ſubitos commiſit. Quod vero Idem Urſinus *pag.* 281. Sanctium noſtrum putat contraria ſibi invicem dicere, dum hic inter pauca Verba a Grammaticis memorata, eſſe *aliqua* tradit, *quæ nunquam duos accuſativos agnoverunt*, at infra IV. 13. *nullum omnino ait eſſe Verbum, quod hujuſmodi Accuſativum cum κατὰ non poſſit habere, atque adeo poſſe omnia activa duos accuſativos habere, at paſſiva & neutra unum*, in eo errat ipſe, ſiquidem Sanctius poſteriore loco dicit, Verba talia admittere & habere POSSE duos Accuſativos, at priore agit de iis, quæ facto ipſo constructa reperiuntur cum duobus Accuſativis.

Digitized by Google

CAP. VI.

Vocativus numquam regitur. Duo Vocativi. Vocativus cum Nominativo conjunctus. Defenditur Plinius a calumnia Laurentii.

VOcativus (1) non eſt ſecundæ perſonæ, ut ajunt Grammatici, ſed res aliqua, cum qua ſermonem communicamus: nam ut artifex, perfecto opere, vocat homines ſpectatum; ſic qui compoſuit orationem, auditorem vocat auditum: unde non poteſt hic caſus regi, quia tota compoſita oratio ad Vocativum dirigitur. Si dicas, regi ab adverbio *ô*, quia hæc particula ſæpe conjungitur vocativo; concedam ſæpe conjungi, at non ſemper: imo vero alicubi nec apponitur, nec apponi poteſt; ut in Hiſpanico idiomate aperte oſtenditur: nam quum quis ſervos ſuos inclamat: *mozos*, *pages*, *criados*, illi reſpondent *Señor*; ibi non poteſt ſuppleri *ô*. Quid quod ſæpe invenias *ô* ſine vocativo? Virgil. *O ubi campi, Sperchiuſque? O qui me gelidis in montibus Aemi Siſtat.* Sed particula *ô*, nihil aliud eſt, quam ſignum lætitiæ, vel doloris, vel exclamationis. Et vero vocativum a verbo non regi aperte indicat Vox Paſſiva, quum hujuſmodi orationem vertis; *Petre doce illum*; *ille, Petre, doceatur a te.* Indicat quoque Nomen Adjectivum, quum poſt verbum imperandi additur; ut, *diſcipule eſto bonus*, Mart. *Eſto Nævole ſolicitus*: Idem apertius; *Eſto tu Cæſar amicus.* Ovid. 1. Triſtium; *Vade ſed incultus.* Denique Adverbia, niſi pro nomine ſumantur, caſum regere non poſſunt, ut docet

(1) *Non eſt Secundæ perſonæ.*] Immo vero eſt. Hoc enim Secundæ in arte grammatica dici debet, quod deſignat eum, cum quo loquens ſermonem communicat, ſeu quem alloquitur. Vide quæ diſputavi I. 12. 2. pag. 80. Vocativus autem ſemper dirigitur ad eum, quem alloquimur. Eſt itaque vocabulum ſecundæ perſonæ, ſeu ſecundam perſonam notans.

Digitized by Google

docet lib. 9. de cauſ. ling. Lat. Cæſar Scaliger.

Nunc exoritur quæſtio, ſitne dicendum, *veni puer dicende doctus*, an, *dicende docte*. Utriuſque loquutionis accipe teſtimonia. Per vocativum loquutus eſt Horatius; *Age dic latinum Barbite carmen, Lesbio primum modulate civi*: Idem; *Invicte mortalis, Dea nate puer Thetide.* Ovid. 2. Triſt. *O princeps parce viribus uſe tuis.* Propert. *Lectule deliciis facte beate meis.* Martial. lib. 4. *Libelle inverſa pueris arande charta.* Ovid. 3. Amorum; *Amnis arundinibus limoſas obſite ripas; Siſte parumper aquas.* Tibullus lib. 4. *Jam nimium Meſſala mei ſtudioſe quieſcas, Non tempeſtivæ ſæpe propinque viæ.* Virgil. Æneid. 10. *O dolor atque decus magnum rediture parenti.* Perſius; *Stemmate quod Tuſco ramum mileſime ducis, Cenſoremque tuum vel quod trabeate ſalutas.* Quo in loco nugantur interpretes cum ſua Antiptoſi; Idem, *Audaci quicumque afflate Cratino.* Tibullus ad Bacchum; *Huc venias hodierne, tibi dum thuris honorem.* Albinovanus in Mæcenatis obitum; *Impiger Alcide multo defuncte labore, Te memorant curas ſic poſuiſſe tuas.* Auſonius: *Diſtentas interne vias mirere domorum.* Exempla de Vocativo & Recto; Statius 7. Theb. *Haud vetito nudus jaciture ſepulcro.* Propertius lib. 2. *Tu criminis autor, Nutritus dura Romule lacte lupæ*: idem lib. 3. el. 3. *Nudus ab inferna ſtulte vehere rate.* Ovid. Epiſt. *Surge age Belide de tot modo fratribus unus.* Virgil. *Nate, meæ vires, mea magna potentia ſolus.* Martial. lib. 6. *Nile juſſus cedere Brumæ Mitte tuas meſſes.* Idem lib. 7. *Secretuſque tua mule lavaris aqua.* Virgil. 10. Æneid. *Dardania ſtratus dextra miſerande jaceres.* Plinius autem lib. 7. c. 30. ſalutans Ciceronem, utrumque caſum miſcuit, his verbis: *Salve primus omnium parens patriæ appellate; Primus in toga triumphum linguæque lauream merite.* Quod imperitiſſime carpit Laurentius Valla lib. 3. cap. 22. nam etſi (2) contra leges Grammaticorum videtur dictum, Græce tamen

(2) *Contra Leges Grammaticorum.*] Immo vel maxime ſecundum

tamen defendi poterat. Sic enim illi loquuntur, teſte Budæo in commentariis: Syneſius ad Aurelianum, ὦ μεγαλοπρεπέστατε, μόνος, ἢ μετὰ ὀλίγων σὺ μόνος, δίκαιος καλούμενε, id eſt, *O eximie, ſolus, vel inter paucos tu ſolus, juſtus vocande.* Sed Valla in illo loco non putat Latine dici, *Tace tu imperitus homo*, ſed *imperite*, quod non dixiſſet, ſi in hæc, quæ retulimus, teſtimonia incidiſſet. Dicimus itaque recte; *Defende me amice mi*; & *defende me amicus meus*; ſed diverſo ſenſu, & Syntaxi: nam in hoc poſteriore ſunt veluti duæ Orationes, & deeſt *ens*, vel *qui es*. Vide *Ens* in Ellipſi. Unde falluntur, qui in ſacris litteris putant nomen *Deus* facere vocativum *Deus*, quum legunt, *Deus, Deus meus reſpice in me*; quum rectus ſit, & legamus apud Prudentium *Dee* in vocativo.

CAP.

dum Leges Grammaticorum; ſecundum quas in Nominativo poni debebat illud Adjectivum, quod non eſt proximum Epitheton Subſtantivi, ſed quod in conſtructione jungitur Verbo vel Participio, tantum ad denotandum aliquem rei modum. Malim dicere in proſa, *Lectule deliciis meis facte beatus*, quam uti Propertius, *facte beate*. Contra malim etiam dicere, *Romule nutrite lacte lupæ*, quam ut Idem, *nutritus*. Sic a Plinio recte dictum, *Salve Cicero appellate*, quia hoc dependet proxime a Subſtantivo. At quod deinde de naturali conſtructionis ordine ſequitur. id, quia accedit ad modum ſignificandum, quo *appellatus eſt primus Parens Patriæ*, rectius in hujuſmodi directa oratione ponitur in Nominativo. Sed & alii Caſus poſt Verbum Subſtantivum ſæpe iidem ſunt illis, qui præceſſerunt, ſæpe diverſi, maxime apud Græcos. Ael. Var. Hiſt. IX. 9. ἔμελλεν αὐτῷ εἶναι καλῷ. Cap. 10. τοσοῦ χωρὶς λεγομένου εἶναι τῆς Ἀκαδημίας Ibid. ὑπὲρ τοῦ μακροβιώτατος γενέσθαι. Florus III. 12. 6 *Ac neſcio an ſatius fuerit Populo Romano, Sicilia & Africa contento fuiſſe, aut his etiam ipſis carere dominanti in Italia ſua.* Nihil itaque mirum, idem in Vocativo accidere poſt Verbum vel Participium, ut modo repetatur, modo in alium mutetur caſum.

Cap. VII.

Sextus caſus male dicitur Ablativus : *rectius vocatur* Caſus Præpoſitionis : *nam in univerſum a præpoſitione pendet. Ablativus abſolutus rejicitur.* Se Conſule orabat Cicero , *Latinum. Sextus caſus tertiæ in* e , *vel* i.

SExtus caſus (1) proprium nomen non habet ; neque enim ſemper ſignificat *ablationem* , ut inde *ablativus* dicatur. Priſcianus *comparativum* caſum nominat ; quia in ſola comparatione, ut ipſe putat, a præpoſitione non regitur , ſed ex comparativi natura. Nos *ſextum caſum* appellemus, aut *caſum præpoſitionis* ; quia ſemper a præpoſitione regitur , ut ſigillatim exponemus.

In comparatione, ut *doctior omnibus*, deeſt *Præ*, vide Ellipſin.

In illis formis : *Ditior opinione* ; *Calceus major pede* : (2) potius videtur deeſſe *Pro*, quam *Præ* ; nam ſolet addi ſæpe

(1) *Proprium nomen non habet.*] At vide, quæ notavi ad *Lib.* I. *cap. 6. pag.* 34.

(2) *Potius videtur deeſſe* Pro , *quam* Præ.] Ego vero putem rectius intelligi in his quoque locutionibus *præ*. Nam *ditior præ opinione hominum* ſignificat ſupra opinionem, æque, ac ſi dicerem, *ditior eſt Mævius præ Sempronio.* Vide & infra ad IV. 6. 12. & 7. 10. A ſi dicas, *ditior pro opinione hominum* , longe aliud dixeris, ſcilicet , eum, de quo loqueris, ditiorem eſſe aliis quibuſdam, prout fert opinio hominum. Confirmatur hoc, aliquo modo, ex Suet. Oth. cap. 7. *Nec quicquam prius pro poteſtate ſubſcripſit.* Ubi *pro*, licet proxime ſequatur comparativum, neutiquam tamen eſt præpoſitio comparationis, ſed aliud quid notat. Immo vero, ſi etiam τὸ *quam* addatur, tamen vel ſic quoque in comparatione *præ* intelligi putem, vel ex eo, quod Vetuſtiſſimi dixere frequenter conjunctim *præquam*, ut videre eſt apud Plautum Moſtel. V. 2. 25. *Minoris omnia facio, præquam quibus modis me ludificatus eſt*, q. d. integre, *facio omnia rem minoris momenti, præ ea re, juxta quam rem ſunt modi, quibus* &c. Ita hæc explicanda & ſupplenda colligo ex alio loco, ubi occurrit *præquod*. Sticho II. 3. 38. *Omnes res*

Digitized by Google

ſæpe *Pro*, aut, *Quam pro*; ut ſit Syntaxis, *Major eſt calceus pro pede*, vel *quam pro pede*. Liv. lib. 25. *Major quam pro numero hominum editur pugna*. Vide Ellipſin præpoſitionum.

De inſtrumenti, pretii, modi, & verborum copiæ & inopiæ, præpoſitionibus, vide Ellipſin.

In ablativo, quem falſo *abſolutum* vocant, valde ſunt allucinati Grammatici: ſed illis danda venia eſt; hoc enim altioris eſt conſiderationis, quam quo poſſit ingenium Grammaticorum aſcendere. Vide Ellipſin Præpoſitionum.

Præcipiunt grammatici in hoc ablativo, quem vocant *abſolutum*, cavendum eſſe, ne duæ illæ orationes ſint ejuſdem ſuppoſiti: negant enim dici Latine, *Se Conſule orabat Cicero*. Sed ratio ſtat contra: nam ſi ſubintelligitur ſemper præpoſitio, cur non dicam, *ſub me præceptore diſcam*, ut dicitur; *Paulo præceptore diſcam*? Ovidius de Narciſſo; (3) *Lacrymas quoque ſæpe notavi, me lacry-*

mas relictas habeo, præquod tu velis, pro, *præ eo quod* &c. Vide & infra III. 14. 7. Aliud eſt *pro quam*, quod reperias apud Lucretium II. 1136. *Nec ſatis eſt, pro quam largos exæſtuat æſtus, Unde queat tantum ſuboriri ac ſuppeditare, Quantum opus eſt*, h. e. nec ſatis eſt materiæ, unde queat tantum ſuboriri, quantum opus eſt, pro ea ratione aut menſura, ad quam exæſtuat largos æſtus. At vero *Calceus major eſt pro pede*, vix ullum recipit commodum ſatis ſenſum. Aſt, *major quam pro pede* recte dixeris hoc ſenſu: major eſt præ ea ratione, ad quam eſſe debebat pro magnitudine pedis, h. e. prout magnitudo pedis poſtulat.

(3) *Lacrymas quoque ſæpe &c.*] Locus hic Ovidii *Metam.* III. 459. non probat, ad quod probandum adfertur. Idem enim eſt, ac ſi diceretur, *vidi, Te quoque lacrymari, Me lacrymante*, ubi utique duæ orationes ſibi invicem proximæ, diverſi ſunt ſuppoſiti, altera Narciſſi ipſius, altera ejus Imaginis. Ejus generis ſunt nonnulla etiam in ſeqq. Veluti illud Lucani ex lib. 6. tum Plauti ex *Bacchid.* atque ex *Aulul.* &c. in quibus ſuppoſitum alterum & diverſum ineſt in Accuſativo, qui infinito verbo præmittitur, ut liquet ex eo, ſi locutionem infinitam redigamus in Finitam, veluti, *Magnus non vicit. Me adhuc arma tenente*: in quo videmus diverſa plane Suppoſita; contra quam Sanctius cenſet, qui male in iis locis conjun-

Digitized by Google

erymante, tuas; & lib. 2. Amorum; *Me duce ad hunc voti finem, me milite, veni*: idem 2. Faſtor. *Hic caſtas duce ſe jubet eſſe maritas.* Lucan. lib. 5. *Et lætos fecit ſe Conſule faſtos*: idem lib. 6. *Seque arma tenente, ac nondum ſtrato, Magnum viciſſe, negavit.* Claudianus; *Illicitas Conſul pœnas ſe Conſule ſolvet.* Plaut. Bacchidib. *Nec equidem illam me vivo corrumpi ſinam*: [idem Truc. *Oſtendit ſe mihi infidelem nunquam, ſe viva, fore*:] idem Aularia: *In meis ædibus me abſente neminem volo intromitti*: idem Milite; *Si ego me ſciente paterer vicino meo eam fieri injuriam*: ibidem; *Te vidente vides*: idem Moſtell. *Prinſquam te me vivo unquam ſinam aut egere aut mendicare.* Terent. Heaut. *Qui ſe vidente amicam patiatur ſuam.* Sedigitus in Cenſura comicorum; *Eum me judice errorem diſſolvam tibi.* Quinctil. lib. 8. *Hibericas herbas ſe ſolo nequidquam intelligente dicebat*: idem declamatione 4. *Te volente miſiſti.* Curtius lib. 4. *Quibus occultatis, Sidona devecti ſunt.* Suetonius Tiberio 31. *Iterum cenſente, ut Trebianis legatam pecuniam transferre concederetur, obtinere non potuit.* Plinius lib. 10. cap. 9. *Abſumique etiam ſe inſpectante patitur*: idem lib. 8. *Prodente ſe auctor eſt M. Varro*: idem lib. 7. cap. 2. *Horum ſupra centum viginti millia fuiſſe ſe prodente Cteſias ſcribit.* Cicero in Bruto; *Se audiente locuples auctor ſcribit Thucydides.* Idem 3. Philipp. *Nobis vigilantibus, & multum in poſterum providentibus, populo Rom. conſentiente, erimus profecto liberi brevi tempore*: idem lib. 15. Famil. *Non potes effugere hujus culpæ pœnam, te Patrono*: ibidem lib. 1. *Tenebam memoria nobis conſulibus*, &c. ibidem; *Denique memineram nobis privatis*, &c. Ibidem in Piſonem; *quæ ornamenta etiam in Sexto Clodio te Conſule eſſe voluiſti.*

jungit, quæ non ſunt conjungenda. Sic in illo Plinii VII. 2. connectenda ſunt, non, *Cteſias ſcribit ſe prodente*, quod ineptiſſimum foret; ſed, *fuiſſe eorum ſupra* 120. *millia, ſe prodente*, h. e. tum, quum ipſe hæc memoriæ proderet. Similiter ſe res habet in iis, quæ ex Ciceronis Epiſtolis, tum Plauto & Terentio,

Digitized by Google

voluiſti. Seneca de vita beata; *Populo ſpectante fieri credam, quidquid me conſcio faciam*: Idem 3. epiſtolarum; *Acerbum uri, quanto acerbius, ſi id te faciente patiaris.* Laurentius Valla lib. 3. cap. 64. illud Horatii in Arte tanquam nove dictum admiratur; *Laudator temporis acti ſe puero.* Tu ſic diſpunge, & ſepara; *Acti ſe puero,* non *laudator ſe puero.*

Ablativus tertiæ declinationis in E, vel in I, (4) antiquitus deſinebat, de quo ſic Conſentius Romanus; *Sed conſuetudo & authoritas variat, & intra hoc pugnat, ut plerique in hac parte dubium dixerint ablativum.* Hæc ille. Nos id probemus primum exemplis ſubſtantivorum adductis, deinde adjectivorum. Varro lib. 1. cap. 3. Ruſtic. *Feneſtras habere oportet ex ea parti, unde commodiſſime perflari poſſit*: & lib. 3. cap. 3. *In ſecunda parti*: & infra; *in tertia parti*, Plaut. Menæch. *Satur nunc loquitur de me, & de parti mea.* Lucret. lib. 6. *Ille ex æſtifera parti venit amnis ab Auſtro*: & lib. 4. *Et libella aliqua ſi ex parti claudicat hilum.* Cato cap. 37. *Ex ſegeti vellito ebulum.* » [Catull. *Suſcitat a cano vulturium » capiti.*] Perſius; *Nonne pudet capiti non poſſe pericula cano Pellere*: idem; *Vos, ô patricius ſanguis, quos vivere fas eſt Occipiti cæco*: idem Satyr. 2. *& acri bile tumet.* Virgilius in Sileno, *Serta procul tantum capiti delapſa jacebant*: idem 9. Æneid. *Diſcuſſæque jubæ capiti*: & lib. 7. *Cum dentibus albis Indutus capiti*: idem Eclog. 1. *& ingratæ premeretur caſeus, ubi non unquam* &c. (5) ſic enim diſpungendus locus. Cic. 4. de Rep. citante Nonio: *Or-*

ſunt allata. Rectius ergo diſtinguenda ſunt talia, & ita, ut ipſe fecit p. ſeq. in illo Horatii, *Laudator temporis &c.* At cetera pleraque ſatis appoſita, veluti quæ hic proxime ſequuntur, ut adeo revera tamen probatum ſatis ſit a Sanctio, quod probatum volebat.

(4) *Antiquitus deſinebat.*] Immo antiquitus erat idem cum Dativo. Vide quæ diſputavi ea de re ſupra I. 6. 4. pag. 36. & 40. De utraque vero terminatione Ablativi in Adjectivis & Subſtantivis vide & Voſſ. Anal. lib. II. cap. 11. & 12.

(5) *Sic enim diſpungendus locus*] Nihil hic videbam, nec intelligebam,

Orbi terrarum comprehenſos. Varro; *Clauditur Oceano, Libyco mare, flumine Nilo.* Elegans jocus eſt Plauti in Milite, IV. 7. de *mare* & *amare*: *Nam ſi abſtinuiſſem amare, tanquam hoc uterer.* Auſonius de Occaſione; *Heus tu occipiti calvo es.* Et lib. ff. 28. l. ult. de hæred. inſtituendis; *licet modus inſtitutioni contineretur*; & in l. fi. ff. de hæred. inſt. *Contenta eſſe doti*: & l. 1. §. prævaricatorem ff. ad Turpil. *Muneri defungi.* Sæpe in Digeſtis legimus hos ablativos, *petitioni*, *ferruminationi*, *affinitati*, *promiſſioni*, *conditioni*: & l. 27. D. de Eviction. *Noxale*, pro *noxali.* » [Plaut. Aſin. *Tanquam ſi » claudus ſim, cum fuſti eſt ambulandum.*] Tacit. *Fuſti caput ejus afflixit.* Apulej. lib. 4. *Paratus non fuſti tantum, ſed machæra percuſſus occumbere.* Lucret. lib. 2. *Nam ſæpe in colli tondentes pabula læta*: idem lib. 5. *Terrarum qui in orbi*, &c. Gell. lib. 1. c. 3. *Hac fini ames*: ibid. *qua fini*: & lib. 7. cap. 3. *ea fini.* Cato cap. 113. *anſarum infirmarum fini.* Jam de nominibus neutris, in E, AL, AR, hæc ſunt Priſciani verba: *Vetuſtiſſimi ſolebant hujuſcemodi nominum ablativum etiam in E proferre.* Hæc ille, & citat antiquos. Ego addo Ovid. in Ibin; *Et ſummum Libyco de mare carpat aquam*: & 5. Triſt. eleg. 2. *Exiguum pleno de mare demat aquæ.* Lucret. lib. 1. *E mare primum homines.* Catull. *Cum veniret a mare noviſſimo.* Quid dicam de nominibus adjectivis? Ovid. in epiſt. *Hument incultæ fonte perenne genæ*: & Faſtor. 3. *Amne perenne latens Anna perenna vocor*; & 6. Faſt. *Extaque*

gebam, quid ſibi vellet Sanctius iſta *diſpungendi* admonitione, aut toto hoc loco. Sed ex Salmanticenſi editione didici, diſtinxiſſe eum ante *Urbi*, poſito iſtic commate, quod editiones, Patavina & Batavica, omiſerant, licet ex eo unice penderet intelligentia Sanctianæ Criſeos, & allegati loci ratio. Nam in vulgata diſtinctione poſt *Urbi*, vox ea certiſſime eſt caſus Dativi, at in hac Sanctiana erit Ablativi. Verba enim ſunt, *Urbi Non unquam gravis ære domum mihi dextra redibat.* Repoſui itaque comma, ubi oportebat ex mente Sanctii. Sed tamen vulgatam diſtinctionem longe præfero.

taque de porca cruda bimeſtre tenet: idem in epiſt. Paridis; *Fore ut a cæleſte ſagitta figar*: idem 15. Metam. *Specie cæleſte reſumpta*: » [Idem 4. Triſt. *Eſſe Chimæram, A* » *truce qua flammis ſeparat angue leam.* Catull. *Sed Troja* » *abſente, Troja infelice ſepultum.*] Lucanus lib. 7. *Erepto natale feret.* Horatius; *Cærite cera digni*: idem 1. Carm. *Cum Tyburte via.* Varro 2. Ruſt. cap. 3. *Collo breve, gurgulione longiore.* Suet. Veſp. *Convivabat aſſidue, ac ſæpius recta, ac dapſile, ut macellarios adjuvaret.* Præterea *vigil* & *pugil*, confeſſione omnium, faciunt E, vel I; at ſunt adjectiva. Et ſi *imber* facit E, vel I, (6) cur compoſita non facient ſimiliter, quæ omnia ſunt adjectiva; ut *September*, *October*, &c. Nomina quoque in *as* gentilia olim (teſte Chariſio, & Priſciano) erant in *atis*, & *ate*; ut *Arpinatis*, & *Arpinate*: ſed in E, & I, mittunt ablativum; quamvis ſint, qui negent per E; quos refellit Cicero pro Cluent. *Fratres gemini fuerunt ex municipio Aletrinate*: idem 5. Tuſcul. *Niſi ab homine Arpinate didiciſſet.* Livius lib. 5. *In Capenate agro*: idem lib. 10. *Ex agro Sentinate.* Valer. Maxim. lib. 6. *Ex illo Mario tam humili Arpinate*, Mart. *Metamque lactis Sarſinate de ſilva.* Sunt & alia apud Plinium, & cæteros. Soſipater Chariſius ex Cæſare, Plinio, & Varrone: *Si de perſona loquamur, in E fiet ablativus: ſi vero de re alia, in I: ut*, ab homine breve, *&* ab itinere brevi: *quare* ab ædile *ſemper dicendum*, *quia*

(6) *Cur Compoſita &c.*] Neutiquam Compoſita ſunt *September*, *October* &c. multo minus formata ab *Imber*, ſed derivata a *Septem*, *Octo*, &c. addita tantum ſyllaba *Ber.* Sic a *Colo* habemus *Celeber*, a *Salus*, *Saluber.* Sed & res manifeſta ex eo, quod quia dicitur *octo*, ideo etiam *October*, non *Octember* dicitur, at *September*, *November*, *December*, quia formata ſunt a *Septem*, *Novem*, *Decem.* Vide & Voſſium Anal. II. 11. Similiter paulo ante in loco Suetonii Veſp. 19. *dapſile* putat Sanctius, ſed itidem minus recte, eſſe Ablativum, quum ſit Adverbium, ut *Facile.* Certe Pomponius apud Nonium conjunxit *dapſile ac dilucide*, atque ideo Hic etiam inter Adverbia diſerte retulit τὸ *Dapſile.*

Digitized by Google

quia ſemper de homine dicitur. Hæc ille. Priſcianus etiam ex eodem Chariſio aſſerit; *Si nomen ſit proprium ex adjectivo, nunquam per I efferri*; *ut*, a Juvenale, a Martiale, a Prudente, a Clemente: *ſi de negotio loquaris, per I tantum*; *ut*, in re clementi. Ego vera illos præcepiſſe puto, ſed melius eſt, ut jam dicamus uſu eſſe factum, ut promiſcue adjectiva omnia mittant in E, vel I, ablativum. Et tam multis colligitur erraſſe Grammaticos, dum præcipiunt, nomina oppidorum, ubi aliquid fit, ſi ſint tertiæ declinationis, poni in dativo; ut, *natus Carthagini*, *Sicyoni habitat*, & *ruri vitam agit*. Ego aſſero, melius dici, *rure vivit*, *Carthagine natus*; ſed ſi illa reperiantur, dativos non eſſe, ſed ablativos. » [Horat. *Quinque dies tibi pollicitus me rure futurum*. Plaut. Caſin. *Uxorem ubi rus abduxero, rure » incubabo uſque in præfectura mea*: idem; *Ego aio hoc » fieri in Græcia, & Carthagini*:] Idem Moſtell. *Veniunt ruri ruſtici*. Terent. Phor. *Opus ruri faciundum*. Juſtinus lib. 1. *Ruri iter ingreſſus*: *A pluri* nunc dicimus, Chariſius magis probat *a plure*, his verbis; *Ab hoc vetere, majore, plure, non veteri, majori, pluri*. Quid? quod ipſe Valla hoc etiam aliqua ex parte vidit lib. 4. cap. 10. *Reperiuntur*, inquit, *luci pro luce, & veſperi pro veſpere, & ruri pro rure*. Hæc ille Plaut. Ciſtell. *Poſtea autem cum primo luci*. Sic dicimus, *tempori venito*: & Cato dixit, *Satiſne tempori opera ſient confecta*; &, *ſi tempori facies*. Chariſius à *rure* vel *ruri* probat. » [*Carthagini* porro eſſe *Carthagine*: patet ex hoc Virgilii; » *Tyria Carthagine qui nunc expectat*. Et Corn. Nepos; » *Ut Romæ Conſules, ſic Carthagine quotannis bini reges » creabantur*. Cic. 16. Attic. epiſt. 4. *Sextum fuiſſe Carthagine*: & 8. Attic. 4. (7) *Sulmone C. Atticum aperuiſſe » Antonio portas.*]

Cap.

(7) *Sulmone.*] Sic & Plautus Ciſtell. I. 2. *Pater ei vivit Sicyone.*

CAP. VIII.

Plura adjectiva uni ſubſtantivo eleganter jungi.

DIcimus, inquit Valla, *Hic robuſtus meſſor, iſta robuſta mulier: neque dicimus, antiquus robuſtus meſſor, antiqua robuſta mulier.* Hæc ille. At vero ratio ipſa præſcribit, uni ſubſtantiæ ſimul multa cohærere poſſe accidentia: nam ut libenter fateor, Catonem non poſſe ſimul eſſe frigidum & calidum, ita libenter concedam, ſimul frigidum, craſſum, ac album eſſe. Cicero pro lege Manilia; *Mithridates magnis adventitiis multarum nationum copiis adjuvabatur*: ibidem; *Quum ita clauſa erant nobis omnia maria, ut neque privatam rem maritimam, neque publicam gerere jam poſſemus*: idem 2. de Oratore; *Hæc perpetua contra Scævolam Curiana defenſio tota redundabit hilaritate*: idem 5. paradoxo; *Quem nutum locupletis orbi ſenis non obſervat?* Idem 2. Tuſcul. *Sic ad malam domeſticam diſciplinam, vitamque umbratilem & delicatam quum acceſſerunt etiam Poëtæ*, &c. idem. 1. Philip. *Non igitur provocatio iſta lege datur, ſed duæ maxime ſalutares leges quæſtioneſque tolluntur*: ibid. *Cariſſimus tuus parvus filius in Capitolium a te miſſus pacis obſes fuit*: ibid. *Ut omittam res avi tui proſperas, acerbiſſimum ejus diem ſupremum malim, quam L. Cinnæ dominationem.* Idem. Phil. 5. *Periculoſiſſimum civile bellum*: ibid. *bellum acerbiſſimum civile ſit reſtitutum*: idem 8. epiſtol. (1) *Etiam ex-*

(1) *Etiam externos multos &c.*] Occurrunt hæc verba lib. VI. ep. 6. Similia porro ſunt, III. 4. *Mea omnia ſumma in te officia.* VII. 23. *Priuſquam tuas legi has proximas literas.* De Amic. cap. 7. *Agrigentinum doctum quendam virum.* Ter. Heaut. II. 3. 48. *Nulla mala re expolitam muliebri.* Plautus Trucul. IV. 2. 61. *Timeo, ne malefacta antiqua mea ſint inventa omnia.* Livius I. 14. *Denſo obſito virgulto*, Cap. 54. *Inviſam ſuperbiam regiam*, Cap. 55. *Quadringenta ea ſola talenta fuiſſe.* Et ſic paſſim. Sed & exemplorum abunde, tum hic, tum in proximo ſuperiore & inferiore Capite collegit ipſe Auctor ad res ſuas probandas.

Digitized by Google

externos multos claros viros nominarem : ibid. *Quaſi devincti magnis meis veteribus officiis* : Idem de Oratore; *Aſſidua diligens ſcriptura* : Idem Verrina 2. *Creperejus ex acerrima illa equeſtri familia & diſciplina* : idem 2. de divin. *Unde ſuperſtitioſa primum evaſit vox fere*: idem Attic. lib. 7. *Belle nobis flavit ab Epiro leniſſimus Auſter mitis* : idem 7. Famil. *Niſi nos pauci retineamus gloriam antiquam Atticam*. Terent. *Tum ut malevoli veteris poëtæ maledictis reſpondeat* : Lucan. *Fulgura fallaci micuerunt crebra ſereno*. Martial. lib. 12. *Ne mendica ferat barbati prandia nudi Pera rogat*. Suet. Neron. *In vetere gentili ſtemmate*. Valer. Maxim. lib. 1. cap. 6. *Puerum infantem ſemeſtrem* : idem lib. 4. *Aurea Delphica menſa* : idem lib. 9. cap. 3. *Nonne multo alieno ſanguine profuſo, ad ultimum & ſuum erogavit*. Sueton. Cæſare; *In ſummo publico luctu*. Curtius lib. 3. *Quum captivis mulieribus nobilibus* : ibid. *Captiva nobilis mulier*. Cæſar. 1. Gall. *quem locum duplici altiſſimo muro munierant*. Livius lib. 1. *Inſignique eum veſte, & Curuli regia ſella adornavit* : idem lib. 38. *Hic ſpecioſus ultimus dies Scipioni illuxit*. Terentius Phorm. *Introiit ater alienus canis* : Idem Eunucho; *Labore alieno magno partam gloriam ſæpe in ſe tranſmovet*. Sic enim legendus eſt locus, non *magnam* idem Adelph. *Ego hanc clementem vitam urbanam, atque otium ſequutus ſum*. Varro lib. de re ruſt. *Quid rationes dominicas pecuarias conferre nequicquam recte poteſt* : idem lib. 3. *Quam ſeveri boni viri laudabant*. Plin. lib. 1. cap. 2. *eſt lamina cerea tenui aurata*. Seneca in Medea, *Candida thyrſigeri proles generoſa Lyæi*. Sed poëtarum longum eſſet perſequi teſtimonia. Paſſim etiam occurrit, ubi ſuppreſſo ſubſtantivo, plura leguntur adjectiva : ut, *inclyti Romani*, ſupple, *homines*; *integrum Aprilem te expectavi*, ſub. *menſem* : *Superos omnes & inferos teſtatur*, ſub. *Deos*; *Miſeri mortales*, ſub. *homines*; *ſplendidus Oriens*, ſubaudi *Sol* : *immenſi molares*, ſubaudi, *Lapides*. Virgil. *Centum lanigeras mactabat rite bidentes*,

dentes, ſupple, *oves*. Tibull. lib. 2. Eleg. 2. *Fictilia antiquus primum ſibi fecit agreſtis*, (2) ſupple, *vaſa*.

(2) *Supple vaſa.*] Hæc duo verba à Patavinis primum addita abſunt à Salmanticenſi editione Et recte. Aliena enim ſunt à mente Sanctii, qui locum hunc adtulit, ut oſtenderet, ſæpe plura exprimi adjectiva, ſuppreſſo ſubſtantivo. Ergo addi potius debuerat, *Supple homo*, quod refertur ad *antiquus agreſtis*.

CAP. IX.

De Relativorum Conſtructione & Ellipſi, ut & de relatione, quam habent inter ſe Hic, Ille.

ROgabit aliquis, cur in arte Grammatica non propoſuerimus pueris aliud eſſe Relativum ſubſtantiæ, aliud accidentis; rogabo ego illos, cur velint artes confundere, & facere ut ne intelligendo nihil intelligant. Hæc & alia multa ſuſtuli, quæ ad Grammaticum, etiam perfectiſſimum, nihil attinent: ſatis eſt enim grammatico ſcire, *Tantus*, *quantus*, *Talis*, *qualis*, *Tot*, *quot*, eſſe nomina adjectiva, nullamque habere relationem, niſi dialecticam; ut *pater*, *filius*, *diſcipulus*, *magiſter*. Diximus itaque, Relativum collocari inter duos caſus nominis unius; ut *vidi hominem, qui homo diſputat*. Hunc loquendi modum taxat D. Hieronymus in Ruffinum: ſed multa ſunt teſtimonia, quæ noſtram regulam confirment. Cicero Verr. 3. *Ego tibi illam Aciliam legem reſtituo, qua lege multi ſimul accuſati*: ibid. *Ex ea die, ad hanc diem quæ feciſti, in judicium voco*; ibid. *Favonius qui legem noſſet, qua in lege numerus tantum columnarum traditur*; & 4. Verr. *Edictum enim hominis cognoſcite, quo edicto omnia judicia redegerit in ſuam poteſtatem*: ibid. *Cephalidi menſis eſt certus: quo menſe ſacerdotem maximum creari oporteat*: idem pro Milone; *Ante fundum Clodii, quo in fundo*: idem pro Roſcio Amer. *Qui de ea re poſſet dicere aliquid, in qua re nulla ſubeſſet ſuſpicio*: idem 1. Verrina; *Emptum eſt ex S. C.*

Digitized by Google

S. C. frumentum a Siculis, Prætore Verre, pro quo frumento pecunia omnis ſoluta non eſt: ibidem; *Quum illius diei mihi venit in mentem, quo die citato reo mihi dicendum ſit.* Nunc legitur, *illius temporis*; ſed Pædianus, *illius diei* agnoſcit. Idem 2. Agraria; *ſequitur enim caput, quo capite non permittit*: idem ad Attic. lib. 3. *Is cauſam habet, quam cauſam ad te defert*: ibidem lib. 8. *Litteras abs te M. Calenus ad me attulit, in quibus litteris ſcribis*: idem ad Volumnium: *Eutrapelia litterarum fecit, ut intelligerem tuas eſſe, quibus in litteris* &c. Ad Herenn. lib. 1. *Oratoris officium eſt, de iis rebus poſſe dicere, quæ res ad uſum civilem* &c. ibidem; *firma ſimilitudine ejus rei, qua de re agitur: ad eam rem, qua de re judicatum eſt*: ibid. *Expoſitio eſt, quum res, quibus de rebus dicturi ſumus, exponimus breviter*: ibidem libro 2. *Deinde ea res ſimilis ſit rei ei, de qua re agitur, aut diſſimilis*: ibid. *Oporteatne de ea re judicium fieri, quæ res in judicio non venit*: ibidem lib. 3. *Et quæ ſimiles ſententias habebunt, quibus ſententiis*, ibid. *Imagines igitur nos in eo genere conſtituere oportebit, quod genus in memoria manere diutiſſime poteſt.* Cæſar 1. Gall. *Erant omnino duo itinera, quibus itineribus domo exire poſſent*: ibid. *Omnibus rebus ad profectionem comparatis, diem dicunt, qua die ad ripas Rhodani omnes conveniant; is dies erat ad 5. Kalend. Aprilis*: idem; *Ultra eum locum, quo in loco Germani conſederant*: idem 6. Gallic. *Poſt diem ſeptimum ſeſe reverſurum confirmat, quem ad diem ei legioni* &c. Et paulo poſt; *Dieſque appetebat ſeptimus, quem ad diem exirent* &c. Suetonius Julio; *Deſedit apud Nicomedem, non ſine rumore proſtratæ regi pudicitiæ, quem rumorem auxit*: idem Auguſto; *Dubium eventu meliore, an voluntate, quam voluntatem quum identidem præ ſe ferret.* Terent. prol. Hecyr. *Eodem ut jure uti ſenem liceat, quo jure ſum uſus adoleſcentior*: ibid. *Ita eam oppreſſit calamitas; eam calamitatem veſtra intelligentia ſedabit.* Plaut. Sticho; *Eſt cauſa, qua cauſa mecum ire veritus eſt*: idem Aulul. *Id quod in rem tuam optumum eſſe arbitror, te id*

Digitized by Google

admonitum advento. Plin. *Marcotim lacum, qui lacus antea Arapotes nominabatur.* Autor de viris illuſtribus; *Ubi poſt multos annos arcula cum libris a Terentio quodam exarata, qui libri, quia leves quaſdam ſacrorum cauſas continebant.* Livius lib. 39. *Neque harum rerum ullam rem in ſe, aut alios admiſerant.* Salluſt. Catil. *Tunc lex Porcia aliæque leges paratæ ſunt, quibus legibus exilium damnatis permiſſum eſt.* » [Vitruvius lib. 8. cap. 3. *In Theſſalia » fons eſt profluens, ex quo fonte pecus nullum guſtat, ad » quem fontem proxime eſt arbor florens purpureo colore.*]

Solet in relativo deeſſe primus caſus, aliquando ſecundus, nonnunquam ambo ſimul. Exempla primi modi: Terent. Hecyra; *Quia enim, qui eos gubernat animus, infirmum gerunt*: idem Heaut. *Unde habes?* reſp. *quam Bacchis ſecum adduxit adoleſcentulam*: id eſt, ab ea adoleſcentula, quam adoleſcentulam. (1) Plautus Aulul.

(1) *Plautus Aulul.*] Expreſſiora ſunt Amph. IV. 1. 1. *Naucratem quem convenire volui, in navi non erat.* Aulul. IV. 4. 28. *Quis illic eſt, qui Alter hic intus tecum erat.* Curcul. III. 49. *Sed iſtum quem quæris, ego ſum.* Moſtell. V. 1. 5. *Oſtium quod in angiportu eſt horti, patefeci fores.* h. e. *pat. fores oſtii, quod oſtium* &c. Pſeud. I. 4. 11. *Viginti minæ quæ nuſquam nunc ſunt gentium, inveniam tamen.* Ter. Eun. III. 3. 18. *Niſi ſi illa forte, quæ olim periit parvula ſoror, hanc ſe intendit eſſe.* IV. 3. 11. *Eunuchum quem dediſti nobis, quantas dedit turbas.* Ovid. Metam. XIV. v. 350. *Cecidere manu, quas legerat herbas.* Cic. de Offic. III. 13. *Hæc eſt illa, quæ videtur utilium fieri cum honeſto ſæpe diſſenſio.* Petron. cap. 134. *Hunc adoleſcentem quem vides, malo aſtro natus eſt.* Seneca Hercule Oet. v. 410. *Hunc quem per urbes ire præclarum vides, Qui regna &c. Levis eſt.* Gell. V. 14. *Nam quas venabatur feras, membra opimiora mihi ſuggerebat.* In his nonnulla, quæ Accuſativum habent præmiſſum, inprimis cum pronomine *Iſtum*, *Hunc*, poſſint etiam explicari, ſicuti illæ locutiones, de quibus egimus Cap. 5. pag. 188. 189. & infra IV. 11. extr. Atque ita in illo Plauti ex Curcul. ſenſus foret, *quod ad iſtum, quem quæris, ego is ſum.* Et in Petronio, *quod ad hunc Adol. &c.* Similiter in Seneca. Durum enim eſt & inſolitum dictu, ſi repetatur Pronomen, *Ego ſum iſte, quem Iſtum quæris. Malo aſtro natus eſt hic Adoleſcens, quem Hunc Adol. vides. Levis eſt Hic præclarus, quem Hunc præcl.* Et ſic in Terentio, quam durum eſt, quod ſentit & explet Sanctius, *quas has nuptias credis eſſe*

Digitized by Google

Iul. *Nemini credo, qui dives large blandus eſt pauperi*; id eſt, nemini diviti credo, qui dives. Horat. *Qui fit Mæcenas, ut nemo, quam ſibi ſortem, Seu ratio dederit, Seu ſors objecerit, illa Contentus vivat?* Ordo eſt, ut nemo contentus vivat illa ſorte, quam ſortem. Cicer. *Quum quiſque norit artem, in hoc ſe exerceat.* Quinctil. *Vereor, ne quos porrexerim cibos, venena fiant.* Terent. Andria; *Populo ut placerent, quas feciſſet fabulas*; ibid. *Quas credis eſſe has, non ſunt veræ nuptiæ.* In quibus locis meras nugas & antiptoſes machinantur iſti, quum dicendum ſit, Hæ nuptiæ non ſunt veræ, quas has nuptias credis eſſe veras. Virgil. 2. Æneid. *Quod te per Superos, & conſcia numina veri, per, ſi qua eſt intemerata fides, oro*; id eſt, per fidem, ſi qua eſt: idem 6. Æneid. *Per ſidera juro, Per ſuperos, & ſi qua fides tellure ſub ima eſt*: idem Æneid. 12. *Turne, per has ego te lacrymas, per, ſi quis Amatæ tangit honos*: & 10. Æneid. *Unum hoc per (ſi qua eſt victis venia hoſtibus) oro.* Hinc intelliges, falli illos, qui præcipiunt, ſi relativum præcedat, trahere ad ſe antecedens: quaſi relativum poſſit præcedere, non appoſito, ad quod referendum eſt.

Exempla ſecundi modi paſſim ſunt obvia: ut, *vidi hominem qui dormiebat.*

Uterque caſus ſic deſideratur: Terentius Adelph. *Minime miror, qui inſanire incipiunt ex injuria*: id eſt, *mini-*

ſe veras, & vel ſic alio ordine explenda hæc forent, ſcil. *quas veras nuptias credis eſſe has nuptias.* Ego verò malim in hoc quidem loco *Quas* interpretari *quales*, ut ſenſus ſit, *quas* ſeu *quales credis eſſe has nuptias.* Fateor tamen illa duritie exponendam fere & ſupplendam hanc Ellipſin, quando poſt Relativum *qui* vel *quæ* ſequitur Verbum primæ vel ſecundæ perſonæ, ut in illo Ovidii, quod mox adfert Sanctius, *Nec de plebe Deo, ſed qui cæleſtia magna Sceptra Manu teneo*, h. e. me Deo, qui ego Deus teneo. Nam id quidem durum itidem eſt, ſed tamen ſuppleri aliter nequit. Sæpe etiam integra Conſtructio omittitur iſtius primi caſus, ad quem refertur hoc pronomen. Vide in proximis Notis, & pag. 210.

Digitized by Google

minime miror (2) eos homines, qui homines. Horat. *Sunt quos curriculo pulverem Olympicum Collegiſſe juvat*, id eſt, ſunt aliqui homines, quos homines juvat, &c. Obſcurius hæc Livius lib. 34. *Cautum erat, quo ne plus auri & argenti facti, quo ne plus ſignati argenti & æris, domi haberemus*; id eſt, Cautum erat de modo, vel numero, quo numero ne plus auri haberemus: [aut » *Quo*, » ſicut *Qui*, pro *Quomodo* poſitum eſt, vel *Ut*; (3) Cau- » tum eſt, ut ne plus auri haberemus.] Cicero Mario lib. 7. *Sed eo vidiſti multum, quod præfiniſti, quo ne pluris emerem.* Hæc Tranquillus planius protulit in Julio; *Cautum eſt de numero gladiatorum, quo ne majorem cuiquam habere Romæ liceret*: Ibid. *Ex omni provinciarum copia Gallias potiſſimum elegit, cujus emolumento & opportunitate idonea ſit materia triumphorum*; id eſt, (4) Gallias elegit,

(2) *Eos homines, qui homines.*] Sall. Jug. 4. *Atque ego credo fore, qui tam utili labori meo nomen inertiæ imponant, certe, quibus maxima induſtria videtur, ſalutare plebem*, h. e. fore homines, qui homines &c. imponant, certe eos fore illos homines, quibus hominibus videtur &c. cap. 108. *Magis Punica fide, quam ob quæ prædicabat*, h. e. ob ea negotia, quæ præd. Ubi vide Rivium. Florus III. 10. *Et quamvis toto orbe diviſa, tamen, qui vinceret, habuit Britannia.* h. e. habuit Hominem, qui Homo ſe vinceret. Gell. Noct. V. 13. *Unuſquiſque commentus paratuſque ibat, quod quæreret*, h. e. paratus ad id, quod quær. Sic & Ælianus Var. Hiſt. IX. 4. μετήγαγε δὲ τὸ ἔγκλημα ἐπὶ τὸ μειράκιον, ἐν ὅις ἐνεκάλει τόλμαν αὐτοῦ καὶ ἀμαθίαν. Ubi, quum Doctiſſimi interpretes adhæſiſſent, plura ejus generis notavi. Omiſſum autem illic eſt per Ellipſin, ἐν τύποις εἰπεῖν, vel λέγειν.

(3) *Cautum eſt, ut ne plus &c.*] Is quidem eſt ſenſus, qui tandem exoritur, ſed hic indagamus rationem conſtructionis. Ea vero hæc eſt manifeſte, *cautum eſt de modo, quo modo ne plus &c.*

(4) *Gallias elegit, provinciam, cujus provinciæ.*] Hoc modo pleraque etiam ſequentis paragraphi pag. 209. 210. exponenda. Veluti: inter *alia prodigia etiam imbrem pluit carne, quem imbrem &c.* Sic *Philenorum aræ, locus, quem locum &c. Remigravit Romam die, quem diem &c.* Idem certe Nomen, quod in poſterioribus exprimitur, in prioribus omiſſum eſſe, patet ex Livio I. 1. *Et in quem primum egreſſi ſunt locum, Troja vocatur.* Ubi manifeſtum deeſſe *locus*. Porro iſtis ſimilia ſunt illa Plauti Epid. I. 1. 80. *Neque, ego nunc quomodo me expeditum ex impedito faciam, conſilium placet.* Ubi vide Gronov.

&c.

Digitized by

elegit, provinciam, cujus provinciæ. Ovid. 2. Metamorph. *Præſide tuta Deo, nemorum ſecreta ſubibis, Nec de plebe Deo, ſed qui cœleſtia magna Sceptra manu teneo*, i. e. me Deo, qui Deus ego teneo. Salluſt. Catil. *Sed antea*

& ad Liv. II. 20. Sall. Jug. cap. 16. *Decretum fit, uti decem Legati dividerent regnum, cujus legationis princeps fuit L. Opimius*, cap. 17. *Africa habet ab ortu ſolis declivem latitudinem, quem locum Catabathmon incolæ appellant.* cap. 36. *Ante comitia, quod tempus haud longe aberat.* cap. 75. *Ex flumine, quam proximam eſſe aquam oppido diximus.* Nepos Datam. cap. 4. *Aſpis Cataoniam tenebat, quæ gens jacet ſupra Ciliciam.* Cim. c. 3. *Teſtarum ſuffragiis, quod illi* ὀστρακισμὸν *vocant, ejectus eſt.* Hygin. fab. 275. *Thebas heptapylas, quæ ſeptem portas habuiſſe dicitur.* Ubi ſine juſta ratione Munkerus voluit *dicuntur.* Lucas Act. Apoſt. XV. 17. πάντα τὰ ἔθνη, ἐφ' οὓς ἐπικέκληται τὸ ὄνομά μου. Et XXVI. 17. ἐξαιρούμενός σε ἐκ τοῦ λαοῦ καὶ τῶν ἐθνῶν, εἰς οὓς νῦν σε ἀποστέλλω. Duriora etiam his ſunt ſequentia, in quibus palam itidẽ mutatur Genus & Numerus. Cic. Famil. XVI. 27. *Incredibile eſt, quæ ego illos ſcio feciſſe.* de Senect. cap. 3. *Sæpe interfui querelis meorum æqualium, quæ C. Salinator, quæ Sp. Albinus, deplorare ſolebant.* Sall. Jug. 13. *Ut ex maxima invidia in gratiam & favorem nobilitatis Jugurtha veniret, quorum pars ſpe, alii præmio inducti.* cap. 41. *Otio atque abundantia earum rerum, quæ prima mortales ducunt.* cap. 100. *Vigilias ipſe circumire, non tam diffidentia futuri, quæ imperaviſſet.* Qui locus perperam tribus diverſis doctiſſimorum hominum notis & conjecturis ſollicitatur. Ellipſeos ratio eadem eſt, quæ in illis locutionibus, *tempus eſt legendi librorum.* Supple ergo, *futuri negotii eorum, quæ imperaviſſet.* Vide infra III. 8. 2. extr. Et ſimilis pene Ellipſis in illo Plauti, quod ipſe Gronovius Obſerv. III. 2. attulit & recte, explicuit, ac defendit contra Salmaſium, Bacchid. IV. 1. *quæ imperaviſti, imperatum bene bonis, factum illico eſt*, h. e. negotium omnium illorum, quæ imperaviſti, imperatum eſt bene bonis, & factum illico, q. d. dictum factum, ſicuti imperatum, ſic & factum. Similia quædam ſuperioribus a me allatis iſtic congeſſiſſe deprehendo Virum Doctiſſimum. Salluſtiano ſimillimum etiam eſt, quod occurrit In Inſcr. apud Sponium Itiner. To. I. p. 417. *Benefici. ergo. quæ. ſibi. benigne. fecit.* h. e. beneficii illorum negotiorum, quæ &c. Adde his tandem Gellium Noct. III. 7. ubi quaſi digito demonſtrat memoratam a me Ellipſin: *Mittit adverſum illos peditatum equitatumque, quos in exercitu viros habuit ſtrenuiſſimos.* Pone abeſſe *viros*, ſicuti abeſſe poterat, & cognoſce nunc ex eo, quod adeſt, etiamſi abeſſet, in priori commate intelligendum fuiſſe *virorum.*

Digitized by Google

tea item conjuravere pauci contra Remp. in quibus Catilina fuit, de qua, quam veriſſime potero, dicam; id eſt conjuravere conjurationem, de qua conjuratione dicam. Cicero 1. Philip. *Ut natum te eſſe cives tui gaudeant, ſine quo nec beatus nec clarus eſſe quiſquam poteſt*; id eſt, gaudeant gaudium, ſine quo gaudio.

Aliquando tota oratio præcedens per aliud nomen explicatur, & eſt Syllepſis, quia concipimus totam orationem eſſe pro priore caſu; aut deeſſe potius caſum priorum: Livius l. 3. *Inter alia prodigia etiam carne pluit, quem imbrem ingens numerus avium intervolitando rapuiſſe fertur.* Salluſt. Jugurth. *Deinde Philænorum aræ, quem locum Ægyptum verſus finem Imperii habuerunt Carthaginenſes.* » [Corn. Nepos in vita Attic. *Tranquillatis re-* » *bus Romanis remigravit Romam L. Cotta, & L. Torquato conſulibus, quem diem ſic univerſa civitas Athenienſium* » *proſecuta eſt, ut lacrymis deſiderii futuri dolorem indicaret.* » Quem locum fruſtra viri docti mutare conantur.] Similiter enim locutus eſt Cicero: *Plancus me retinet, ſperat poſſe fieri, ut mecum in Italiam decedat; quem ego diem ſi videro*, &c. Idem Attico; *Quin etiam feci, (quod profecto ante me nemo) ut ipſe per litteras me conſolarer; quem librum ad te mittam.* Virgil. *Arcumque manu celeremque ſagittas corripuit, fidus quæ tela gerebat Achates*; Idem; *Interea ſocios inhumataque corpora terræ Mandemus, qui ſolus honos Acheronte ſub imo eſt.* Hujus generis ſunt Parentheſes illæ (5)(*quæ tua eſt pietas*)(*quæ veſtra libido eſt*) Quin-

(5) *Quæ tua eſt pietas.*] Frequentiſſima eſt hæc locutio Ciceroni & aliis, hoc modo expedienda. Nempe, quum dicit Cicero ad Marium VII. 2. *Si mihi permiſiſſes, qui meus amor in te eſt, confeciſſem cum coheredibus*, idem eſt, ac ſi dixiſſet, confeciſſem pro eo amore, qui (h. e. qualis, vel quantus) amor eſt meus in te amor. Vide iſtic, ut & ad IV. 5. Manutium. Tacitus Hiſt. II. 37. *Neque Paulinum, qua prudentia fuit, ſperaſſe.* Simile eſt, quod apud Salluſt. legimus, & turbavit Gruterum ac Ciacconium, Jug. cap. 31. *Nam illis, quantum importunitatis habent, parum eſt, impune male feciſſe*, h. e. parum illis eſt pro tanto importunitatis negotio,

Quinctil. *Pædagogi aut ſint eruditi plane, (quam primam eſſe*

tio, quantum &c. Sed ſæpe etiam aliis in locutionibus omittitur omne illud, ad quod relativum referri debet. Auguſtus apud Sueton. Claud. 4. *In præſentia quibus de rebus me conſulis, curare eum ludis Martialibus triclinium Sacerdotum, non diſplicet nobis*, h. e. ſecundum id, quod attinet ad eas res, de quibus in præſentia me &c. Apud Liv. I. 32. in illa formula conſulendi Senatus de bello, *Quarum rerum condixit pater patratus populi Romani patri patrato Latinorum, &c. dic, quid cenſes?* Intellige, de iis rebus, quarum rerum nomine condixit &c. Tacit. Hiſt. I. 14. *Ea pars morum ejus, quo ſuſpectior ſollicitis, adoptanti placebat*, intellige, eo magis placebat. Sed nonnulla potius paulo intricatiora hic expediamus. Tac. An. II. 52. *Legionem, & quod ſub ſignis ſociorum, in unum conductos, ad hoſtem duxit.* Integrum foret, *legionem, & id negotium ſociorum, quod neg. ſoc. ſub ſignis erat, eos omnes homines* (per appoſitionem) *conductos*, &c. Livius III. 14. *Juniores, id maxime, quod Cæſonis ſodalium fuerat, auxere iras in plebem.* Ubi abeſſe poterat τὸ *Id*, ſed quia adeſt, ex eo diſcimus intelligi *negotium*, & conſtructionem eſſe, *juniores, idque maxime negotium juniorum, quod negotium juniorum erat negotium ſodalium Cæſonis, hi omnes auxere.* Plaut. Curcul. II. 3. 48. *Sed quo te miſi, nihilo ſum certior*, h. e. nihilo ſum certior in eo negotio, quod curari a te volebam in eo loco, quo loco te miſi, vel ſi malis brevius, in eo negotio, de quo negotio te miſi. Prius tamen ſupplementum confirmari videtur ex eodem Plauto IV. 5. 1. *Hera quo me miſit ad Patrem, non eſt domi*, pro, *Pater non eſt in loco domi, quo loco ad Patrem Hera me miſit*: ut & ex Salluſt. Jug. 104. *Marius poſtquam infecto negotio, quo intenderat, Cirtham redit*, h. e. inf. neg. eo loci, quo &c. Quin immo illud ipſum *poſtquam* hoc modo expediendum, ut ſuppleas, *poſt* iſtam temporis horam, ad *quam* Marius rediit. Vera me dicere, patebit ex duobus Cornelii Nep. locis inter ſe collatis. Ariſt. III. 3. ait, *deceſſit fere poſt annum quartum, quam Themiſtocles Athenis erat expulſus*, h. e. *poſt annum quartum* ejus horæ, vel ab ea hora, ad (κατὰ) *quam* Themiſtocles &c. Vel etiam, ad annum quartum poſt eam horam, ad quam Them. Nam ita locutus videtur Cic. de Senect. cap. 14. *Qui ſex annos ante quam ego natus ſum, fabulam docuit*, h. e. ad ſex annos ante eam horam, ad quam ego &c. At priore modo Suet. Tiber. 60. *in paucis diebus, quam Capreas attigit*, ſcil. illius horæ, vel, ab illa hora ad quam attigit. Sic Curtius IV. 4. 19. *Tyrus ſeptimo menſe, quam oppugnari cœpta erat, capta eſt.* Vide & Sanctium infra IV. 7. ad vocem *Poſt*, & Me iſtic. Alter Nepotis locus eſt in Cim. cap. 3. *Poſt annum quintum, quo expulſus erat*, h. e. poſt an. qu. ab illo tempore,

re,

Digitized by Google

eſſe curam velim) aiut ſe non eſſe eruditos ſciant. Hinc nomen *negotium* ſubintellectum in relativo neutrali explicat etiam præcedentem orationem. Terent. Eun. *Qui habet ſalem, quod in te eſt*; id eſt, quod negotium. Cicer. *Perdifficilis Brute quæſtio eſt (quod tu minime ignoras) de Natura Deorum.* Plautus Aulul. *De alia re te reſciviſſe arbitrabar, quod ad me attinet.* Terent. Adelph. *Et quod fortunatum iſti putant, uxorem nunquam habui*, Salluſt. Catil. *Interea ſervitia repudiabat, cujus initio ad eum magnæ copiæ concurrebant*: id eſt, cujus negotii. Et in plurali; Cicero 2. epiſt. *Cum Pompejo complures dies, nullis aliis niſi de Rep. ſermonibus, verſatus ſum; quæ nec poſſunt ſcribi, nec ſcribenda ſunt*: idem; *Eadem mente comprehendimus colorem, ſaporem, odorem, ſonum, quæ nunquam animus cognoſcet.* Et in ſacris; *Lunam, & ſtellas, quæ tu fundaſti.* Quo etiam in genere falluntur, qui pueris inculcant, genus neutrum (6) concipere fœmininum; ut, *triſte lupus ſtabulis*: nam deeſt πρᾶγμα, id eſt, *negotium.* Atque hæc juxta Latinorum veram præ-

re, quo &c. Vel poſt annum quintum illius temporis, quo &c. Nam ita Sueton. Galba 17. *intra ſextum adoptionis diem.* Ubi pro tempore adoptionis habetur omne illud tempus, quod ab adoptione cœpit. Aliud vero eſt, licet eodem recidat, quando ait Terent. I. 1. 77. *In diebus paucis, quibus hæc acta ſunt, Chryſis moritur.* Cicero Famil. V. 20. *triginta diebus quibus rationes retuliſſem, deferri beneficia neceſſe eſt.* Cæſar. B. G. III. 23. *oppidum paucis diebus, quibus eo ventum erat, expugnatum*, & B. Civ. II. 6. *diebus XL. quibus venit in conſpectum.* Suet. Cæſ. 35. *Pharnacem intra quintum, quam adfuerat, diem, quattuor, quibus in conſpectum venit, horis, una profligavit acie.* Adde, quæ infra ad IV. 6. in Ellipſi Præpoſ. *In*, notavimus. Senſus autem eſt idem, qui in ſuperioribus: ſcil. intra tot dies & horas ab illo tempore, quo primum venit in conſp. ſed diverſa eſt conſtructionis ratio: Nempe, in tot diebus, in quibus ipſis diebus &c. h. e. in quarum dierum initio &c. ita ut ille dies, qua res geſta, prima ſit illarum dierum.

(6) *Concipere fœmininum.*] Videtur voluiſſe, *concipere etiam maſculinum aut fœmininum.* Nam *maſculinum* etiam ſub neutro intelligi ſecundum illos, liquet ex ſequenti exemplo, *Triſte lupus.* Sed & res ſatis eſt nota.

Digitized by Google

præceptionem ſunt diſputata. Græci vero circa hæc licentius evagantur, qui poſtquam unum caſum regunt, alium huic ſine rectione annectunt, dummodo aliquid cum illo habeat ſocietatis : ut, *utor libris, quibus habeo.* Vide *Helleniſmum.*

Hic & *Ille* ſic differunt, ut ait Laurentius; *duobus poſitis*; Hic, *refert propinquius*, Ille *remotius*; ut, Corydon & Thyrſis ducebant greges, hic oves, ille capellas. Sed (quod ignoravit Valla) regula hæc non eſt latinitatis, ſed ad vitandam ambiguitatem; quum vero nulla poteſt contingere ambiguitas, parum refert, utro modo loquaris : ut, *Vidi Hectorem & Achillem, hunc Trojanum, illum Græcum.* (7) Cicero pro Roſc. *Quid*

eſt;

(7) *Cicero pro Roſc.*] Sic Idem Famil. VII. 2. *Poſtremo oderam multo pejus hunc, quam illum ipſum Clodium. Illum enim* (Clodium) *oppugnaram, hunc* (Burſam) *defenderam. Et ille* (Clodius) *quum omnis Reſp. in meo capite diſcrimen eſſet aditura, magnum quiddam ſpectavit, hic* (Burſa) *Simiolus animi cauſa me delegerat &c.* Tacitus Hiſt. II. 77. *Acriore diſciplina victi, quam victores agunt. Hos* (victos) *ira & ultionis cupiditas accendit, illi* (victores) *per faſtidium hebeſcunt.* Plura vide apud Gronovium Patrem, Obſerv. III. 16. Notabilis etiam, & inprimis, eſt locus Salluſt. Jug. 18. *Medi autem & Armenii acceſſere Libyas. Nam hi propius mare Africum agitabant: Gætuli ſub ſole magis haud procul ab ardoribus; hique mature oppida habuere.* Loco inſpecto & paulo altius repetito patebit, quod recte jam monuit illic Glareanus, prius *hi* referendum ad *Libyas*; poſterius non ad proximos *Gætulos*, nec ad *Libyas*, ſed ad *Medos & Armenios*, de quibus etiam præcipue hoc loco agitur, ſicuti paulo ante de *Perſis* actum erat, ut qui una cum illis in Africam venerint, ſed qui juxta Gætulos habitarint & more Nomadum in tuguriis, quum Medi & Armenii apud Libyas habitarent. Sed & ſic Cæſar B. Gall. I. 1. quum diviſiſſet Galliam in Belgas, Aquitanos, & Celtas ſeu Gallos, ſubjicit continuo, *Hi omnes lingua &c. differunt: Gallos ab Aquitanis Garumna fl., a Belgis Matrona & Sequana dividit. Horum omnium fortiſſimi ſunt Belgæ*: cujus rei rationem ſatis longam dein memorat, & per eam cauſam tranſit ad Helvetios, qui itidem *reliquos Gallos virtute præcedant, quod fere quotidianis prœliis cum Germanis contendant, quum aut ſuis finibus eos prohibent, aut ipſi in eorum finibus bellum gerunt. Eorum una pars, quam Gallos obtinere dictum eſt, initium capit a fl. Rhodano, &c.* Quæ-

O ritur;

Cap. VIII.

Plura adjectiva uni ſubſtantivo eleganter jungi.

DIcimus, inquit Valla, *Hic robuſtus meſſor, iſta robuſta mulier: neque dicimus, antiquus robuſtus meſſor, antiqua robuſta mulier.* Hæc ille. At vero ratio ipſa praſcribit, uni ſubſtantiæ ſimul multa cohærere poſſe accidentia: nam ut libenter fateor, Catonem non poſſe ſimul eſſe frigidum & calidum, ita libenter concedam, ſimul frigidum, craſſum, ac album eſſe. Cicero pro lege Manilia; *Mithridates magnis adventitiis multarum nationum copiis adjuvabatur*: ibidem; *Quum ita clauſa erant nobis omnia maria, ut neque privatam rem maritimam, neque publicam gerere jam poſſemus*: idem 2. de Oratore; *Hæc perpetua contra Scævolam Curiana defenſio tota redundabit hilaritate*: idem 5. paradoxo; *Quem nutum locupletis orbi ſenis non obſervat?* Idem 2. Tuſcul. *Sic ad malam domeſticam diſciplinam, vitamque umbratilem & delicatam quum acceſſerunt etiam Poëtæ*, &c. idem. 1. Philip. *Non igitur provocatio iſta lege datur, ſed duæ maxime ſalutares leges quæſtioneſque tolluntur*: ibid. *Cariſſimus tuus parvus filius in Capitolium a te miſſus pacis obſes fuit*: ibid. *Ut omittam res avi tui proſperas, acerbiſſimum ejus diem ſupremum malim, quam L. Cinnæ dominationem.* Idem. Phil. 5. *Periculoſiſſimum civile bellum*: ibid. *bellum acerbiſſimum civile ſit reſtitutum*: idem 8. epiſtol. (1) *Etiam ex-*

(1) *Etiam externos multos &c.*] Occurrunt hæc verba lib. VI. ep. 6. Similia porro ſunt, III. 4. *Mea omnia ſumma in te officia.* VII. 23. *Priuſquam tuas legi has proximas literas.* De Amic. cap. 7. *Agrigentinum doctum quendam virum.* Ter. Heaut. II. 3. 48. *Nulla mala re expolitam muliebri.* Plautus Trucul. IV. 2. 61. *Timeo, ne malefacta antiqua mea ſint inventa omnia.* Livius I. 14. *Denſo obſito virgulto*, Cap. 54. *Inviſam ſuperbiam regiam*, Cap. 55. *Quadringenta ea ſola talenta fuiſſe.* Et ſic paſſim. Sed & exemplorum abunde, tum hic, tum in proximo ſuperiore & inferiore Capite collegit ipſe Auctor ad res ſuas probandas.

Digitized by Google

externos multos claros viros nominarem : ibid. *Quaſi devincti magnis meis veteribus officiis* : Idem de Oratore; *Aſſidua diligens ſcriptura* : Idem Verrina 2. *Creperejus ex acerrima illa equeſtri familia & diſciplina* : idem 2. de divin. *Unde ſuperſtitipſa primum evaſit vox feræ*: idem Attic. lib. 7. *Belle nobis flavit ab Epiro leniſſimus Auſter mitis* : idem 7. Famil. *Niſi nos pauci retineamus gloriam antiquam Atticam.* Terent. *Tum ut malevoli veteris poëtæ maledictis reſpondeat* : Lucan. *Fulgura fallaci micuerunt crebra ſereno.* Martial. lib. 12. *Ne mendica ferat barbati prandia nudi Pera rogat.* Suet. Neron. *In vetere gentili ſtemmate.* Valer. Maxim. lib. 1. cap. 6. *Puerum infantem ſemeſtrem* : idem lib. 4. *Aurea Delphica menſa* : idem lib. 9. cap. 3. *Nonne multo alieno ſanguine profuſo, ad ultimum & ſuum erogavit.* Sueton. Cæſare; *In ſummo publico luctu.* Curtius lib. 3. *Quum captivis mulieribus nobilibus* : ibid. *Captiva nobilis mulier.* Cæſar. 1. Gall. *quem locum duplici altiſſimo muro munierant.* Livius lib. 1. *Inſignique eum veſte, & Curuli regia ſella adornavit* : idem lib. 38. *Hic ſpecioſus ultimus dies Scipioni illuxit.* Terentius Phorm. *Introiit ater alienus canis* : Idem Eunucho; *Labore alieno magno partam gloriam ſæpe in ſe tranſmovet.* Sic enim legendus eſt locus, non *magnam* idem Adelph. *Ego hanc clementem vitam urbanam, atque otium ſequutus ſum.* Varro lib. de re ruſt. *Quid rationes dominicas pecuarias conferre nequicquam recte poteſt* : idem lib. 3. *Quam ſeveri boni viri laudabant.* Plin. lib. 1. cap. 2. *eſt lamina cerea tenui aurata.* Seneca in Medea, *Candida thyrſigeri proles generoſa Lyæi.* Sed poëtarum longum eſſet perſequi teſtimonia. Paſſim etiam occurrit, ubi ſuppreſſo ſubſtantivo, plura leguntur adjectiva : ut, *inclyti Romani*, ſupple, *homines* : *integrum Aprilem te expectavi*, ſub. *menſem* : *Superos omnes & inferos teſtatur*, ſub. *Deos*; *Miſeri mortales*, ſub. *homines*; *ſplendidus Oriens*, ſubaudi *Sol* : *immenſi molares*, ſubaudi, *Lapides.* Virgil. *Centum lanigeras mactabat rite bidentes*,

Digitized by Google

dentes, ſupple, *oves.* Tibull. lib. 2. Eleg. 2. *Fictilia antiquus primum ſibi fecit agreſtis*, (2) ſupple, *vaſa.*

(2) *Supple vaſa.*] Hæc duo verba, à Batavinis primum addita, abſunt a Salmanticenſi editione Et recte. Aliena enim ſunt a mente Sanctii, qui locum hunc adtulit, ut oſtenderet, ſæpe plura exprimi adjectiva, ſuppreſſo ſubſtantivo. Ergo addi potius debuerat, *Supple homo*, quod refertur ad *antiquus agreſtis.*

CAP. IX.

De Relativorum Conſtructione & Ellipſi, ut & de relatione, quam habent inter ſe Hic, Ille.

ROgabit aliquis, cur in arte Grammatica non propoſuerimus pueris aliud eſſe Relativum ſubſtantiæ, aliud accidentis; rogabo ego illos, cur velint artes confundere, & facere ut ne intelligendo nihil intelligant. Hæc & alia multa ſuſtuli, quæ ad Grammaticum, etiam perfectiſſimum, nihil attinent: ſatis eſt enim grammatico ſcire, *Tantus*, *quantus*, *Talis*, *qualis*, *Tot*, *quot*, eſſe nomina adjectiva, nullamque habere relationem, niſi dialecticam; ut *pater*, *filius*, *diſcipulus*, *magiſter.* Diximus itaque, Relativum collocari inter duos caſus nominis unius; ut *vidi hominem, qui homo diſputat.* Hunc loquendi modum taxat D. Hieronymus in Ruffinum: ſed multa ſunt teſtimonia, quæ noſtram regulam confirment. Cicero Verr. 3. *Ego tibi illam Aciliam legem reſtituo, qua lege multi ſimul accuſati*: ibid. *Ex ea die, ad hanc diem quæ feciſti, in judicium voco*; ibid. *Favonius qui legem noſſet, qua in lege numerus tantum columnarum traditur*; & 4. Verr. *Edictum enim hominis cognoſcite, quo edicto omnia judicia redegerit in ſuam poteſtatem*: ibid. *Cephalidi menſis eſt certus: quo menſe ſacerdotem maximum creari oporteat*: idem pro Milone; *Ante fundum Clodii, quo in fundo*: idem pro Roſcio Amer. *Qui de ea re poſſet dicere aliquid, in qua re nulla ſubeſſet ſuſpicio*: idem 1. Verrina; *Emptum eſt ex*

S. C.

Digitized by Google

S. C. frumentum a Siculis, Prætore Verre, pro quo frumento pecunia omnis ſoluta non eſt : ibidem; *Quum illius diei mihi venit in mentem, quo die citato reo mihi dicendum ſit.* Nunc legitur, *illius temporis*; ſed Pædianus, *illius diei* agnoſcit. Idem 2. Agraria; *ſequitur enim caput, quo capite non permittit* : idem ad Attic. lib. 3. *Is cauſam habet, quam cauſam ad te deſert* : ibidem lib. 8. *Litteras abs te M. Calenus ad me attulit, in quibus litteris ſcribis* : idem ad Volumnium : *Eutrapelia litterarum fecit, ut intelligerem tuas eſſe, quibus in litteris* &c. Ad Herenn. Lib. 1. *Oratoris officium eſt, de iis rebus poſſe dicere, quæ res ad uſum civilem* &c. ibidem; *firma ſimilitudine ejus rei, qua de re agitur : ad eam rem, qua de re judicatum eſt* : ibid. *Expoſitio eſt, quum res, quibus de rebus dicturi ſumus, exponimus breviter* : ibidem libro 2. *Deinde ea res ſimilis ſit rei ei, de qua re agitur, aut diſſimilis* : ibid. *Oporteatne de ea re judicium fieri, quæ res in judicio non venit* : ibidem lib. 3. *Et quæ ſimiles ſententias habebunt, quibus ſententiis*, ibid. *Imagines igitur nos in eo genere conſtituere oportebit, quod genus in memoria manere diutiſſime poteſt.* Cæſar 1. Gall. *Erant omnino duo itinera, quibus itineribus domo exire poſſent* : ibid. *Omnibus rebus ad profectionem comparatis, diem dicunt, qua die ad ripas Rhodani omnes conveniant; is dies erat ad 5. Kalend. Aprilis* : idem; *Ultra eum locum, quo in loco Germani conſederant* : idem 6. Gallic. *Poſt diem ſeptimum ſeſe reverſurum confirmat, quem ad diem ei legioni* &c. Et paulo poſt; *Dieſque appetebat ſeptimus, quem ad diem exirent* &c. Suetonius Julio; *Deſedit apud Nicomedem, non ſine rumore proſtratæ regi pudicitiæ, quem rumorem auxit* : idem Auguſto; *Dubium eventu meliore, an voluntate, quam voluntatem quum identidem præ ſe ferret.* Terent. prol. Hecyr. *Eodem ut jure uti ſenem liceat, quo jure ſum uſus adoleſcentior* : ibid. *Ita eam oppreſſit calamitas; eam calamitatem veſtra intelligentia ſedabit.* Plaut. Sticho; *Eſt cauſa, qua cauſa mecum ire veritus eſt* : idem Aulul. *Id quod in rem tuam optumum eſſe arbitror, te id* ad-

admonitum advento. Plin. *Mareotim lacum, qui lacus antea Arapotes nominabatur.* Autor de viris illuſtribus; *Ubi poſt multos annos arcula cum libris a Terentio quodam exarata, qui libri, quia leves quaſdam ſacrorum cauſas continebant.* Livius lib. 39. *Neque harum rerum ullam rem in ſe, aut alios admiſerant.* Salluſt. Catil. *Tunc lex Porcia aliæque leges paratæ ſunt, quibus legibus exilium damnatis permiſſum eſt.* » [Vitruvius lib. 8. cap. 3. *In Theſſalia* » *fons eſt profluens, ex quo fonte pecus nullum guſtat, ad* » *quem fontem proxime eſt arbor florens purpureo colore.*]

Solet in relativo deeſſe primus caſus, aliquando ſecundus, nonnunquam ambo ſimul. Exempla primi modi: Terent. Hecyra; *Quia enim, qui eos gubernat animus, infirmum gerunt*: idem Heaut. *Unde habes?* reſp. *quam Bacchis ſecum adduxit adoleſcentulam*: id eſt, ab ea adoleſcentula, quam adoleſcentulam. (1) Plautus Aulul.

(1) *Plautus Aulul.*] Expreſſiora ſunt Amph. IV. 1. 1. *Naucratem quem convenire volui, in navi non erat.* Aulul. IV. 4. 28. *Quis illic eſt, qui Alter hic intus tecum erat.* Curcul. III. 49. *Sed iſtum quem quæris, ego ſum.* Moſtell. V. 1. 5. *Oſtium quod in angiportu eſt horti, pateſeci fores.* h. e. *pat. fores oſtii, quod oſtium* &c. Pſeud. I. 4. 11. *Viginti minæ quæ nuſquam nunc ſunt gentium, inveniam tamen.* Ter. Eun. III. 3. 18. *Niſi ſi illa forte, quæ olim periit parvula ſoror, hanc ſe intendit eſſe.* IV. 3. 11. *Eunuchum quem dediſti nobis, quantas dedit turbas.* Ovid. Metam. XIV. v. 350. *Cecidere manu, quas legerat herbas.* Cic. de Offic. III. 13. *Hæc eſt illa, quæ videtur utilium fieri cum honeſto ſæpe diſſenſio.* Petron. cap. 134. *Hunc adoleſcentem quem vides, malo aſtro natus eſt.* Seneca Hercule Oet. v. 410. *Hunc quem per urbes ire præclarum vides, Qui regna &c. Levis eſt.* Gell. V. 14. *Nam quas venabatur feras, membra opimiora mihi ſuggerebat.* In his nonnulla, quæ Accuſativum habent præmiſſum, inprimis cum pronomine *Iſtum*, *Hunc*, poſſint etiam explicari, ſicuti illæ locutiones, de quibus egimus Cap. 5. pag. 188. 189. & infra IV. 11. extr. Atque ita in illo Plauti ex Curcul. ſenſus foret, *quod ad iſtum, quem quæris, ego is ſum.* Et in Petronio, *quod ad hunc Adol. &c.* Similiter in Seneca. Durum enim eſt & inſolitum dictu, ſi repetatur Pronomen, *Ego ſum iſte, quem Iſtum quæris. Malo aſtro natus eſt hic Adoleſcens, quem Hunc Adol. vides. Levis eſt Hic præclarus, quem Hunc præcl.* Et ſic in Terentio, quam durum eſt, quod ſentit & explet Sanctius, *quas has nuptias credis eſſe*

Iul. *Nemini credo, qui dives large blandus eſt pauperi*; id eſt, nemini diviti credo, qui dives. Horat. *Qui fit Mæcenas, ut nemo, quam ſibi ſortem, Seu ratio dederit, Seu ſors objecerit, illa Contentus vivat?* Ordo eſt, ut nemo contentus vivat illa ſorte, quam ſortem. Cicer. *Quum quiſque norit artem, in hoc ſe exerceat.* Quinctil. *Vereor, ne quos porrexerim cibos, venena fiant.* Terent. Andria; *Populo ut placerent, quas feciſſet fabulas*; ibid. *Quas credis eſſe has, non ſunt veræ nuptiæ.* In quibus locis meras nugas & antiptoſes machinantur iſti, quum dicendum ſit, Hæ nuptiæ non ſunt veræ, quas has nuptias credis eſſe veras. Virgil. 2. Æneid. *Quod te per Superos, & conſcia numina veri, per, ſi qua eſt intemerata fides, oro*; id eſt, per fidem, ſi qua eſt: idem 6. Æneid. *Per ſidera juro, Per ſuperos, & ſi qua fides tellure ſub ima eſt*: idem Æneid. 12. *Turne, per has ego te lacrymas, per, ſi quis Amatæ tangit honos*: & 10. Æneid. *Unum hoc per (ſi qua eſt victis venia hoſtibus) oro.* Hinc intelliges, falli illos, qui præcipiunt, ſi relativum præcedat, trahere ad ſe antecedens: quaſi relativum poſſit præcedere, non appoſito, ad quod referendum eſt.

Exempla ſecundi modi paſſim ſunt obvia: ut, *vidi hominem qui dormiebat.*

Uterque caſus ſic deſideratur: Terentius Adelph. *Minime miror, qui inſanire incipiunt ex injuria*: id eſt, *mini-*

ſe veras, & vel ſic alio ordine explenda hæc forent, ſcil. *quas veras nuptias credis eſſe has nuptias.* Ego verò malim in hoc quidem loco *Quas* interpretari *quales*, ut ſenſus ſit, *quas* ſeu *quales credis eſſe has nuptias.* Fateor tamen illa duritie exponendam fere & ſupplendam hanc Ellipſin, quando poſt Relativum *qui* vel *quæ* ſequitur Verbum primæ vel ſecundæ perſonæ, ut in illo Ovidii, quod mox adfert Sanctius, *Nec de plebe Deo, ſed qui cæleſtia magna Sceptra Manu teneo*, h.e. me Deo, qui ego Deus teneo. Nam id quidem durum itidem eſt, ſed tamen ſuppleri aliter nequit. Sæpe etiam integra Conſtructio omittitur iſtius primi caſus, ad quem refertur hoc pronomen. Vide in proximis Notis, & pag. 210.

Digitized by Google

minime miror (2) eos homines, qui homines. Horat. *Sunt quos curriculo pulverem Olympicum Collegiſſe juvat*, id eſt, ſunt aliqui homines, quos homines juvat, &c. Obſcurius hæc Livius lib. 34. *Cautum erat, quo ne plus auri & argenti facti, quo ne plus ſignati argenti & æris, domi haberemus*; id eſt, Cautum erat de modo, vel numero, quo numero ne plus auri haberemus: [aut » *Quo*, » ſicut *Qui*, pro *Quomodo* poſitum eſt, vel *Ut*; (3) Cau» tum eſt, ut ne plus auri haberemus.] Cicero Mario lib. 7. *Sed eo vidiſti multum, quod præfiniſti, quo ne pluris emerem.* Hæc Tranquillus planius protulit in Julio; *Cautum eſt de numero gladiatorum, quo ne majorem cuiquam habere Romæ liceret*: Ibid. *Ex omni provinciarum copia Gallias potiſſimum elegit, cujus emolumento & opportunitate idonea ſit materia triumphorum*; id eſt, (4) Gallias elegit,

(2) *Eos homines, qui homines.*] Sall. Jug. 4. *Atque ego credo fore, qui tam utili labori meo nomen inertiæ imponant, certe, quibus maxima induſtria videtur, ſalutare plebem*, h. e. fore homines, qui homines &c. imponant, certe eos fore illos homines, quibus hominibus videtur &c. cap. 108. *Magis Punica fide, quam ob quæ prædicabat*, h. e. ob ea negotia, quæ præd. Ubi vide Rivium. Florus III. 10. *Et quamvis toto orbe diviſa, tamen, qui vinceret, habuit Britannia.* h. e. habuit Hominem, qui Homo ſe vinceret. Gell. Noct. V. 13. *Unuſquiſque commentus paratuſque ibat, quod quæreret*, h. e. paratus ad id, quod quær. Sic & Ælianus Var. Hiſt. IX. 4. μετήγαγε δὲ τὸ ἔγκλημα ἐπὶ τὸ μειράκιον, ἐν οἷς ἐνεκάλει τόλμαν αὐτοῦ καὶ ἀμαθίαν. Ubi, quum Doctiſſimi interpretes adhæſiſſent, plura ejus generis notavi. Omiſſum autem iſtic eſt per Ellipſin, ἐν τούτοις ἅπασι, vel λόγοις.

(3) *Cautum eſt, ut ne plus &c.*] Is quidem eſt ſenſus, qui tandem exoritur, ſed hic indagamus rationem conſtructionis. Ea vero hæc eſt manifeſte, *cautum eſt de modo, quo modo ne plus &c.*

(4) *Gallias elegit, provinciam, cujus provinciæ.*] Hoc modo pleraque etiam ſequentis paragraphi pag. 209. 210. exponenda. Veluti: inter *alia prodigia etiam imbrem pluit carne, quem imbrem &c.* Sic *Philenorum aræ, locus, quem locum &c. Remigravit Romam die, quem diem &c.* Idem certe Nomen, quod in poſterioribus exprimitur, in prioribus omiſſum eſſe, patet ex Livio I. 1. *Et in quem primum egreſſi ſunt locum, Troja vocatur.* Ubi manifeſtum deeſſe *locus*. Porro iſtis ſimilia ſunt illa Plauti Epid. I. 1. 80. *Neque, ego nunc quomodo me expeditum ex impedito faciam, Conſilium placet.* Ubi vide Gronov.

&

Digitized by Google

elegit, provinciam, cujus provinciæ. Ovid. 2. Metamorph. *Præſide tuta Deo, nemorum ſecreta ſubibis, Nec de plebe Deo, ſed qui cæleſtia magna Sceptra manu teneo*, i. e. me Deo, qui Deus ego teneo. Salluſt. Catil. *Sed antea*

& ad Liv. II. 20. Sall. Jug. cap. 16. *Decretum ſit, uti decem Legati dividerent regnum, cujus legationis princeps fuit L. Opimius*, cap. 17. *Africa habet ab ortu ſolis declivem latitudinem, quem locum Catabathmon incolæ appellant.* cap. 36. *Ante comitia, quod tempus haud longe aberat.* cap. 75. *Ex flumine, quam proximam eſſe aquam oppido diximus.* Nepos Datam. cap. 4. *Aſpis Cataoniam tenebat, quæ gens jacet ſupra Ciliciam.* Cim. c. 3. *Teſtarum ſuffragiis, quod illi ὀστρακισμὸν vocant, ejectus eſt.* Hygin. fab. 275. *Thebas heptapylas, quæ ſeptem portas habuiſſe dicitur.* Ubi ſine juſta ratione Munkerus voluit *dicuntur.* Lucas Act. Apoſt. XV. 17. πάντα τὰ ἔθνη, ἐφ' οὓς ἐπικέκληται τὸ ὄνομά μου. Et XXVI. 17. ἐξαιρούμενός σε ἐκ τοῦ λαοῦ καὶ τῶν ἐθνῶν, εἰς οὓς νῦν σε ἀποστέλλω. Duriora etiam his ſunt ſequentia, in quibus palam itidẽ mutatur Genus & Numerus. Cic. Famil. XVI. 27. *Incredibile eſt, quæ ego illos ſcio feciſſe.* de Senect. cap. 3. *Sæpe interfui querelis meorum æqualium, quæ C. Salinator, quæ Sp. Albinus, deplorare ſolebant.* Sall. Jug. 13. *Ut ex maxima invidia in gratiam & favorem nobilitatis Jugurtha veniret, quorum pars ſpe, alii præmio inducti.* cap. 41. *Otio atque abundantia earum rerum, quæ prima mortales ducunt.* cap. 100. *Vigilias ipſe circumire, non tam diffidentia futuri, quæ imperaviſſet.* Qui locus perperam tribus diverſis doctiſſimorum hominum notis & conjecturis ſollicitatur. Ellipſeos ratio eadem eſt, quæ in illis locutionibus, *tempus eſt legendi librorum.* Supple ergo, *futuri negotii eorum, quæ imperaviſſet.* Vide infra III. 8. 2. extr. Et ſimilis pene Ellipſis in illo Plauti, quod ipſe Gronovius Obſerv. III. 2. attulit & recte explicuit, ac defendit contra Salmaſium, Bacchid. IV. 1. *quæ imperaviſti, imperatum bene bonis, factum illico eſt*, h. e. negotium omnium iſtorum, quæ imperaviſti, imperatum eſt bene bonis, & factum illico, q. d. dictum factum, ſicuti imperatum, ſic & factum. Similia quædam ſuperioribus a me allatis iſtic congeſſiſſe deprehendo Virum Doctiſſimum. Salluſtiano ſimillimum etiam eſt, quod occurrit In Inſcr. apud Sponium Itiner. To. I. p. 417. *Benefici. ergo. quæ. ſibi. benigne. fecit.* h. e. beneficii iſtorum negotiorum, quæ &c. Adde his tandem Gellium Noct. III. 7. ubi quaſi digito demonſtrat memoratam a me Ellipſin: *Mittit adverſum illos peditatum equitatumque, quos in exercitu viros habuit ſtrenuiſſimos.* Pone abeſſe *viros*, ſicuti abeſſe poterat, & cognoſce nunc ex eo, quod adeſt, etiamſi abeſſet, in priori commate intelligendum fuiſſe *virorum.*

Digitized by Google

tea item conjuravere pauci contra Remp. in quibus Catilina fuit, de qua, quam veriſſime potero, dicam; id eſt conjuravere conjurationem, de qua conjuratione dicam. Cicero 1. Philip. *Ut natum te eſſe cives tui gaudeant, ſine quo nec beatus nec clarus eſſe quiſquam poteſt*; id eſt, gaudeant gaudium, ſine quo gaudio.

Aliquando tota oratio præcedens per aliud nomen explicatur, & eſt Syllepſis, quia concipimus totam orationem eſſe pro priore caſu; aut deeſſe potius caſum priorum: Livius l. 3. *Inter alia prodigia etiam carne pluit, quem imbrem ingens numerus avium intervolitando rapuiſſe fertur.* Salluſt. Jugurth. *Deinde Philænorum aræ, quem locum Ægyptum verſus finem Imperii habuerunt Carthaginenſes.* » [Corn. Nepos in vita Attic. *Tranquillatis rebus Romanis remigravit Romam L. Cotta, & L. Torquato conſulibus, quem diem ſic univerſa civitas Athenienſium proſecuta eſt, ut lacrymis deſiderii futuri dolorem indicaret.* » Quem locum fruſtra viri docti mutare conantur.] Similiter enim locutus eſt Cicero: *Plancus me retinet, ſperat poſſe fieri, ut mecum in Italiam decedat; quem ego diem ſi videro*, &c. Idem Attico; *Quin etiam feci, (quod profecto ante me nemo) ut ipſe per litteras me conſolarer; quem librum ad te mittam.* Virgil. *Arcumque manu celeremque ſagittas corripuit, fidus quæ tela gerebat Achates*; Idem; *Interea ſocios inhumataque corpora terræ Mandemus, qui ſolus honos Acheronte ſub imo eſt.* Hujus generis ſunt Parentheſes illæ (5)(*quæ tua eſt pietas*)(*quæ veſtra libido eſt*) Quin-

(5) *Quæ tua eſt pietas.*] Frequentiſſima eſt hæc locutio Ciceroni & aliis, hoc modo expedienda. Nempe, quum dicit Cicero ad Marium VII. 2. *Si mihi permiſiſſes, qui meus amor in te eſt, confeciſſem cum coheredibus*, idem eſt, ac ſi dixiſſet, confeciſſem pro eo amore, qui (h.e. qualis, vel quantus) amor eſt meus in te amor. Vide iſtic, ut & ad IV. 5. Manutium. Tacitus Hiſt. II. 37. *Neque Paulinum, qua prudentia fuit, ſperaſſe.* Simile eſt, quod apud Salluſt. legimus, & turbavit Gruterum ac Ciacconium, Jug. cap. 31. *Nam illis, quantum importunitatis habent, parum eſt, impune male feciſſe*, h. e. parum illis eſt pro tanto importunitatis negotio,

Digitized by Google

Quinctil. *Pædagogi aut ſint eruditi plane, (quam primam eſſe*

tio, quantum &c. Sed ſæpe etiam aliis in locutionibus omittitur omne illud, ad quod relativum referri debet. Auguſtus apud Sueton. Claud. 4. *In præſentia quibus de rebus me conſulis, curare eum ludis Martialibus triclinium Sacerdotum, non diſplicet nobis*, h. e. ſecundum id, quod attinet ad eas res, de quibus in præſentia me &c. Apud Liv. I. 32. in illa formula conſulendi Senatus de bello, *Quarum rerum condixit pater patratus populi Romani patri patrato Latinorum, &c. dic, quid cenſes?* Intellige, de iis rebus, quarum rerum nomine condixit &c. Tacit. Hiſt. I. 14. *Ea pars morum ejus, quo ſuſpectior ſollicitis, adoptanti placebat*, intellige, eo magis placebat. Sed nonnulla potius paulo intricatiora hic expediamus. Tac. An. II. 52. *Legionem, & quod ſub ſignis ſociorum, in unum conductos, ad hoſtem duxit.* Integrum foret, *legionem, & id negotium ſociorum, quod neg. ſoc. ſub ſignis erat, eos omnes homines* (per appoſitionem) *conductos*, &c. Livius III. 14. *Juniores, id maxime, quod Cæſonis ſodalium fuerat, auxere iras in plebem.* Ubi abeſſe poterat τὸ *Id*, ſed quia adeſt, ex eo diſcimus intelligi *negotium*, & conſtructionem eſſe, *juniores, idque maxime negotium juniorum, quod negotium juniorum erat negotium ſodalium Cæſonis, hi omnes auxere.* Plaut. Curcul. II. 3. 48. *Sed quo te miſi, nihilo ſum certior*, h. e. nihilo ſum certior in eo negotio, quod curari a te volebam in eo loco, quo loco te miſi, vel ſi malis brevius, in eo negotio, de quo negotio te miſi. Prius tamen ſupplementum confirmari videtur ex eodem Plauto IV. 5. 1. *Hera quo me miſit ad Patrem, non eſt domi*, pro, *Pater non eſt in loco domi, quo loco ad Patrem Hera me miſit*: ut & ex Salluſt. Jug. 104. *Marius poſtquam infecto negotio, quo intenderat, Cirtham redit*, h. e. inf. neg. eo loci, quo &c. Quin immo illud ipſum *poſtquam* hoc modo expediendum, ut ſuppleas, *poſt* iſtam temporis horam, ad *quam* Marius rediit. Vera me dicere, patebit ex duobus Cornelii Nep. locis inter ſe collatis. Ariſt. III. 3. ait, *deceſſit fere poſt annum quartum, quam Themiſtocles Athenis erat expulſus*, h. e. *poſt annum quartum* ejus horæ, vel ab ea hora, ad (κατα) *quam* Themiſtocles &c. Vel etiam, ad annum quartum poſt eam horam, ad quam Them. Nam ita locutus videtur Cic. de Senect. cap. 14. *Qui ſex annos ante quam ego natus ſum, fabulam docuit*, h. e. ad ſex annos ante eam horam, ad quam ego &c. At priore modo Suet. Tiber. 60. *in paucis diebus, quam Capreas attigit*, ſcil. illius horæ, vel, ab illa hora ad quam attigit. Sic Curtius IV. 4. 19. *Tyrus ſeptimo menſe, quam oppugnari cœpta erat, capta eſt.* Vide & Sanctium infra IV. 7. ad vocem *Poſt*, & Me iſtic. Alter Nepotis locus eſt in Cim. cap. 3. *Poſt annum quintum, quo expulſus erat*, h. e. poſt an. qu. ab illo tempore,

eſſe curam velim) *aiu ſe non eſſe eruditos ſciant.* Hinc nomen *negotium* ſubintellectum in relativo neutrali explicat etiam præcedentem orationem. Terent. Eun. *Qui habet ſalem, quod in te eſt*; id eſt, quod negotium. Cicer. *Perdifficilis Brute quæſtio eſt* (*quod tu minime ignoras*) *de Natura Deorum.* Plautus Aulul. *De alia re te reſciviſſe arbitrabar, quod ad me attinet.* Terent. Adelph. *Et quod fortunatum iſti putant, uxorem nunquam habui*, Salluſt. Catil. *Interea ſervitia repudiabat, cujus initio ad eum magnæ copiæ concurrebant*: id eſt, cujus negotii. Et in plurali; Cicero 2. epiſt. *Cum Pompejo complures dies, nullis aliis niſi de Rep. ſermonibus, verſatus ſum; quæ nec poſſunt ſcribi, nec ſcribenda ſunt*: idem; *Eadem mente comprehendimus colorem, ſaporem, odorem, ſonum, quæ nunquam animus cognoſcet.* Et in ſacris; *Lunam, & ſtellas, quæ tu fundaſti.* Quo etiam in genere falluntur, qui pueris inculcant, genus neutrum (6) concipere fœmininum; ut, *triſte lupus ſtabulis*: nam deeſt πρᾶγμα, id eſt, *negotium.* Atque hæc juxta Latinorum veram præ-

re, quo &c. Vel poſt annum quintum illius temporis, quo &c. Nam ita Sueton. Galba 17. *intra ſextum adoptionis diem.* Ubi pro tempore adoptionis habetur omne illud tempus, quod ab adoptione cœpit. Aliud vero eſt, licet eodem recidat, quando ait Terent. I. 1. 77. *In diebus paucis, quibus hæc acta ſunt, Chryſis moritur.* Cicero Famil. V. 20. *triginta diebus quibus rationes retuliſſem, deferri beneficia neceſſe eſt.* Cæſar. B. G. III. 23. *oppidum paucis diebus, quibus eo ventum erat, expugnatum*, & B. Civ. II. 6. *diebus XL. quibus venit in conſpectum.* Suet. Cæſ. 35. *Pharnacem intra quintum, quam adfuerat, diem, quatuor, quibus in conſpectum venit, horis, una profligavit acie.* Adde, quæ infra ad IV. 6. in Ellipſi Præpoſ. *In*, notavimus. Senſus autem eſt idem, qui in ſuperioribus: ſcil. intra tot dies & horas ab illo tempore, quo primum venit in conſp. ſed diverſa eſt conſtructionis ratio: Nempe, in tot diebus, in quibus ipſis diebus &c. h. e. in quarum dierum initio &c. ita ut ille dies, qua res geſta, prima ſit illarum dierum.

(6) *Concipere fœmininum.*] Videtur voluiſſe, *concipere etiam maſculinum aut fœmininum.* Nam *maſculinum* etiam ſub neutro intelligi ſecundum illos, liquet ex ſequenti exemplo, *Triſte lupus.* Sed & res ſatis eſt nota.

Digitized by Google

præceptionem ſunt diſputata. Græci vero circa hæc licentius evagantur, qui poſtquam unum caſum regunt, alium huic ſine rectione annectunt, dummodo aliquid cum illo habeat ſocietatis: ut, *utor libris, quibus habeo.* Vide *Helleniſmum.*

Hic & *Ille* ſic differunt, ut ait Laurentius; *duobus poſitis;* Hic, *refert propinquius,* Ille *remotius;* ut, Corydon & Thyrſis ducebant greges, hic oves, ille capellas. Sed (quod ignoravit Valla) regula hæc non eſt latinitatis, ſed ad vitandam ambiguitatem; quum vero nulla poteſt contingere ambiguitas, parum refert, utro modo loquaris: ut, *Vidi Hectorem & Achillem, hunc Trojanum, illum Græcum.* (7) Cicero pro Roſc. *Quid eſt;*

(7) *Cicero pro Roſc.*] Sic Idem Famil. VII. 2. *Poſtremo oderam multo pejus hunc, quam illum ipſum Clodium. Illum enim* (Clodium) *oppugnaram, hunc* (Burſam) *defenderam. Et ille* (Clodius) *quum omnis Reſp. in meo capite diſcrimen eſſet aditura, magnum quiddam ſpectavit, hic* (Burſa) *Simiolus animi cauſa me delegerat &c.* Tacitus Hiſt. II. 77. *Acriore diſciplina victi, quam victores agunt. Hos* (victos) *ira & ultionis cupiditas accendit, illi* (victores) *per faſtidium hebeſcunt.* Plura vide apud Gronovium Patrem, Obſerv. III. 16. Notabilis etiam, & inprimis, eſt locus Salluſt. Jug. 18. *Medi autem & Armenii acceſſere Libyas. Nam hi propius mare Africum agitabant: Gætuli ſub ſole magis haud procul ab ardoribus; hique mature oppida habuere.* Loco inſpecto & paulo altius repetito patebit, quod recte jam monuit illic Glareanus, prius *hi* referendum ad *Libyas*; poſterius non ad proximos *Gætulos*, nec ad *Libyas*, ſed ad *Medos & Armenios*, de quibus etiam præcipue hoc loco agitur, ſicuti paulo ante de *Perſis* actum erat, ut qui una cum iitis in Africam venerint, ſed qui juxta Gætulos habitarint & more Nomadum in tuguriis, quum Medi & Armenii apud Libyas habitarent. Sed & ſic Cæſar B. Gall. I. 1. quum diviſiſſet Galliam in Belgas, Aquitanos, & Celtas ſeu Gallos, ſubjicit continuo, *Hi omnes lingua &c. differunt: Gallos ab Aquitanis Garumna fl., a Belgis Matrona & Sequana dividit. Horum omnium fortiſſimi ſunt Belgæ*: cujus rei rationem ſatis longam dein memorat, & per eam cauſam tranſit ad Helvetios, qui itidem *reliquos Gallos virtute præcedant*, *quod fere quotidianis prœliis cum Germanis contendant, quum aut ſuis finibus eos prohibent, aut ipſi in eorum finibus bellum gerunt. Eorum una pars, quam Gallos obtinere dictum eſt, initium capit a fl. Rhodano, &c.* Quæritur;

eſt, quod negligenter ſcribamus adverſaria? quid eſt, quod diligenter conficiamus tabulas? qua de cauſa? quia hæc ſunt menſtrua; illæ ſunt æternæ: Idem 4. de Finib. in princip. *Quum duæ ſint artes, quibus perfecta ratio & oratio compleatur, una inveniendi, altera diſſerendi; hanc poſteriorem & Stoici, & Peripatetici, priorem illi egregie tradiderunt, hi omnino ne attigerunt quidem.* Virgil. *Urbem, quam dicunt Romam, Melibœe, putavi Stultus ego huic noſtræ ſimilem, quo ſæpe ſolemus Paſtores ovium teneros depellere fœtus. Verum hæc*, &c. Valerius Maxim. libro 2. cap. 7. *Scipio Africanus gravius in Romanos, quam Latinos transfugas animadvertit; hos enim tanquam patriæ fugitivos crucibus affixit, illos tanquam perfidos ſocios ſecuri percuſſit*: Ibidem, *Quorum neſcio utrum majus dedecus fuerit, quod patria ſpei, an quod hoſtis metus nihil in iis repoſuerit: hæc pro ſe, ille ne adverſus ſe dimicarent, parvi pendendo*: Idem lib. 5. cap. 4. de Scipione & Coriolano: *Ille enim metu patriam pulſavit, hic verecundia.* Atque ita ſæpe apud Valer. Maxim.

CAP.

ritur, quo ultimum hoc *Eorum* fit referendum, aut quid ſub eo intelligatur. Daviſius refert ad *fines*, & miratur, hoc ab Interpretibus non fuiſſe animadverſum. At *fines*, qui proximo loco memorantur, ſunt Germanici, non Gallici. Et ideo alii Interpretes, *redire* Cæſarem ajunt *eo, unde digreſſus erat*; non ergo quærunt illi in proximis id, ad quod referatur hoc Pronomen, ſed diſerte cenſent dici hic *Eorum una pars*, ut ſupra, *Horum omnium fortiſſimi ſunt Belgæ*: Vide Rhellicanum & Ciacconium. Hos autem Ego quidem longe prætulerim Daviſio, ſatis proclivi ad miranda aliena in ſequiorem partem. Nam revera per τὸ *Eorum* reditur & reſpicitur ad id, quod ante dictum erat, *Hi omnes*, *Horum omnium*. Pronomina autem referri aliquando ad ſatis remota nomina, ex allato Salluſtii loco manifeſtum eſt, qui idcirco cum hocce Cæſaris conferri debet.

Digitized by Google

CAP. X.

De Comparativorum conſtructione. Comparatum Nomen quid ſit. Nullum regit caſum. In Comparativorum Ablativis deeſt Præ. Prior *de pluribus etiam dicitur. Comparativus non regit genitivum : nunquam pro Poſitivo ponitur.* Quam *non poſtulat ſemper caſum ſimilem præcedenti.*

CIrca Comparativorum conſtructionem, nugis armati pugnant Grammatici. Multa confinxit Priſcianus, Scaliger multa fruſtra philoſophatur; egregie tamen ineptus eſt Valla, cujus ſtudium fuit Latinam linguam compedibus conſtringere. Hic reliquos Grammaticorum dedit præcipites : ex Priſciani tamen lib. 3. in princ. ſic de Comparativis præcipimus.

(1) Comparatum nomen eſt, quod unum, vel plura, ſui,

(1) *Comparatum nomen eſt &c.*] Voſſius de Anal. I. 23. explodit hanc definitionem, & aliam cum J.C.Scaligero hoc modo formare mavult: *Comparativus eſt ſpecies dictionis exceſſum ſignificans, ad alterum relatum.* Vix video, quid interſit, aut præſtet. Nam quod ait, *Titus eſt nemine popularium inhumanior*, per *magis* non poſſe exponi, falſum eſt. Decepit haud dubie Virum, quod non animadvertit, in illa expoſitione negationem, quæ latet in τῷ *Nemine*, eſſe ſeorſim accipiendam, hoc modo: *Titus non eſt magis inhumanus homine ullo popularium.* Sic Auctor ad Herenn. IV. 10. *Negat ſe accedere poſſe, nec ædificare etiam nunc audere.* Ubi in poſterioribus repetenda ex τῷ *Negat* vis verbi *dicit*, quaſi ſcriptum eſſet, Dicit ſe accedere non poſſe, & dicit ſe etiam nunc non audere ædificare. Vide & infra ad III. 7. extr. & IV. 7. Porro quæ de vocula *magis* diſputat, tanquam ſi & illa ipſa ſit Comparativa, & proinde debeat & ipſa ſignificare iterum *magis* ſupra ſuum Poſitivum, quo nihil inſulſius dici aut cogitari queat, ea vero ego inſulſa & falſa quam maxime arbitror. Nam Grammatici non volunt in expoſitione Comparativi adhibendam ſemper & neceſſario illam proprie voculam *magis*, ſed quamcunque, ejus quæ ſit ſignificationis. Sed & , quod *non negaturos* ait Grammaticos, id vero ego pernego, τὸ *Magis* eſſe comparativi gradus in arte Grammatica, quum ſit vel Adverbium comparativæ ſolunt ſignificationis, cujus ſunt & Præpoſi-

ſui, vel alieni generis ſuperans, diſſolvitur in poſitivum & adverbium *magis*, ut, *Cicero fuit eloquentior fratre; uberior Demoſthene; Romanis facundior, cæteris oratoribus prudentior; Græcis, & Romanis, omnibus ſuavior; quo nemo vel Græcorum, vel Latinorum doctior.* Duo tamen hic ſunt conſideranda; quæ non ſolum Grammaticos, ſed peritos etiam latuerunt. Primum eſt; Comparativa nullum caſum regere; unde ſunt illa, quæ Grammaticos conturbant: *Similior ſum patri, quam matri*: *Litteris, quam moribus inſtructior*: *nulli omnium claritate inferior*: *Major quam pro numero ſonus*: *celerius opinione hominum.* Curt. lib. 5. *majorem quam pro flatu ſonum edebat.* Alterum eſt; In comparativorum ablativis deeſſe *Præ.* vide *Ellipſin.* Nunc vero contra Vallam & eum ſequutos, comparativa inter plura ſui generis habere locum luce clarius oſtendam: Plinius de tribus Pyramidibus, *Tertia*, inquit, *major prædictis, ſed multo ſpectatior.* Salluſt. de tribus filiis; *Te Jugurtha, qui ætate, & ſapientia prior es.* Val. Max. de tribus Tyrannis; *Tertium*

poſitiones, *præ*, *ante*, & *ſupra*, vel potius origine ſua Adjectivum poſitivi gradus. Dicitur enim *magis* & *mage*, plane ut *potis* & *pote*, unde Comp. *major* & Superl. *maximus*, per contractionem pro *magior* & *magiſſimus*. Nec obſtat valde huic origini vel naturæ, quod uſus has voculas adhibuerit tandem plane tanquam Adverbia extra rationem Generis & numeri, quum idem acciderit τοῖς *potis* & *pote*. Plautus Amph. II. 2. 61. *Qui iſtuc potis eſt fieri.* Et in plurali, Pœn. I. 2. 17. *Duæ potis ſunt plus ſatis negotii dare.* Terent. Adel. IV. 1. 5. *Ita fiat, & iſtoc ſi quid potis eſt rectius.* Vide & Sanctium infra IV. 17. & Me iſtic, ſed & Voſſium de Anal. II. 21. Quin & alia exſtiterunt olim, quæ per omne Genus tunc fuerunt adhibita, veluti *Prior* & *Poſterior*, de quibus vide Voſſium de Anal. II. 21. Quapropter quum dicunt Grammatici, Comparativum *diſſolvi in poſitivum & magis*, idem eſt, ac ſi dixiſſent, explicari per magis, ſeu ejus ſignificationem, poſitivo ſuo additam, & hoc utique eſt, *ſignificare exceſſum* ſui poſitivi, quod mavult Voſſius. Ceterum τὸ *plura*, quod in Sanctiana occurrit definitione, pro *uno* tamen in explicanda comparatione eſt accipiendum, ſicuti mox oſtendemus.

Digitized by Google

Tertium te importuniorem ſuperioribus habere cœpimus. Apul. l. 9. *E tribus junior.* Apud Horat. ſe comparat Hypermneſtra reliquis ſororibus l.3. Oda 11. *Ego*, inquit, *mollior illis.* Plinius l. 36. c. 7. de generibus marmorum; *Viride cunctis hilarius*: idem l. 36. c. 9. de quadam navi; *omnibus, quæ unquam in mari viſæ ſunt, mirabiliorem.* » [Varro 2. rei ruſt. c. 5. *Boves Epirotici non ſo-* » *lum meliores* (2) *totius Græciæ, ſed etiam Italiæ*; pro quo » alii

(2) *Totius Græciæ.*] Neutiquam tamen hic eſt caſus, in quem proxime tendit Comparatio, ut nec caſus Partitionis, ſed caſus, qui pendet ſeu regitur ab Ablativo, una cum præpoſitione comparationis, omiſſo per Ellipſin. Et proinde ſi dicas, Boves Epirotici ſunt meliores totius Græciæ, eſt quidem, quod ad ſenſum, idem, ac ſi diceres, *optimi totius Græciæ*, non item quod ad rationem Grammaticam, ſecundum quam exponendum eſt, *meliores præ aliis bubus totius Græciæ.* Atque ita & Sanctius ipſum hunc locum interpretatur infra IV. 3. Similiter ſe res habet in iis Lentuli verbis ex Cicer. Ep. Famil. XII. 15. quæ mox Auctor adfert: *quarum* (navium) *minor nulla erat duum millium amphorarum.* Intellige, *navibus* tot *amphorarum.* Plane ut & in Plin. VII. 30. *Omnium triumphorum lauream adepte majorem*, ubi omiſſum *laureis.* Aliter vero accipienda verba Curtii X. 4. *In oculis duo majora omnium navigia ſubmerſa ſunt.* Hic enim, ſi modo locus eſt integer, genitivus occurrit partitionis, ſed qui non pendet proxime a τῷ *majora*, ſed a τοῖς *duo navigia*, quaſi dictum ſit, *duo navigia omnium* navigiorum, quæ duo erant generis majoris, prout claſſis illa habuit majoris & minoris generis navigia. Quam *interpretationem* quare *ſatis contortam* dicat Urſinus Inſtit. Gramm. To. 2. p. 64. cauſæ ſatis non video, maxime, quum ipſe eam poſt longas ambages tandem ſequatur prorſus, *ſupplendo & exponendo, duo navigia ex numero navigiorum omniū reliquis majora.* Nam quid hæc differunt a meis? Certe ſub *majora* me quoque intelligere *ceteris* vel *reliquis*, ſatis liquet ex iis, quæ in ſeqq. attuli, & quod abeſſe per rationem Grammaticam locutionis iſtius potuiſſe cenſui vocem *majora*, ut quæ non pertineat ad Genitivum *omnium*, ſed per ſe cum ſubintellecto ſuo Comparationis caſu conſiſtat. Aliquid tamen in eo Curtii loco hæret ambiguitatis, quæ quia alienior eſt ab ejus ſtylo, ego ſane accederem Freinshemio, & aliis, qui cenſent errore librariorum factam tranſpoſitionem vocis *omnium*, eamque adjungendam τῷ *oculis*, quando ſenſus & conſtructio ipſa eſt expeditiſſima. Verba a Salmaſio ad Solinum pag. 991. allata, non deſignatis tamen locis, ex Tertulliano, A-

» alii dicerent, Optimi totius Græciæ.] Valer. Max. I. 4.

puleſo, Spartiano, ex quibus rem certam eſſe, Genitivum cum Comparativis conſtrui etiam pro Ablativo, cenſet Urſinus, illa vero incertæ ſunt probationis, & ſequiorum inſuper Auctorum. Ab illis enim non petitur ratio Linguæ, præſertim quando antiquorum & meliorum conſuetudini reperiuntur contrarii. Sed & in Spartiano (locus eſt in Caracalla cap. 2.) editur, *Patre ſuperbior fuit.* Notat quidem Salmaſius illic, Codicem ſuum habere *Patris*, ſed quod corruptum videtur per cauſam primæ literæ ſequentis vocabuli huic quoque perperam additæ. Locum Tertulliani, qui eſt in Apolog. cap. 40 minus recte accepit Vir Eximius, & dein ex memoria vel adverſariis exhibuit, prout ipſe eum explicuerat. Nec enim occurrit in eo *partem orbis*, ſed verba ſunt, *Memorat & Plato majorem Aſiæ & Africæ terram Atlantico mari ereptam*: eodem fere ſenſu, quo mox ſubjicit: *vis undarum Lucaniam Italiæ abſciſſam in Siciliæ nomen relegavit.* Manifeſtum arbitror, *Aſiæ & Africæ* vel eſſe Dativos, vel, ſi Genitivi ſint, regi a voce *terram*, ut adeo neutiquam ille locus præbet, ad quod probandum adhibetur. & inde liqueat, quam male faciant, qui ſola auctorum verba citant, ut inſpici & examinari nequeant. Apuleji verba ex Metamorph. IX. p. 168. *nec tamen ſui molliorem provocaverat*, corrupta ſunt haud dubie, partim quia opportuno deſtituuntur ſenſu, quum ille, ad quem hæc referri debent, alterum certe non *provocaverit*, partim quia a MSto Colvii prorſus abſunt. Ceterum ut ad Genitivum illum partitionis redeamus, recte is etiam Comparativis additur, ſed & Poſitivis, æque ac Superlativis, neutiquam vero ab iis regitur. Manifeſtum id utique ex illis locis, in quibus præter Genitivum etiam uſitatus comparationis caſus occurrit. Veluti in illis Melæ, quæ Auctor protulit; *Eorum, qui in noſtrum mare decidunt, tantum Nilo minor.* Et, *Sylvarum Hercynia, ut major aliis, ita & notior.* Potuiſſet ſane in poſteriori etiam omitti τὸ *aliis.* Id vero ſi factum fuiſſet, per Ellipſin tunc tamen fuiſſe intelligendum tale quid, ex eo, quod adeſt nunc, videmus. Et ſic abeſt ille caſus in Cic. de Offic. II. 9. *Harum duarum juſtitia plus pollet*, ſcil. *alterâ.* Sic illud Plauti in Capt. *Regum Rex regalior*, h. e. vel, *Rex Regum* (ut *Urbs Urbium*) *regalior* Ceteris, vel, in numero *Regum*, *regalior* ceteris *Rex.* In quo Genitivi non alia eſt ratio, quam in illo Suetonii Claud. cap. 28. *Libertorum præcipue ſuſpexit Poſiden*, h. e. ex libertis. Vide & cap. ſeq. num. 2. & Sanctium noſtrum infra IV. 3. ad Ellipſin *Ex numero*, ut & Voſſ. de Conſtruct. cap. 10. & 15. Porro autem habet comparativus revera quidem locum inter plura ſui generis, ſed tamen comparatio ipſa inter duo tantum inſtituitur, h. e. ſi quando quid comparatur *pluribus*, vel

omnibus

Digitized by Google

l. 4. c 3. *Fabricius Luſcinus honoribus & auctoritate, omni civi temporibus ſuis major, cenſu par unicuique pauperrimo*: Idem lib. 5. cap. 3. *Neminem Lycurgo aut majorem aut utiliorem Lacedæmon genuit.* Columella lib. 6. *Nonnunquam etiam in olea unus ramus cæteris aliquanto lætior eſt.* Plinius Junior, *Dies alibi, hic nox nigrior, & denſior omnibus noctibus.* Curtius lib. 6. *Mare Caſpium dulcius cæteris.* Apulejus lib. 2. Floridorum, *Fuit Hippias e numero Sophiſtarum, prior omnibus.* Lactant. *Omnes Sibyllæ unum Deum prædicant, maxime tamen Erythræa, quæ celebrior inter cæteras habetur.* Quem locum imprudentiſſime damnat Valla l. 13. quum ipſe, qui alios audacter carpit, audeat dicere; *Hic vero ipſe Sanctius graviſſime errat.* Vide quæ diximus hoc de loco in Præfatione. cap. 8. de reciprocatione; *Poſterior, quæ & quarta eſt cauſa.* Sed ego te, licet immerentem, defendam, Valla. Cic. 1. de Natura Deorum; *Mundum rotundum eſſe velint, quod ea forma ullam neget eſſe pulchriorem Plato*: ibid. *Elephanto belluarum nulla prudentior*: ibid. *Quæ figura, quæ ſpecies humana poteſt eſſe pulchrior?* & paulo poſt; *Forma quoque eſſe pulcherrima debeat, nec eſſe humana ullam pulchriorem*: & infra, *Num etiam eſt una omnium facies? nam ſi plures, aliam eſſe alia pulchriorem neceſſe*

omnibus aliis, tunc hæc ſimul juncta pro *uno* ſunt accipienda. Itaque quum ait Ovidius, *Tanto formoſis formoſior omnibus illa eſt*, comparatio inſtituitur inter duas quaſi partes omnium, quantum eſt, formoſarum, quæ ſunt, una illa, & poſt eam reliquæ omnes ſimul ſumptæ. Ut adeo minime *ridicula*, ut ait Sanctius mox pag. 220. 221. ſit illa ſive defenſio Vallæ, ſive expoſitio locutionis, quando ajunt Deſpauterius & Aſcenſius, in eo, *Cicero eſt doctior Italis*, deeſſe, *reliquis* vel *ceteris*, vel *omnibus*. Etenim ita diſerte utique Curtius, *Mare Caſpium dulcius cæteris.* Ac Gellius, *Qui eorum prior aliis eſſet.* Sed & multa hic memorantur exempla locutionum, quæ extra controverſiam hanc ſunt; veluti, *Neminem Lycurgo majorem genuit Lacedæmon. Quæ ſpecies humanâ poteſt eſſe pulchrior. Quo ego me majorem non vidiſſe cenſeo.* Et ſimilia multa, quæ nemo in dubium potuit vocare.

Digitized by Google

neceſſe eſt : ibid. *Itaque in illis ſelectis, brevibuſque ſententiis hæc prior ſententia eſt* : idem de Oratore, *Cumque illo nemo nec integrior eſſet in civitate, neque ſanctior* : idem Officiorum 1. *Sed omnium ſocietatum nulla præſtantior, nulla firmior, quam*, &c. Idem lib. 1. de Natura Deorum; *Quis omnium doctior, quis acutior, quis in rebus vel inveniendis, vel judicandis acrior Ariſtotele?* Idem 2. Officior. *Rerum autem omnium nec aptius eſt quicquam ad opes tuendas, ac tenendas, quam diligi.* Idem, citante Nonio; *Omnium autem rerum ex quibus aliquid adquiritur.* Idem epiſt. 5. libro 9. *Nemo eſt illorum omnium mihi te jucundior.* Lentul. in epiſtolis Ciceronis; *Idcirco naves onerarias, quarum minor nulla erat duum millium amphorarum.* Curt. lib. 9. *In oculis duo majora omnium navigia ſubmerſa ſunt.* Sed hæc duo teſtimonia reprehendunt imperiti. Plin. *Animalium fortiora, quibus ſanguis craſſior.* Curtius libro 6. *Cleander priores eorum intromitti jubet.* Gell. lib. 14. cap. 7. *Qui eorum prior aliis eſſet.* Pompon. Mela de Danubio; *Eorum qui in noſtrum mare decidunt, tantum Nilo minor* : idem lib. 3. cap. 3. *Sylvarum Hercinia ut major aliis, ita & notior.* Cornel. Nepos in Thraſybulo; *Neque quiſquam eſt vulneratus, niſi qui prior impugnare voluit.* Sed quando ſemel cœpimus, addamus & poëtarum teſtimonia. Hom. Iliad. 3. Ζεῦ Πάτερ, οὔτις σεῖο θεῶν ὀλοώτερος ἄλλος, id eſt, *Jupiter pater, non (eſt) Deorum aliquis te pernicioſior*, Virg. 8. Æneid. *Sed cunctis altior ibat Anchiſes.* Ovid. 3. Metam. *Nam doctior illis Iſmenis Crocale* : idem 13. *Omnibus inferior, quas ſuſtinet arduus Æther* : idem in Leandro; *Tanto formoſis formoſior omnibus illa eſt* : idem 1. Metamorph. *Sanctius his animal, mentiſque capacius altæ* : ibidem de Zonis; *Quinta eſt ardentior illis* : ibid. *Non illo melior quiſquam, vel amantior æqui, Vir fuit, aut illâ reverentior ulla Dearum* : idem 2. Metamorph. *Quanto ſplendidior quam cætera ſidera fulget Lucifer, Et quanto*

quam

Digitized by Google

quam lucifer aurea Phœbe: Tanto virginibus præſtantior omnibus Herſe. Horatius 4. Carm. *Cæteris major, tibi miles impar.* Plaut. Captivis; *Non ego nunc paraſitus ſum, ſed regum rex regalior*: idem Sticho, *Verum ex multis nequiorem nullum, quam hic eſt*: ibid. *Conſpicatus ſum interim cercurum, quo ego me majorem non vidiſſe cenſeo*: Idem Caſina; *Te ſene omnium ſenum neminem eſſe ignaviorem.* Papin. Statius libro 3. Theb. *Cunctiſque prior Cadmeïus Heros*; idem lib. 6. *Prior omnibus Idas proſilit.* Martial. lib. 11. *Hic totus volo rideat libellus, & ſit nequior omnibus libellis.* Ex his tam multis hæc velim colligas; Primum Comparativum inter plura ſui generis habere locum; atque adeo cum genitivo plurali inter plura ſui vel alieni generis; deinde erraſſe Priſcianum, Diomedem, Donatum, Servium, & Laurentium, qui comparativum, *Prior*, de duobus dici tantum præceperunt: erraſſe etiam Laurentium, & eum ſequutos, quum inculcant, (3) comparativum inter duo tantum regere genitivum pluralem: nam hoc monſtri ſimile eſt, ſi dicas genitivum illum, qui ſit partitionis, regi a comparativo: quum enim dicis; *Oculorum dexter eſt acutior*, deeſt, *ſiniſtro*, vel, *quam ſiniſter.* Itaque comparatio non fertur in genitivum; imo vero deeſt, *ex numero*: ut in Ellipſi. Iſtorum error convincitur, quum inter duo comparativum habet præpoſitionem *De*, vel *Ex*. Cæſar 1. Civil. *Sed ex propoſitis conſiliis duobus, explicitius videbatur*

(3) *Comparativum inter duo tantum regere Genitivum.*] h. e. poſſe tantum adhiberi Comparativum cum Genitivo partitionis, ſi eo Genitivo duæ tantum res notentur, non vero, ſi plures. Et proinde recte dici, *formoſior virginum illarum hæc eſt*, de duabus, non vero de tribus, pluribuſve. Et ſane frequentioris eſt illud uſus, ſed tamen nec alterius deeſſe exempla, tum rationem Grammaticam utriuſque eſſe eamdem, ex modo a me, ut & a Sanctio & Voſſio, diſputatis conſtare poteſt. Nolim tamen temere ita loqui, prout nonnulla mox Sanctius ex Vulgata verſione Scripturæ S. aufert.

Digitized by Google

videbatur ad Ilerdam reverti. Poſtremo ridiculam eſſe defenſionem Deſpauterii & Aſcenſii, quum defendunt Vallam, dicentes, in hujuſmodi ſermone, *Cicero eſt doctior Italis*, deeſſe, *reliquis*, vel *cæteris.* At Valla non diceret, *medius digitus eſt cæteris major*; nam reprehendit Lactantium de Sibyllis dicentem; *Quæ celebrior, & nobilior inter cæteras habetur*: Nec diceret Valla ad illud Ovidii, *Quinta eſt ardentior illis*, deeſſe, *cæteris.* [At Vide Vallam l. 13. ubi ait, *Malim dicere per Comparativum, ſed in Ablativo*, Majus ceteris.]

Ex his igitur liquido conſtat non eſſe reprehendendas phraſes illas in ſacris litteris; *Major diſcipulorum, minor fratrum*: & illud Pauli ad Corinth. 1. cap. 3. *Nunc manent fides, ſpes, charitas, tria hæc; major autem horum eſt Charitas.* Hic ego non video, præcipue ſi Græca conſulas, quomodo melius hoc potuerit enuntiari; nam Græci non fere aliter loquuntur: Matthæi cap. 13. de grano ſinapis, ὃ μικρότερον μέν ἐστι πάντων σπερμάτων, ὅταν δὲ αὐξηθῇ, μεῖζον τῶν λαχάνων ἐστί: id eſt, *Quod minus eſt omnibus ſeminibus, quando autem excreverit, majus eſt omnibus oleribus.* Eadem verba repetuntur Marci cap. 4. Sapient. 7. *Omnibus mobilibus mobilior eſt ſapientia*: Item Sapient. cap. 10. *ut ſcirent omnium potentiorem eſſe ſapientiam.* Daniel cap. 9. *Quod eſſet honorabilior hominum.* Anacreon χαλεπώτερον δὲ πάντων, id eſt, *quod omnium difficilius*: & vulgatum illud, quod adducit Suidas; πάντων δὲ ἀνθρώπων σοφώτερος Σωκράτης, id eſt, *omnium hominum ſapientior Socrates.* Celebris ad noſtram doctrinam locus eſt apud Hor. l. 3. Oda 6. *Ætas parentum pejor avis tulit nos nequiores, mox daturos progeniem vitioſiorem.* Vides (4) tria ex ordine comparativa, non, ut Gram-

(4) *Tria ex ordine comparativa.*] Sed in omnibus comparatio vera eſt inter duas partes, veluti, parentes pejores fuerunt avis: non ſumus nequiores Parentibus: progenies noſtra erit vitioſior nobis.

Grammatici docent, poſt comparativum addendum ſuperlativum. Martialis item lib. 5. Epig. 2. *Creta dedit magnum, majus dedit Africa nomen, Nobilius Germania.* Cicero 6. Paradox. *Filiam quis habet? pecunia opus eſt, duas? majore; plures? majore etiam.*

Illud inſuper non fuit omittendum, quod Scaliger & alii docti contra Quinctilianum viderunt, (5) comparativum

(5) *Comparativum nunquam ſumi pro poſitivo.*] Quinctiliani verba ſunt IX. 3. *Utimur vulgo & Comparativis pro Abſolutis, ut quum ſe quis infirmiorem eſſe dixerit.* Quibus deceptus fuit Valla, ut affirmaverit Eleg. I. 12. contra Priſcianum, Comparativo nunquam imminui ſignificationem Poſitivi. Voſſius quoque Anal. II. 23. *ocius*, *complures*, aliaque nonnulla ſimpliciter pro Poſitivis accipi poſſe aſſerit. Sed recte tamen in lib. de Conſtruct. cap. 16. *ocius* exponit per Ellipſin τῷ *dicto*. *Complures* vero eodem modo ſumitur, quemadmodum *majores* in familiis, *ſeniores*, *juniores* in Civitatibus, vel collegiis, *majora* navigia in claſſe. Eadem enim horum omnium ratio, ut intelligatur, *in numero*, vel *præ aliis*, *ejuſdem generis*. Poſſes etiam in τῷ *Complures* intelligere *præter conſuetudinem*. Nepos Hannib. 12. *Plures præter conſuetudinem armatos apparere.* Terent. Phorm. IV. 3. 6. in eodem commate jungit *multa compluria*: *Multa advenienti, ut fit, nova hic compluria*, ſcil. narrata ſunt. Ubi manifeſte poſterius auget quaſi corrigendo id, quod prius erat dictum. Male ergo etiã Sinnius Capito apud Gellium V. 21. *Pluria ſive Plura abſolutum eſſe ſive Simplex*, (h.e. poſitivum) *non Comparativum*, tradidit. Et debile prorſus illius ſententiæ *adjumentum* eſt, *quod compluries quum dicimus, non comparative dicamus: ab eo autem, quod eſt Compluria, adverbium ſit factum Compluries.* Etenim *Compluries* idem notat, quod *ſæpius*, *ſæpiuſcule*, quorum ſignificatio nihil impedit, quo minus alterum ſit vere Comparativum, alterum Comparativæ originis. Magis autem illos, qui Comparativos etiam pro poſitivis poni ajunt, juvaret forte, quod occurrit aliquando *Magis* cũ illis Comparativis, quæ proinde tunc nihil amplius ſignificare poſſunt, quam Poſitiva. Nam quid eſt *magis locupletior* aliud, quam *magis locuples*? Sed hoc eodem modo accipiendum, quo omnia, quæ habent Pleonaſmum ſignificationis, ut *rurſus reverti*, *rurſus denuo*, *præmittere prius*, *prædicere prius*, *ſubrufus aliquantum*, *nimis demiror*, *Inſanum valde deamat*, *propere ocius*, *itera mihi iterum*. In his, quæ Plautina ſunt omnia, non mutatur ſignificatio vocabulorum, ſed augetur inſuper. Et ſic ſe res habet etiam in Comparativis incremento quodam auctis; velut quum ait idem Plautus: *Nulla res magis plus negotii habent*,

Digitized by Google

rativum nunquam ſumi pro poſitivo, ſed debere intelligi caſum comparationis: ut, *ſum paulo infirmior*, ſupple, *ſolito*, vel *quam antea*: *Ocyus huc venite omnes*: ſupple, *dicto*; ut; *& dicto citius tumida æquora placat.* Neque vero aſſentior Varroni (ſi modo Varronis ſunt, quæ citant Servius, & Laurentius lib. 1. cap. 12.) *Juvenior*, inquit, *& ſenior comparativi ſunt* (6) *per diminutionem*; *Senior, non ſatis ſenex*; *Junior, non ſatis juvenis, vel intra juvenem*; *ſicut Pauperior, intra pauperem.* Simile quiddam ex Varrone citat Cenſorinus de die natali cap. 14. *Uſque ad ſexageſimum annum Seniores vocitatos, quod tunc primum ſeneſcere corpus incipiat; inde uſque ad finem vitæ unius cujuſque quintum gradum factum, in quo qui eſſet, Senex appellaretur, quod ea ætate corpus ſenio laboret.* Gellius lib. 10. cap. 38. eadem fere videtur ſentire, quibus oppono Quinctil. lib. 3. cap. 1. de Iſocrate

bent, Magis modum in majorem, Amplius plus, Magis majores nugas egerit. Vide omnino infra IV. 9.

(6) *Per diminutionem.*] Intelligendum hoc de effectu ſignificationis, quo adeo verum id eſt, ut etiam a Comparativis deducantur diminutiva, veluti *duriuſculus, longiuſculus, putidiuſculus.* Atque ita, ſi dicam ex. gr. *Triſtior erat*, minus revera ſignifico, quam ſi dixiſſem abſolute, *Triſtis erat.* Ratio eſt in promptu, quoniam hæc locutio plena eſt, & ſimpliciter affirmat triſtitiam hominis, illa vero Ellipſin habet relativam ad aliud, quæ Ellipſis, non vero Comparativa vocabuli forma, minuit ſignificationem. Nam cum iſto modo loquor, idem eſt, ac ſi dicerem integre, *paulo triſtior eſt, quam ſolebat eſſe*, vel, *quam antea fuit*, Gell. IV. 1. *quiſpiam Grammaticæ rei doctior*, h. e. non ita prorſus & abſolute doctus, ſed tamen aliquantum doctior vulgo. Diſerte Terentius addidit *paulo.* Heaut. II. 1. 8. *Ubi adbibit plus paulo.* & Eunucho II. 3. 23. *Si qua eſt habitior paulo.* At Plautus abſolute, Epidico I. 1. 7. *Videre corpulentior atque habitior*, h. e. paulo habitior, quam ante fuiſti. Sic Plancus apud Cic. Famil. X. 8. *Si cui forte videor diutius tenuiſſe ſuſpenſam ſpem reip.* h. e. paulo diutius, quam exſpectabatur. Sic ergo & *Seniores*, apud Cenſorinũ & Gellium, dicuntur per Ellipticam relationem ad reliquos Civitatis Romanæ Viros, qui *Juniores* illis erant. Plane ut apud Livium III. 14. *Seniores & Juniores Patrum.* Vide & Voſſ. de Conſtruct. cap. 19. Nihil tamen hæc obſtant, quo minus *Senior* notet etiam Seniorem Sene, quod fruſtra a Sanctio his opponitur.

Digitized by Google

ſtrate ſcribentem, *Eo jam ſeniore (octavum enim & octogeſimum implevit annum)* Ovid. 2. Triſt. *Soſpite ſic te ſit natus quoque ſoſpes, & olim Imperium regat hic cum ſeniore ſenex*, id eſt filius ſenex, cum patre ſeniore. Mart. lib. 6. in principio; *Cui pater æternas poſt ſæcula tradat habenas, Quique regat orbem cum ſeniore ſenex.* Virgil. lib. 5. *Aſſueti ſylvis comites ſenioris Aceſtæ*: idem, *Ævi maturus Aceſtes*: & 2. Æneid. de Priamo; *Senior*: idem de Charonte lib. 6. *Jam ſenior, ſed cruda Deo viridiſque ſenectus*, id eſt, magis quam ſenex, hoc eſt, aliquantum ſene ſenior. Plinius de apibus lib. 11. cap. 10. *Seniores intus operantur.* Cicero de Senectute; *Tum etiam Cato loquutus, quo erat nemo fere ſenior temporibus illis, nemo prudentior. Facio te certiorem*, non eſt facio te certum, ſed Romanæ urbanitatis cauſa, ne viderentur docere alios, dicebant, *Faciam te certiorem*, ſcilicet, quam tu es: Sic *majores noſtri*; ſic *plures horas*, ſcilicet, quam unam. *Plus eo*, dixit Terentius.

Particula *Quam* non ſemper petit ſimilem caſum præcedenti, ut imperiti docent: nec enim dices; *Utor Cicerone doctiore quam Salluſtio*; *habeo veſtem Titii melioris quam Sempronii*: ſed (7) addes aliud verbum; ut; *dedi pecunias Titio fideliori, quam Sempronius eſt.* Cicero ad Quint. *Dixitque aperte ſe munitiorem ad cuſtodiendam vitam ſuam fore, quam Africanus fuiſſet.* » [Terent. Adelph. act. 4. ſc. 5. *Quo vir multo melior es, quam ego ſum*] Liv. lib. 26. *Ut gloriari poſſis, multo fortiorem, quam*

(7) *Addes aliud verbum.*] Quod, ſi quando omittitur, intelligendum. Neque vero unum modo verbum, ſed ſæpe integrum comma. Tac. An. III. 54. *Corruptus animus haud levioribus remediis reſtinguendus eſt, quam libidinibus ardeſcit.* Supple, quam ſunt iſtæ libidines, quibus libidinibus ardeſcit, vel adhuc plenius, levioribus remediis præ ea re, ad quam ſunt iſtæ libidines; quibus libid. &c. Sic Sall. Jug. 63. *In poteſtatibus eo modo agitabat, ut ampliore, quam gerebat, dignus haberetur.* h. e. ampliore, quam erat poteſtas ea, quam ger. cap. 86. *Aliquanto majore numero, quam decretum erat, in Africam profectus*, h. e. quam erat is numerus, quo numero eum proficiſci decretum erat.

Digitized by Google

quam ipſe es, virum abs te occiſum, Valer. Max. lib. 3. cap. 2. *Ut gloriari poſſis, fortiorem aliquanto virum, quam ipſe es, tuo juſſu eſſe interemptum.* Cicero lib. 1. de Invent. *Si vicinus tuus meliorem equum habet, quam tuus eſt*: idem ad Pompejum; *Ubi tibi multo majori, quam Africanus fuit, me non multo minorem, quam* (8) *Lælius, facile & in Rep. & in amicitia adjunctum eſſe patiare.* Plaut. Curc. *Meliorem, quam ego ſum, ſuppono tibi*: » [idem » Caſin. *Lepidiorem uxorem nemo, quam ego habeo hanc,* » *habet.*] Cicer. *Nihil tibi concedo, quo ſtudioſior ejus ſis, quam ego ſum.* Itaque Rectus Rectum petit, cum *quam*, expreſſo vel ſubintellecto Verbo; ut, *Cicero doctior eſt, quam Salluſtius.* Aliquando particula *quam*, præcedente Accuſativo petit Accuſativum. Terent. *Ego callidiorem hominem, quam Parmenonem, vidi neminem*; ubi aliud verbum, *vidi*, ſupplendum eſt: non enim ex vi & natura particulæ *quam*, accipimus ſimilem caſum præcedenti, ſi verbum ſubintellectum illum non regat. » [Similis ratio eſt particulæ *atque* poſt comparativum; ut » ex hoc Plauti loco diſcimus Caſ. act. 5. ſc. 1. *nec fallaciam aſtutiorem ullus fecit poëta, atque ut hæc eſt fabrefacta a nobis.*]

(8) *Lælius.*] Scil. *fuit*, quod ex ſuperioribus poteſt repeti. Sed omnes Codd. habent *Lælium*, teſtibus Gebhardo & Grævio, quod ideo præferendum, ſed longiore expediendum Ellipſi, quaſi dictum eſſet, *quam Lælium fuiſſe ſcimus.* Simile eſt illud Suetonii Tib. 34. *dimidiatum aprum affirmans omnia eadem habere, quæ totum.* h.e. quæ totum habere conſtet. Et Claud. 40. *Nihil habere ſe vociferatus eſt, quare eos demereatur: ſi quem alium, & ſe liberum eſſe*: pro *ſi quem alium liberum eſſe putent, & ſe &c.*

CAP. XI.

Superlativa neque caſum regunt, neque magis comparant, quam Poſitiva. Poſitiva etiam junguntur Genitivo Plurali.

PErverſa Grammaticorum opinio ita late pervagata eſt, ut jam fere nullis machinis labefactari queat: jam

jam enim perſuaſum eſt omnibus (1) tres eſſe gradus in com-

(1) *Tres eſſe gradus &c.*] Cum de uſu rerum conſtat, inane eſt, receptis dudum appellationibus litem movere, quæ in Syſtemate linguarum, quarum norma & uſus loquendi eſt in poteſtate inconſtantiſſimi vulgi, & proinde ſæpenumero varius & incertus, non ſolent, nec poſſunt ſemper, ita accurate & per omnia rebus ipſis reſpondere. At hæ *Graduum* appellationes a Grammaticis ſunt profectæ, æque ac aliarum rerum, ſcil. *Caſuum*, *Generum* &c. Difficile autem fuit & illis, Vocabula invenire, quæ omnem earum rerum naturam complecterentur & declararent. Ut alibi, ita & in hiſce accidere debuit, a potiſſima parte ut fierent denominationes. Appellaverunt ergo Grammatici *Gradus Comparationis*, quoniam illi inter ſe comparati, vel juxta ſe poſiti, alius alium exſuperat, ut ſi dicam, *Titius eſt doctus*, *Mævius doctior*, ſcil. Titio, ut *Sempronius doctiſſimus* ſcil. eorum, quos modo nominavi, quibus proinde ille eſt doctior, & cum quibus eum ſic quaſi comparo. Proprie autem primus, ſi per ſe ſolus conſideretur, nec reliquos Gradus admittat, non eſt *Gradus*, nedum *Comparationis*, quia tantum *Ponit* & affirmat rei deſcriptionem, ſine ullo iſtius deſcriptionis Gradu aut Comparatione. Quæ & cauſa eſt, quare *Poſitivus* ſatis recte dicatur, vel etiam *Abſolutus* & *Simplex*, ut fit apud Gellium Noct. Att. V. 21. Quod autem talia ſint Adjectiva, quorum Gradus præter Poſitivum nulli ſint, aut poſſint per cauſam ſuæ ſignificationis eſſe in uſu, liquido oſtendit Doctiſſ. Urſinus Inſtit. Sect. III. c. 28. *Comparatio* itaque aut *Gradus* tunc nullus ſtatui poteſt, ſed poteſt, ſi plures in eodem Adjectivo reperiantur ſignificationis aut deſcriptionis Gradus, qui ſi cum Poſitivis conjungantur, tribuunt etiam illi ſpeciem quandam Gradus, & Comparationis vim. Nam, ut cœpi probare, quum dico ſimpliciter; *Titius eſt doctus*, nullum dico Gradū aut comparationem, at ſi dico, *Titius eſt doctus, ſed Mævius eſt doctior*, tum vero ſignifico Titium eſſe minus doctum, quam Mævius eſt. Tertius vero, quia ſupra alios, ſive plures ſive omnes, exceſſum quendam notat, notat ſimul comparationem quoque aliquam, quæ in illo ſupra alios exceſſu ineſt. Hinc ergo, quod adfert Auctor, *Gratiſſimæ mihi fuerunt literæ tuæ*, intelligendum in eo, inter & ante omnes alias res, vel literas. Quocirca revera etiam *Comparationem fieri* tertio gradu cenſet Voſſius Anal. II. 23. Et ſane ſi, ut ipſe Sanctius fatetur num. III. per Superlativum fit comparatio tunc, quando accedunt præpoſitiones non modo *Ante*, & *Præter*, ſed & *Inter*, quæ ratio eſt, quare non item fiat comparatio accedente Genitivo partitionis? in quo, ut ipſe paſſim inculcat, intelligitur *Ex numero*, cujus utique eadem eſt vis, quæ eſt ꝟ *Inter.* Sed inferent, hunc graduum ordinem, ſeu tertii gradus ſignificationem aliquam Com-

comparatione, *Doctus*, *doctior*, *Doctiſſimus*; quod in præ-

Comparationis ſupra omnes, deſtrui eo, quod interdum ſecundus plus ſignificet ipſo tertio. Vide infra num. XI. & Voſſ. d. l. Ego vero vix putem, Comparativum unquam per ſe plus ſignificare Superlativo. Nam in hujuſmodi locutionibus, in quibus id videtur, ſæpe eſt aliquid, quod accedit ad ὀξύμωρον, quo contraria duo ſimul præter exſpectationem affirmantur, ſicuti in illo Cœlii Ep. 1. *Ea palam ſecreto narrantur inter paucos.* Cui ſimile fere eſt, quando quem dico *doctiorem, quam qui ſit doctiſſimus.* Sed forſan dicendum potius, ineſſe in eo & in reliquis pene omnibus negationem ejus, quod modo dictum fuerat. Etenim ſi tu Titium *doctiſſimum* vocites, ego vero Mævium *doctiorem* eſſe reponam, eo neutiquam ſignifico, *doctior* eſſe amplius quid, quam *doctiſſimus*, ſed nego, Titium eſſe omnium *doctiſſimum.* Quocirca quum dicit Cicero, *Ego miſerior ſum, quam tu, quæ es miſerrima*, in eo ineſſe videtur negatio ſeu potius Exceptio ſui ipſius ex eo, quod de Terentia affirmarat, tanquam omnium aliorum Hominum miſerrima, ſed præter Ciceronem, qui etiam ipſa ſit miſerior, vel immodica quædam locutionis ὑπερβολή, ſicuti innumeræ ſunt tales in Oratoribus & Poëtis, vel denique *miſerrima* notat iſtic ſimpliciter valde miſeram. Nam certe neutiquam negaverim, Superlativum ſæpe etiam abſolute ſine ulla prorſus Comparatione illo ſenſu poni, ſiquidem id uſu affatim obtinuit, & maxime in encomiorum epithetis; verba autem uſu valent. Quin immo, ut vere loquar, Superlativum proprie non ſignificat (Vide & infra ad num. IX.) diſertam comparationem unius cum altero, ſeu unius exſuperantis in eo genere, de quo agitur, alterum, quippe quæ fit inter duo tantum, ſeu inter *par* aliquod, unde etiã *comparare* deducitur; ſed notat excellentiam plerumque & exceſſum, ut modo dixi, ſuper omnia alia, (Vide & infra num. XII.) & aliquando ſimpliciter aliquam modo exaggerationem poſitivæ ſignificationis. Ut quum ait Nepos Ageſ. 8. *Ut eorum ornatus non modo in his Regem neminem ſignificaret, ſed hominis non beatiſſimi ſuſpicionem præberet.* Manifeſte hic per *beatiſſimum* non ſignificatur exceſſus beatitatis ultimus, qualis creditur eſſe in Regibus, ſed modicus plane, & aliquantulum vulgarem hominum fortunam excedens: atque adeo eodem prorſus modo ſumitur, quo in negationibus dici ſolet *non valde beatus*, cui locutioni proinde accurate aliquando reſpondere Superlativum hinc patet. Porro etiam hæc cauſa eſt, quare tertius gradus vocetur *Superlativus*, h. e. qui intenſionem primi gradus ſignificationi *ſuperinfert*, modo ita, ut ſuperaddat, quantum poteſt, h. e. ſummum ſupra alios in ea ſignificatione exceſſum, modo ut eam modice, ſed tamen valide etiam, intendat, ut fit in abſoluto Superlativi uſu. Plane uti *ſuperlatio Veritatis* Cice-

præſentia, ſi attentis animis excipiamus, facili negotio diſſolvemus. Sola nomina comparativa comparant: nam in illis, *Gratæ mihi fuerunt litteræ tuæ*, & *Gratiſſimæ mihi fuerunt litteræ tuæ*, nulla eſt comparatio, ſed quædam amplificatio qualitatis in *ſuperlativo*, ut vocant; nam hoc nullum aliud pejus nomen potuit inveniri. Sed nos hoc nomine utemur, ut tantum intelligamur, ſiquidem ita fert Barbarorum uſus. Hiſpane dicimus, non per comparationem, ſed per incrementum, *Es hombre doctiſſimo*; *es muy hermoſo; es hermoſiſſimo*. Nullam igitur in his nominibus eſſe comparationem, argumentis convincam neceſſariis.

I. Grammatici ipſi fatentur, Superlativum idem ſignificare, quod poſitivum cum adverbio *valde*; ego dicerem, cum adverbio *maxime*; ut *doctiſſimus*, id eſt *valde doctus*: ſeu *maxime doctus*: ubi ego nullam comparationem video. At dices, in Superlato abſolute poſito hoc facile poteſt concedi; dubium eſt, ſi genitivus pluralis accedat: tunc enim non videtur ullo modo excludi poſſe comparatio.

II. Accedat igitur ſecunda ratio. Hæc comparatio, quam

Ciceroni & Auctori ad Herenn. notat orationem, quæ veritatem aliquantum auget vel minuit, h.e. veritatem ſeu affirmativam, ſeu negativam, ſupra ipſius veri modum intendit. Liquet ex his, non adeo alienum aut abſonum eſſe hoc *Superlativi* nomen, ut *nullum aliud pejus inveniri potuerit*, quod ait hic loci Sanctius. Secundus vero Gradus κατ' ἐξοχὴν dicitur *Comparativus*, quoniam propria illi eſt proprie dicta comparatio, qua ſemper comparatur quid cum uno alio, ſeu; ſi quidem cum pluribus, cum iis tamen tunc ſimul junctis, & pro uno habitis; & idcirco ei præter Genitivum partitionis adjungitur etiam caſus vel expreſſus vel intellectus, qui a præpoſitione regitur, & in quem fertur directe ipſa Comparatio. Atque ita diverſo reſpectu poſſunt aliquo modo tres illi gradus appellari *comparationis*, ſed tamen ſecundus maxime, immo proprie, eſt *Comparativus*.

quam tu exiſtimas, (2) fit etiam apte per poſitiva, etiam cum genitivo plurali; Ut *ſancte deorum*; *Sanctiſſime deorum*. Plinius lib. 13. *Inter omnes potentiſſimus odor.* quo ſenſu dixit Livius lib. 36. *Inter cæteras pugna fuit inſignis*, Virgil. 4. Æneid. *Sequimur te ſancte deorum, quiſquis es.* Et ſæpe apud Homer. δῖα θεάων, id eſt, *diva Dearum.* Unde Ennius; *Dia Dearum*; idem; *Reſpondet Juno Saturnia ſancta dearum.* Sic dicimus; *Una ſororum*, *Unus Gallorum*, vel *ex Gallis*, *Primus ſapientum*; *Medius digitorum. Octavus ſapientum*, dixit Horatius. Ovidius Metamorph. *Mite Deûm numen Bacchus.* Liv. *Macedonum fere omnibus, & quibuſdam Hadrianorum, ut manerent, permiſit.* Plin. *Lanarum nigræ nullum colorem bibunt.* In omnibus iis deeſt, *ex numero*, ut in ipſis Superlativis. Vide *Ellipſin.* Græci ſæpiſſime utuntur genitivo plurali cum poſitivis, in quibus credo deeſſe περὶ. Apollonius lib. primo Argonaut. περὶ γὰρ βαθυλήιος ἄλλων Νήσων: id eſt, *præ aliis fertilis inſulis.* Heſiodus in Ergis; Ἰαπετιονίδη πάντων περὶ μήδεα εἰδώς, id eſt, *Japetide ex omnibus conſilia ſciens.* Aratus de Ariete; περὶ γὰρ πολέων εὐάστερός ἐστι; id eſt, *præ multis enim fulgidus eſt.* Apollonius rurſus ſuperlativo jungit περὶ, l. 2. de Phineo; ὃς περὶ δὴ πάντων ὀλοώτατα πήματα ἀνέτλη; id eſt *qui præ omnibus miſeriam paſſus graviſſimam.* Frequentius addunt Græci ἐκ; Ariſtoph. Equitib. φίλτατε ἐκ τῶν ἄλλων

(2) *Fit etiam apte &c.*] Nullum eſt hocce argumentum, ad probandum, nullam eſſe in Conſtructione Superlativi cum Genitivo comparationem, quia eodem modo etiam Poſitiva conſtruantur. Nam eadem Poſitiva conſtruuntur etiam ut Comparativa cum Præpoſ. *Præ*, ut apud Cicer. *Tu beatus præ nobis.* Vide infra IV. 6. Nec tamen inde conficiet, ut opinor, Sanctius, nullam ergo fieri iſta Comparativi gradus conſtructione Comparationem, quod hic illo argumento affirmat de Superlativis. Adde, quod neque Poſitiva ſint prorſus aliena ab aliqua Comparatione facienda, ut paulo ante oſtendimus, & vel ex his ipſis Conſtructionibus cum Genitivo Plurali, & cum Præp. *Præ*, liquet.

Digitized by Google

λων θεῶν : id eſt, *Amice ex omnibus diis.* Lucianus de Sectis ; *ἀρίςους ἐξ ἁπάντων προειπών*, id eſt, *Optimos omnium ſignificans.*

III. Non poſſum tibi negare, per ſuperlativum fieri comparationem, ſi accedant præpoſitiones, (3) *Ante*, *Propter*, vel *Inter* ; ut in illo Virgil. *Petit ante alios pulcherrimus omnes Turnus.* „ [Nepos in vita Attici ; *Ei unus ante alios fuit cariſſimus*] Sueton. Vitell. *Famoſiſſima ſuper cæteras cœna fuit ei data.* Sed (4) vis comparationis non eſt in Nomine, ſed in Præpoſitione. Vide plura in *Ellipſi.*

IV. Deinde ſi Superlativum compararet, neceſſario haberet caſum comparationis, ad quem fieret comparatio : (5) ſed hoc non fit ; nam genitivus ille partitionis eſt, non comparationis ; & ita abſolute ponuntur ſemper ſuperlativa ; ſiquidem nullus caſus adjunctus ad eorum naturam ſpectat. Vide Ellipſin *Ex numero.*

V. Quid quod eadem hæc vis partitionis fit per comparativa, & alia nomina. Superlativa igitur, ſicut & alia, ponuntur ſemper abſolute. (6) Cicer. *Nemo*

(3) *Ante, propter.*] Sic quidem *&* in editt. Patavina & Salmanticenſi. Sed tamen haud dubie voluit Sanctius *Præter*, quod ſignificat etiam *præ* vel *ſupra*, unde & comparationibus adhibetur. Sueton. Galb. cap. 9. *Crucem multo præter ceteras altiorem.* Nepos Hann. 12. *Plures præter conſuetudinem armatos apparere.*

(4) *Vis Comparationis &c.*] At vide, quæ diximus infra ad IV. 6.

(5) *Sed hoc non fit.*) Immo fit. Nam Genitivus iſte non tantum eſt partitionis, ſed & Superlationis, in qua conſiſtit omnis Grammatica unius cum uno vel pluribus aliis Comparatio ; certe non minus ſpectat ad Superlativi, quam Ablativus ad Comparativi naturam, qui cum eo nectitur per Ellipſin præpoſ. *Præ*, ſicuti Genitivus iſte cum Superlativo, per Ellipſin τ͂ *Ex numero*, vel potius *In numero* : Cæſar B. Gall. V. 3. *Hæc Civitas longe plurimum totius Galliæ peditatu valet*, ſupple, *plurimum in* vel *ex numero Civitatum tot. Galliæ.* Hanc vero Ellipſin ſi quis dicat cum aliis etiam gradibus reperiri, ſciat etiam illam proprie dictis Comparativis uſitatam itidem cum aliis reperiri.

(6) *Cicer. Nemo &c.*] In his certe vis illa partitionis non fit

mo eſt illorum omnium mihi te jucundior. Plin. *Belluarum Elephanto nulla prudentior* : & cætera, quæ diximus in *Comparativis.*

VI. Si ſuperlativa compararent, id etiam negando facerent, aut interrogando; ſed id non fit: non enim dices; *Romanorum nemo Cicerone*, vel *quam Cicero fuit doctiſſimus*, ſed *doctior.* Cicero pro Ligario; *Nulla de virtutibus tuis plurimis, neque gratior, nec admirabilior miſericordia eſt.* Idem contingit interrogando; ut, (7) *Quis Romanorum fuit Cicerone uberior, vel elegantior?*

VII. Jam *Fortiſſimus Græcorum*; *Fortiſſimus ex Græcis*; *Fortiſſimus ex numero Græcorum*; *Fortiſſimus inter Græcos*, idem ſignificare fatentur omnes. Cur igitur tibi concedam, in primo eſſe comparationem, (8) in cæteris partitionem?

VIII. Si in ſuperlatis eſſet comparatio, vitioſe & ambigue ſcripſiſſet Cicero ad Trebat. *Sic habeto, non tibi majori curæ eſſe, ut iſte tuus diſceſſus fructuoſiſſimus tibi ſit, quam mihi*: non enim ſcire poſſemus, quo referri deberet particula, *Quam*, ad *fructuoſiſſimus* ne, an ad *majori.* At vero hic una eſt comparatio, non duæ, & ordo eſt; *ſic habeto, non tibi majori eſſe curæ, quam mihi,*

per Comparativa, ſed per voces *Nemo*, & *Nulla*, cum quibus Genitivus ille jungitur. Comparatio autem fit inter unumquemque omnium Hominum & illum, ad quem ſcribit Cicero, ut & inter unamquamque belluarum & Elephantum.

(7) *Quis Romanorum &c.*] Recte tamen dicitur, *Quis Romanorum fuit doctiſſimus?* h. e. quis inter & ſupra omnes Romanos fuit maxime doctus. Sed & in negando quidni recte dicerem? *Plures fuerunt Græcorum fortiſſimi, at Trojanorum præter Hectorem nemo alius fuit fortiſſimus*; h. e. qui ſupra alios fortes Trojanos fortitudinis gloria emineret.

(8) *In cæteris partitionem.*] Immo omnibus hiſce notatur ſuperlatio quædam, in qua, ut dixi, etiam vis quædam Comparationis latet: vel potius, in qua tota ratio Grammaticæ Comparationis hæret. Unde ipſe Sanctius Num. XI. fatetur, *in Comparativis* quoque *exceſſum* eſſe, h. e. iis notari aliquem exceſſum ſupra alium, ſeu ſuperlationem quandam.

bi, ut iſte tuus diſceſſus ſit tibi fructuoſiſſimus; id eſt, maxime fructuoſus, (9) ut ſuperlatum ſemper abſolutum maneat.

IX. Si ſuperlatum ſignificaret (10) ultimum exceſſum, quod

(9) *Ut ſuperlatum &c.*] In ea locutione & multis aliis ſit ſane abſolutum, ſed non in omnibus, nec proinde *Semper*, id eſt. Et tamen etiam in illa & ſimilibus Superlatio quædam ineſt, cum relatione Elliptica *iſtius diſceſſus* ad alios diſceſſus.

(10) *Ultimum exceſſum.* Facile conceſſerim Sanctio, Superlativo proprie non ſignificari *Comparationem* ſimplicem & vulgarem, licet Comparatio Grammatica, quæ unice conſiſtit in exceſſu unius ſupra alios, eo vel maxime notetur, magis certe quam Poſitivo, qui non adeo per ſe, quam per additos alios Gradus, aut per Conſtructionem cum præpoſ. *Præ*, ad Comparationem ejus generis faciendam quoque adhibetur. Sed quod Sanctius vult, Superlativo neque *ultimum* unquam notari *exceſſum*, id vero neutiquam agnoſco. Quando ipſe *Doctiſſimus* mavult exponere per *maxime Doctus*, quam cum Grammaticis per *valde Doctus*, nullam video diſcrepantiam, niſi quod hoc modo non tam aperte vis illa *ultimi exceſſus* exprimi videatur, quam illo. Cum Cicero ait Famil. XIII. 3. *Tam gratum id mihi erit, quam quod gratiſſimum*, nonne eo ſignificatur infinitus, ſeu quantus eſſe poteſt, exceſſus ſupra Poſitivum? Non ſemper tamen *ultimum* plane exceſſum notat, ne populariter quidem, nedum Mathematice. Oſtendimus enim jam ſupra, *non beatiſſimum* poni ita pro *non valde beato*, in cujuſmodi locutionibus Superlativus iſte modice intendit Poſitivi ſignificationem, ſed in quendam tamen rei exceſſum, quo ille Homo ſuperet multos alios. Similiter ſe res habet, quando dicitur quis *doctor, quam, qui eſt doctiſſimus*, *miſerior, quam illa, quæ eſt miſerrima.* Nam in his quoque ſuperlativi *valde doctum*, *valde miſeram*, notare videntur. Neque vero exceſſum quum notat ultimum, eum ſtatim aut unice notat, quem res capere queat, ſed eum, qui eſt ultimus reſpectu aliorum hominum aut rerum, cum quibus comparatio ſit. Ratio autem, quam in contrarium hoc numero allegat Sanctius, eſt ineptiſſima, quum ſæpe plures pariter ſint & eſſe queant in eodem extremo rei gradu, vel ſi maxime non ſint revera, aliis tamen videantur eſſe; homines vero loquantur, & uſus linguæ formarit phraſes, ſecundum hominum opinionem veritati accuratæ ſæpe contrariam. Debet autem diſtingui accurata rerum veritas, & verborum de rebus uſus, qui quoniam eſt penes vulgum, & homines affectibus, unde oriuntur immodicæ exaggerationes, obnoxios, ſæpe veritati parum reſpondet. Quæ de Carthagine & Numantia ſcribit, non ſunt expo-

quod Grammatici aſſerunt, non haberet numerum pluralem, quia unus ſemper in eodem genere tantum deberet excellere; ſed Cicero dixit; *Duos Scipiones fortiſſimos & optimos viros*; & *duas opulentiſſimas urbes*, *Carthaginem* & *Numantiam*. Carthago igitur eſt opulentior Numantia, & Numantia eſt opulentior Carthagine, quod ridiculum eſt. At ſi dicas, hæc eadem ratio erit in Comparatis nominibus, nihil ages; omnes enim mecum concedunt, in comparativis exceſſum eſſe, ſed non ultimum exceſſum, quod de Superlativis Grammatici aſſeruerunt. Eadem ratione Superlata non poſſent jungi nominibus diſtributivis; ut, *Doctiſſimus quiſque*, *omnes doctiſſimi*; quod & Valla negavit, dicens, nomen, *omnis*, non poſſe jungi ſuperlativis. At Cicero dixit; *Obſervor a familiariſſimis Cæſaris omnibus*; idem; *non omnia minutiſſima conſectabitur.*

X. (11) Si ſuperlativa ſignificarent ultimum exceſſum, in-

ponenda, ut ille vult, ſed ita, ut Carthago ſimul & Numantia dicantur opulentiores aliis Urbibus.

(11) *Si Superlativa &c.*] Speciofior hæc ratio, ſed tamen habemus & hic, quod reſpondeamus. Nec enim ſequitur: Superlatum habet etiam inter duo locum, ergo non ſignificat etiam ultimum exceſſum ſupra plures alios. Nam in lingua certe vernacula adeo ultimum exceſſum notat, ut non poſſit uſurpari niſi cum articulo demonſtrativo, quaſi unum aliquem in ultimo exceſſus gradu reliquos omnes ſuperantem deſignante: & tamen etiam in ea de duobus uſurpatur, ſicuti & in Græca fit lingua, quemadmodum oſtendi publice in Diſſertatione de Auguſtea Deſcriptione apud Lucam memorata. Nihil ergo obſtat, quo minus & in Latina lingua, licet aliquando adhibeatur ad notandum exceſſum manifeſtum unius ſupra unum alterum, tamen aliquando etiam ultimum exceſſum unius ſupra reliquos omnes notet. Dico *aliquando*, quia mea certe ſententia, non ſemper ultimi quaſi puncti exceſſum ſignificat, ſicuti accipere hæc verba videtur Sanctius, ſed aliquando etiam modicum, id quod declaravi abunde paulo ante & ad initium hujus capitis. Confirmatur vero id etiam ex eo, quod a Superlativis hiſce alii etiam gradus porro formentur, veluti *proximior*, *poſtremiſſimus*,

Digitized by Google

inter duo locum non haberent; ſed locum inter duo habere contra Grammaticorum turbam oſtendamus. Terent. Adelph. de duobus fratribus, inquit Demea; *Id mea minime refert, qui ſum natu maximus.* Pomponius Mela de duobus Euxini angulis, lib. 1. cap. 21. *Anguſtiſſimum Ponti facit angulum.* Cicero 2. de Invent. *Quanquam præſtat honeſtas incolumitati, tamen utri potiſſimum conſulendum ſit, deliberetur*: idem ad Marium: *Quum dubitaret in Italia ne maneret, an ad bellum tenderet*, ſic intulit, *quo tempore vidiſti me profecto ita conturbatum, ut non explicarem, quid eſſet optimum factu*: idem lib. 11. epiſt. 10. *Sed neque Cæſari imperari poteſt, neque Cæſar ſuo exercitui, quod utrumque peſſimum eſt.* Livius lib. 1. *Numitori, qui erat ſtirpis maximus, regnum legat.*

XI. Præcipiunt Grammatici comparativum, ſi præcedat ſuperlatum, plus ſignificare; ut *Cato doctiſſimus eſt, ſed Cicero doctior.* Ego aſſero in univerſum, comparatum ſemper comparare, Superlatum minime, quocunque loco ponatur; ut, *doctior eſt Cato, quam qui doctiſſimus.* Plautus Trinummo; *Verum meliora ſunt, quam quæ deterrima.* Cicero ad Terentiam; *Ego ſum miſerior, quam tu, quæ es miſerrima.* Denique ubicunque ſit comparatum, majorem vim habet, quam ſuperlatum; imo omnis comparatio ſemper fit in comparativo, aut per illas, quas diximus, præpoſitiones. „ [Itaque cum a *pris* obſoleto formentur *Prior* & *Primus*; apud Ciceronem tamen *Prior* plus eſt quam *Primus*; ſic enim loquitur; *Etſi utrique primas, priores tamen deferunt Lælio.* Apud Livium quoque *Pejus* plus ſignificat *peſſimo*, lib. 3. *Orare, ne peſſimum facinus pejore exemplo admitterent.*]

XII. Non tamen diſſimulabo, eſſe aliquas phraſes apud

ἐσχατώτατος &c. Id quod certo indicio eſt, non ſemper ultimum prorſus exceſſum, cui nihil ſuperaddi poſſit, eis notari. De ſequentis Numeri obſervatione egimus ad initium capitis.

apud Latinos, quæ videantur agere partes Grammaticorum, qui præcipiunt, tres eſſe gradus; ut, *Doctus*, *Doctior*, *Doctiſſimus*, quod ego ſemper negavi: nam ſi ſuperlativum ponatur in tertio gradu, (12) non propterea (ut dixi) ſignificat comparationem, ſed idem ſignificabit, ac ſi ſolum poneretur, [aut ſi comparandi ,, particula *Præ* eſſet expreſſa.] Quod acriter eſt advertendum, ne parum perſpicaces Grammatici iis teſtimoniis ad ſuam comprobandam inſcitiam abutantur; quod planum fiet, ſi in quatuor, vel quinque, fiat comparatio: nam in ſeptem Nili oſtiis, ſi dicas, *primum magnum eſt*, *ſecundum majus*, *tertium maximum*, quonam, rogo, pacto reliqua numerabis? niſi dixeris; *Primum magnum eſt*, *ſecundum majus*, *tertium majus*, *quartum majus*, *quintum adhuc majus*, &c. Potuiſſes primo loco dicere; *Primum maximum eſt.* Sic igitur intelligendus eſt Cicero pro Ligario; *Alii errorem appellant*, *alii timorem*; *qui durius*, *ſpem*, *cupiditatem*, *odium*, *pertinaciam*; *qui graviſſime*, *temeritatem*: idem lib. 4. epiſt. 13. *Sed tu hoc melius*, *vel optime omnium*: idem lib. 11. epiſt. 1. *Si melior caſus fuerit*, *revertemur Romam*; *ſi mediocris*, *in exilio vivemus*: *ſi peſſimus*, *ad noviſſima auxilia deſcendemus.* Hic incepit a comparativo, (13) aſcendens ad poſitivum, & ſu-

(12) *Non propterea ſignificat comparationem.*] Sane ſignificat exceſſum aliquem ſupra alios, atque ita etiam aliquam comparationem talis exceſſus inter alios, ſi de aliis alii adhibeantur gradus. Quin in ſeqq. utique exemplis Superlativus ultimo ſemper loco occurrit: Quorſum illud? niſi quia in pleriſque ultimum exceſſum notat, ultra ſignificationem non modo Poſitivi, ſed & Comparativi. Quando Cicero ait, *ſed hoc Tu melius*, *vel optime omnium*, quid aliud iſtic notatur Comparativo, quam Comparationem illius cum ſolo Cicerone, vel exceſſum ea in re ſupra unum Ciceronem; Superlativo autem eandem plane vel comparationem vel exceſſum, ſed ſupra alios *omnes*? Significat ergo Superlativus illic talem prorſus Comparationem, qualem Comparativus, niſi quod illa ſit ultimi exceſſus ſupra omnes, hæc exceſſus ſimplicis ſupra unum. Et ſic in reliquis hujus numeri exemplis ſe res habet.

(13) *Aſcendens ad Poſitivum &c.*] Immo deſcendens ad deteriora per Poſitivum & Superlativum,

Digitized by Google

ſuperlativum. Plautus Captivis act. 3. *Miſer homo eſt, qui ipſe ſibi, quod edat, quærit, & id ægre invenit; ſed ille eſt miſerior, qui & ægre quærit, & nihil invenit; ille miſerrimus eſt, qui quum eſſe cupit, quod edat, non habet. Miſerrimus*; id eſt, omnino miſer, vel maxime miſer, „ [vel *præ omnibus miſer.*] Ita & Plin. l. 18. c. 6. *Malum patremfamilias, quiſquis interdiu faceret, quod noctu poſſet, niſi in tempeſtate cœli; pejorem, qui profeſtis diebus ageret, quod feriatis deberet; peſſimum, qui ſereno die ſub tecto potius operetur, quam in agro.* Corn. Celſus lib. 2. cap. 18. *Gravior his ex lacu aqua; graviſſima ex palude.* Sed ſi locum integrum legas, videbis alium ſuperlativum, ante comparativum. Terent. act. 5. ſc. 8. Adelph. *Quid ſi majus aliquid te oret?* Mic. *Quaſi hoc non ſit maximum.* Helena Paridi apud Ovidium; *Lude, ſed occulte, major, non maxima, nobis eſt data libertas, quod Menelaus abeſt*: id eſt, non eſt nobis maxima libertas, ſed major, quam antea. In omnibus his potuiſſes incipere a ſuperlativo.

XIII. Nomen *Proximus* ſuperlatum eſſe nemo, ut opinor, negabit; at Cicero & alii, quum aliquid enumerant, (14) in ſecundis locis ponunt, non in tertiis, aut quartis; unde tota tua doctrina de ſuperlatis, atque adeo nomen ipſum *Superlativorum* evaneſcit & proſternitur. Cicero 1. Offic. *Prima ſocietas in conjugio eſt, proxima in liberis; deinde una domus*, &c. ibid. *Sed ſi contentio quædam, & comparatio fiat, quibus plurimum tribuendum ſit officii, principes ſint patria & parentes, proximi*

vum, ſed aliorum nominum, quæ deterius quid bono vel *meliore caſu* notant.

(14) *In ſecundis ponunt.*] Hoc vero eſt abſurdiſſimum, & tamen Sanctius pæana hic canit, quaſi triumphata Grammaticorum doctrina de Superlatis. Quæſo quo alio ordine poneretur *proximus?* An tertius vel quartus eſt propior, aut magis proximus primo, quam ſecundus eſt? Refutare hæc qui pluribus velit, nihilo magis agat, quam ſi lucernam Soli accendat.

Digitized by Google

ximi liberi, totaque domus: Idem 2. Invent. *Summa neceſſitudo honeſtatis, huic proxima incolumitatis, tertia & leviſſima commoditatis*: idem 1. Offic. *Maximam vim natura habet, fortuna proximam.* Plin. l. 12. c. 13. *Aſarum optimum in Ponto, proximum in Phrygia, tertium in Illyrico.*

XIV. Elegantiſſimus eſt locus Pomponii Melæ lib. 1. cap. 8. *Fons media nocte fervet, mox & paulatim tepeſcens, fit luce frigidus; tum ut ſol ſurgit, ita frigidior, ſubinde per meridiem maxime riget: ſumit deinde tepores iterum, & prima nocte calidus; atque ut illa procedit, ita calidior, rurſuſque, quum eſt media, perfervet.* Vides in tertio loco verbum poſitum pro comparativo, ubi Grammatici ſuperlativum collocandum putant; quod & ego quoque ſic collocarem, (15) ſed ſine comparatione ulla, & abſolute. Ut de eodem fonte Plinius libro 2. cap. 103. *circa meridiem maxime frigidus, mox paulatim tepeſcens, ad noctis media fervore & amaritudine infeſtatur.*

Nunc aliquas Vallæ rationes convellamus; nam omnes perſequi eſſet importunum. Non putat ille locum eſſe ſuperlativo, ubi ſit diverſum genus; ut, *Cicero fuit Græcorum & Latinorum diſertiſſimus.* (16) Sed longe

(15) *Sed ſine comparatione ulla.*] At quando dicitur, *maxime riget*, annon eſt Comparatio Superlationis, ſuper reliqua diei & noctis momenta, quibus minus riget?

(16) *Sed longe fallitur.*] Si tamen naturam ſpectemus Comparativi & Superlativi, ex uſu Linguæ cognitam, manifeſtum erit, non adeo in hiſce lapſum eſſe Vallam. Etenim Comparativi Comparatio ſeu exſuperatio potiſſimum reſpicit eum vel etiam eos, qui extra ipſum ſunt, & a quibus quaſi oppoſitis ſibi ipſe diſtinguitur, ſeu Comparativum ex analogia & Linguæ uſu refertur ad unum aliquod ſibi oppoſitum, quod tamen ex pluribus ſimul ſumptis ſæpe eſt conflatum. Superlativum vero ad plura ſui generis ſingula. Hinc, ut recte Valla monet, *Utrum*, quod de Duobus dici ſolet, Comparativo tribuitur, *Quid*, quod de Pluribus, Superlativo, Veluti apud Ciceronem, *Quærere, Utrum potius, aut, Quid potiſſimum dicamus*: apud Quinctilianum, *Ex duobus Uter dignior, ex Pluribus Quis digniſſimus.* Requirit autem in Super-

ge fallitur, nec in hac parte quid ſit genus intelligit, quum

Superlatione *ſuum Genus*, non *diverſum*, aut *alienum*, non tantum Valla, ſed & Priſcianus lib. III. ex quo ille hoc repetiit. Et recte requiritur id, modo recte intelligatur. Volunt enim Grammatici recte dici ex. gr. *Homo eſt animalium prudentiſſimus*, at minus recte, *Homo eſt Simiorum prudentiſſimus*, ſed recte denuo, *eſt Simiis prudentior.* Hinc jam quando dicitur quis *omnibus Gallis Doctior*, videtur potiſſimum tunc deſignari homo non Gallus. Quod ſi ipſe Gallus ſit, dicendum tunc potius *Reliquis*, quam *Omnibus*. Si tamen Hoc vel Huic ſimile quid alicubi occurrat, ut fit, ſed apud Poëtas potiſſimum, intelligi tunc videtur illud ipſum *reliquis* vel *aliis*. Nam quin recte dicatur de Gallo, *ille eſt reliquis omnibus Gallis doctior*, nullum eſt dubium. Quando Valerius Max. IV. 2. 6. dicit Fabricium *omni cive* fuiſſe *majorem*, huc non pertinet. Nam comparatio ibi fit inter Fabricium & unumquemque alium Civem ſingulatim. Superlativi autem ſuperlatio quum reſpiciat ferme alios ejuſdem claſſis, ordinis, generis, homines aut res, non ergo ita fallitur Valla, quando cenſuit minus recte dici, *Cicero fuit Græcorum doctiſſimus*, quum Cicero utique non fuerit homo Græcus. Nec juvant quidquam, quæ contra illum hic afferuntur a Sanctio, Auctorum loca, quæ vel prorſus aliena ſunt, vel per Ellipſin certiſſimam explicanda. Aliena ſunt, veluti *Optimus malorum* & ſimilia. Nam non excluditur ille *Optimus* ex genere *malorum*, ſed vel maxime includitur in illud genus, dum dicitur, *non eſt Bonus*, ſed, quia inter Malos quoque datur magis & minus, ideo ille, qui erat paulo minus Malus quam reliqui, dicitur recte Homo *Optimus malorum* Hominum. At per Ellipſin explicari debent illa, quæ majorem paulo habent Speciem, & ideo a Saturnio, Voſſio, Urſino quoque urgentur contra Vallam: qui & revera errat, quando Auctorum loca reprehendit identidem, quaſi minus Linguæ Latinæ eſſent conſentanea, quum explicare ea deberet, atque ita in ſuam retrahere ſententiam, quod facile potuiſſet. Sed non attendit ſatis ad latitudinem *Sui Generis*, atque ita in *alienum* ſeu *diverſum genus* male ſeparavit, quæ unius latioris erant *generis*. Hinc ergo eſt, quod illud in Macrobio reprehendat, ubi *Servius* dicitur, *non ſolum Adoleſcentum qui ipſi ſunt æquævi, ſed Senum quoque omnium doctiſſimus.* Nec enim vidit debere hic addi tantum illud, quod per manifeſtam Ellipſin eſt ſuppreſſum, & ſupprimi ſolet, quodque ſub Adjectivis *Adoleſcentum* & *Senum* intelligitur, h. e. addi *Hominum*, & ſic omnia fore plana. Nam ſic dicetur, *Doctiſſimus omnium Hominum*, ſive illi Adoleſcentes ſint, ſive Senes. Sic apud Ciceronem, *Miniſtro omnium, non bipedum ſolum, ſed etiam quadrupedum impuriſſimo*, adde *Animantium*, quod manifeſte intelligitur, ut liquet ex illa diſtinctione *bipedum* & *quadrupedum*,

quum reprehendat illud Macrobii; *Age Servi, non ſolum*

pedum, in quam ſeparantur omnia ferme animantia, ſub quibus etiam Homines continentur. Confer locum Plinii, *Velociſſimus omnium animalium, non ſolum marinorum, eſt Delphinus.* Potuiſſet dixiſſe, ut Cicero, *non marinorum ſolum, ſed etiam terreſtrium*, in quibus intelligendum tunc fore *animalium*, ex verbis Plinii, ut nunc ſe habent, manifeſtum, quod proinde itidem in Ciceronis verbis eſt intelligendum. Porro Phalereus laudatur, ut *eruditiſſimus horum omnium*, quos ſcilicet memoravit antea Cicero, & inter quos refert hunc ipſum quoque Phalereum. Segulius dicitur *Homo nequiſſimus omnium, qui ſunt, qui fuerunt*, &c. At vero intelligi hic *Hominum*, & nihil duri aut inſoliti ſupereſſe, tam manifeſtum eſt, ut verbis non ſit opus. Vis ergo Superlativi tendit unice in Subſtantivum nomen ſui generis, cujus conſtructionis natura non mutatur, etiamſi illud Subſtantivum porro dividatur in varias ſui generis ſpecies. Atque ideo, qui neutiquam dicerem, *Cicero eſt Græcorum doctiſſimus*, ſine hæſitatione tamen dixerim, *Cicero fuit omnium Oratorum, tam Græcorum, quam Romanorum, diſertiſſimus*, quum & ipſe Cicero fuerit Orator, & conſtructio abſolvatur hiſce, *diſertiſſimus omnium Oratorum*, qui varii eſſe potuerunt. Locum Plinii XXXIII. 1. ubi Legati Romanorum ad exteras Gentes, dicuntur *Exterorum honoratiſſimi*, recte jam expoſuit Voſſius de Conſtruct. cap. 7. Adhæſerunt ad has locutiones etiam Tan. Faber, & Schefferus ad Ælian. V. H. VII. 14. ubi de Epaminonda dicitur, καὶ τῶν Ῥωμαίων καὶ τῶν Ἑλλήνων πρῶτος γενόμενος. Nam volunt, quia Epaminondas minime fuit Romanus, ſed Thebanus, legi ergo Θηβαίων, contra omnium Codd. fidem pro Ῥωμαίων, quod *ridiculum & non ferendum* pronunciat Faber, ſed male, ut ex dictis jam liquet. Proximi præcepti ab Valla profecti, & a Sanctio hic refutati, eadem fere eſt ratio. Certe dixerim lubentius, *Hæc eſt pulcherrima illarum ſororum*, quam *ſuarum*, quia *ſorores ſuæ* in hac locutione quaſi diſtinctæ ab ea conſiderantur, quum in priore ipſa quoque in numerum omnium ſororum includatur. Inaniſſima ſunt, quæ Sanctius hic Vallæ opponit, *Medius horum digitorum longiſſimus, Zeno iſtorum acutiſſimus, Demetrius horum ipſorum politiſſimus*, quum medius digitus ſit utique unus horum digitorum, Zeno fuerit iſtorum Epicureorum acutiſſimus, inter quos & ipſe erat, Demetrius fuerit horum a Cicerone memoratorum una cum ipſo, politiſſimus. Sed tamen occurrunt etiam apud Auctores, quæ nos ſententiæ dubios reddere queant. Nam plane ita, ut vult Sanctius, conſtruuntur Superlativi etiam cum Genitivis *ceterorum*, *aliorum*, &c. quæ tamen illam diſtinctionem & excluſionem quandam manifeſte videntur ſignificare. Sic Tacitus Agric. 34. ſuperſtites

lum adoleſcentum, qui tibi æquævi ſunt, ſed ſenum quoque omnium doctiſſime; quaſi vox, *doctiſſime*, non ſit genus juvenum, & ſenum. Sed quid attinet genus inculcare, quum hic ſit partitio, ut ſæpe diximus? Cur igitur eadem opera non reprehendis Ciceronem pro domo ſua, dum inquit; *Hoc miniſtro omnium non bipedum ſolum, ſed etiam quadrupedum impuriſſimo, Remp. perdidiſti*: & in Bruto; *Phalereus ſucceſſit iis ſenibus adoleſcens, eruditiſſimus ille quidem horum omnium*; idem; *Dii iſti Segulio male faciant homini nequiſſimo omnium, qui ſunt, qui fuerunt, qui futuri ſunt.* Plinius in epiſtola; *Regulus omnium bipedum nequiſſimus.* Plinius lib. 9. *Velociſſimus omnium animalium, non ſolum marinorum, eſt Delphinus*: id eſt, maxime velox. Cicero 1. de Oratore. *Juris peritorum eloquentiſſimus, & eloquentium juris peritiſſimus.* Catull. *Phaſelus navium celerrimus*: idem; *Diſertiſſimo Romuli nepotum, quot ſunt, quotque fuere, Marce Tulli, quotque poſt aliis erunt in annis.* Martialis lib. 12. *Non eſt, crede mihi, bonus, quid ergo? Ut verum loquar, Optimus malorum*: ibidem; *ultimus bonorum.* Idem Valla præcipit, ne dicamus; *hæc eſt pulcherrima ſuarum ſororum*, ſed *pulcherrima ſororum*; quia ſororum ipſa una eſt, ſuarum ſororum non eſt: egregia vero ratio, & tali viro digna: eodem ergo argumento dicere non poſſemus: *horum*

tes Britannos vocat *Ceterorum Britannorum fugaciſſimos.* Et Macrobius Saturn. VII.8. *Ægyptum regionum aliarum calidiſſimam.* Hæc & ſimilia loca ſi reprehendiſſet Valla, minus mirarer, quum revera aliquid in iis improprii & inſoliti hæreat, quod in genuinam ſignificationem ac receptum uſum Superlativi incurrit. Ferri tamen nunc debent iſtæ locutiones talium exemplorum auctoritate, licet haud dubie ab incuria ipſorum Auctorum ſint profectæ, non ſatis animadvertentium, quid diſcriminis ſit inter *Ceterorum Britannorum*, & *Omnium Brit. fugaciſſimi.* Certe imitari illas nolim, nec imitandas putem. In tertio, quod in Valla notat Sanctius, hæret verus error Vallæ, recte hic a Noſtro refutatus.

Digitized by Google

horum digitorum, aut *omnium digitorum medius eſt longiſſimus.* Erravit igitur Cicero 3. Tuſcul. cap. 17. *Zeno iſtorum acutiſſimus*: idem de Orat. 2. 23. *Demetrius horum ipſorum politiſſimus*, & multa quæ ſupra citavimus. Illud multo putidius; non poteſt (inquit) locus eſſe ſuperlativo citra tertium gradum: nam ſi inter plura vaſcula æqualia unum ſit magis capax, non recte dicas; *hoc eſt omnium maximum.* Quaſi Latine non optime dicatur: *Peſſime tecum actum eſt*; *mecum vero male*; *durius cum ſociis noſtris*: vel ſic; *Salus homini pretioſiſſima eſt*, *vita dulcior*, *pecunia optabilis.* Si intelligeret Laurentius, nullam hic eſſe comparationem, quum dicimus, *omnium maximum*, ſed partitionem, has argutias mitteret. Attende contra Vallam Livii verba libro 7. *Inde Barbari diſſipati vertunt impetus in ſuos*, *fuſique per campos* (*quod editiſſimum inter æquales tumulos occurrebat oculis*) *arcem Albanam petunt.* Non attenderat item Valla, quod ſuperius adduximus, ſuperlata inter duas res habere locum. Acutius diſputabat amicus quondam meus, ex loco Ciceronis ſic colligens, hoc nomen *ſummus* ſuperlatum eſt, ſed *ſummum* vocat Cicero, *quo nihil ſit ſuperius*: ſignificat igitur ultimum exceſſum, ſimulque comparationem. Locus autem ſic ſe habet in ſecunda Tuſculana; *Summum dico*, *quo nihil eſt ſuperius*; *breve*, *quo nihil eſt brevius*: & infra; *Summum autem dico*, *etiam ſi decem atomis eſt major alius.* Hæc Cicero. Sed hic locus nil oberit noſtræ doctrinæ; nam (17) ſi velim negare, *Summum* eſſe ſuperlatum, commode id facere poſſem, ſed ſit ſane ſuperlatum, nonne ſequitur ſtatim, *breve voco*, *quo nihil eſt brevius*? Potuiſſet etiam dicere, *Magnum*

(17) *Si velim negare*, *ſummum eſſe ſuperlatū* &c.] Non id video: nam revera eſt Superlatum, æque ac *citimus*, *ultimus*, *infimus*, *poſtumus*, &c. Dicitur autem *Summus* contracte pro *ſupimus*; P, quia ſequitur M, mutatâ in eandem literam, ut & fit, quando *Sub* cum Verbis ab ea litera M incipientibus componitur.

Digitized by Google

Magnum voco, quo nihil eſt majus, & nigrum, quo nihil eſt nigrius. Sed illo in loco ridet Cicero Epicurum, de *ſummo* & *brevi* diſputantem. Summa ſit noſtræ diſputationis, comparata & ſuperlata nullum penitus caſum regere, nam ſi fuerit ablativus, ut, *Doctior Catone*; *Celerius opinione*, deeſt *Præ.* Si fuerit Genitivus, ut *Pedum dexter eſt velocior*, *Omnium horum major eſt charitas*; *ſororum formoſior*, vel *ſororum formoſiſſima*, deeſt, *Ex numero*, ut ſæpe jam oſtendimus; partitio enim eſt, non comparatio.

Cap. XII.

De Uſu Reciprocorum, contra Vallam, Budæum, & Quinctilianum, qui perperam reprehendit Ciceronem. Obſcuritas, vel Ambiguitas, in ſermone ſignum eſt ſtultitiæ. Regula de Uſu Reciprocorum.

In labyrintho reciprocationis diligentiorem Theſeum optarem, qui filum duceret, quam fuit Valla, qui magno conatu magnas, ut ſolet, nugas dicit, non parcens interim graviſſimis Scriptoribus. Quid hic ſit tenendum, aut fugiendum, accipe; Stultum eſt ea ſcribere aliquem, aut loqui, quæ ne peritiſſimi quidem intelligant: quare Amphibolia maxime vitanda eſt; in Reciprocis vero continget vel maxima, niſi regulis adhæreas, quibus poteris ſuperſedere, dum ambiguitas non poteſt contingere, aut ſenſus eſt apertus. Quare ubi eſt prima vel ſecunda perſona, regula nulla erit; ut, *cepi columbam in nido ſuo*, vel *ejus*, vel *ipſius*: *ille tibi iraſcitur, quia ſibi nocuiſti*, vel *ei nocuiſti.* Hoc Valla neſcivit, quia damnat illud Ovidii; *Reſpice Laërten, ut jam ſua lumina condas*: & corrigit illud in Salluſtium; *Nolite hunc judicare ex operibus ſuis.* Budæus etiam hoc non animadvertit, quum multa contra Vallam con-

congerit in commentariis. Cicero 2. Verr. *Intelligit, me ita paratum in judicium venire, ut non modo in auribus veſtris, ſed in oculis omnium ſua furta atque flagitia defixurus ſim*: & 3. Verr. *Suis eum certis propriiſque criminibus accuſabo*: idem 4. Attic. *Debemus patrem familias domi ſuæ occidere nolle.* Ovidius; *Ecce rogant teneræ, ſibi dem præcepta, puellæ.* Plautus Milit. III. 2. 45. *Excruciabit me herus, domum ſi venerit, quum hæc ſcibit, quia ſibi non dixerim.* Sen. ad Albinam matrem; *Puer ad tuum formetur arbitrium*; (1) *multum ſibi dabis, etiam ſi nil dederis præter exemplum.*

(1) *Multum ſibi dabis.*] Duriuſculum quidem hoc, ſed tamen ſic fere & Plautus Pœn. V. 2. 123. *Suam rem ſibi ſalvam ſiſtam, ſi illo advenerit.* Trin. I. 2. 119. *Nunc ſi ille huc ſalvus revenit, reddam ſuum ſibi.* Cic. Fam. IX. 15. *Gratias mihi agunt, quod ſe mea ſententia Reges appellaverim.* De Invent. I. 23. *Hoc igitur vitandum, ne, cujus genus poſueris, ejus ſecum aliquam, ſicut diverſam, partem ponas in eadem partitione.* Ovid. Faſt. III. 200. *Conſus tibi cetera dicet Illo facta die, quum ſua ſacra canes.* Ubi nullam eſſe neceſſitatem emendandi *canet*, ex aliis & ſimilibus utique locis patet. Sed & in tertia perſona non minus dura occurrunt; Plaut. Mil. II. 2. 31. *Ut vincat eum, qui vidit ſe, ne viderit.* Nepos Lyſandro cap. 3. *Itaque decemviralem ſuam poteſtatem ſui ab illo conſtitutam ſuſtulerunt.* Attico 10. *Ut non ſolum ei, ſed & omnibus ſuis* (h. e. ejus) *amicis eſſet inimicus.* Florus II. 6. 26. *Adverſus hoſtem tam callidum, non virtute tantum, ſed ſuis etiam pugnare conſiliis oportebat.* Frequentiora ſunt & minus dura, aut ambigua, ſi quando in eodem commate, vel nominatim, vel demonſtrativo pronomine, deſignatur is, ad quem reciprocum referri debet. Plaut. Amph. I. 1. 39. *Stabilivit regnum ſuum regi Creonti.* Verba antiquæ rogationis, qua arrogatio fieri ſolebat, apud Gell. V. 19. *Velitis jubeatis Quirites, Uti L. Valerius L. Titio tam jure legeque filius ſibi ſiet.* Ovid. Pont. I. 4. 2. *Qui miſer eſt, ulli ſi ſuus eſſe poteſt.* Cic. de Inv. I. 14. *Si dicat Oreſtes ejuſmodi animum matris ſuæ fuiſſe, ut ab ea potiſſimum liberi ſui pœnas petere debuerint.* Lib. III. 18. *De captivis ut quiſque liber aut ſervus eſſet, ſuæ fortunæ a quoque ſumptum ſupplicium*, h. e. conveniens ſingulorum fortunæ. XXV 38. *Ne tamen ſubita rei & nocturnus terror, & jam non ſuæ fortunæ conſilium perturbaret*, ſcil. milites. XXII. 39. *Ne ſuam occaſionem hoſti des.* Emenda ex his Liv. XXII 12. *Increpans quidem victor tandem Martios animos Romanorum.* Optimi codd. *tandem quos Mar-*

Digitized by Google

plum. Plin. *Vinea ſi macruerit, ſarmenta ſua comburito.*

Martios animos Romanis. Valla ſuſtulit τὸ *quos*. Gronovius conjectat, *tandem quoque Martios animis Romanos.* Propius vero & priſcæ ſcripturæ eſt, ſi unica mutata litera ſimpliciter legas, *victos tandem ſuos Martios animos Romanis.* Similiter XLII. 50. *Sicubi Populus Romanus ſua fortuna labet.* Gronov. *Sicubi Populi R. Fortuna labet*; deleto *ſua*. At lege omnino, *Sicubi Populo R. ſua fortuna labet.* Sic & in Curt. III. 2. 17. *Erat Dario mite ac tractabile ingenium, niſi ſuam naturam plerumque fortuna corrumperet.* Scabri aliquid ineſſe huic loco declarant variæ eruditorum conjecturæ, & quod a multis MSS. abeſt vox *ſuam*, teſte Freinshemio. Sunt tamen, qui exponant *ſuam naturam, cui adjuncta eſt, quamque poſſedit in homine felici fortuna*, at alibi, *fortunam* accipiunt pro *fortunatis*, *quia homines rebus ſecundis utentes, per fortunam mutant plerumque naturam ſuam in pejus.* Alii per *Suam naturam* intelligunt *fortunæ obnoxiam*, *quæ totam ſeſe illi permiſit.* Omnia ſunt ſatis dura, & longe petita. Quapropter vix dubitem ſcripſiſſe Curtium, *niſi ſua naturam plerumque fortuna corr.* Senſu oportuniſſimo, qui eſt, niſi Hominis cujuſque naturam, etiam per ſe bonam, corrumperet plerumque ſua iſtius naturæ & hominis fortuna. Recte enim *ſua fortuna* ad *naturam* refertur. Sic in Sanctianis exemplis. *Quum Eum cives Sui accuſarent. Deſinant inſidiari domi ſuæ Conſuli.* h. e. in ædibus Conſulis. *Sepulcrum imponit ſuaque arma viro.* His adde illa, *Trahit ſua quemque voluptas. Stabilivit regnum ſuum Creonti. Ulciſcentur illum mores ſui. Sua riſerunt ſæcula Mæoniden. Suus Rex Reginæ placet. Mater quod ſuaſit ſua, adoleſcens mulier fecit.* Plane hæc ſimilia ſunt noſtræ emendationis locutioni, *naturam hominis plerumque corrumpit ſua fortuna*; quæ liquidiſſimi eſt ſenſus, quum duri ſit & perplexi, *naturam ſuam plerumque corrumpit fortuna.* Sæpe etiam in proxime præcedenti commate deſignatur is, ad quem reciprocum ſequenti commate referendum. Gell. I. 8. *Ad Laidem Demoſthenes clanculum adit, & ut ſibi ſui copiam faceret, petit. Sui* refertur ad illam, quæ deſignatur Nominativo τῷ *faceret*, *Sibi* ad illum, qui deſignatur Nominativo τῷ *petit* in præcedenti commate. Et ſic curari Florus debet manifeſta emendatione I. 12. 5. *Faliſci quum obſiderentur, mira viſa eſt fides Imperatoris, quod ludimagiſtrum urbis proditorem, cum iis, quos adduxerat, pueris, vinctum ſibi ultro remiſiſſet.* Hæſitant in his, & varie ea tentant eruditi interpretes; Putem ſine hæſitatione legendum *Faliſcis*, quo facto omnia erunt expedita. Sed hoc jam præcepiſſe Freinshemium in ultima ſua Flori editione, poſtea deprehendi, qui antea prioribus ejus edd. fueram uſus. Sic in tota fere oratione obliqua reciprocum refertur ad eum, cui hæc oratio tribuitur. Vide Cæſarem B. Gall. I. 20. *Quibus oribus*

Digitized by Google

to. Nec vero ſolum in primis & ſecundis perſonis ſic loquuntur graviſſimi viri, ſed etiam in tertiis, quoties contigerit, ut dubius ſermo eſſe non poſſit. Virgil. Æneid. 4. *Tunc breviter Barcen nutricem affata Sichæi: Namque ſuam patria antiqua cinis ater habebat.* Hoc Valla quibuſdam argutiis emendare conatur, dicitque emendaturum Virgilium, ſi vixiſſet. Cur non etiam carpit illud Æneid. 6. *At pius Æneas ingenti mole ſepulchrum Conſtituit, ſuaque arma viro, remumque, tubamque?* Cur etiam ſolœciſmi non damnat Valerium Max. lib. 2. cap. 7. de Metello? *neque ſingulas partes apprehendit, ſed totam continuo in ſtatum ſuum redegit.* Ubi *ſuum*, non ad Metellum, ſed ad diſciplinam militarem retulit: idem 3. cap. 7. *Ad ſpeculanda acta ſua veniſſet*: & lib. 4. cap. 1. de Africano; *Eodem robore mentis cauſam Annibalis in ſenatu protexit, quum eum cives ſui miſſis legatis accuſarent*: & lib. 4. cap. 3. *Alexander Diogenem gradu ſuo divitiis pellere tentat. Suo*, id eſt, Diogenis. Quintus Curtius lib. 3. *Alexander*, inquit, *urbem deſtitutam a ſuis intrat.* Cæſar 1. Gallico. *Biduo poſt Arioviſtus*

bus non ſolum ad minuendam gratiam, ſed & ad perniciem, ſuam (Divitiaci verba facientis) *uteretur* Dumnorix. Sæpe etiam in uno orationis contextu reciprocum ad diverſos refertur. Liv. XLV. 13. in oratione Maſgabæ, qui Maſiniſſæ filius, ad Senatum Romanum nomine patris, *Sumere itaque eoſdem*, (Romanos) *non ſe rogare, æquum eſſe, neque emere ea ex fructibus agri ab ſe dati, quæ ibi proveniunt.* Poſterius *ſe* refertur manifeſte ad Romanos, quos non oporteat emere aliquid ex rebus, quas ipſi dederint; prius ad Maſiniſſam, cujus nomine inſtituitur oratio. Quo pene modo etiam apud Salluſt. Jug. 20. reciprocum reſpicit ſimul eum, ad quem inſtituitur oratio, & qui loquitur. *Monere* Bomilcar Nabdalſam, *ne præmia Metelli in peſtem ſuam converteret; Jugurthæ exitium adeſſe, ceterum ſuane, an Metelli virtute periret, id modo agitari.* Per *Suane* intellige vel ſolum Nabdalſam, vel potius utrumque ſimul, Nabd. & Bomilcarem. Sic & Arioviſtus apud Cæſarem B. G. I. 36. *Neminem ſecum ſine ſua pernicie contendiſſe.* Ubi *ſecum* reſpicit ipſum Arioviſtum, *Sua* vero *Neminem.*

Digitized by Google

rioviſtus legatos ad Cæſarem mittit, velle ſe agere cum eo, aut ſi id minus vellet, e ſuis legatis aliquem ad ſe mitteret : idem 1. Civili; *Pompejus enim reſcripſerat, ſeſe rem in ſummum periculum deducturum non eſſe, neque ſuo conſilio aut voluntate Domitium ſe in oppidum Corfinium contuliſſe* : ibidem; *Cæſar interpellat, ſe non maleficii cauſa ex provincia egreſſum; ſed uti ſe a contumeliis inimicorum defenderet, ut tribunos plebis ea re e civitate expulſos ad ſuam dignitatem reſtitueret, ut ſe & populum Romanum in libertatem vindicaret* : ſequitur ſtatim; *Lentulus, ut in oppidum reverti liceat, petit, quod de ſua ſalute impetraverit, fore etiam reliquis ad ſuam ſpem ſolatio.* Cicero libro 11. Attico; *Quumque ex eo de me percontaretur, cum ſibi ita dixiſſe narrabat, ſe mihi eſſe inimiciſſimum, volumenque ſibi oſtendiſſe orationis, quam apud Cæſarem contra me eſſet habiturus, multa a ſe dicta contra ejus amentiam.* Hic ſcribit Cicero Attico, Terentium ſcripſiſſe de amentia Q. Ciceronis. Voces *ſibi*, referunt Terentium, voces *Se*, prima referunt Quintum, ſecunda Terentium. Cæcina ad Ciceronem lib. 6. *Hoc ſi Cæſar non cogitat, omnibus rebus felix eſt; ſi ſcit, & perſuaſus eſt, quid iraſcitur ei, qui aliquid ſcripſit contra ſuam voluntatem, quum ignorit omnibus, qui multa deos venerati ſunt contra ejus ſalutem.* (2) *Suam*, ſubaudi ſcribentis, *ejus*, ſubaudi Cæſaris. Cicero 3. de Natura Deorum; *Minerva dicitur patrem interemiſſe, virginitatem ſuam violare conantem* : idem pro Milone; *Vos ex M. Favonio audiſtis, Clodium ſibi dixiſſe, & audiſtis vivo Clodio, periturum Milonem triduo* : idem in Catil. *Deſinant inſidiari domi ſuæ Conſuli.* Salluſt. Catil. *Cornelius & Varguntejus conſtituerant Ciceronem domi ſuæ imparatum confodere.* » [Plaut. Mil. *Si quid faciendum* » *eſt,*

(2) *Suam, Subaudi Scribentis.*] Immo vero & hic ſubaudi *Cæſaris*, æque ac in *Ejus*. Sed & ita demum huc pertinet hic locus.

» *eſt mulieri malitioſe, ea ſibi immortalis memoria eſt* » *meminiſſe*; pro, ad ea recordanda immortalis illi » eſt memoria.] Plinius libro 2. de Luna; *Defectus autem ſuos & Solis, eorum magnitudinem umbræque indices exiſtere*: idem libro 27. cap. 8. de quadam herba; *Curatum ea ſcio, omnibus fere oſſibus confractis, putatorem, circumdata univerſo corpori, aquam ſuam inſpergentibus.* Lucanus libro 5. circa finem; *Fida comes Magni vadit duce ſola relicto, Pompejumque fugit: quæ nox ſibi proxima: venit, Inſomnis.* Senſus eſt; Nox proxima fuit ſibi, id eſt Corneliæ, ſine ſomno. Quem locum male penſitavit Budæus [*at vide Budæum* p. m. 28.] in commentariis, ſicut & alios multos contra Vallam ibidem ſcribens. Neque Quinctilianus recte contendit, Ciceronem incidiſſe in amphiboliam; Fabii verba ſunt libro 7. cap. 9. *In quod genus incidit Cicero, loquens de C. Fannii Soceri inſtituto, quem quia cooptatus in augurum collegium non erat, non admodum diligebat; præſertim quum ille Q. Scævolam ſibi minorem natu generum prætuliſſet: nam id* (ſibi) *& ad Socerum referri, & ad Fannium poteſt.* Hæc Fabius oſcitanter nimis: nam qui recte totum Ciceronis locum excutiat, videbit aperte ſermonem fieri præcipue de Fannio, & Fannius eſt prius & præcipuum ſuppoſitum. Locus integer ſic habet in Bruto; *Alter autem Q. Fannius Marci F. Caji Lælii gener, & moribus & ipſo genere dicendi durior. Is Soceri inſtituto, quem quia cooptatus in Augurum collegium non erat, non admodum diligebat, præſertim quum ille Q. Scævolam ſibi minorem natu Generum prætuliſſet; cui tamen Lælius ſe excuſans, non Genero minori dixit ſe illud, ſed majori Filiæ detuliſſe: hic tamen inſtituto Lælii Panætium audiverat.* Hæc diſputavi verboſius, ut intelligas, magnos interdum viros in rebus parvis cæcutire. Regula igitur ſit, quam ſequi omnino debemus; (3) quoties ambiguus

(3) *Quoties ambiguus &c.*] Si ergo nihil ambigui ſit in ſenſu, ſæpe

Digitized by Google

biguus poterit eſſe ſermo, reciprocum ad primum & præcipuum ſuppoſitum recurrat; ut ſi dicas; *Dios ſe aparta de los hombres por ſus pecados*; *Los hombres ſe apartan de Dios por ſus pecados*; *Deus diſcedit ab hominibus propter eorum peccata*; *Homines diſcedunt a Deo propter peccata ſua.* Unde rurſus non probo illud Quinctiliani cap. citato; *Pluribus*, inquit, *verbis emendandum*, *ubi eſt id*, *quod*, *quo referatur*, *dubium eſt*, *& ipſum eſt ambiguum*; *Hæres meus dare illi damnas eſto omnia ſua.* Hæc ille. Sed ſatis emendabitur ambiguitas, ſi ſupradicta regula obſervetur. » [Vellejus *l.* 1. » *Alexander a Lyſippo impetravit*, *ut eorum equitum*, *qui* » *apud Granicum ceciderunt*, *faceret ſtatuas*, *& ipſius* » *quoque iis interponeret.* Ubi dixit *ipſius*, non *ſuam*, » vitandæ cauſa ambiguitatis, ſi enim dixiſſet *ſuam*, » futurum erat ambiguum, de Alexandri, an de Ly- » ſippi, ſtatua loqueretur.

ſæpe pro Reciproco adhibetur aliud Pronomen. Cæſar. B. G. II. 3. *Rhemi Legatos miſerunt*, *qui dicerent* &c ... *tantumque eſſe eorum omnium furorem*, *ut ne Sueſſiones quidem*, *Fratres Conſanguineoſque Suos*, *qui eodem jure*, *iiſdem legibus*, *utantur*, *unum imperium*, *unumque magiſtratum cum Ipſis habeant*, *deterrere potuerint*, *quin cum his conſentirent.* Pro *cum ipſis* dicendum erat *Secum*: nam referendum hoc ad eos, qui verba faciunt, itidem ut paulo ante *Suos*. Sed tamen quia de nullis aliis poteſt intelligi, & ideo nihil in eo eſt ambigui, licet mox ſequatur *His* de aliis dictum, Reciproco hic abſtinuit Cæſar. Sic III. 1. *Galba*, *ſecundis aliquot prœliis factis*, *miſſis ad Eum undique legatis*, *& pace facta*, *conſtituit &c.* pro, *ad ſe.* Vide & Urſinum To. 2. pag. 141.

Cap. XIII.

De Poſſeſſivis contra omnes fere. Poſſeſſiva nomina idem ſignificant, *quod Genitivus. Genitivi ſignificatio*, *De Genitivis* Mei, Tui, Sui.

Longa eſt apud Grammaticos de Poſſeſſivis nominibus controverſia; nemo tamen hactenus quid rec-

 tum

tum in illis ſit demonſtravit. Nos igitur contra Laurentium, qui in principio ſecundi libri longam de iis texit diſputationem, diſſeramus.

Poſſeſſivum idem ſignificat, quod genitivus, unde creatur; ut, *Paterna domus*, & *paternæ poſſeſſiones*, id eſt, *patris.* Hujus regulæ nullam exceptionem eſſe patiar; nihil enim frigidius, quam illud, quod hic Laurentius adſert, *meus*, *tuus*, *ſuus*, non deduci a *mei*, *tui*, *ſui*, primitivis, ſed ab antiquis genitivis *mis*, *tis*, *ſis*, quod figmentum fictis valde Grammaticis placuit. Ego non negaverim, apud Ennium & Antiquos reperiri *mis*, *tis*, *ſis*, ſed in ablativo, pro *meis*, *tuis*, *ſuis*, ut *ſos* pro ſuos, *ſas* pro ſuas, *ſum* pro ſuum; ut, *poſtquam lumina ſis oculis bonus Ancu' reliquit.* Vide Feſtum in voce *Sos.* » [Ennius 2. Annal. *Cura ingens mis cum concordibus æquiparare.* Ubi » *mis* perperam (1) Priſcianus pro genitivo accipit. Plaut. » Mil. act. 4. ſc. 2. *Ait illam cruciari miſeram, quia* » *tis egeat, quia te careat*; ubi *tis* valet *tuis*, ſubaudi, » forma & factis; ſicut ibidem; *Ego hic adſtabo cum* » *hac forma & factis ſic fruſtra*; & act. 1. ſc. 7. *Vir-* » *tute, & forma, & factis inviſſimis.*] Res igitur ſic ſe habet; (2) Omnis genitivus ſignificat active, aut

(1) *Priſcianus pro Genitivo.*] Vide Eum Lib. XIII. cap. 2. Si tamen hi quoque ſint Genitivi, ut eſſe revera videntur, (Vide Voſſium de Anal. IV. 4.) crediderim contractos ex obſoletis Genitivis, *meis*, *tuis*, *ſuis*, ſicut a Fructus olim fuit *Fructuis*, & contracte dein *Fructus.* Ratio, quam Priſcianus attulit, inepta eſt. Dixiſſe enim Græcos ait non tantum ἐμοῦ, σοῦ, οὗ, ſed & Dorice ἐμοῦς, σοῦς, οὗς. Ex ους autem Græco Latinos formare *is*, ut ex Δημοσθένους, *Demoſthenis.* Etenim magna eſt diſcrepantia inter ſimplicem, & ſine accentu, terminationem ους, & inter eam, quæ eſt circumflexa, Veluti Ἠχοῦς, Λητοῦς, Ἰοῦς, quæ a Latinis neutiquam in *is* convertuntur, ſicut illa in Simplex ους exeuntia ſolent.

(2) *Omnis genitivus ſignificat active aut paſſive.*] Exemplis id declaravimus ſupra ad pag. 177. in quibus uterque active & paſſive ſignificans Genitivus conjungebatur. Vide & Gell. IX. 12. ubi docet *metum hoſtium recte dici*,

Digitized by Google

aut paſſive; idem ſignificabit ſemper poſſeſſivum; ut, *vulnus Achillis*, vel *Achilleum*, active & paſſive accipi poteſt. Eodem etiam pacto *mei*, *tui*, *ſui*; & *meus*, *tuus*, *ſuus*, active & paſſive ſignificabunt, ut mox apparebit: prius enim aperiam cauſam, quare aliquando non ſit nobis conceſſum primitivorum genitivis uti. Regula eſt; *mei*, *tui*, *ſui*, primitiva, ſubſtantivorum genitivis, etiam ſubintellectis, non junguntur. Latine dices; *Hic liber eſt mei præceptoris*; ſed illud *mei*, adjectivum eſt: item *Præceptori meo conducit caſtigare, tui autem eſt docere*; illud *tui*, non poteſt eſſe a *tu*; nam hæc primitiva fugimus in omni poſſeſſione, ne cum adjectivis ſubſit ambiguitas, quam Latinæ aures vehementer reformidant. Latine itaque dicitur; *Mei præceptoris intereſt docere*; ſed ita tamen, ut illud *mei* omnino ſit a *meus*. Ridiculum autem eſt, quod ajunt iſti, propterea non dici, *Mei eſt legere*, quia *mei, tui, ſui,* ſolum paſſive ſignificent: (3) id falſum eſſe ſubjecta exempla demonſtrabunt. Cicero ad Curionem;

ei, & quum timent hoſtes, & quum timentur. Injuriam itidem dici, tam illorum, qui patiuntur, quam qui faciunt. &c.

(3) *Id falſum eſſe ſubjecta exempla demonſtrabunt.*] Immo vero pleraque omnia, quæ ſequuntur, exempla probant contrarium, h. e. paſſive ſolum, non active, ſignificant, vel ipſam notant poſſeſſionem. Poſterius certe ſignificat apud Cic. Fam. VI. 12. *tui charitate*, h. e. charitate, qua Tu aliis charus es, & quæ in Te eſt, nam Sanctius male hoc exponit, *quia me amas.* Sed neque recte Urſinus, qui in eundem fere lapidem impingens miratur To. 2. p. 161. quare hanc phraſin, *ab aliis affectum ſignificantibus divulſam ad poſſeſſionis ſignificationem retulerim.* At mihi hæc ratio fuit, quod *carus* & *caritas* magis notet gratiam, qua quis alteri eſt in pretio, quam activum quendam amoris affectum. Unde paſſim Homines dicuntur *aliis cari*; Immo illud *cari eſſe* cum Paſſivis Verbis ideò conjungitur, tanquam plane itidem paſſivum. Cicero de Offic. II. 8. *In has clades incidimus, dum metui, quam cari eſſe & diligi, maluimus.* Accedit quod in priore Ciceronis loco, ut diverſa conjunguntur *Caritas* & *Amor.* Verba enim ſunt, *Vincebatur fortuna ipſa debilitatæ gratiæ noſtræ tui Caritate, & meo perpetuo erga te Amore*: In quibus mea & inſul-

nem; *Eam autem tui unius ſtudio me aſſequi poſſe confido*: idem

Inſulſa ineſſet tautologia, niſi *caritas* aliud quid notaret, quam activum Amoris affectum. Notat ergo gratiam & exiſtimationem in qua quis eſt apud alios. Sic Idem Famil. X. 6. *Me autem impulit tui caritas, ut vellem* &c. XI. 8. *Admirabilis eſt quædam tui nominis caritas*; & XII. 16. *Cunos & caritate* (h. e. pretio, in quo apud nos eſt) *& Amore, tuum officium præſtabimus.* Quum ergo paſſivum quid ſignificet, & ab *Amore* diſtinguatur hæc vox, recte eam, ni valde fallor, ad poſſeſſionis quandam ſpeciem retuli, æque ac *Pretium ſui.* Sic porro poſſeſſionem notant, *Pro ſui dignitate, Nulla pars manet Noſtri. Et preſſa eſt gravitate ſui,* &c. Hæc nempe omnia aliquo modo ſunt poſſeſſionis. At paſſive ſignificant manifeſto *genitorem ſui, accuſatorem mei, vindictam tui, conſpectum tui, æſtimatione ſui &c.* Seneca Herc. Oet. 557. *perbibat flammas mei.* Sueton. Veſp. 22. *quaſi amore ſui deperiret*, ſcil. mulier quædam, h. e. amore Veſpaſiani, ubi utique amabatur Veſpaſianus. Ovid. Heroid. III. 139. *Aut ſi verſus amor tuus eſt in tædia Noſtri, Quam ſine te cogis vivere, coge mori. Uſque facis, coges: abiit corpuſque colorque: Suſtinet hoc animæ ſpes tamen una Tui.* Cicero de Haruſp. Reſp. cap. 3. *Nihil enim contra me fecit odio Mei, ſed odio ſeveritatis, odio dignitatis, odio Reip.* Et ſic, ut ut neget id Sanctius, maxime tamen ille genitivus in paſſiva ſignificatione uſurpatur; ſed tamen cum & poſſeſſorem ſignificet, nulla cauſa eſt, quominus & actorem, qui eſt actionis ſuæ quaſi poſſeſſor, deſignare queat. Tale eſt illud Ciceronis Fam. II, 6. *Eam tui unius ſtudio me aſſequi poſſe confido*, & Plaut. in Pſeud. I. 1. *Duorum hominum labori parſiſſem lubens, mei & tui.* Sed hæc loca Vir Magnus ad Plautum, licet hujus quidem locum tueatur Gellius XX. 6. ſuſpecta habet, haud ſcio, utrum propter ſignificationem activam, an vero ſimpliciter, quod ex ejus ſententia dici nequeat *Labor mei*, pro *meus*, *labor noſtri utriuſque*, pro quo malit *noſter*; *Studium tui unius*, pro quo reponit *tuum*, *majores veſtrum*, pro *veſtri.* Sed tamen ſic paſſim quoque loquuntur Veteres, ut videre eſt apud Voſſium de Conſtruct. Cap. 57. Cicero ſæpe etiam adhibet hunc Genitivum in Plurali, in quo eadem eſt conſtructionis ratio. *Voluntati veſtrum omnium parui, communis patria omnium noſtrum, in me omnium veſtrum ora & oculos conjectos*, immo *contentio veſtrum*, plane utique ut *labor mei.* Salluſtianum illud in Catil. *majores veſtrum*, genuinum eſſe, nec hodiernorum codicum ſcripturæ debuiſſe concedere, firmiſſimum & indubium Gellii dicto jam loco teſtimonium probat, & proinde nos in Animadverſionibus hiſtoricis cap. X. Salluſtio aſſeruimus & reſtituimus. Sed & ne de ipſa phraſi dubites, en ſimilem plane apud Plautum Menæch. V. 9. 97. *Veſtrum patri filii*

idem libro ſexto ad Ampium; *Vincebatur enim fortuna ipſa debilitate gratiæ noſtræ, tui charitate, & meo perpetuo erga te amore*; id eſt, quia me amas, & te amo. Hoc teſtimonium quum Valla non intellexiſſet, fœdiſſime deturpat. Cicero pro Marcello; *Quis non intelligat, tua ſalute contineri ſuam, & ex unius tui vita pendere omnium*: idem Attico lib. 9. *Nihil malo, quam me mei ſimilem eſſe, & illos ſui*: idem Catilina; *Uterque pro ſui dignitate, & pro rerum magnitudine*; idem libro 2. Finib. *Ut & ſui & Metrodori memoria colatur*: idem in Univerſitate; *Ita ſe ipſe conſumptione & ſenio alebat ſui*: ibid. *Imitantes effectorem & genitorem ſui*:
» [Plaut. Ciſt. *Suarum opum nos volunt eſſe indigentes.*
» (4) *Suique omnium rerum nos indigere*, pro omnium
» rerum ſuarum.] Valerius Max. lib. 1. *Lento enim gradu ad vindictam ſui Divina procedit ira*: idem lib. 1. cap. 6. *Priuſquam exoptatum civium oculis conſpectum tui offerres*: idem lib. 3. cap. 7. *Quid aliud eſt, quam ſævientem fortunam in adjutorium ſui convertere*: & paulo poſt; *Fiducia eſt, quæ æſtimatione ſui certo pondere examinat.* Plin. lib. 22. in proœmio; *Compleſſe poterant miraculum ſui, natura atque tellus.* Seneca in Troade, act. 2. *Nullaque pars manet noſtri*: idem Hercule Oetæo act. 3. *Et partem mei ferat omne ſaxum.* Cicero Attic. lib. 11. epiſt. 8. *Quintus miſit filium,*

filii quot eratis. Sueton. Cæſ. 30. *neque populi expectationem, quam de adventu ſui fecerat, privatis opibus explere poſſet.* Sed & congruenter Ciceronianis illis *Unius tui ſtudio*, idem Cic. in Vatin. c. 3. *Civitatis ſalutem cum unius mei ſalute eſſe conjunctam.* Et pro Marcel. cap. 7. *Ex unius tui vita pendere omnium.* Sed quæ, ſic citata a Sanctio vel Budæo, in noſtris edd. ita leguntur, ut exhibeant *mea*, *tua*, pro *mei*, *tui*, dubitem an recte.

(4) *Suique omnium rerum nos indigere.*] Male hic locus explicatur, & incaſſum huc adſertur a Scioppio. Senſus eſt; volunt indigere nos ſui, in omnibus rebus. *Omnium rerum* per Ellipſin dicitur pro *in negotio omnium rerum.* Cui ſimilia loca, eorumque explicitam rationem, vide in iis, quæ notavi ſupra ad pag. 175.

filium, non ſolum ſui deprecatorem, ſed etiam accuſatorem mei. Ovid. 1. Metam. *Et preſſa eſt gravitate ſui*: ibid. lib. ultimo; *Parte tamen meliore mei*: & in carmine obſcœno: *Quod partem madidam mei videtis.* Terentius Adelph. *Tetigine tui quidquam*: (5) ibid. *Qui ſe in ſui gremio poſiturum puerum dicebat*: idem Heauton. *Tot mea unius ſoliciti ſunt cauſa.* Ubi Muretus ex antiquis exemplaribus reſtituit, *Mei unius.* Varro 3. Ruſt. cap. de villa; *Et quum hæc ſit communis univerſi populi, illa ſolius tui.* Budæus in commentariis citat Ciceronem in Vatinium ſic; *Quid ergo præſtantius mihi potuit accidere, quam omnes hos cives meos judicare, civitatis ſalutem cum unius mei ſalute eſſe conjunctam*; Sic citat Budæus; nunc legitur, *cum mea unius ſalute.* Plautus Aulular. *Neque tui me quidquam inveniſti penes*: idem Pſeudolo.

Si ex te tacente fieri poſſem certior Hero,
Quæ miſeriæ te tam miſere macerent,
Duorum labori ego hominum parſiſſem libens,
Mei, te rogandi, & tui, reſpondendi mihi.

Hæc Plauti verba expendit Gellius lib. 20. cap. 6. & inſuper ait; *Itaque ſi dicere velis*, Patrem mei, *pro Patrem meum, quo Græci modo τὸν πατέρα μου dicunt, inuſitate quidem, ſed recte profecto, eaque ratione dices, qua Plautus dixit*, labori mei, pro *labori meo.* Hæc ille; qui tamen ſi legeret illud Ciceronis, *Genitorem ſui*, & *Effectorem ſui*, & illud Maronis; *Et nunc magna mei ſub terras ibit imago*: & illud Macrobii lib. 2. cap. 1. in ſomnio; *Deinde tonus per naturam ſui in duo dividi ſibi æqua*

(5) *Ibid. Qui ſe &c.*] Locus hic eſt alienus plane. Nam apud Terent. Adel. III. 2. 35. additur *patris.* Nempe *Qui ſe in ſui gremio poſiturum puerum dicebat patris.* Obſervavit hoc Urſinus quoque To. 2. p. 159. & addidit illud Terentii, *Tetigine tui quidquam?* & Plauti, *Neque tui me quidquam inveniſti penes*, quæ loca itidem plane ſunt aliena, quum in iis *Tui* ſit non Pronomen, ſed Adjectivum, ab Neutro *Tuum.*

Digitized by Google

qua non poterit, (6) fortaſſe non diceret inuſitate dici, *patrem mei.* In iis omnibus, quæ citavi, teſtimoniis, ſi aliqua tibi videantur ſignificare paſſionem, non valde repugnabo; dum illud teneam, loco illorum poni poſſe poſſeſſiva; ut, *Effectorem ſui*, *Effectorem ſuum.*

Rurſus nunc contendam, *meus*, *tuus*, *ſuus*, poſſe accipi paſſive, & loco illorum poſſe ſuccedere, *mei*, *tui*, *ſui.* Cicero lib. 5. epiſt. *Ego quæ tua cauſa feci*; potuiſſet dicere, *tui*, » [exemplo Plauti Moſtel. » *Urbem exſul linquat hinc actus cauſa tui*:] idem Cic. Philippica 10. *An vero hoc pro nihilo putas*, *in quo quidem pro amicitia tua jure dolere ſoleo*, &c. (7) *Pro amicitia*

(6) *Fortaſſe non diceret* &c.] Immo vero vel ſic diceret. Nam ubi ita abſolute poſitum occurrit *Pater mei?* Aliud eſt, *recte poſſe* dici, aliud, *uſitate* dici. Facilius etiam reperies hunc Genitivum cum Nomine Actionem notante, ut *Genitor*, quam cum alio. Lubentius quoque dixerim cum Plauto per quandam appoſitionem & diviſionem, *parſiſſem labori duorum Hominum*, *Mei* in Te rogando, & *Tui* in reſpondendo, quam abſolute, *labore tui* (pro, tuo) *magnam peperiſti gloriam.* At in ſenſu mere paſſivo, veluti *ſtudium Tui*, *deſiderium Tui*, &c. recte ſimul & uſitate hic Genitivus adhibetur. Rarior eſt, maxime in proſa, in ſenſu plane Poſſeſſivo, vel Activo, *imago mei*, *adventus ſui*; &c. niſi accedat *unius*, aut ſimile quid.

(7) *Pro amicitia tua.*] Sic quidem & Salluſt. Jug. 14. *Qui omnes familiæ noſtræ ob veſtram amicitiam infeſti ſunt.* Et Cic. Famil. III. 10. *Ut tuis inimicitiis ſuſcipiendis oblivisceretur patroni*, Dubitem tamen, an hæc prorſus paſſive ſint interpretanda. Certe *Amicitia mea*, *veſtra*, &c. notat amicitiam, quæ tibi mecum, aut mihi vobiſcum mutua eſt, quæ inter nos utrimque eſt conſtituta, qua Tu mihi, Ego tibi ſum amicus. Parum etiam recte Sanctius illud Terentii *Nunquam odio tuo me vinces*, paſſive exponit. Namque illic *odium tuum*, ſignificat moleſtiam tuam, quæ a Te proficiſcitur, & qua alterum obtundis. Rectius paſſive accepit, quod itidem ex Terentio protulit. *Nam neque negligentia tua*, *neque id odio fecit tuo.* Sed & expreſſiora ac certiora ſunt reliqua, quæ Auctor hic attulit, quibus adde illud Catonis apud Gellium VII. 3. *Ne in ſervitute noſtra eſſent.* Sall. Jug. 4. *Quæ ſane fuerint noſtræ injuriæ* h. e. nobis factæ. Cic. Famil. X. 24. *Omnes gratas amicitias tua obſervantia*, *indulgentia*, *aſſiduitate*, *vincam*, quo in loco male *tui* edi jubet, idque poſtulare

amicitia tua, inquit Budæus in commentar. *pro eo dixit, quod eſt*, pro amore quo te proſequor, hoc eſt, *quo tu à me diligeris?* » [quomodo Horat. *Cæſar* » *qui cogere poſſet, ſi peteret per amicitiam patris, atque* » *ſuam, non proficeret quicquam*:] idem 2. Catil. *Invidiæ meæ levandæ cauſa*; id eſt, quam alii de me habent: idem 1. Catil. *Patria te nihil judicat, niſi de patricidio ſuo, cogitare.* Terent. Eunuch. *In ea utilitatem ego faciam ut cognoſcas meam.* Hic paſſive. Rurſus Cic. ad Tironem; (8) *Utilitatibus tuis poſſum carere*, active, vide Muret. 2. Catil. Terent. Phorm. *Nam neque negligentia tua, neque id odio fecit tuo.* Laurentius dixiſſet *tui*: idem Heaut. *Et lachrymis opplet os totum ſibi, ut facile ſcires deſiderio id fieri tuo*: idem Phorm. *Nunquam odio tuo me vinces.* Itaque *noſtra querela eſt*, & quam habemus, & quæ de nobis habetur. Martial. lib. 5. *Jam precor oblitus noſtræ Vulcane querelæ parce.* Valerius Maxim. lib. 9. cap. 2. *Nam quum animadverteret*, (9) *quantum ſuo odio patria teneretur, timori remedium ſcelere petivit*: idem 6. cap. 2. *Vidi eodem habitu, & quiritatu tuo*; id eſt, in querela tui. » [Livius lib. 3. » *Multi exſulum cæde ſua fœdavere templum.*] Sed hujuſmodi plura quilibet paſſim leget. Cauſa igitur qua vetamur dicere, *Hic liber eſt mei, & mei intereſt legere*, non paſſio eſt, ſed ut vitemus ambiguitatem, quam facile vitamus, ſi genitivis primitivorum alios genitivos ſubſtantivorum non addiderimus: neque enim eodem

lare Latini ſermonis conſuetudinem affirmat, Stephanus in ſuo Pſeudocic. p. 207. Cœl. VIII. 1. *Tuæ memoriæ dare operam.* Nep. Lyſ. 4. *Ita ille imprudens ipſe ſuus fuit accuſator.*

(8) *Utilitatibus tuis.*] Dicitur hoc eodem modo & ſenſu, quo ſuperius, in quo & ipſo *utilitatem meam* potius active, vel poſſeſſive, accipiam, h. e. utilitatem; quæ a me proficiſcitur; vel in me Tibi ſita eſt.

(9) *Quantum ſuo odio &c.*] Editur nunc apud Val. Max. *quantum ſui odio*, & in ſeq. exemplo abeſt a noſtris Edd. illud *tuo*, & recte. Certe inepta eſt illa interpretatio *in querela tui*, quam Sanctius adfert.

Digitized by Google

dem ſenſu dicam, *Miſerere mei*; & *Miſerere mei præceptoris*, nam illud *mei* eſt primitivi, hoc vero derivativi. Si vero ambiguitas in cauſa eſt, quominus hos genitivos non recipiamus, ubi ea non poſſit contingere, recte eis utemur. Quare quum illis addideris (10) genitivos adjectivorum, non errabis; ut, *liber eſt mei ſolius. Tui unius*; vel, *Tua unius intereſt legere.* Cicero Lentulo; *Quocumque tempore mihi poteſtas præſentis tui fuerit.* Terent. Heaut. *Atque inopis nunc te miſereſcat mei.* Cic. *Tui unius ſtudio*: idem; *Ex tui unius vita*, & quæ citavimus ex Varrone; *Hæc ſit communis univerſi populi, illa ſolius tui.* » [Aberit etiam ambigui-» tas, ſi additus ſubſtantivi genitivus, alium porro » genitivum regat; ut, *Miſerere mei, patris tot libe-» rorum*: id eſt, miſerere mei, qui tot liberorum » pater ſum.] Sed ut dixi, *Mei*, *Tui*, *Sui*, *Noſtri*, *Veſtri*, primitiva fugiuntur merito propter ſolam ambiguitatem, non propter paſſionem. At dices; oſtende nobis hanc amphiboliam, præcipue in *noſtri*, & *veſtri*. Oſtendam paucis his orationibus; *Meus populus legibus gubernatur, ſolius tui ſemper fuit ſine lege vivere*; *Noſter præceptor eſt doctus*; *veſtri autem ſemper fuit male docere.* Imo etiam ſi iſtis primitivis addas (11) ſubſtantiva, quæ genitivis non apte jungantur, ambo recte ponentur in genitivo; ut ſi dicas, *Miſerere mei peccatoris*: nam hic non contingit amphibolia, quæ contingit in hac forma; *Miſerere mei patris*: hic enim neſcias, an *mei* ſit a *meus*, an ab *ego*. Quare tutius conſilium fuerit, (12) iis genitivis primitivorum abſtinere,

(10) *Genitivos adjectivorum.*] Et maxime participiorum paſſivorum. Cic. Fam. III. 6. *Non dubiam ſpem mei conveniendi mihi offerebas.* Epiſt. 10. *Purgandi mei neceſſarium videtur eſſe tempus.* V. 21. *Te ſumma cupiditate affectum videndi mei.* &c. Vide & ſupra I. 2. p. 19. & infra III. 8. circa finem.

(11) *Subſtantiva quæ genitivis &c.*] Vel etiam quæ feminini ſunt generis. Veluti Ennius apud Nonium in *Miſerete*: *Miſerete mei anuis.*

(12) *Iis Genitivis Primitivorum abſtinere.*]

abſtinere, quod ſi feceris, latine recte dicis: *Mei præceptoris*, vel *mei regis*, vel *veſtri magiſtri intereſt imperare*; quia illud *mei* & *veſtri* ſemper eſt ab adjectivo *meus*, & *veſter*. Et certe nulla alia de cauſa dicimus, *Cujus*, vel *Cuja intereſt*; *Cujus*, vel *Cujum eſt pecus*, niſi quia non contingit amphibologia.

Reſtat modo evertenda Vallæ opinio circa hanc eandem doctrinam; Verba illius ſunt lib. 2. cap. 1. *Videmus licere dicere*, Meam unius operam, Tuum ſolius ſtudium; *non tamen dicemus*; Meum Laurentii ſtudium; tuum Priſciani prædium, ſed *Meum ſtudium, qui ſum Laurentius*; *Prædium tuum, qui es Priſcianus*. Hæc ille. Ego, ſi quid addendum eſſet in his formis, libentius dicerem; *Non mea Pompeji, ſed tua Cæſaris intereſt*, quam, *mea, qui ſum Pompejus*; & *tua, qui Cæſar es*: noſtra enim regula eſt; (13) Si poſſeſſivis addatur

abſtinere.) Scilicet in tali ambiguitatis periculo. Ceteroquin enim Veteres iis uſi ſatis crebro, etiam τοῖς *Noſtri* & *Veſtri*. Sic Adherbal de ſuæ familiæ hominibus apud Salluſt. Jug. 14. *An quiſquam noſtri miſereri poteſt, qui aliquando vobis hoſtis fuit?* Et lib. I. Hiſt. in Orat. Philippi de Lepido, *Proditor noſtri, iſtis inſidus*. *Noſtri*, h. e. Senatorum. Vide & Gellium Noct. Att. XX. 6. & ſuperiora hujus Capitis.

(13) *Si poſſeſſivis addatur.*] Pleraque, quæ ſequuntur, longe alieniſſima ſunt ad evertendam Vallæ ſententiam, velut *Literis tuis primorum menſium* &c. Non enim quæritur, an talia dici queant, ſed an, *Tuis Trebatii literis*. Similiter, *Quantum meum ſtudium extiterit dignitatis tuæ*, ſi huic pertineret, debuiſſet dici, *Quantum meum Ciceronis ſtudium*. Et ſic, ut dixi, pleraque ſunt ſatis aliena. Quod quum verum ſit, (nec enim dixi *omnia* eſſe ejus generis) miror, Urſinum To. 2. p. 148. tradere, me hic Cenſorem agere *juſto ſeveriorem*. Patebit res ex hac nota, ✠ quam præmiſi ſingulis exemplis, quæ aliena duxi. At manifeſte contra Vallam eſt, præter nonnulla Sanctii, quod ait Plautus Menæch. V. 2. 8. *Tuum Apollinis imperium demutat.* Intelligitur autem in eo, non tam genitivus *tui*, quaſi diceretur *tuum imperium tui, Apollinis*: ut voluere Scaliger ad Catullum, & Voſſius de Conſtruct. cap. 57. ſed potius, ut Gronovius Pater ad Plautum Pſeud. I. 1. 3. *Tuum imperium, quod eſt Apollinis.* Hoc quoque rejicit Urſinus pag. 150. 151. atque id ait eſſe *interpretari* illa, *non integrare.* Ipſe autem vult *tuum* poni pro *tui*, atque hoc *tui* recipi ex ſenſu, quaſi dictum eſſet

Digitized by Google

addatur aliud nomen etiam proprium, illud in genitivo poteſt

eſſet plene, *tui*, *Apollinis*, *imperium*. Quod an ſit *integrare*, ſeu ſupplere, & rationem locutionis Grammaticam atque Ellipticam dare, Lectori judicandum relinquo. Ego certe vel Gronovio acceſſerim, ut dixi, ſed ita, ut per Appoſitionem quandam iſta explicem; quo certe modo expediendum eſt illud Ciceronis pro Sextio, *quod meam legem contemnat hominis inimici*, h. e. meam legem, legem hominis inimici: vel Genitivum regi cenſeam ſimul a Subſtantivo & Adjectivo conjunctis, uti ſæpe fit. Sic Terent. Phorm. I. 1. 5. *Herilem Filium ejus* (ſervi) *duxiſſe audio uxorem*. Ubi Genitivus neutiquam regitur a ſolo *Filium*, ſed ab utroque *Her. Fil.* Et ita cum Adjectivo, in Eun. V. 5. 40. *Edico vobis, noſtrum eſſe illum Herilem Filium*. Sic porro, *veri ſimile factum*, *Amicus homo Petri* &c. Sed & Genitivorum cum Participiis, ut *Amans* &c. conſtructorum eadem eſt ratio. Vide ſupra ad I. 15. Eſt ergo *tuum Apollinis imperium*, vel per Appoſitionem & repetitionem vocis *imperium* explicandum, quaſi dictum eſſet, *tuum imperium*, *imperium Apollinis*; vel, quia *Meus*, *Tuus*, *Suus*, *Noſter*, *Veſter*, plerumque notant emphatice idem, quod, Proprius Mei, Tui, &c. idcirco eadem debet haberi ratio conſtructionis illorum cum Genitivo, quæ eſt τ *Proprius* & *Communis* in ſimili Conſtructione. Nempe Hæ voces & Illæ conſtruuntur æque vel cum Genitivo vel cum Dativo. De hoc nullum eſt dubium in voce *Proprius*, ſed & ſic *Meus* &c. Plaut. Truc. V. 2. 30. *Mea mihi pecunia male accipiar*. Bacchid. IV. 9. 71. *Tuus tibi ſervus tuo arbitratu ſerviat*. Aſin. I. 1. 57. *Suum ſibi emere aliquem beneficiis*. Prol. Capt. 5. *Suo ſibi Patri*. Jam vero *Proprius* & *Communis* cum Genitivo conſtruunt Terent. Hec. I. 2. 42. *Et hac*, *communia omnium quæ ſunt Patrum*, *dicere*, Corn. Nepos Lyſand. 1. *qui ſe illius fore proprium, fide confirmaret*. Cicero Famil. VII. 30. *Cujus cum proprium te eſſe ſcribis mancipio & nexu*, *meum autem uſu & fructu*, *contentus eo ſum*. *Id enim cujuſque proprium eſt, quo utitur & fruitur*: de Offic. I. 1. *Quod eſt Oratoris proprium*. Sic paſſim alibi. Genitivus autem ille regitur ex analogia Grammatica a Subſtantivo, ſed cum quo coaleſcit Adjectivum *Proprius*, ſuamque ſignificationis vim, unde nexus ſignificationis Genitivi pendet, communicat. Veluti *Proprium negotium cujuſque*, *Proprius Homo Lyſandri*, pro quo poſſet etiam dici *Suus Lyſandri Homo*, eadem Conſtructionis ratione. Aliquando tamen Genitivus quoque regitur unice a Subſtantivo, cui tunc jungitur Adjectivum *Proprius*, vel *Meus*, *Tuus* &c. Sic *Officiũ Oratoris Proprium*, *Oſſa defunctæ mea*, *Factum Conſulis meum*. *Salus periclitantis mea*. Certe qua ratione dicitur *Propriũ cujuſque* & *Propr. cuique*, eadem dicitur *Suum cujuſque* & *Suum cuique*; qua *Proprium factum Thraſybuli*, *Propria libertas Romanorum*,

poteſt poni; ut, ✠ *Opes Siculas Verris*; ✠ *Villa Tuſculana Ciceronis*; ✠ *in paterna domo Neronis.* ✠ Cicero ad Trebatium libro 7. *Litteris tuis primorum menſium vehementer commovebar.* At dices, in cæteris poſſeſſivis verum hoc eſſe, ſed *meus*, *tuus*, *ſuus*, aliter ſe habere: imo vero ego in univerſum de omnibus poſſeſſivis idem præcipio. ✠ Cicero 1. Tuſcul. *Theodori quidem nihil intereſt, humine, an ſublime putreſcam.* (14) Deeſt, *mea*, propter *putreſcam*; ut ſit, *Mea Theodori.* Quod ſi non credis, audi Valerium Maxim. libro 6. cap. 2. de eodem Theodoro; *Mea quidem nihil intereſt, humine, an ſublime putreſcam.* Cicero 2. Philip. *Ille nunquam concionatus eſt nudus, tuum hominis ſimplicis pectus vidimus.* Valla diceret; *Tuum pectus, qui es homo ſimplex.* Cicero 5. Verr. *Ne tua quidem recentia proximi Prætoris veſtigia perſequi poterat*, idem pro Sextio; *Quem non tam admiror, quod meam legem contemnat hominis inimici*: ✠ idem ad Craſſum; *Quantum meum ſtudium extiterit dignitatis tuæ*: ✠ idem ad Lentulum; *Nam noſtra propugnatio, ac defenſio dignitatis tuæ.* Livius; *Quod meum factum dictumve Conſulis gravius, quam Tribuni, audiſtis*: idem libro 7. de Valerio Corvino; *Quum deſiluiſſet ex equo*; *Noſtrum*, inquit, *peditum illud, milites, eſt opus*; id eſt, noſtrum opus, qui ſumus pedites: idem libro 8. *Ut noſtro duorum jam hinc eventu cernatur.* Cato ad Ciceron. *Tuam virtutem domi togati, armati foris.* Cic. L. Paulo Conſ. *me conſulem tuum ſtudium adoleſcentis perſpexiſſe.* Plin. lib. 8. epiſtol. *Poſt judicium tuum viri eruditiſſimi, graviſſimi*,

norum, eadem dici poteſt *Meum Thraſybuli factum, Noſtra libertas*, vel *Sua Lib. Romanorum.* Hinc conjungitur a Cic. Famil. V. 14. *Conſuetudinem tuam ſolius ac propriam.* Ea ergo ratione recte quoque poteſt dici *Tuum imperium Appollinis.*

(14) *Deeſt, Mea, propter putreſcam.*] Atqui in omnibus optimis edd. legitur *putreſcat.* Ut adeo hic locus, ex quo probari vult iſtius generis locutiones, *Mea Theodori nihil intereſt*, alienus ſit; nec quidquam ejus probet. Vide & Urſinum To. 2. pag. 195.

Digitized by Google

viſſimi, ac ſuper iſta veriſſimi. Seneca in Hippolyto; *Quis meas miſeræ Deus, aut quis juvare Dædalus flammas queat.* Et illud Boëtii, quod reprehendit Valla; *Solantur mœſti nunc mea fata ſenis.* Cæcilianus apud Marcellum; *Mea hominis quid referat.* ✠ Virgil. in Ciri. (15) *Perque tuum memoris hauſtum mihi pectus alumnæ:* ✠ idem 6. Æneid. *Et Pater ipſe ſuo Superum jam ſignat honore*; id eſt, ſuo Deorum honore, ✠ & Æneid. 12. *Poſtquam arma Dei ad Vulcania ventum eſt.* Apul. lib. 8. *Quæ res circumſtantium ab emptione mea, utpote ferociſſimi, deterruit animos.* Ovid. 1. Amorum; *Ut mea defunctæ molliter eſſe cubent.* ✠ Terentius Hecyra; *Ut ne cui mea longinquitas ætatis obſtet*: idem; *Nam herilem filium ejus duxiſſe audio uxorem*: ✠ idem; *Paternum amicum me aſſimulabo virginis.* Et in ſacris 3. Reg. 3. *Tulit filium meum de latere meo ancillæ tuæ dormientis*: & illud quod damnat Valla ad Corinth. *Salutatio mea manu Pauli.* ✠ Qua etiam forma dixit Auſonius ad Theonem epiſt. 4. *Anticipeſque tuum Samii Lucumonis acumen*: id eſt, tuum acumen Lucumonis, (16) ut recte annotat Joſephus Scalig. l. 2. c. 12. in Auſon. ubi hanc phraſin a Grammaticorum tenebris in lucem vindicat. Idem in Catullum 46. 18. *ita autem conſtruendum, quaſi dixiſſet; tuum pectus monſtri*; tum citat quædam ex ſuperioribus, deinde addit; *Quæ omnia dicta ſunt per Ellipſin Tui. In Græcis minus labo-*

(15) *Perque tuum memoris &c.*] Verſus eſt in Ciri 274. atque editur, *Perque tuum memori hauſtum mihi pectus alumnæ*, eliſione neglecta propter ſequentem aſpirationem. Ita vero conſtructio erit, per tuum pectus hauſtum mihi, memori alumnæ, in Dativo. Sequentem quoque verſum Virgilii vix putem huc pertinere, & explicem, *Ipſe pater ſuperum*, h. e. Jupiter, *jam ſignat ſuo honore.* Certe, ut huc pertineret, dicendum fuiſſet *Suo Patris*, vel *Matris*, *honore.*

(16) *Ut recte annotat &c.*] At rectius Douza noſter Plautin. quæſt. II. 22. tum Gronovius Pater ad Plautum Pſeudolo I. 1. 4. & Urſinus To 2. p. 147. legunt, *Anticipeſque tuo Samii Lucumonis acumen.* Sic nihil & iſte locus huc pertinet.

laboraremus ✠ *σπουδὴν σου μειρακίου*; *ita hic* pectus monſtri; *id eſt*, *pectus tuum*, *qui monſtrum es.* Sed vide locum Scaligeri. Ex aliis poſſeſſivis junctis cum genitivo nominis proprii & appellativi poſſem innumera exempla colligere; ut, ✠ *Imperatorius vultus Marii*; ✠ *Catuli Cumana villa*; ✠ *Calvi Licinii hipponacteum præconium*; ✠ *Fraternum nomen populi Romani*; ✠ *in æde Jovis Mariana*; ✠ *Fructibus Agrippæ Siculis*; ✠ *Litora fraterna Erycis*; ✠ *Nocturna Orgia Bacchi*; ✠ *Auguſti paternus animus*, & alia hujuſmodi innumera. Elegantius itaque credo dici; *Meum præceptoris officium*, quam, Meum officium, qui ſum præceptor: non tamen diſſimulabo dixiſſe Terent. *Mea*, *qui ſum natu maximus*, & Ciceronem pro Sylla; *Veſtra*, *qui dixiſtis*, *hoc maxime intereſt.* Sed Cicero hæc aliter dixiſſe non potuit, non enim hic participio erat locus.

LIBER TERTIUS.

Cap. I.

De Conſtructione Verborum, ejus ſpecies, Concordia & Rectio. Exploduntur Impersonalia Grammaticorum. Priſcianus defenditur contra Saturnium.

IN Verborum conſtructione duo conſideranda ſunt, Concordia, & Rectio. *Concordia* eſt mutua complexio nominis & verbi, quando nomen in debitam verbi perſonam ſeu domicilium recipitur, quæ conjunctio oſtendit verbum eſſe Perſonale. *Rectio* eſt, quum verbum oſtendit vires & effectum in rem aliquam, unde verbum oſtenditur Activum, vel Paſſivum. Dicamus igitur de Perſonalium Concordia primum, deinde de activorum, & paſſivorum Rectione.

Veteres (inquit Fabius lib. 1. cap. de Gramm.) *verba modo, & nomina, & conjunctiones tradiderunt; videlicet quod in verbis vim ſermonis, in nominibus materiam; quia alterum eſt, quod loquimur, alterum, de quo loquimur; in conjunctionibus autem complexum eorum eſſe judicaverunt.* Hæc Fabius. Si igitur oratio, quemadmodum cæteræ res natura conſtantes, forma & materia conſtat, ſine nomine & verbo nullus unquam ſermo efformabitur; quod elegantiſſime oſtendit Plato in dialogo de Ente (p. m. 261. extr.) in hæc verba; *Hoſp. Duo ſunt genera declarationum earum, quæ in voce fiunt, ad rerum naturam ſignificandam. Th. Quo pacto? Hoſp. unum quidem* Ὀνόματα*, id eſt*, Nomina; *alterum* Ῥήματα*, id eſt*, Verba, *vocatur. Th. dic Utrumque. Hoſp. Declarationem, qua actiones ſignificantur*, Verbum *dicimus. Th. ſic eſt. Hoſp. ſignum autem vocis Agentibus ipſis impoſitum*,

Nomen. *Th. Prorſus. Hoſp. Ex ſolis Nominibus continue prolatis oratio nunquam efficitur, neque rurſus ex Verbis abſque Nominibus pronuntiatis. Th. quomodo? Hoſp. Ut,* ambulat, currit, dormit, *& alia Verba, quæcumque Actiones ſignificant, quamvis omnia ea ordine verba continenter quis protulerit, nunquam efficiet orationem. Th. quomodo vero? Hoſp. Rurſuſque, quum dicitur,* leo, cervus, equus, *cæteraque Nomina, quæ ipſos Agentes ſignificant, efferuntur, nondum hac continuatione efficitur oratio; nullum enim in hoc vel illo modo negotium aut otium, neque naturam vere vel ficte ſignificant prolata,* [verte potius: *actionem aut quietem, neque eſſentiam entis vel non entis ſignificant* &c.] *priuſquam ipſis Nominibus Verba miſceantur: quando autem adaptantur, ſtatim fit ſermo, & prima horum complexio, licet breviſſima, eſt Oratio. Th. Quomodo vero iſta dicis? Hoſp. Quum aliquis dicit,* Homo diſcit, *nonne hanc orationem & primam & prorſus exiguam eſſe ais? Th. Recte.* Hæc, & alia latius Plato. Idem affirmat Ariſtoteles in principio ſecundi περὶ ἑρμηνείας. Ex his elicimus, etiam Verbum per ſe ſumptum nihil aliud eſſe, quam vocem quandam nihil prorſus ſignificantem, niſi ſuppoſitum accedat; eaque cauſa movit Platonem & Ariſtotelem, ut quum de Verbo agerent, in tertiis perſonis tantum exempla proponerent; Ut, *ſanatur, ægrotat, currit, dormit.* Si enim *ægroto,* & *curro* dixiſſent, orationis, non verbi, exemplum adduxiſſent. Ubicunque igitur fuerit in oratione verbum aliquod, niſi ſuppoſitum intelligas, aut aliunde quæras, ſenſus nullus apparebit; (1) unde ridicula ſunt Grammaticorum *Imperſonalia,* quæ totum Platonis & Ariſtotelis dogma evertunt. Evertamus & nos ſigillatim eorum Imperſonalia exemplis adducendis.

Accidit, contingit, evenit, liquet, » [*licet,*] & cæt. cur dicantur Imperſonalia non video; quandoquidem nunquam

(1) *Unde ridicula ſunt &c.*] At vide, quæ diſputavimus jam ſupra ad Lib. 1. cap. 12. extr.

nunquam ſuppoſito carebunt. An obſcurum eſt, (2) Infinitum, vel totam orationem, ſumi pro ſuppoſito? » [*Res* quoque, *Caſus*, vel *Eventus* plerumque ſubau- » diri poſſe?] Sed accipe clara ſuppoſita. Ovid. I. Metam. *Mox ubi creverunt, naturaque mitior illis Contigit*: idem 2. Metam. *Nec contigit ullum Vox mea mortalem*. Ut igitur dicimus, *Accidit ægritudo, calamitas, morbus*, ita dicimus, *accidit ut ille veniret*. Cic. pro Milone; *Qui dies quam crebro accidat, experti debemus ſcire*. Tacit. *En accido ad tua genua. Contingo*, idem fere eſt, quod *Tango*. Horat. *Nam neque divitibus contingunt gaudia ſolis*. Ovid. *Contigerat noſtras infamia temporis aures*. *Evenire*, idem quod *Venire*. » [adeoque in *Evenit* (3) » ſubauditur *Eventus*. Plaut. Rud. act. 2. ſc. I. *Cibum cap-* » *tamus e mari; ſin eventus non venit, neque quicquam* » *captum eſt piſcium, dormimus incœnati*.] Sed hæc probationis non egent.

» [*Licet* ſemper vel nominativum, vel verbum in- » finitum, vel totam orationem, habet pro ſuppoſi- » to. Cic. *Peccare nemini licet; Civi Romano licet eſſe* » *Gaditanum; Non mihi idem licet, quod iis, qui nobili* » *genere nati ſunt; Hic pugnes licet, non repugnabo*. » Terent. *Licet vivere*, pro quo recte quoque dici- » tur, *Licet ut vivas, Licet te vivere, Licet tibi vi-* » *vere*, id eſt, vivere te, eſt licitum, & tibi eſt li- » citum: *id enim licere dicimus, quod cuique concedi-* » *tur*, ait Cicero.]

In

(2) *Infinitum vel totam orationem.*] Corn. Nepos Pauſan. cap. 5. *Dicitur eo tempore matrem Pauſaniæ vixiſſe*. Gell. Noct. II. 4. *Videtur eum ſignificare velle*. IV. 11. *Videtur cauſam erroris fuiſſe*. Pomp. de Or. Jur. §. 2. *Ipſum Romulum traditur populum R. diviſiſſe in xxx. curias*. Vide & Noſtrum infra III. 7.

(3) *Subauditur Eventus.*] Quare magis, quam in *Accidit*, *Contigit*? Nam recte dicitur quoque *Contigit*, *Accidit*, *hiſce conſiliis talis eventus*. Nec tamen propterea in his ſubauditur *Eventus*, ſed pro Nominativo eſt Infinitum, vel tota Oratio. Sic vero & in verbo *Evenit* ſe res habet.

In verbis, quæ falſo dicuntur naturæ, ut, *pluit*, *fulminat*, *luceſcit*, placet Linacro & doctis, intelligi ſuppoſitum cognatæ ſignificationis; quæ cauſa eſt, ut fere nunquam niſi in tertiis perſonis reperiantur: ſed nihil erit impedimento, quominus verbum, *pluit*, primam perſonam habere dicatur, ſi modo loquatur Deus. Integra ergo eſt oratio, *pluit pluvia*, *fulget fulgur*, *luceſcit lux*. Licebit tamen pro proprio recto ſuppreſſo (4) aliud exprimere; Ut, *Deus pluit*, & *pluunt lapides*. Plaut. Moſtell. *Malum quum impluit cæteris, non impluat mihi.* Martial.

(4) *Aliud exprimere.*] Scil. Nomen, ſeu Suppoſitum. Sed & licebit addere Accuſativum. Sic Plautus Moſtel. I. 3. 8. *Quum tempeſtatem mihi in pectus perpluit amor.* Verum hæc & ſimilia in tali Conſtructione non ſunt Imperſonalia, ut neque, ſi dicam ex. gr. *Licetne hic ambulare?* Etenim perſonalis eſt hæc locutio, dum tertiæ perſonæ vicem explet infinitivus, ut ſæpe facit, atque idem eſt ſenſus, & ratio conſtructionis, ac ſi dixiſſem, *an permittitur mihi ambulatio in hoc loco?* Sed ſciendum, quod jam declaravimus ſupra ad I. 12. extr. non tam Verba debere dici *Imperſonalia*, quam quaſdam Verborum Terminationes aut Conſtructiones. Etenim Verba vix ulla ſunt, quæ non admittant aliquando Nominativum, h. e. non ſint aliquando Perſonalia: at quædam ſunt locutiones certis Terminationibus, quibus ſimpliciter & unice generalis rei actio denotatur, ſine ulla cogitatione Suppoſiti aut Perſonæ, ſeu, ut ait Priſcianus lib. XVIII. p. m. 1133. *quæ ad ipſas res verborum* unice *referuntur.* Veluti, *Pluit*, cujus tamen Nominativus, *Cœlum*, vel *Deus*, per Ellipſin videtur ſuppreſſus, ſed maxime Paſſiva, *Curritur*, *Statur*, &c. Horum enim ſignificatio non finitur in ullam Perſonam, aut Suppoſitum, ſed tantum Rem ipſam verbi ſimpliciter notat, id quod huic Tertiæ, & tantum Singulari, Terminationi eſt proprium. Nam ne in Plurali quidem Tertia talis ſignificationis locutionem habet Lingua Latina, ut recte monuit Diomedes lib. I. de Orat. pag. 391. & 393. Alia enim videtur Conſtructionis forma, ſi dicam, *Pluunt lapides*, Alia, *Pluit Lapidibus*, apud Livium l. 31. vel, *Nam rus ut ibat forte, ut multum pluverat*, apud Plautum Prol. Men. v. 63. De Paſſivis vero, quæ prorſus imperſonaliter conſtruuntur, vide me jam ſupra d. l. & infra ad Caput ſequens, & ad III. 8. In vernaculis quoque Linguis talis actio propriis denotatur locutionibus, Veluti *het regent*, *het vvaeyt*, *men loopt*, & reciproca locutione, quæ uſum habet Paſſivæ, *het loopt ſich hier vvel*, &c.

Digitized by Google

Martial. lib. 4. *Qua vicina pluit Vipſanis porta columnis.* Tibull. lib. 2. *Multus ut in terras deplueritque lapis.* Statius; *Saxa pluunt.* Plinius lib. 2. cap. 56. *Effigies, quæ pluerat, ſpongiarum fere ſimilis fuit.* Virgil. [Georg. IV. 81.] *non denſior aëre grando, Nec de concuſſa tantum pluit ilice glandis*: idem; *Magnus dum Cæſar ad altum Fulminat Euphratem*: idem; *Porta tonat Cœli.* Plinius in proœmio; *Quanto tu patris ore laudes tonas.* Cicero; *Jove tonante, & fulgurante.* Terentius; *Luceſcit hoc jam*: ſic enim diſpungendus locus; Nam *Hoc* antiqui cœlum appellabant. Plautus Amphit. *Eamus, Amphitruo, luceſcit hoc jam*; idem Curcul. *Nam hoc quidem haud multo poſt luce lucebit.* » [Nepos in Pelop. » *Veſperaſcente cœlo Thebas poſſunt pervenire.* Plaut. » Amph. *Nunc te, Nox, mitto, ut cedas diei, ut mor-* » *talibus illuceſcat luce clara, & candida*; (5) Subaudi » *Cœlum*: Idem Capt. *Atra pix te agitet, tuoque capiti* » *illuceat.*] Cicero pro Milone; *Ei eluceſcet aliquando ille dies.*

Miſeret, tædet, piget, pudet, pœnitet, nominativum habent cognatum, ut lib. 2. cap. 8. in Genitivi conſtructione diximus; ſed hunc non exprimunt, utpote certiſſimum, alios tamen admittunt. » [Plaut. Stich. » actu 1. ſc. 1. *Me quidem hæc conditio nunc non pœnitet.* » Juſtin. XI. 3. *Athenienſes ſicut primi defecerant, ita pri-* » *mi* (6) *pœnitere cœperunt*; ſubaudi *ſe*, quaſi eſſet, » pœna affecerunt.] Terent. Adelph. *Quem neque pudet quidquam, neque metuit quemquam.* Ovid. ad Piſonem; *Nec pudeat Phœbea Chelys, ſi creditur illis Pulſari manibus,*

(5) *Subaudi Cœlum.*] Immo vero *Dies*, de quo agitur iſtic loci. Et ſic mox in Verbis Ciceronis.

(6) *Pœnitere.*] Cic. de Invent. II. 13. *Utrum id facinus ſit, quod pœnitere fuerit neceſſe.* Sueton. Claud. 43. *Signa quædam pœnitentis de matrimonio Agrippinæ dedit.* Vitell. 15. *Nec multo poſt pœnitens facti*, h. e. pœnitens ſe ob negotium illius facti. Sall. Hiſtor. I. *pœnitens conſilii.* Idem in fragm. *Non pœniturus.* Vide & ſupra ad II. 3. p. 168. & 169. & infra ad Cap. 3. in Verbo *Pœnitet*, & *Pudet.*

Digitized by Google

bus, quibus & contenditur arcus » [& 3. Artis, v. 770. » *Præcipue noſtrum eſt, quod pudet, inquit, opus*; id » eſt, quod pudore afficit.] Martialis; *Nulli, Thai, negas, ſed ſi te non pudet iſtud, Hoc ſaltem pudeat, Thai, negare nihil.* Plaut. Pſeud. *Quod pudet, facilius fertur, quam illud, quod piget*: idem Mercat. *Nihil Charine te quidquam pudet.* Lucanus; *Semper metuit, quem ſæva pudebunt ſupplicia.* Terent. Phor. *Quod te obſecro, ne plus minuſve faxit, quod nos poſtea pigeat*: idem Adelph. *Non te hæc pudent?* Seneca lib. 1. de Ira: *Ira ea tædet, quæ invaſit*, id eſt, deteſtatur & odio habet. Gell. lib. 1. *Verbis ejus defatigati pertæduiſſent.* Cic. *Plura me ad te ſcribere pudet*; ubi infinitum pro ſuppoſito eſt » [quaſi dixiſſet, » ſcriptio plurium pudet me.] Plaut. Sticho; *Idne pudet te?* idem Caſina: *Ita nunc pudeo, atque ita nunc paveo*: Valer. Flacc. lib. 2. de Vulcano; *Adclinem ſcopulo inveniunt, miſerentque, foventque.* » [Lu- » cr. l. 3. *Vivus enim ſibi cum proponit quiſque futu-* » *rum, Corpus uti volucres lacerent in morte, feræ-* » *que, Ipſe ſui miſeret*; ubi ſubaudimus *Se*, ut ſenſus » ſit, ipſe ſe miſerum facit miſeria ſui. (At vide » Notas ſupra p. 168.) Cicero, *Tædet id ipſum, ve-* » *hementerque pœnitet*; id eſt, tædio eſt, tædio me » afficit.]

Delectat, Juvat, Decet, Oportet, Libet, Perſonalia, & vere Activa ſunt, ſive in tertiis, ſive in aliis perſonis. An quum dicis, *multos caſtra juvant*, & *hoſtem ferire juvat*, illic *juvant* eſt perſonale, hic imperſonale? Ridiculum. Cicero pro Balbo; *Eſt enim aliquid, quod non oporteat, etiamſi liceat; quidquid vero non licet, certe non oportet.* Terent. *Adhuc, Archillis, quæ adſolent, quæque oportent, ſigna ad ſalutem eſſe, omnia huic eſſe video*: idem; *Hæc facta ab illo oportebant, Syre.* Lucanus lib. 3. *Non robore picto Ornatas decuit fulgens tutela carinas.* Cic. 1. Officior. *Nec velle experiri, quam ſe aliena deceant; id enim maxime quemque decet,*

Digitized by Google

cet, quod eſt cujuſque maxime ſuum. Plaut. Sticho, *Secundas fortunas decent ſuperbiæ*: idem Pſeud. *Ubi lepos, jocus, riſus, vinum, ebrietas decent.* Martialis in Spectaculis, de leone occiſo; *Herculeas potuit qui decuiſſe manus.* Finge leonem loqui, apte diceret; *Ego deceo manus Herculeas.* Statius lib. 10. Thebaid. elegantiſſime uſus eſt prima perſona, quum ſacerdos quidam ſic Apollinem alloquitur; *Si non decui tua juſſa, tulique prementem.* Columella lib. 5. cap. 12. *Mulieres quidem ſi lactis copia premuntur, cytiſum aridum in aqua macerari oportet.* Plaut. Moſtell. *Nam quod tibi lubet, idem mihi libet.*

Curritur, Statur, Ambulatur, vere perſonalia ſunt, & vere paſſiva; ut, *Trepidabatur a Cæſare*, deeſt *trepidatio*: nam ſine nomine & verbo non fit oratio. *Nomen* voco rectum ipſum cum Ariſtotele. Vidit hoc Priſcianus lib. 18. pag. 1133. ſic diſputans; *Sed ſi quis & hæc omnia imperſonalia velit inſpicere penitus, ad ipſas res verborum referentur, & ſunt tertiæ perſonæ, etiamſi primæ & ſecundæ deficiant; unde Participia inveniuntur*, curritur, curſus, & decurſo ſpatio. Idem paulo poſt pag. 1134. *Teſte ſapientiſſimo domino Apollonio, & Doctore meo Theoctiſto, quod in inſtitutione artis grammaticæ docet, poſſunt habere intellectum nominativum ipſius rei, quæ in verbo intelligitur: Nam quum dico* curritur, curſus *intelligitur*; & ſedetur, ſeſſio: *Et* ambulatur, ambulatio; evenit, eventus. *Sic & ſimilia. Quæ res in omnibus verbis etiam abſolutis neceſſe eſt ut intelligatur, Ut*, Vivo vitam; & Ambulo ambulationem; & ſedeo ſeſſionem; & Curro curſum. Hæc aurea Priſciani verba ſi Grammatici intellexiſſent, non tot tenebris hactenus eſſent offuſcati. Apollonii verba ſi quis requirat, hæc ſunt ex 3. lib. de Syntaxi. Μέλει Σωκράτει, ὅπερ ἐπαινῶ καὶ αὐτὸ ἀναδέχεσθαι νοουμένην εὐθεῖαν, τὴν κατὰ τοῦ παρυφισταμένου πράγματος ἐν τῷ Μέλει.

Contra Priſcianum ſtulte admodum & proterve de-

bacchatur

bacchatur Auguſtinus Saturnius lib. 3. cap. 11. in ſuo ſophiſtico *Mercurio*, quem noſtra *Minerva* ſupplantabit. Illius verba ſunt; *Nec ſatis habes, Priſciane, quod ipſe te levitatis infamas, niſi etiam Apollonium, & Theoctiſtum præceptorem tuum, una tecum traducas? Dii te eradicent, Priſciane, cum tua iſta doctrina; ſic enim primum tollis omnia imperſonalia paſſivæ terminationis; nam quibus verbis nominativus ejuſmodi intelligitur, ea manifeſte ſunt perſonalia: deinde ſic omnibus paſſivam tribuis ſignificationem. Verum enim vero ratio tamen iſthæc tua, ſi vera, ea per totam verbi naturam ac declinationem ſubintelligatur oportet; neque enim major ratio Præſentis, quam ceterorum Temporum. Itaque qui nominativus verbo præſentis temporis per te intelligitur, idem vel per totam reliquam ejuſdem verbi naturam ac declinationem ſubintelligatur neceſſe eſt. Quare quum Tacitus ait*, procurſum ab hoſte; *Et Cicero*; non eſt ab iſto perſeveratum; *& Plinius Cæcilius*; a quibuſdam reclamatum eſt; *Et Livius*, migrandum eſt a parentibus, *hic ego te, hic te appello, Priſciane, dic obſecro, tuus iſte nominativus an hujuſmodi verbis præteriti perfecti temporis recte intelligi poteſt? nullum enim excipis, nec tempus, nec imperſonale. Age, periculum faciamus.* Procurſum eſt procurſus; *Divi boni, quid hoc portenti eſt?* Perſeveratum eſt perſeveratio; proclamatum eſt proclamatio; migratum eſt migratio; ſeſſum eſt ſeſſio; ambulatum eſt ambulatio; peroratum eſt peroratio. *O mentis inops, qui intellectus iſte tuus, quæ dicendi ratio, vel potius quæ inſania!* Hæc ille futilis *Mercurius*; nunc *Minervam* audiamus.

Dii te eradicent, Auguſtine, cum tuis iſtis cavillis. Sic enim tollit Priſcianus omnia imperſonalia paſſivæ terminationis. Fateor libentiſſime; quis enim ſanus non tolleret? nam quibus verbis nominativus ejuſmodi intelligitur, ea manifeſte ſunt perſonalia, ut tu veriſſime aſſeris. Deinde ſic omnibus paſſivam tribuit ſignifica-

Digitized by Google

ſignificationem. Fateor id quoque; nam quæ dementia eſt dicere; *Curritur, todos corren,* » [*tutti corrono;*] » *Pugnatur, todos pelean,* » [*tutti combattono;*] *Vivitur,* » *todos viven,* [*tutti vivono;*] quum potius dicendum ſit, *correſe, peleaſe, viveſe,* » (*ſi corre, ſi combatte, ſi* » *vive;* Germanice, **Man lauft / man ſtreitet / man** » **lebet**;) ut, *Hac melius itur in agrum, Por aqui ſe va mejor al campo,* » [*per di qua meglio ſi va al campo.*] Præterea qui magis tibi venit in mentem, hæc verba ſignificare actionem, quam cætera paſſiva; ut, *amatur, legitur*: Nam ſi, *curritur ab omnibus,* ſignificat *omnes currunt*: tum *veritas amatur ab omnibus,* ſignificat, *Omnes amant veritatem;* & *cædimur ab hoſtibus, hoſtes cædunt nos.* Decepit te Grammaticorum turba, quæ plane ſenſu communi caret. Tertium, quod Priſciano objicis, hoc eſt; ſi in *curritur* & *ambulatur* intelligitur *curſus* & *ambulatio*, in *curſum eſt* & *ambulatum eſt* intelligeretur *curſus* & *ambulatio.* O mentis inops, quæ te vexat dementia? Hic tecum fuſtibus agendum erat, non ratione. An neſcis omnia verba in *or* carere præteritis? Quæ te impulit dementia, ut *procurſum eſt, perſeveratum eſt,* eſſe præteritum Verbi diceres? Participia ſunt, Auguſtine, & quum participium dico, (7) nomen adjectivum dico: dicimus enim, *decurſus eſt campus, decurſa eſt ætas, decurſum eſt ſpatium.* Tum deinde, quotieſcunque participium, ſeu adjectivum, ſine ſubſtantivo ponitur in neutrali terminatione, pro ſubſtantivo deſiderat vel totam orationem; ut, *Nuntiatum eſt regem venire*; vel infinitum ſui verbi; ut, *pugnatum eſt*, ſubintellige *pugnare*; vel denique deeſt *negotium*; ut, *lectum eſt*, ſubaudi *negotium.* Et quum dicimus in activa *vivo, curro, dormio,* melius intelligitur infinitum, quod vere nomen verbale eſt,

(7) *Nomen Adjectivum dico.*] Sed quod tamen tempus adſignificat. Et proinde *procurſum eſt* revera ſignificat præteritum verbi *procurrere* in paſſivo. Vide quæ diſputavi ſupra ad Lib. I, cap. 15. in init.

eſt, ut Priſcianus docet, quam aliud nomen, propiuſque adhæret verbo ſuum infinitum, quam nomen ipſum verbale; ut, *vivo vivere*, quam *vivo vitam*; & *curro currere*, quam *curro curſum*; atque ita in paſſiva; *Curritur*, *currere*, & *curſum eſt currere.* Et hæc Priſciani fuit doctrina, quam tu nullo modo es aſſequutus. A Priſciano ſtat Linacer lib. 6. quum agit de Ellipſi. *Appellativum*, inquit, *aliquod ejuſdem ſignificationis, cum abſolutorum cæterorumque neutrorum paſſivis iis, quæ nos genus vocamus tertium paſſivorum, ſubaudiri, Apollonio, ac Priſciano placere video; ut quum ſedetur*, ſeſſio; *quum curritur*, curſus. *Quod ſi quem tantorum virorum auctoritas movet, non video, cur is verba hujuſmodi imperſonalia ſtatuat, potius quam perſonalia per defectum nominativi, qui videlicet certus eſt, & propterea non apponitur: nam qui ab hoc ejuſdem ſignificationis nominativo diverſus eſt, is, utpote incertus plane, proferendus eſt.* Ovidius; *Jam tertia vivitur ætas.* Martial. *Tota mihi dormitur hyems.* Horat. *Magna, minorve, foro ſi res certabitur unquam.* Hactenus ille: nunc ad Activorum diſputationem tranſeamus.

Cap. II.

Omnia verba » [non ſubſtantiam, ſed accidens ſignificantia] eſſe Activa, aut Paſſiva. Rejiciuntur Neutra, & Communia, & commentitiæ Grammaticorum ſpecies.

Grammatici neſcio quo errore inducti, verba omnia in quinque genera diviſerunt, Activum, Paſſivum, Neutrum, Commune, Deponens. *Nobis autem*, inquit Cæſar Scaliger, *ſatis ſit, univerſum verborum ambitum in duo dividere, quæ actionem & paſſionem ſignificent; quemadmodum horum utrumque ad unum, quippe ad ipſum* EST, *quod eſt utriuſque radix & fundamentum.* Hanc Scaligeri rationem ſic confirmare poſſumus;

ſumus; Philoſophia, id eſt, recta & incorrupta judicandi ratio, nullum concedit medium inter Agere & Pati: omnis namque motus aut actio eſt, aut paſſio; imo, ſi rem penitus inſpicias, actio & paſſio nihil differunt, niſi ratione quadam, [*annon*, relatione quadam?] ſicut *Acclive*, & *declive*. Id quod docet Ariſtotel. 3. Phyſic. cap. 3. (1) Quare quod in rerum natura non eſt,

(1) *Quare quod in rerum Natura non &c.*] Vult dari in rerum naturâ nihil medium inter Actionem & Paſſionem, quum omnis motus ſit aut Actio aut Paſſio: atque ideo Verba Neutra, quæ nec Actionem nec Paſſionem notent, non exiſtere, quum Res talis non exiſtat. Nolo equidem de his Philoſophorum ſcitis eorumque vero ſenſu nunc diſputare, oſtendam mox diſcrimen ſatis magnum eſſe inter Actiones, alteram tranſeuntem ad & in Patientem, alteram non tranſeuntem, ſed permanentem in Agente. Actio autem tranſiens dedit appellationem verbo plane Activo apud Grammaticos, quod idcirco habet etiam ſemper paſſivum ſibi reſpondens. At neque *Activa* tali modo, neque *Paſſiva*, ſunt, quæ Actionem in ſe permanentem notant, nec paſſivam formam Verbi Perſonalis in Uſu Linguæ habent, & ideo *Neutra* a Grammaticis dicuntur. Qualia ſunt *currere*, *ire*, *cadere*, &c. ſed maxime ea, quæ nullo in motu conſiſtunt nec animi nec corporis, verum in quiete; Atque ideo ipſum illud *Quieſcere*, tum *ſedere*, *jacere*, *valere*, & ſimilia verba, medium quid revera notant inter veram Actionem & Paſſionem, ſed & propriam idcirco, non Activam, ipſo Uſu Linguæ habent conſtructionem. Sed tamen quia duplex eſt tantum terminatio Verborum in O & OR, idcirco Grammatici omnia in O exeuntia, ſive ſint Tranſeuntis, ſive Permanentis, Actionis, appellarunt quoque *Activa*, & ita accipienda ſunt Priſciani verba, quæ Sanctius mox adfert, in quibus ille etiam *Neutra* ſeu *Abſoluta* comprehendit. Sed de his uberius agimus in proximis ſeqq. Ceterum quod Auctor nihil dari ſignificationis Neutrius, h. e. nec Activæ in Paſſivum tranſeuntis, nec Paſſivæ ab Activo profectæ, probare nititur ex locis Ciceronis, id vero alieniſſimum eſt & ineptiſſimum. Prior locus occurrit Academ. IV. 12. Ubi Cicero diſtinguit inter animal & inanimum: *Inter Inanimum & Animal hoc maxime intereſt, quod Inanimum nihil agit, Animal agit aliquid: nihil enim agens ne cogitari quidem poteſt.* Quibus in verbis nemo non videt, poſteriora referri non ad naturam Actionis, ſed ad *Animal*, quod eſſe nequit, quin aliquid agat. Alter reperitur de Nat. Deor. II. 16. ubi verba illa de *Deo* unice dicuntur ad probandam ejus providentiam ex eo, quod exſiſtit;

Digitized by Google

eſt, ne nomen quidem habebit. *Nil enim agens*, inquit Cicero 2. Acad. *ne cogitari quidem poteſt quale ſit*: idem ſecundo De natura Deor. *Mibi*, inquit, *qui nihil agit, eſſe omnino non videtur.* (2) Quid igitur agent verba

ſiſtit, quia ſi nihil agat, neque eſſe aut exſiſtere videatur. Ea vero nihil pertinent ad Grammaticam hanc controverſiam. In Superioribus locus ille Scaligeri exhibetur mutilus: nam in medio omiſſum eſt integrum comma, unde repetendum erat verbum, quod requiritur ad ſupplendum ſequentium ſenſum. Nempe, *ſignificent*: *atque eo cetera omnia, tanquam ad ſigna, recipere, quemadmodum horum utrumque ad unum*, &c. intellige ex proximo commate *recipere*, h. e. referre.

(2) *Quid igitur agent verba Neutra &c.*] Idem ſaltem, quod Nomina Neutra, quæ utique nec Maſculini, nec Feminini ſunt Generis, quum tamen item in rerum natura aliud Genus non ſit. Diſtinctionis cauſa inventæ ſunt hæ verborum appellationes in arte Grammatica, quia quoddam diſcrimen occurrebat in natura ſignificationis eorum, & ita proprie & κατ' ἐξοχὴν verba *Activa* ſunt dicta, quibus ſignificatur actio unius tranſiens in aliud, & quæ idcirco Accuſativum requirunt, quo, ut ait ipſe Voſſius, qui ceteroqui Sanctium in hiſce ſequitur, de Conſtruct. cap. 21. *actionis objectum vel effectus notatur.* *Neutra* ergo ſunt ex ſententia Grammaticorum, quibus nec Actio unius tranſiens in alterum, nec Paſſio unius profecta ab alio deſignatur, & quæ uſu vulgari accuſativum ſibi additum non habent, quia eorum actio proxime accedit ad habitum animi vel corporis, certe per ſe ipſa ſine ullo extra ſe objecto aut effecto abſolvitur: unde & *Abſoluta* vocantur. Et ego ſane, ut vere dicam, minime ineptam arbitror, in indaganda ſignificatione & natura verborum, diſtinctionem illam *actionis permanentis & tranſeuntis*, quam hoc capite ita prorſus rejicit Auctor. Etenim aliud longe eſt *ſedere, jacere, dormire, calere, &c.* aliud *verberare, amare, docere, legere* &c. Illorum enim actio, quia non exeritur in alium, nihil ideo extra ſe producit, ſed ab & in uno eodemque homine fit & abſolvitur; nullum ergo requirit patientem, & proinde *permanens* in agente concipi debet, & recte etiam ita dici poteſt: cum e contrario iſtorum actio ſemper tendat in objectum ſuum vel effectum, quæ ſunt extra ipſum agentem, præterquam in reciprocis actionibus, atque idcirco *tranſiens* non incommode appelletur. Ut adeo alia ſit illorum actionis vel ſignificationis natura, alia horum: & illorum quidem vel non appellanda ſit Actio, ſi actio concipi non debet, niſi quæ tranſeat ab ſe in aliud, aut aliquid paſſionis ſive in ipſo agente, ſive extra eum, producat: vel in arte

Digitized by Google

verba *Neutra*, ſi nec activa, nec paſſiva ſunt? nam ſi arte ſaltem Grammatica ſtatui debeat Actio ſine relato effectæ Paſſionis, quicquid ex philoſophia in contrarium diſputat Sanctius. Certe ipſe etiam Uſus in Lingua Latina apertiſſime iſtiusmodi diverſas actiones, verbis hanc in rem de induſtria formatis, diſtinxit. Nam exhibet ea nobis diverſa ejuſdem plane originis & ſignificationis Verba, niſi quod altera ſint prorſus Activa, altera effectum iſtius actionis, quietem, & rem in ſe permanentem, notent, atque adeo vere ſint Neutra. Et ideo utraque diverſis conjugationibus quoque diſtinguuntur, Veluti *Sedare*, *Placare*, *Rigare*, *Fugare*, *Cavare*, *Clarare*, *Albare*, *Pendere*, *Jacere*, a *Pendo*, *Jacio*, quæ Activa ſunt, at eorum effectum notantia, & Neutra, ſunt, *Sedere*, *Placere*, *Rigere*, *Fugere*, *Cavere*, *Clarere*, *Albere*, *Pendere* a *Pendeo*, *Jacere* a *Jaceo*. Sed & poſtquam eadem Lingua habuit jam verba Neutra *calendi*, *ſtupendi*, *patendi* &c. formavit tamen etiam inde plane Activa, *calefacere*, *ſtupefacere*, *patefacere*, &c. Quorſum? niſi ut ab actione illorum, quæ eſt in ſe permanens, alia & diverſa actio, quæ eſt tranſiens ab ſe in aliud, vel rediens ad ſe ipſum, diſtingueretur his verbis proprie eam in rem formatis. Et hæc cauſa, quare idem Uſus linguarum quibuſdam verbis ſemper fere addat Accuſativum ab iis rectum, vel quod Accuſativi vicem obtinet, aliis nunquam: ſeu, ut Sanctius diceret, quibuſdam adjungat Accuſativum alienum & varium; quo patiens deſignatur, in aliis intelligi velit cognatum, qui nihil ſignificat. Ceterum quod aliquando reperitur Cognatus ille Accuſativus verbis additus, id vero per ſe nihil me movet ad naturam talium Verborum habendam pro vere Activa, quæ proinde ſemper requirat Accuſativum, ut vult Sanctius. Nam iſte quidem caſus non magis directe & proxime regitur ſemper a Verbo, quam cognatus Ablativus; ſeu Ille æque, ac Hic, ſæpiſſime pendet a præpoſitione, & ſignificat aliquando ſimpliciter Modum rei, aliquando Emphaticam intenſionem. Modum ſignificari patet ex eo, quod plerumque reperitur cum Epitheto, quo manifeſte modus rei deſignatur: is vero ut deſignari queat, requiritur utique cognatum verbi Nomen Subſtantivum, cui addi poſſit illud Modum ſignificans Epitheton. Quum ſine Epitheto occurrit, plerumque majorem tantummodo Emphaſin declarat, æque ac in Lingua Orientali, מות תמות *moriendo morieris*: in lingua Græca, *νίκην νικᾷν*, Æl. Var. Hiſt. VIII. 15. *ἰδὼν εἶδον*, Actor. VIII. 34. In Latina, *parce parcus* apud Plaut. Aulul. quod male mutat Meurſius in Mantiſſa cap. 4. Similiter Aulul. II. 8. 23. *niſi ego intro huc propere propero currere*. pro quo Idem dixit II. 2. 4. *Nunc domum properare propero.* Et ſic *memoriâ meminiſſe*, *vitâ vivere*, *mori morte*. Sed eodem plane ſenſu & modo dicitur etiam *mori*

ſi agit, aliquid agit; ſi vivit, aliquid vivit: cur enim

ri mortem, ut ſcilicet Accuſativus regatur a ſuppreſſa ſua præpoſitione, quæ eſt κατὰ, æque ac Ablativus a ſua. Vide & Cap. ſeq. ad Verbum *Æſtuo*, & lib. IV. cap. 3. & 4. ubi *mortem*, & *morte occumbere*, promiſcue dictum fuiſſe probatur. Quapropter ſine ulla ferme hæſitatione admitterem ego in Linguam Latinam Verba *Neutra* ſeu *Abſoluta*, nullum Accuſativum vel expreſſum vel intellectum deſiderantia, ſiquidem Natura & uſus plerarumque ſaltem linguarum diſtinxiſſe videtur ſignificationes Verborum in ſignificationes actionis, vel *tranſeuntis* in objectum, vel *permanentis* in ſe ipſa: cujus poſterioris ſignificationis verba ideo etiam in Lingua Latina ſine Accuſativis enunciantur, & ſemper enunciari poſſunt, quippe quum Accuſativus ille cognatus ſi maxime addatur, nihil faciat ad variandam ſignificationem rei, propter quam tamen inventa ſunt ſingula vocabula, & ipſæ Linguæ. Speciem tamen quandam habet, quod adfert Sanctius cap. ſeq. init. contra hanc ſententiam: reperiri ſcilicet Neutrorum quoque Paſſiva, maxime Imperſonalia; quæ ut ipſa non videntur ei conſtrui poſſe ſine Ellipſi Nominativi, ſic ergo & iſtam Accuſativi, licet non neceſſarii, confirmare videntur Ellipſin in Activa forma. Sed neque in eo magnam ineſſe argumenti vim, vel hinc liquet, quod & a *Sum*, quod utique verbum eſt Subſtantivum, & proinde vere *Neutrum* ac *Abſolutum*, formari poteſt *Eſtur*, ſicuti patet ex compoſito *Poteſtur*, *poteratur*, quorum exempla vide apud Voſſium de Anal. III. 36. Sed & ipſa vox, *Eſtur*, ſed pro editur, occurrit apud Plautum loco mox proferendo. Jam ſicuti hoc non evincit, τὸ *Sum* eſſe verbum Activum, ſi nec *caletur*, *ſtatur* &c. evincunt *Caleo*, *Sto*, &c. vere eſſe Activa, quæ Accuſativum requirant, quum Veteres videantur ſæpe illa imperſonalia paſſiva formaviſſe, ut non ita attenderint conſtructioni ſeu rationi Grammaticæ, quæ Nominativum ante Verba Finita requirit, quam ſignificationi ipſius Actionis. Atque idcirco, inprimis ſi reſponderent ad interrogationem factam per Verbum paſſivum, concinnius ſibi viſi ſunt ejuſdem formæ verbum adhibere, etiamſi illud ceteroqui, nec ejus ſignificatio, haberet aut admitteret Paſſivum. Ut adeo Terentius in Eun. II. 3. ad *Quid agitur?* maluerit eodem modo reſpondere, *Statur*, pro, *ego ſto*, ſeu *agitur ſtatio.* Plautus Perſa. I. 1. 17. ad eandem interrogationem reſpondet, *Vivitur*, pro *ego vivo*, pro quo etiam dixiſſe potuiſſet *Eſtur*, pro *Ego ſum*. Sic ibid. II. 5. 8. *Quid agitur, Sagariſtio, ut valetur?* h. e. quo pacto vales? Et ſic porro alii, pro, *homines calent*, dixerunt *caletur*, licet ceteroquin horum & ſimilium paſſiva non magis ſint in uſu, nec concipi queant, quam τ͂ *Sum*. Aliquando etiam Infinita Paſſiva conjunguntur diverſorum

enim concedas rem agentem in verbis, quæ *neutra* vocas,

verſorum Verborum, Neutrorum & Activorum, ſenſu fere Imperſonali. Livius XXVI. 8. *Fabius Max. abſcedi a Capua, terrerique & circumagi ad nutus comminationeſque Hannibalis, flagitioſum ducebat;* ubi τὸ *abſcedi* nullum certe Accuſativum ſuppoſitum habet; ſed & reliqua videntur imperſonaliter iſtic adhibita ſolam notare Actionem vel Rem ſuorum Verborum: quem in uſum ſæpe & potiſſimum adhibentur Paſſiva illa Infinita, etiam cum Activis & actionē meram ſignificantibus. Plautus Moſtell. IV, 2. 42. *nunquam hic triduum in unum deſitum eſt eſſe* (pro *edere*) *& bibi.* At quare hic *Bibi* potius dicit, quam *Bibere?* Scilicet, quia illud majorem habet ſpeciem Imperſonalis locutionis, quam ergo habet etiam τὸ *Eſſe.* Et v. 43. *triduum in unum eſt haud intermiſſum hic eſſe & bibi, Scorta duci, pergræcari, fidicinas, tibicinas ducere.* Hic vero, fateor, etiam Perſonales occurrere conſtructiones, ſed talis eæ ſunt Verbi, quod ſolum per ſe ſimplicem & abſolutam actionem notare non poterat. Nam *Ducere* & *Duci* per ſe ſolum abſolutam actionem nullam notat, & ideo in Imperſonali conſtructione nuſquam, ut putem, reperietur. Sed & ſæpe diverſæ prorſus naturæ verba eodem plane modo in eadem periodo conſtruuntur. Vide infra III, 3, 15. Sed de his accuratius & uberius egi Cap. ſeq. ad Verbum *Ambulare viam*, & ad *cap.*8. Sed & quod Cap. ſup. de Imperſonalibus Locutionibus diximus, iis ſimpliciter & unice actionem denotari, quæ ineſt in ſignificatione verbi, ſine ulla cogitatione Perſonæ, aut Nominativi, id vel maxime locum habet in hiſce Paſſivis Neutrorum, *Statur, Caletur*, &c. Ea vero Imperſonalis locutionis verba ut integrum habent ſenſum abſque Nominativo, atque ideo neque requirunt eum, neque expreſſum habent, ſic eorum Activa, quia actionem in ſe permanentem notant, & ſenſum per ſe abſolvunt ac perficiunt, eadem ergo ratione neque deſiderant Accuſativum ſibi addi, neque requirunt non additum. Dicam amplius: Etiam ipſa illa vere Activa, quæ actionem in aliud tranſeuntem notant, non ſemper habere additum ſibi Accuſativum, nec requirere eum, ad ſenſum locutionis abſolvendum, niſi quod intelligi tamen poſſit τὸ *aliquid*; ſed quo res ſeu objectum actionis relinquitur in incerto, ſeu quo nullum declaratur objectum certum, & quod ideo fere ſemper omittitur. Nam ſicuti & illorum Activorum Imperſonales locutiones Paſſivæ ſimpliciter & abſolute notant actionem rei, quæ Verbo notatur, nec finiuntur in ullam certam perſonam aut ſuppoſitum, in quod illa actio rei proprie ſe exſerat: Veluti apud Plautum Pœnulo IV. 2. 13. *Bibitur, eſtur, quaſi in popina*: Senſus enim in his eſt integer & abſolutus, licet nullus addatur nec intelligatur Nominativus, quia Auctor tantum

Digitized by Google

vocas, ſi tollis quid agant? An neſcis omnem cauſam effi-

ſignificare voluit, ipſam rem, quæ illis notatur verbis, fieri, non vero, quid ejus rei fiat, h. e. quid bibatur aut edatur. Sic ergo & Activa ſimpliciter aliquando ipſam notant actionem rei, nec quidquam amplius, atque ita, ut non dirigatur illa locutio in certum actionis objectum. Veluti quum roganti *quid agis?* reſpondeo, *Edo*: nihil aliud tunc ſignifico, quam me facere actionem edendi. Verum quidem eſt, non me poſſe *Edere*, niſi *aliquid* ſit, quod edam: at nos hic non enarramus naturam rerum, ſed indagamus Grammatice ſenſum, vim, & rationem loquendi, ex uſu Linguæ, prout eum reperimus. Sic Terent. Adelph. I. 2. 38. *Amat? dabitur a me argentum*; & Andr. I. 2. *Meum gnatum rumor eſt amare*, h. e. habere amicam. Quibus verbis utroque in loco nihil aliud Poeta vult dicere, quam illum, de quo agit, amori eſſe implicitum, atque adeo actionem deſignat ſimplicem ſine objecto, quo illa tendat. Sed & ita jubemus aliquem *Tacere*, h. e. generaliter ſeu ſimpliciter ſilentium præſtare nobis ſine ullo certæ rei reſpectu, quæ taceri debeat. Ea vero ubi reſpicitur, addi debet in Accuſativo, & ita Verbum, quod modo notabat ſimplicem, & ferme dixerim quoque in ſe permanentem actionem, tunc notabit vere tranſeuntem in objectum certum. Quin adeo hæc vera ſunt, ut multa Verba primitus notantia actionem tranſeuntem, quia tamen accepiſſe videntur paulatim uſu vulgi ſignificationem quoque actionis permanentis, acceperint ergo etiam conſtructionem neutralem. Sic enim *invideo tibi bona* active dicitur, at *invideo bonis tuis* neutraliter, q. d. præſto bonis tuis actionem invidendi ea. Vide me infra ad Verbum *Invideo*. Sed & ita *Bene alicui Velle*, & ſimilia plura. Vide & Priſcianum lib. 18. p. 1160. 1162. Neque vero negare ea, quæ hic affirmamus, poterit Sanctius, ſi attenderit ad illa, quæ ipſe in ſimili plane negotio ſtatuit. Etenim infra cap. 4. de paſſivis hanc dedit Regulam: *Paſſivum Verbum nihil præter ſuppoſitum deſiderat*, & porro rejicit omnes locutiones, quibus creditur vulgo res Agens in Paſſiva forma deſignari. At vero annon eadem eſt ratio relationis mutuæ in Patiente, quæ in Agente? Quod ſi ergo Paſſio Grammatice poteſt concipi abſque Agente, h. e. ut Agens in paſſiva locutione neque exprimatur diſerte, neque intelligatur neceſſario, quæ tum cauſa eſt, quare & Actio, etiam illa, quæ natura ſua tranſit ſemper in aliud, Grammatice tamen concipi nequeat, quin quæratur ſemper, quaſi neceſſario addendus aut intelligendus, Patiens, ad ſenſum locutionis abſolvendum? Sed & eadem ratio, ſi quid valeret, poſtularet quoque Nominibus Verbalibus, & actionem ſignificantibus, ut *Lectio*, *Viſus*, *Auditus* &c. addi ſemper Genitivum, quo Paſſivum Actionis objectum ſignificetur;

efficientem debere neceſſario effectum producere? Deinde etiam effectum non poſſe conſiſtere ſine cauſa? Quanto rectius Ariſtoteles, qui libro primo de generatione & interitu aſſerit, *in omni actione alterum eſſe quod agat, alterum quod patiatur.* A Philoſophis, inquis, iſta ſumis; metuebam ne a lenonibus diceres; quaſi ulla ſit ars, quæ poſſit eſſe a ratione aliena. Itaque verba Neutra neque ulla ſunt, neque natura eſſe poſſunt, quoniam illorum nulla poteſt demonſtrari definitio. Sed ſi Philoſophos ſpernis, audi etiam Grammaticos antiquos. Priſcianus Lib. 8. cap. de Verbo. *Verbum eſt pars orationis cum temporibus, ſine caſu, agendi vel patiendi ſignificativum. Hac,* inquit, *definitione, omnia*

cetur; quod nemo, opinor, dixerit. Vide etiam quæ notavi ad cap. 4. init. Relinquamus ergo Verbis actionem in ſe permanentem vere notantibus, & ſenſum ſine Accuſativo abſolventibus, ſuam conſtructionem, nec oneremus ea Caſu, quem non requirunt. Ceterum ſi maxime omnia in O exeuntia requirerent plane Accuſativum, non tamen vel ſic ſemper in iis, quæ videntur Neutra, intelligerem Cognatum, quem tantopere Sanctius noſter urget, ſed ſæpiſſime Reciprocum, cujus Ellipſis in lingua Latina frequentiſſima eſt, etiam in Verbis, quæ natura & uſu ſuo actionem tranſeuntem conſtanter notant, ſed quæ etiam neutraliter ſæpe per illam Ellipſin videntur poni. Tale eſt vulgatum illud, *quod bene vertat.* Sic Sueton. Calig. 50. *Amatorio medicamento, ſed quod in furorem verterit.* Aug. cap. 98. *Exercentes Ephebi.* Sall. 1. Hiſtor. in oratione Philippi, *Ignoſcendo Populi R. magnitudinem auxiſſe*, h. e. creviſſe. Ita *tondere, lavare*, & quamplurima ſimilia, in conſtructione neutrali, ſed ut intelligatur reciprocum *ſe*, paſſim occurrunt. Vide Rivium, & Manut. ad Sall. Catil. 6. Putſchium ad Jug. 104. & maxime Voſſium Anal. III. 3. & me infra ad Vocem *Adverſari* in Cap. 3. & ad Lib. IV. cap. 3. circa finem. Quid ergo? Prorſus cenſeo poſſe ac debere retineri in arte Grammatica appellationem *Neutrorum*, vel certe *Abſolutorum*, ut, quoniam uſu conſtructionis, & natura ſignificationis, diſtincta ſunt ab aliis, quæ actionem tranſeuntem notant, & quorum ſignificatio requirere ideo videtur Accuſativum, in quem tendat actio, ſecus quam ſe res habet in hiſce, ut, inquam, proinde etiam appellatione aliqua diſtinguantur ab illis *Activis*, quaſi κατ' ἐξοχὴν ita dictis. Plura in hanc rem vide ad Caput ſequens.

Digitized by Google

omnia tam Finita, quam Infinita verba comprehenduntur; & *Neutra etiam, quæ dicuntur* abſoluta; *& Deponentia omnino naturaliter* vel *in actu ſunt*, vel *in paſſione*. Eadem fere Anton. Nebriſſ. lib. 3. *Verbum*, inquit, *eſt pars orationis declinabilis, cum modis & temporibus, agendi vel patiendi ſignificativa.* Apertius Cæſar Scaliger; *Quibus*, inquit, *manifeſtum eſt, verba neutra non eſſe ab activis ſejuncta.* Fatentur itaque omnes, quum rationem admittunt ducem, verba tantum in Activa & Paſſiva poſſe dividi. Sed ſtatim revertuntur ad ineptias grammaticas, multa genera verborum comminiſcentes, & quod pejus eſt, per terminationes in *o*, & *or*, dividentes; (3) quaſi verborum natura per terminationes & acci-

(3) *Quaſi verborum natura per terminationes* &c.] Quidni, ſi duplex eſt natura verborum, Activa & Paſſiva, Linguæ cum ſuis etiam terminationibus diſtinxerint, & cuique propriam dederint? Certe quum in Lingua Latina duplex modo ſit terminatio verborum, O & OR, prout etiam duplex modo eſt natura Rerum, quæ Verbis ſignificantur, & quum altera ſit propria Verbis Actionem quamcunque, ſive tranſeuntem, ſive permanentem, ſignificantibus, altero vero iſti, ut paſſio actioni, reſpondeat, & revera, ſi primitivam Verborum ſignificationem ſpectes, paſſionem quoque notet, nulla eſt cauſa, quare per terminationes illas Genera ſeu Naturam verborum dividere refugiamus. Nollem hæc captari ab Urſino, qui To. I. pag. 426. excipit & opponit hiſce *Neutra*, *quæ neque Actionem neque Paſſionem notent.* Nam adnumerantur hæc *Activis* laxius ſumptis, quippe actionem quoque, ſed in ſe permanentem, ſignificantibus. Nempe *Activa* modo laxiore ſenſu dicuntur, ut comprehendant etiam Neutra, unde ipſi Veteres iis omnibus tribuerunt unam eandemque terminationem in O exeuntem, modo conſiderantur, ut proprie dicta *Activa*, & actionem in aliquod objectum tendentem notantia, quando opponuntur *Neutris*, inde dictis, quod Actionem & Paſſionem proprie dictam non notent, non vero quod nihil notent Actionis qualiſcunque; ſed quæ Neutra vitandæ iſtius ambiguitatis cauſa paulo rectius forſan vocantur etiam *Abſoluta*. Ceterum nihil in eo novi, quod una Appellatio modo laxius modo ſtrictius ſumatur. Nam ut *Activa* hic, ſic in jure Civili *Adoptio* modo utramque ſui ſpeciem complectitur, modo alteram ſpeciem tantum notat, & opponitur *Arrogationi*. Æque porro abſonum eſt, quod ait, quam-dam

Digitized by Google

accidentia, non per eſſentiam, eſſet indicanda. An aliud

dam etiam Verba in O exeuntia Paſſionem notare, veluti *Vapulo*, *Pereo*, *Veneo*, *Cado*, *Caleo*, *Ardeo*, *Caleſco* &c. At vero quærenda in his erat primitiva eorum ſignificatio, quæ a vera & propriedicta paſſione deprehendetur ſemper aliena, adeo certe, ut eo nomine nulla hic deberet fieri objectio. De *Vapulo* agemus poſtea. *Pereo* quid aliud proprie notat, quam Eo & pergo uſque ad Finem viæ meæ ita, ut non amplius exſtem? Quid *Veneo* aliud, quam Venum eo? Si ergo *Eo*, & reliqua ejus Compoſita, non ſunt Paſſivis adnumeranda, quare magis *Pereo*, *Intereo*, *Veneo*? Sed & *Cado* quare magis Paſſivæ eſt ſignificationis, quam *Labor*? quod ipſe Urſinus pag. 439. dicit non Paſſivam, ſed *Neutram habere ſignificationem, licet non ſit tamen Neutrum, ſed Deponens.* Quapropter & hæc verba, ſi maxime Significationis Paſſivæ quid haberent, vel ſic tamen in ratione Grammatica Paſſivis non forent adſcribenda, aut ab reliquis in O exeuntibus ſegreganda, quaſi diverſæ ab iis eſſent naturæ. Neque enim quando de natura Verborum Grammatica agitur, ſpectanda adeo Vulgaris eorũ, & poſterioris quidem temporis, ſignificatio, quam Prima origo. Ipſe Urſinus pag. 421. probe hæc diſtinguit, quando Verbum *Exſiſtere* docet *Verbis Subſtantivis adjici* quidem poſſe, *ſi uſum vulgarem ſpectes*, *non item, ſi originem, primamque & propriam ejus notionem, reſpicias.* Eodem ergo modo rem ſe habere in reliquis, quæ Paſſionem quandam notare illi videntur, agnoſcere debuiſſet. Sed ait jam Sanctius, & cum eo fere Urſinus, multa in OR exeuntia, quæ *Deponentia* appellantur, Activa omnino ſunt. At ego vix dubitem, hæc quoque verba primitivo uſu & ſignificatione, ſed quæ nunc nobis maximam partem lateat, fuiſſe vere paſſiva. Quin ipſa id declarat appellatio *Deponentium.* Nam quid depoſuiſſe dicuntur? niſi ſignificationem Paſſivam, quam ergo antea habuerunt. Sed & duæ hæ terminationes in O & OR videntur omnino duplici verborum naturæ ex primo inſtituto conſtanter & proprie reſpondiſſe. Quod autem poſteriorum temporum uſus immane quantum in nonnullis a primitiva eorum ſignificatione & conſtructione receſſit, id vero accidit etiam quamplurimis in aliis, adeo ut propria & prima vocum ſignificatio ſæpe prorſus ſit per recentiorem obliterata, & conſtructioni etiam propriæ ſucceſſerit dein plane figurata, perpetuo ſui uſu ſpeciem propriæ & nativæ præferens. Immo vero dum poſteriores ſæpe tantum attenderunt uſui vocabulorum, qui ſuo tempore obtinebat, neque perſpexerunt aut indagaverant ſemper nativam eorum ſignificationem; ſæpe illi, prout phraſes parum Grammatice interpretabantur, etiam longius errando proceſſerunt, & eam verbis dedere conſtructionem, quæ neutiquam cum primitiva con-

liud eſt, *Afficio te injuria*, aliud, *proſequor te injuria*? & *oſcu-*

conveniret, & eorum ſignificationem etiam aliquantulum inverteret. Quum dicitur *adire Regem*, certum eſt mihi, dictum id primitus, ut oſtendemus infra contra Urſinum, per Ellipſin pro *adire ad Regem*, atque adeo Accuſativum non regi proxime a Verbo. Sed tamen ipſi Veteres plerique aliter eum accepere, ut patet ex eo, quod in paſſivis locutionibus eum converterunt in Nominativum, ut dixerint, *Rex aditur*, & ſimilia innumera. Vide cap. ſeq. in voce *Adeo*, & maxime Notas ad vocem *Ambulo*, *Dubito*, *Obſtrepo*, *Penetro*. Hoc vero, ſi rem recta ratione æſtimes, primitus revera ortum ex errore Grammatico, ſed tamen deinceps uſu continuo, penes quem eſt jus & norma loquendi, abunde eſt comprobatum. Similiter mutata paulatim etiam Verbis Activis ſua aliquando Significatio, dum unius verbi occurrunt ſæpe diverſiſſimæ ſignificationes, ab eadem tamen origine deſcendentes per varios ductus. *Luere* Latinis ſignificat proprie lavare, & ſic purgare, ut patet ex compoſitis. At vero ea ſignificatio in deſuetudinem abiit, & uſu invaluit, ut hoc verbum quaſi proprie deſignaret purgationem ſeu expiationem criminis, quæ fit ſacrificio piaculari, redemptione pecuniaria, aut qualicunque pœna. Hinc *luere culpam ſpiritu* Phædr. fab. 68. *Ut cædes aliquo piaculo lueretur*, Liv. I. 26. Sic ergo recte & convenienter adhuc primitivæ ſignificationi dicitur *luere peccatum*, apud Virgil. Æn. X. 32. ubi vide Servium: prorſus ut *lavare peccatum* apud Terentium Phorm. V. 7. 80. *Venias nunc precibus lautum peccatum tuum.* At vero non ita recte porro, ſed καταχρηστικῶς plane, *luere pœnam* dixerunt dein multi, h. e. præſtare & ſolvere pœnam, atque ea ratione expiare culpam. Et hoc tamen adeo invaluit, ut *luere* idcirco ſimpliciter in ſignificatu ſolvendæ pecuniæ aut æris alieni frequenter dein fuerit poſitum. Adde his, quæ tradimus de Verbo *Paſcere* Cap. ſeq. ad Vocem *Adverſor*, & de Verbo *Deſiderare* ad vocem *Ambulare*. Sed & ſic proprie dicitur apud Terentium Adelph. V. 2. 7. *An tibi jam mavis cerebrum diſpergi hic?* At improprie, imo ex abuſu, III. 2.19. *capite eum in terram ſtatuerem, ut cerebro diſpergat viam.* Jam vero ſic quoque Deponentia, licet primitus haud dubie fuerint paſſiva, pleraque nunc præferunt ſignificationem activam, propter frequentem olim uſum figuratæ locutionis, quæ Accuſativum addit paſſivis, ſed quam, ut propriam, & tanquam a Verbo vere activæ ſignificationis rectam acceperunt tandem nonnulli, & ita deinceps adhibuerunt eam poſteriores tam frequenter, ut in pleriſque locis non amplius poſſit tunc figurate exponi. Immo formarunt hinc tandem etiam Verbalia Nomina Activo ſenſu, ut *Admirator*, *Adulator*, *Conſolatio*, *Interpretatio*, *&c.* Sed & ita factum, ut paulatim per iſtas

locu-

locutiones Verba ipſa continuo uſu multum deſciviſſe videantur a priſtina ſua ſignificatione. Sic putem *Vereor* proprie nihil fuiſſe aliud, quam pudore & metu afficior, in metu & verecundia ſum; atque adeo eſſe Paſſivum vere, ſive dicam *Vereor te*, h. e. propter te, ſive *Vereor abs Te*, h.e. in metu ſum mali abs Te, ſive *Vereor Tibi*. Cæſ. B. Gall. V. 9. *Eo minus veritus navibus, quod in litore molli deligatas ad anchoram relinquebat*, h. e. in metu agens, ne quid mali eveniret navibus: Nam quod apud Gellium XV. 13. alio ſenſu & magis paſſivo phraſis hæc ex Novio citatur, vitio vel imprudentiæ Scriptoris id tribuo, æque ac reliqua iſtius Capitis paſſiva Verborum *Utor, Hortor, Conſolor*. Cujuſmodi vitiorum non immunes fuere ipſi Veteres, ut vel ex Cicerone liquet, modo hæſitante ipſo, modo aliis talia exprobrante. Porro *Sequor aliquem* a *Secus*, idem eſſe arbitrer, quod jungor alicui pone tergum. Ex Activis quoque formata ſimiliter ſunt Paſſiva ſeu Deponentia, ſignificatione quidem adeo mutata, ut prorſus videatur ab illâ Activorum eſſe diverſa. Etenim quid *aperire* & *operire oſtium, domum, caput, rem* ſignificet, eſt notiſſimum. Hinc jam *operiri* dicitur Homo proprie & primitus, qui tegitur, veluti ſtragulis in lecto apud Plaut. Pſeudolo II. 2. 71. *Jube ſis te operiri, beatus eris, ſi conſudaveris*. Deinde vero etiam is, cui clauduntur fores; cui occluditur proſpectus vel introitus, & qui ideo exſpectare debet, dum rurſus aperiatur, quod opertum erat. Hinc jam abſolute pro conſiſtere alicubi & morari ponitur apud Salluſt. Jug. 91. *Ante lucis adventum pervenit in locum tumuloſum, ibique cum omnibus copiis operitur. Sed ubi dies cœpit &c.* Et cap. 101. *Conſul adverſum omnia paratus ibidem operitur*. Denique ſimpliciter pro exſpectare, morari, Plaut. Moſtell. III. 2. 100. *Quid iſtic, obſecro, tam diu Reſtitiſti?* reſp. *Seni otium non erat; id ſum operitus*, h. e. propter id tam diu iſtic reſtiti, exſpectavi. Et paſſim cum Accuſativo, *Operiri aliquem*. Sueton. Claud. 34. *accitum ab Urbe carnificem veſperam uſque operiri perſeveravit*. Videmus hinc, qua via & ratione Verbum natura ſua paſſivum acceperit paulatim ſpeciem & conſtructionem Deponentis, & longe etiam receſſerit ab Activi ſui ſignificatione. Sic & *Morari* proprie videtur notare, in mora eſſe, moram agere, quo ſenſu paſſivum eſt ab obſoleto *Moro*, quod ex Nævio nobis ſervavit Diomedes pag. 395. ut adeo *Moror* pro *Moro Me*, reciproco ſenſu, videantur adhibuiſſe Veteres. Hinc jam, non modo abſolute dicitur *morari*, ſed & cum Accuſativo, ut & cum Infinito apud Plautum, *Non moror te mihi precatorem*, *Non moror aliena opera mihi plures fieri liberos*, *Complexum hujus nihil moror*, h.e. non curo, non deſidero, vel proprie, moram non ago propter illã rem. At longius dein recedit illud Terentii, *Egomet convivas moror*, Et Livii, *Nihil ſe morari Magiſtrum Equitum*, h.e. ſe eum miſſum facere. *Nemo ſit moratus, quin, ubi velint, abeant*. In his *Morari* notat in mora eſſe alteri, quod ad alterum, per

quam moram alter facere non poſſit, quod velit. Hinc cum duplici Accuſativo apud Plautum Pœn. IV. 2. 89. *Num quid aliud me morare?* h. e. num propter quid aliud in mora mihi es, quo minus abeam? Multa vero verba etiam ſunt, quæ rei mutuæ habent ſignificationem, & ideo in Paſſivo potiſſimum adhibentur, ſed figurate cum Accuſativo. Talia ſunt *amplecti*, *complecti*, *oſculari*, *ſuaviari*, *paciſci*, &c. quæ vere item, non Deponentia, ſed Paſſiva ſunt, &, quia rem mutuæ actionis notant, magis adhibita reperiuntur, quam eorum Activa. Sed & quamplurima ſunt Paſſiva, quæ dicuntur *Deponentia*, quæ Activam nunc videntur habere ſignificationem per cauſam moræ, qua detinent ſe, vel verſantur, homines in ea actione. Huc refero *Augurari*, *auſpicari*, *aucupari*, *aſſentiri*, *aſſentari*, *comitari*, *contemplari*, *lachrymari*, *medicari*, *meditari*, *venerari*, h. e. in augurando, auſpicando, &c. occupari, & verſari. Quæ forſan origo etiam fuit vel ratio verborum plerorumque, quæ in utraque terminatione O & Or idem videntur notare, id quod clarius haud dubie probari poſſet, ſi omnium originem ac primitivam ſignificationem haberemus exploratam. Denique confirmatur id, quod dixi, vel maxime ex quibuſdam, quæ inter Deponentia numerantur, & tamen maxime cum Ablativo, qui creditur ſignificare ipſum Actionis objectum, conſtruuntur, veluti *Potior*, *fruor*, *utor*, *fungor*, *veſcor*. Hæc enim, & ſimilia, vere eſſe paſſiva per τὸ *Potior*, de quo Cap. ſeq. ago, & *Veſcor*, demonſtrari abunde poteſt. Explicatur hoc quidem, tanquam ſi proprie ſignificet Edere aliquid, & idcirco etiam cum Accuſativo junctum reperiatur. Vide cap. ſeq. in v. *Veſcor*. Sed tamen vel ſic vere eſt paſſivum, & paſſivam habet natura ſua ſignificationem, quæ eſt, hac vel illa eſca aut cibo ali, & ſuſtentari in vita. Sic Gell. IX. 4. *eos veſci avium & ferarum venatibus*. Et ibid. *nullo cibatu veſcentem*, *ſed ſpiritu florum victitantem*. Cic. de Nat. D. II. 64. *Sus quid habet præter eſcam*. Et mox, *quod erat ad veſcendum hominibus apta*, h. e. ut ex ea eſca viverent. Et cap. 23. de Diis, *nec eſcis*, *nec potionibus veſcuntur*, h. e. aluntur. Hinc *argentum factum ad veſcendum*, de patinis & vaſis, unde homines cibum ſumunt, apud Liv. XXII. 52. Clariſſime Ulpianus l. 33. Dig. de rebus auct. jud. poſſ. *Si bona pupilli creditores poſſidere cœperint*, *deminutio ex his fieri debet*, *veſcendi pupilli cauſa*. *Veſcendi*, h. e. ut alatur & ſuſtentetur. Similiter apud Lucretium I. 191. *mortalia ſæcla* (h. e. omnia animantia) dicuntur *veſci e terra*, h. e. ali & ſuſtentari in vita. Eodemque modo videtur accipiendum, quod legimus V. 73. *Quove modo genus Humanum*, *variante loquela*, *Cœperit inter ſe veſci per nomina rerum*, h. e. quomodo Homines, quum varietas eſſet loquelæ ſuæ, cœperint nomina certa rerum omnium invenire, & ita mutuo inter ſe ſubſidio ſuſtentari in vita. Manifeſte ex his videmus ſignificationem Verbi genuinam & paſſivam,

quæ

quæ etiam ratio, quare maxime cum ablativo reperiatur junctum. Et proinde Accuſativus quando occurrit, explicandus is figurate, ut cum aliis paſſivis. Is ipſe tamen ſi magis in hoc verbo fuiſſet frequentatus, mutaſſet tandem prorſus in opinione hominum veram ejus ſignificationem & conſtructionis rationem, ſicuti revera jam cœpit, dum verbum illud haberi jam cœptum pro Deponenti, h. e. activæ ſignificationis & conſtructionis. Quapropter miror valde, Urſinum p. 429. verba *Utor* & *Fruor* pro *vere Deponentibus* haberi velle, *quæ paſſiva ſignificatione depoſita in activam tranſierint*: idque eo argumento, quod etiam paſſive reperiantur poſita, pro, adhibeor ad uſum & voluptatem. Inde enim confici vult, fuiſſe ergo verba Communia, quæ utramque ſub una terminatione admiſerint ſignificationem, ſed tamen Paſſivam dein depoſuerint, retenta ſola activa Adhibendi quid ſuum in uſum. At vero rariſſima eſt illa Paſſiva nimis ſignificatio, & ſine dubio ex errore Scriptorum orta, quum vulgaris horum Verborum ſignificatio etiam ipſa ſit Paſſiva, ſed lenius, & notet juvari atque affici utilitate vel voluptate ex aliqua re, atque ideo frequentiſſime illa cum Ablativo conſtruantur. Sed & abſolute *Frui* ſimpliciter pro lætari ponitur apud Tacitum Hiſt. III. 83. ubi cum *exſultabant* conjungitur. Vide Gronovium Patrem Obſerv. II. 4. extr. & Plinium Paneg. cap. 34. Sed & ſic fere Terent. Adelph. V. 8. 27. *Agellum huic demus, qui fruatur,* h. e. Unde, vel, Ut lætius agat, vivatque. Sic *Uti quacumque re* notat proprie juvari ea ſuam ad utilitatem. Livius XLIV. 26. *Quinque millia Equitum ſat eſſe, quibus uti ad bellum poſſent, & quorum multitudinem ipſi non timeant.* Quid hoc eſt aliud quam *juvari?* quam minore numero juvari non poſſent, a majore autem malum ſibi metuerent. Florus II. 6. *Victoria quum poſſet uti, frui maluit,* h. e. quum poſſet illa victoria juvari ad bellum conficiendum, maluit ea lætari, & ſe oblectare. Sic Sall. Jug. 38. *Nox & præda caſtrorum hoſtes, quo minus victoria uterentur, remorata ſunt.* Sed & ſic paſſim ponitur pro juvari in vita ſuſtentanda, Vide Gronov. Patr. de Pec. Vet. II. 7. ubi exponit hæc Ciceronis verba, *Ceteræ res, quæ expetuntur, oportunæ ſunt ſingulæ rebus fere ſingulis; divitiæ, ut utare; opes, ut colare; honores, ut laudare.* Ubi omnia ſunt paſſiva, & notant commodum aliquod, quod ex diverſis rebus diverſum percipias. Habet dein & alias ſignificationes, ac tales, quæ non ita directe reſpondeant τῷ *juvari*, ſed neque τῷ *adhibere ſuum in uſum*, ut ſolent vocabula paulatim longius recedere a propria & primitiva ſignificatione. Talia ſunt apud Corn. Nepotem, *Duro admodum initio adoleſcentiæ eſt uſus: quum intima Ciceronis familiaritate uteretur. Soſilo uſus eſt Doctore: Patre uſus eſt diligente*, h. e. habuit tale Initium, Doctorem, Patrem, &c. Et ſic paſſim *adverſa uti Fortuna, adverſa uſi ſumus tempeſtate* in mari, *valetudine uti minus commoda, Supplicio uti in aliquem.* Verum ita paulatim

latim ad alieniora progreſſam ſæpe verborum ſignificationem, declaratum jam eſt ſupra Verbo *Luere.* Quin liquet id etiam ex Verbo *Cenſere*, quod ab æſtimatione bonorum, ad ſententiam in Senatu quacunque de re dicendam, ac denique ad vulgarem *putandi* & *arbitrandi* ſignificationem tranſiit. Sed nos de Paſſivo nunc agemus, quo dicimur *Cenſeri aliqua re*, Liv. I. 43. *Hæc claſſis cenſebatur undecim millibus.* Scilicet ipſi quidem cives bona ſua in cenſum deferebant; ſed a Magiſtratibus etiam *cenſebantur* illi, ſi forte parum juſto pretio ipſi ea detuliſſent: ſed & ſi quid omitterent, cogi poterant a Cenſoribus, ut id quoque deferrent; & ſic tunc ipſi Cives, & patrimonium ipſorum, *Eo* quoque *cenſeri* dicebantur. Hinc jam ortum, ut homines etiam extra hunc proprie dictæ cenſionis caſum dicerentur *cenſeri ea re*, cujus in ipſorum æſtimatione habetur ratio. Sed uſus obtinuit, ut pro Ablativo in illis locutionibus tum propriis, tum tranſlatis, etiam Accuſativus & crebro quidem adhiberetur, eodem tamen ſenſu, eademque conſtructionis ratione, ellipſi ſcilicet propoſitionis. Quam tamen quia non obſervarunt Viri quidam Doctiſſimi, verbum hoc paſſivum pro activo, & accuſativum, tanquam ſi proxime ab eo regeretur, acceperunt, interpretando *Cenſeri*, per *in Cenſum profiteri*, vel etiam per ipſum activum *Cenſere.* Sic certe Lipſius ad Tacitum expoſuit illud Ovidii, *Hanc probat, & primis dilectam ſemper ab annis, Eſt inter comites Marcia cenſa ſuas.* Ait enim, *Eſt cenſa, pro Cenſuit. Satis nove, immo antique, ut Affectatus eſt regnum, pro affectavit, &c.* At vero ſenſus eſt, Marcia adeo hanc dilexit, ut ſemper eam inter comites ſuas habuerit, & ita, quando fuit cenſa comitum ſuarum nomine, hujus quoque nomine inter illas fuerit cenſa, ſeu, hujus quoque ratio fuerit habita in cenſu comitum Marciæ. Vide etiam Gronovium Patrem Obſerv. IV. 3. extr. & ibi Addenda. Dicitur autem *cenſeri hanc rem*, eadem ratione, qua *expleri mentem*, *moveri vultum*, *purgari bilem*, *indui aures aſelli* &c. quæ Auctor infra adfert in Ellipſi præpoſ. κατὰ. Hæc vero documento ſunt, etiam Viros Doctiſſimos verba vere Paſſiva accepiſſe pro Deponentibus per cauſam figuratæ locutionis, quam non perſpiciebant, & ita nativam quoque ſignificationem iis mutaſſe. Quod ſi id accidit hodie Viris ſedulo indagantibus linguæ Latinæ vim & naturam, multo facilius id eveniſſe neceſſe eſt pleriſque Veterum, qui nondum conſtituta Grammatica, eam ejuſque rationem in conſtructionibus ignorantes, nec inveſtigantes, ſimpliciter ex uſu vulgi loquebantur. Unde haud dubie factum, ut hodie multa illorum, quæ dicuntur *Deponentia*, prorſus etiam videantur paſſivam ſignificationem revera depoſuiſſe, ſeu nihil amplius paſſivi tum in vulgari ſignificatione, tum in conſtructione, præ ſe ferre. Id quod tanto factum proclivius, quod, licet propria ipſorum verborum ſignificatio mutata videatur ex paſſiva in activam, eadem tamen

tamen maneat ſæpe quod ad ſenſum. Nam eodem recidit, ſive *veſcor cibum* exponas per, Alor & ſuſtentor cibo, ſive per, Edo cibum. Sic *gravari matrem, prætoria,* idem eſt, ſive interpreteris, Moleſtia affici & onerari ad conſpectum matris vel prætoriorum, ſive ſimpliciter, Faſtidire matrem vel prætoria. Sed tamen iſta ratione etiam Verba prorſus Paſſiva, & quorum Activa frequentiſſimo ſunt in uſu, *Deponentia* per Conſtructionem ſuam & ſignificationē haberi & dici eodem jure poſſent. Quando Horatius ait Epiſt. II. 2. *ut qui Nunc Satyrum, nunc agreſtem Cyclopa movetur*, quid hoc aliud eſt, quam quod alibi idem dicit *Cyclopa ſaltare*, quæ phraſis Activa habetur? Quare ergo *Moveri Satyrum*, non itidem activæ habebitur ſignificationis, & ipſum illud *Moveri* Deponens? tanto magis, quia, ſi Paſſive id interpretemur, duriſſima ſtatuenda eſt Ellipſis, *moveri* κατὰ, *ſecundum, Satyrum* vel *Cyclopa*, h. e. moveri ita, ut videaris eſſe Satyrus vel Cyclops, moveri motu ſolito Satyri vel Cyclopis. Quin hæc ipſa durities ſupplendi ſimul & interpretandi fecit, ut *Saltare Cyclopa*, Activa quoque, ſed perperam, a pleriſque habeatur locutio, non Neutra. Et tamen, quin *Moveri* ſit etiam in hac phraſi mere Paſſivum, nemo, opinor, dubitabit. At ſi paulatim in deſuetudinem abiiſſet Activum *Moveo*, æque ac tot alia Activa, & ſi phraſis hæc magis fuiſſet frequentata, nullum eſt dubium, quin & *Moveor* Deponentibus jamdudum fuiſſet adſcriptum: æque ac multa etiam alia Verba in OR exeuntia, quorum Activa plane interciderunt, & quæ ideo non tam Paſſivam, quam Neutralem, videntur nunc habere ſignificationē & Conſtructionem, licet Paſſiva tamen vere ſint: veluti *Gnaſcor*, quod paſſivum eſt ab antiquo *Genare*, quod eſt a Gr. γεννάω, ut ipſe Urſinus id oſtendit Obſerv. cap. XII, p. 223. 224. Hinc Plautus Pœn. V. 4. 13. *Eo ſumus gnatæ genere*. Et ſine G, Tacitus Hiſt. I. 16. *Generari & naſci A Principibus, fortuitum*, ubi manifeſte τὸ *Naſci* paſſivo ſenſu adhibetur. Vulgo tamen etiam inter Deponentia refertur, non quidem Activæ, ſed Neutrius ſignificationis. Adde his omnino, quæ Cap. ſeq. ad Verbum *Adverſor* diſputamus. Neque tamen exiſtimo, omnia omnino Deponentia habuiſſe olim ſua Activa in O exeuntia, & fuiſſe primitus Paſſivæ prorſus ſignificationis. Nec enim dubito, quin multa ejus generis ſerius ſint formata ad exemplum & inſtar aliorum, Deponentium ſpeciem & uſum jam habentium, atque ideo ſtatim tunc acceperint conſtructionem & ſignificationem, qualem illa priora jam habebant, vel habere credebantur. Talia putem fuiſſe multa ex iis maxime, quæ ab Nominibus ſunt formata, & neutrali adhibentur ſignificatione. Veluti, *Adminiculor, Argumentor, Calumnior, Hariolor, Morigeror*, &c. Refragatur ſuperioribus, vel potius cavillatur ea, quæ hic diſputavimus, Urſinus pag. 427. Nam quid eſt, niſi cavillari? quando ibi rejicit, quod dixi, *Vix dubitare me, Deponentia quoque, primitivo*

uſu

Digitized by Google

uſu & ſignificatione, ſed quæ nunc nobis maximam partem lateat, *fuiſſe vere paſſiva*, quum ipſe in ead. pag. dixerit paulo ante, *Hoc affirmare licet, omnia in OR primitus fuiſſe paſſiva.* Quid enim aliud ego dico aut volo? qui illud ſemper non ex poſteriore illorum verborum uſu, ſed ex eorum origine & *primitiva* ſignificatione probare annitor, & probandum contendo. At ille nunc excipit, quæ *a Neutris* in O exeuntibus *ſunt orta, quæ non poſſint dici abſolute primitus fuiſſe paſſiva.* Quis non miretur, ab eodem Viro in eadem pagina tam contraria affirmari? Talia autem eſſe ait, *altercor*, *auſpicor*, *cunctor*. At vellem ſingulorum indagaſſet aut expoſuiſſet originem ac rationem. Ego in ſuperioribus jam rationem dedi ℣ *Auſpicari*, ut notet ſcilicet in auſpicando occupari & verſari longiore mora, quam ego originem credo multorum Deponentium ab Neutris maxime, ſed & ab Activis quibuſdam proprie dictis, ortorum, qualia eſſe videntur *Metior*, *Populor*, *Largior*, *Cavillor*, *Blandior*, *Dominor*, aliaque ſupra jam dicta. *Altercor* autem refero ad mutuæ actionis Verba, de quibus itidem jam egi. At *Cunctor* ad utrumque referri poteſt, ut notet vel Mutuam actionem conjungendi ſe invicem, vel potius Hærere & morari in *cunctando*, h. e. contrahendo cunctos ſocios vel commilitones. Nam quin a *Cunctus*, quod pro *cojunctus* dicitur, deſcendat, nullum mihi eſt dubium. Hinc *Cunctari in bello* dicuntur, qui quaſi aliquid ſubſidii adhuc exſpectent, pugnare nondum volunt. Sed & hinc *percunctari* pro interrogare, inquirere ſciſcitando: quod cum Feſto per V potius ſcribendum, quam per O cum Verrio Flacco, derivante hoc verbum a *Conto* nautico, cenſeam. Conſtruitur autem illud ſæpe cum duplici Accuſativo. Plaut. Mil. Gl. II. 3. 21. *Num tibi lippus videor?* reſp. *Medicum iſtuc, tibi melius, percunctarier.* Pſeud. 1.5.47. *Sunt quæ Te volumus percunctari.* Occurrit quoque paſſim *percunctari rem*, pro, inquirere in rem. Cicero de Divin. II. 36. *Solebat ex me percunctari noſtri augurii diſciplinam.* Plaut. Aſin. II. 4.45. *Si eſſes percunctatus me ex aliis, crederes mihi*, h.e. inquiſiviſſes in me. Accuſativi autem hi neutiquam reguntur proxime ab ipſo Verbo, ſed a Præpoſitione per Ellipſin omiſſa. Nam *percunctari aliquem* notat cunctari & morari circa aliquem, ex quo rem prius exquirere vis, plane ut *Conſulere aliquem*, de quo alibi egimus. At *percunctari rem* notat cunctari & morari in re inveſtiganda, plane ut *Conſulere aliquid.* Utrobique intelligitur Præpoſitionis Græcæ (περὶ) vis. Ceterum neque deponentium, *quæ ab Activis tranſitivis fiunt*, *obſcuratam ſeu obliteratam ſignificationem paſſivam*, ſtatui vult mecum Vir Doctiſſ. ſed potius *immutatam & converſam in Activam.* At valde vellem ſcire, qui conceperit factam illam immutationem: an ſubito impetu & arbitratu, cenſet, uno temporis momento, Paſſiva iſthæc tranſiiſſe ad Activam ſignificationem? At quam inepta hæc foret & inconſulta affirmatio? Etenim ſi habuerunt pri-

primitus ſignificationem paſſivam, eamque immutarunt in Activam, neceſſario id utique paulatim factum fuiſſe debuit quacunque ratione vel cauſa, ut ita obliterata ſenſim fuerit prior ſignificatio & conſtructio, & tandem invaluerit nova ſeu activa. At qua ratione & qua tandem cauſa acceperint activam ſignificationem & conſtructionem, id vero in ſingulis & omnibus commonſtrare, difficile eſt factu, nec fieri poſſit, niſi explorata prius foret omnium primitiva ſignificatio. In multis, credo, caſu, vel ex abuſu & errore vulgi aut ipſorum Scriptorum, cujus ratio nulla nunc certe dari queat, factam eſſe illam immutationem. Quam enim exputabimus rationem, quare aut unde *Exſecrari* eandem acceperit ſignificationem & conſtructionem, quam *Exſecrare* habuiſſe debuit? aut quare multa in OR exeuntia reperiantur æque & paſſivam olim, & activam, habuiſſe ſignificationem, veluti *Comperior*, *Interpretor*, &c. Complurium, & variam, in ſuperioribus jam dedi rationem, ſed omnium inveſtigare aut promittere neutiquam velim, ut ſæpe jam dixi. Ipſe Urſinus *caſu abolita* Deponentium activa cenſet p. 426. At quo caſu, incertum relinquit. Hoc tamen certum, multa nobis, ut Deponentia, apud melioris ævi Scriptores occurrere, quorum olim Activa forma quoque, in literam O deſinens, fuit uſitata, ut vel ex uno liquet Plauto. Sic pro *Morigerari* legimus in Amphitr. III. 3. 26. *dum mihi morigero*: pro *Mendicari* ibid. IV. 2. 12. *a me mendicas malum*: pro *ludificari* ibid. IV. 37. & 13. *Nunquam me ludificabit inultus: quem nunc omnes ludificant*: pro *Congræcari* Bacchid. IV. 4. 91. *quod in luſtris comedim, & congræcem*; pro *Contemplari* Moſtell. I. 3. 16. *quin me aſpice & contempla*; pro *interminari* Mil. Glor. II. 3. 42. *quis homo interminat*: pro *Fabulari* ibid. II. 4. 18. *quæ cum hoc inſano fabulem*: pro *Auſpicari* Perſa IV. 6. 7. *lucro faciundo ego auſpicavi*. Plura ſunt ejus generis, quæ ex Plauto & Veterum Poëtarum fragmentis, apud Nonium maxime, colligi facile poſſint. Vide ejus Caput *de Contrariis Generibus Verborum*. Quod vero Urſinus etiam a Neutrorum Imperſonalibus Paſſivis Deponentia multa ait formata, id vero ſatis eſt ineptum. Nam pone, quia etiam *Altercare* dixerunt Veteres, hinc porro *Altercatur* dictum fuiſſe, pro, fit altercatio: Quis jam nexus, quæ veriſimilitudo, ut inde poſtea, dixerint *Altercor* eodem ſenſu, quo antea dixerant *Alterco*, h. e. facio altercationem? Longe rectius quorundam Deponentium, & maxime verborum in OR deſinentium, quæ utramque reperiuntur habuiſſe ſignificationem, originem repeteremus a Græcis, quorum Verba, quæ dicuntur *Media*, ad paſſivam propius accedunt formam, & tamen vel utramque, vel activam potiſſimum, habent ſignificationem. Sed tamen nulla in re magis, quam in Verborum conjugationibus, receſſerunt a Græcis Latini: ut adeo neque inde multum elici queat.

oſculor te, & *baſio te*? (4) Activa hæc ſunt omnia natura, quocunque fine terminentur: nam quæ vocantur *Deponentia*, activa omnino ſunt; neque enim ideo ita dicuntur, quia ſint aliud genus ab activis; ſed [quia] fuerunt aliquando *Communia*, quæ ſimul actionem, & paſſionem ſignificarent, ſed quia depoſuerunt paſſivam ſignificationem, dicta ſunt *Deponentia*, quaſi dicas, *Activa deponentia.* Quum igitur in uſu fuerunt verba *Communia*, nulla erant *Deponentia*, nunc quia ſunt *Deponentia*, (5) nulla erunt *Communia*: quis enim nunc latine dicat; *Tu amplecteris a me*, & *tu oſcularis a me*; &, *liber interpretatur a præceptore.* Quod ſi dicas, reperiri aliqua Participia in utraque ſignificatione, dicam, id totum eſſe

(4) *Activa hæc ſunt &c.*] Quæ Auctor hic diſputat, aliena prorſus ſunt. Nec enim ex ſignificatione, eaque non propria, ſed per circuitum longiorem ducta & tranſlata, conſtitui debet ratio Grammatica Verborum. Nec magis ex ea in verbis in OR exeuntibus admittere debuiſſet Deponentia Active prorſus conſtruenda, quam in Verbis in O deſinentibus agnoſcere vult Neutra, quæ non ſint Activæ conſtructionis. Sed & ſupra in Adverbiis & Conjunctionibus I. 17. & 18. diſerte a Grammatici cura removet Significationem vocularum. Quando autem dicimus, *Proſequor te injuria*, poſſunt ea quidem etiam Paſſive accipi & exponi, ſed per circuitum quendam. Senſus enim eſt, Ego jungor tibi & veſtigiis tuis, facienda tibi injuria. *Deponentia* vero a Grammaticis, ad tranſlatam ſignificationem & conſtructionem tantum attendentibus, dicta ſunt, quia cum olim habuiſſent Paſſivam vere ſignificationem, & ejus ſpeciem ac terminationem retinerent, uſu tamen ipſo ejus ſignificationem videbantur tandem depoſuiſſe.

(5) *Nulla erunt communia.*] At Vide Voſſ. Anal. III. 5. & 6. ubi & videbis exempla § *amplecti* & *interpretari* in ſenſu paſſivo. Immo & *ulciſci*, quod etiam apud Livium V. 49. reperias, *in conſpectu habentur omnia, quæ defendi, repetique & ulciſci fas ſit.* Et adde Gellium XV. 13. Sed tamen vel ſic ſuſpecta mihi pleraque, ut ex imperitia vel negligentia Scriptorum orta, quum inſuper hæc ſignificatio Deponentium plane paſſiva, ſit rariſſima, & vix, extra Participia, apud unum alterumve Scriptorem reperiatur. Sed excuſabunt hæc forſan Grammatici exemplo Mediorum apud Græcos. Nonnulla etiam explicatione commoda juvari poterunt. Vide me ad Caput ſequens, & Verbum *Potior*.

eſſe a me, qui aſſero (6) aliquando fuiſſe verba *Communia*, quorum veſtigia remanent in aliquibus participiis. Quid, quod ex tuis Deponentibus adducam Participia paſſionem ſignificantia? Ante Ciceronem multa verba fuerunt Communia; unde ipſe in Officiis citat ex veteri poëta; *O domus antiqua, quam diſpari domino dominaris?* Inſerit & Salluſtius in Jugurtha orationem C. Memmii, in qua legitur; *quidquid ſine ſanguine civium ulciſci nequit*. Cicero in Oratore perfecto cap. 56. dixit; *Pes enim, qui adhibetur ad numeros, partitur in tria. Partitur* ibi paſſivum eſſe a *Partio*, dicendum eſt, non commune; quanquam mihi locus ſuſpectus eſt, & fortaſſe legendum, *Numeros partitur*, id eſt, dividit. Itaque jam conſtat, omnia verba aut eſſe Activa, aut Paſſiva, ut ex Ariſtotele comprobavimus. Unde falſum eſt & illud, quod ex Categoriis Dialectici diſputant, *inter agere & pati medium eſſe jacere, ſtare, & ſitum eſſe*; nam ſi jacet, aut ſedet, aut ſitus eſt, aliquid agit: ſedet enim ſeſſionem, & ſtat ſtationem. [At Vide Notas in ſuperioribus.] Ego enim illas Categorias, ſive Prædicamenta, Ariſtotelis non eſſe, multis argumentis poſſum comprobare. Multo minus illa ferenda ſunt apud Philoſophos & Theologos tritiſſima, *de actionibus permanentibus, & tranſeuntibus*; nam ſi actio eſt, aliquid agit.

Turpiter lapſi multis modis Grammatici, qui verba, ſeu activa, ſeu neutra, ſive deponentia, in Species partiti ſunt. Primo quia *Species* in grammatica non id, quod tu fingis, ſignificant, ſed id quod lib. 1. cap. 3. ſignificavimus. Deinde nemo eſt, qui non videat, verba primæ *Speciei*, ſive *ordinem* vocare malis, eſſe etiam vel ſextæ vel quartæ, & aliarum etiam eſſe poſſe; nam *amo*

(6) *Aliquando fuiſſe Verba Communia.*] Non hæc eſt ratio participiorum, quæ in utraque, activa & paſſiva, ſignificatione reperiuntur, ſed quod ipſa illa Participia Præterita, veluti *Amatus* &c. quæ Auctor hic intelligit, olim utriuſque revera fuerint, & potiſſimum Activæ, ſignificationis. Vide me ſupra ad I, 15. pag. 134. &c.

amo te, dicimus; & *inſania eſt amare tanti*; & *id amo te*; & *ecquid nos amas de fidicina iſtac*; & *ubi ſunt qui amant a Lenone*, apud Plautum. Itaque ſi omnia verba ſunt diverſarum ſpecierum, quid opus eſt his Speciebus, id eſt tricis, & fallaciis? Dicam clarius, ſi omnia verba ſunt omnium ordinum, aut ſi nullum verbum in his ordinibus habet proprium ſedem, ita ut in aliam tranſire non poſſit, manifeſta inſania eſt iis Speciebus puerorum ingenia diſtorquere. Poſtremo in hoc maxime peccatur, quod etiamſi verum ſit, verba primæ claſſis regere accuſativum, quiſnam ſit ille accuſativus, ignoratur: quid enim eſt apud Latinos; *Fœmina reponit genus*, aut *mas reponit genus*, nullo monſtrante? Aut quis unquam dixit, *ego amo Deum*, & *Deus amatur a me*? (7) num etiam dices, *facio orationem*; & *do tibi damnum*, & multa hujuſmodi. Ex optimis ſcriptoribus hæc diſcenda ſunt, non ex arte grammatica: nec grammatica docet latine loqui, ſed Latinum ſermonem ad Artem refert, ut tu poſtea ex latina imitatione latine loqui diſcas. Quum igitur, ſecluſo verbo Subſtantivo, omnia verba ſint aut Activa aut Paſſiva, intelligendum eſt, Activa omnia vel in varios tranſire accuſativos; ut, *facere verba*, *fidem*, *finem*: vel in unicum tantum, id eſt, in ſuum; ut, *vivere vitam*; *mori mortem*; *egere egeſtatem*; *furere furorem*. De quibus Ruffianus Rhetor. lib.

(7) *Nam etiam dices.*] Nullam mihi conſtare cauſam, quare non recte dici queat, *ego amo Deum*, ſupra ad pag. 9. & 10. ſum teſtatus. Quin diſerte ita Plautus Pœnulo I. 2. 70. *Deos quoque edepol & AMO & Metuo.* & Seneca Epiſt. 47. *Id Domino parum eſſe, quod Deo ſatis eſt, qui colitur & amatur.* Similiter *facio orationem*, ſenſu *componendi*, quidni ferri æque poſſit? ac dicitur *facio apologum*, h.e. comminiſcor, apud Plaut. Sticho IV. 1. 64. Et ſic apud Cic. de Sen. cap. 7. *Sophocles ad ſummam ſenectutem tragœdias fecit.* Petron. *Poëma*, Et, *mortuo Epigramma facere.* Porro phraſin *damni dandi* confirmat utique celebris illa locutio in Lege Aquilia, *Damni injuria dati.* Sed & ſic Terent. Andr. I. 1. 116. *Nam ſi illum objurges, vitæ qui auxilium tulit, quid facias illi, qui dederit damnum aut malum.*

lib. 2. pag. 35. ſic ait; *Figura per pleonaſmum*; *ut*, Mortem occumbere, & obire diem; & vivere vitam, & pugnare pugnam, & ire iter. In quibus ſive addas, ſive tollas accuſativum, idem manet ſenſus, & totidem virtute vocabula enarrantur. Idem enim eſt, *Vivo* & *Vivo vitam*: idem, *Careo pecuniarum*, & *Careo caritatem pecuniarum*: idem eſt, *Egeo medici*, & *Egeo egeſtatem medici.* Unde enim eſſet in paſſiva, *Egetur*, *Sedetur*, *Statur*, niſi active diceretur, *egeo egeſtatem*, *ſedeo ſeſſionem*, *ſto ſtatum*, ſive *ſtationem*? Sed jam nobis objicies, cur hos accuſativos non invenimus? (8) quia vitium eſſet apponere, vel ſaltem archaiſmus: nam olim frequens erat, *nocere noxam*; *ſervire ſervitutem*; nunc niſi addendum ſit adjectivum, pleonaſmus erit: ut enim ſupervacuum eſt dicere, *Gaudemus gaudium*, ita neceſſario dicemus; *Tuum* vel *alienum gaudium gaudebimus*; *hunc furere furorem*; *conſimilem ludere ludum.* Et Græcis quidem, ut inquit Budæus in Commentariis, familiare eſt, omnibus verbis ſeu tranſitivis, ſeu abſolutis, ſeu paſſivis, ſeu deponentibus, nomina ſubſtantiva ab eiſdem deducta in accuſativo caſu ſubjicere.

Illud porro non eſt leviter advertendum, verba, quæ uni tantum accuſativo deſerviunt, ut, *Vivo*, *Dormio*, poſſe

(8) *Quia Vitium eſſet apponere.*] An ergo Vitium ex natura artis proficiſcitur? aut an ars poſtulat ſibi apponi, quod Vitium eſt? denique an ars linguæ & ratio ac vis loquendi flagitat adhiberi & apponi, quod adeo nihil addit ad ſenſum, ut Vitium quoque ſit illud apponi? Ratio autem iſto rum Imperſonalium Paſſivorum *Egetur* &c. nequaquam ſupponit Accuſativum Activis addendum. Vide & Plaut. Ciſtell. 1. 1. 108. ſed e contrario formantur illa ab Activis Abſolutis ſine Accuſativo; atque adeo vel nullum plane habent Suppoſitum; veluti illa, quæ a Neutris, *Egeo*, *Sedeo*, *Sto* &c. formantur, vel in medio & incerto relinquunt, ut faciunt, quæ a Veris Activis oriuntur. Nam ut dicitur abſolute, *Qui amant a Lenone*, Et, *Omnes qui amant, graviter ſibi dari uxorem ferunt*, ſine Accuſativo vel Objecto certo amandi, ſic in Paſſivo æque abſolute dicitur, *Amatur*, ſine ullo itidem Objecto vel Nominativo. Sed ſatis iſthæc omnia refutavimus in principio hujus Capitis, vide pag. 272. &c.

T

poſſe multos alios recipere, dummodo per translationem idem ſignificent, quod proprius accuſativus: Recte enim dicas de aliquo avaro; (9) *Vivit pecunias*, id eſt, tota illius vita nihil aliud eſt, quam meræ pecuniæ. Virg. *Corydon* (10) *ardebat Alexin*, id eſt, ardor, quem ardebat Corydon, erat Alexis, » [erat Ignis, quo con» flagrabat Corydon.] In ſacris aptiſſime dictum eſt; *Terra germinet Salvatorem.* Sic dicimus; *Somniat theſaurum.* Cic. lib. 13. epiſt. 28. *Tum ſtudia illa, quibus ante delectabamur, nunc etiam vivimus.* Adrianus Turnebus lib. 10. cap. 1. Adverſariorum, ſuper illud Perſii; *Iratum Eupolidem prægrandi cum ſene palles. Audacter*, inquit, *dictum eſt*, Pallere Eupolidem; *ut ſi diceret*, pallere pallorem, *quod eſt*, *qui palles*, *quod tam impenſe illis poëtis operam impenderes*, *ut decolorem contraxeris inſano labore vultum.* Hæc ille. Similia ſunt; *Alios ſuſpirat amores*; (11) *Crepat ſulcos*, *& vineta*; de quibus ſuis locis. Adver-

(9) *Vivit pecunias.*] Haud putem, quenquam ita locutum. Certe quod ex Cic. Fam. XIII. adfert mox Noſter, alieniſſimum eſt, ut patebit ex loco tantum inſpecto, qui ita ſe habet. *Eſt enim in eo cum virtus*, *tum ſtudia illa noſtra*, *quibus antea delectabamur*, *nunc etiam vivimus.* Manifeſtum eſt, τὸ *vivimus* non referri ad *ſtudia*, ſed ad *quibus.*

(10) *Ardebat Alexin.*] Sic Gell. VII. 8. *Delphini pueros forma liberali miris & humanis modis arſerunt.* Ceterum hic Accuſativus per Ellipſin præpoſ. κατὰ omnino explicandus. Vide ipſum Sanctium cap. ſeq. in Voce *Doleo*, & *Pereo.* Et ſimile prorſus eſt, quod apud Comicos paſſim occurrit *deperire aliquem.* Plaut. Amph. I. 3. 19. *Te efflictim deperit.* Terent. Heaut. III. 2. 15. *Minime miror*, *Clinia hanc ſi deperit*, h. e. ſi propter hanc, & ad hujus deſiderium, prorſus perit amore. Ita enim Suetonius Veſp. 22. *quaſi amore ſui deperiret.* Similiter expono *Pallere Eupolidem* h. e. pallere propter & ad lectionem Eupolidis, vel forſan, ſedulam declarare lectionem Eupolidis pallendo, ſeu pallore ex ea contracto, ut nonnulla mox explicabimus.

(11) *Crepat ſulcos & vineta.*] Hic eſt Ellipſis, non tam in conſtructione, quam in ſenſu. Nam revera Accuſativi hi proxime reguntur a Verbo, ſed quod interpretandum cum Ellipſi τ͂ *dicere, memorare*; Atque adeo *crepare ſulcos* eſt, cum crepitu memorare & jactare. Sic Plaut. Mil. III. 1. 57. *Neque publicas res clamo*, *neque leges crepo.* Salluſt. Or. I. ad Cæſarem, *quæ in Sullam increpabantur.* Terent. Eun. V,

Advertendum inſuper, accuſativum cognatum, qui eſt in verbis ſimplicibus, poſſe etiam in compoſitis ſubintelligi; ut, *obiit*, *interiit*, *periit*, ſcilicet, *viam*, vel *iter*.

V. I. 14. *Iſtuccine interminata ſum hinc abiens tibi?* Liv. I. 17. *Fremere plebs multiplicatam ſervitutem.* Sall. Jug. 104. *Poſtquam erraſſe Regem, & Jugurthæ ſcelere lapſum, deprecati ſunt.* Sic excuſare morbum &c. h. e. in excuſando allegare. Ita vero Tacit. An. V. 2. *Magnitudinem negotiorum excuſavit.* Et hinc Plaut. Aſin. III. I. 31. *Excuſatio inopiæ.* Sic ferme & Græci. Ælianus Var. Hiſt. X. I. ἐδικαιολογήσατο, πατέρα μὲν Ὀλυμπιονίκην ἔχειν; &c. *in defendendo dixit, patrem ſe habere* &c. Vide plura ad Cap. ſeq. & Verbum *Æſtuo*, & maxime IV. 5. 7.

Cap. III.

Enumerantur ordine Activa multa, quæ hactenus credita ſunt Neutra, Imperſonalia, vel Deponentia.

Quoniam ex Ariſtotele citavimus, omnem motum aut actionem aut paſſionem eſſe, nihilque medium, quod Neutrum poſſit vere appellari, conſentaneum erit, verba *Neutra* rejicere, quibus videlicet, id, quod non eſt in rerum natura, velint Grammatici nuncupari. Ratio illorum, ſi ratio ea dicenda eſt, ſic habet; Videmus verbum *Amo* ſignificare actionem, & verbum *Amor* paſſionem: Sed verbum *Sedeo* in medio amborum eſt, quia nec actionem, nec paſſionem, ſignificat. Sed falluntur, qui hæc comminiſcuntur; nam ſi verum ſcrutari velint, invenient profecto activa omnia in duplici conſtituta differentia: quædam enim uni tantum accuſativo junguntur: ut, *vivo*, *ſedeo*, *dormio*: quædam variis accuſativis; ut, *amo*, *amplector*, *judico*. In illis (1) non apponitur accuſativus, quia certiſſimus; in his appo-

(1) *Non apponitur Acc.*] Nec apponi opus, quia nihil ſignificabit, etiamſi apponatur. Ceterum de his, quæ Auctor denuo hic affirmat, vide quæ ad ſuperius caput jam notavimus, & ad hoc ipſum mox notabimus.

apponitur, quia incertus. Unde illa, quæ tu vocas *Abſoluta*, vera & prima ſunt activa, & in primo loco activorum collocanda. Itaque *ſedeo*, (2) magis activum eſt, quam *amo*, aut *percutio*: Ariſtoteles enim, & Cicero in Topicis hanc regulam nobis tradunt; *Quæ ſe ipſis contenta ſunt, meliora ſunt, quam quæ egent aliis.* Et vero, quum dicis, *Petrus ſedet, dormit, jocatur*, in quolibet horum ſenſum abſolviſti, ita ut nihil deſiderari videatur; at quum dicis, *Petrus fregit, percuſſit, vidit*, imperfectum ſenſum reliquiſti; propterea quod manca illa verba ſunt ſine accuſativi appoſitione.

Nunc ad verba enumeranda me converto, quæ falſo Neutra putantur; in quibus illud velim mihi concedi, quod ſuperius (Cap.2.) probatum eſt, ſatis mihi eſſe ad probandum, verbum aliquod eſſe activum, ſi in paſſiva [At Vide ſupra ad Cap. 2. & mox ad verbum *Ambulare.*] teſtimonia citentur, etiam illorum, quæ dicuntur ab iſtis Imperſonalia; ut, *caletur, egetur, curritur, peccatur*: nam ſi, ut jam diximus, imperſonalia illa ficta in paſſiva nulla ſunt, hæ voces, *egetur, caletur*, activum verbum ſatis ſuperque demonſtrabunt; ut, *egetur*, ſubaudi *egeſtas*; *egeo egeſtatem.* Ubicunque item participium in *Dus, da, dum*, reperitur, ſive ſolum in *Dum*, ſive cum ſubſtantivo, ſemper denotat verbum activum; ut,

(2) *Magis activum eſt.*] Immo revera longe minus, quia non habet patientem, in quem exſerat actionem ſuam; quum tamen ſecundum Ariſtotelem & ipſum Sanctium in omni actione vera & juſta eſſe debeat, quum illud, quod agit, tum, quod patitur. *Activa* tamen etiam dicuntur, & dici poſſunt, Neutra Verba, quia ſpeciem quandam Actionis in ſe abſolutæ notant. At reliqua, quæ Sanctius dicit *imperfectum ſenſum relinquere*, vere ſunt Activa, & ideo requirunt Accuſativum patientem, in quem vera illa Actio ſe exſerat, niſi Objectum relinquant in incerto. Vide ſupra ad pag. 270. 271. & p.273. Debuiſſet ergo Sanctius dixiſſe, Neutra, veluti *Sedeo*, &c. non eſſe Magis Activa, ſed, eſſe Verba potioris naturæ, ut quæ ſe ipſis ſint contenta, & ſenſum abſolvant ſine Accuſativo, quum illa vere Activa imperfectum ſine eo relinquant ſenſum, & cum eo demum perfectam & veram declarent actionem.

Digitized by Google

ut, (3) *ſerviendum eſt*, ſubaudi *ſervire*; *micandum eſt*, ſub. *micare*; *bibendum eſt*, ſubaudi *bibere*.

Abeo, vide *Eo*.

» [(4) *Abhorreo*. Cicero: *Omnes illum abhorrent, & » aſpernantur*. Dictys lib. 2. *Exemplum ejuſcemodi abhor- » rentes*; & lib. 4. *Parum abhorrens famam*.]

Abnuo, Salluſt. Jugurth. *Hic milites feſſos itineris magnitudine, & jam abnuentes omnia*. » [Sicut Catull. *Om- » nia omnibus annuit*.] [Intelligitur ante hoſce Accuſativos Præpoſitio.]

Abſtineo, Nebriſſenſis eſſe activum fatetur; ſed quum Horatius dixit, *Abſtineto irarum, calidæque rixæ*, neutrum eſſe arbitratur, ſed male. vide lib. IV. cap. 12. de *Helleniſmo*. *Abſtine maledictis*, vel *a maledictis*, neutrum multi arbitrantur: ſed deeſt accuſativus *Se*, » [vel » *Manum*, vel quid aliud.] Brutus ad Atticum; *ut ſe maledictis non abſtineat*. » [Liv. 8. *Alexandrum Romano » bello fortuna abſtinuit*. Plaut. Perſa. *Quaſi lippo oculo, » me herus manum abſtinere haut quit, quin mihi imperet, » quin me ſuis negotiis præfulciat*.]

Abutor, Philip. Beroaldus ad Sueton. *Dicimus*, inquit, *abutor hanc rem, & hac re*. Terent. *Nam in prologis ſcribundis operam abutitur*. Cato ruſtic. *Donec omnem caſeum cum melle abuſus fuerit*. Plaut. Bacch. *Nos aurum abuſos*: idem; *Nam hoc argentum alibi abutar*: idem Trinummo, *Qui abuſus ſum tantam rem patriam*. Vide

(3) *Serviendum eſt*.] Nomina hæc ſunt Adjectiva, quæ nihil ex Verbo habent, niſi adſignificationem aliquam Temporis, unde *Participia* dicuntur. Et proinde nihil hinc colligi poteſt de natura verborum, & Ellipſi in iis uſitata, cum in hiſce nominibus plerumque intelligatur *Negotium*, vel Imperſonalis ſint conſtructionis. Vide infra ad cap. 8.

(4) *Abhorreo*.] Hoc Verbum non magis regit vi ſua Accuſativum, quam *Averſor*, *Abominor*, aut ipſum *Horreo*, *Trepido*, *Stupeo* &c. Quibus appoſitus Accuſativus explicandus eſt per Ellipſin Præpoſitionis. Eadem eſt ratio Conſtructionis in Verbis compluribus, quæ ſequuntur apud Sanctium. Vide quæ notavi ad *Ambulare viam*, in extremo.

Digitized by Google

Vide *Utor*. Quum dicimus *abutor hac re*, (5) deeſt τὸ *abuti*, vel *uſum*.

» [*Accedo*, Subaudi, *accedere*, ſive *acceſſum*. Cicero
» 2. Tuſc. cap. 16. *Saucii opplent porticus liberorum Æſ-*
» *culapii, non poteſt accedi.*] [At vide Me infra ad
» Verba, *Adeo*, *Cedo*.]

Accidit. *Accido* fere idem eſt quod *cado*, & ſicut in *Cado* intelligitur τὸ *cadere*, ſic in *accido*, Tac. *Accidit ad genua illius*, ſubaudi *ſe*, vel *caſum*. [At vide me infra ad Verbum *Cado*.]

Adeo domum, vel *ad domum*, neutrum putant, (6) tu ſem-

(5) *Deeſt τὸ abuti*] Immo vero ejuſmodi nihil deeſt, cum talia ſint vere paſſiva, neque requirant Accuſativum, ſicuti ſupra oſtendi ad pag. 280. & 281. agens de Deponentibus. Quando autem apponitur Accuſativus, explicandus is eſt per Ellipſin Præpoſitionis, eodem modo, quo explicatur junctus hiſce Verbis Ablativus. Vide mox ad V. *Adverſari* in extr. Rarius eſt, quod ſenſu plane paſſivo legitur apud Plautum Aſin. I. 3. 44. *Ubi illæc, quæ dedi ante*, ſcil. *ſunt*. reſp. *Abuſa : nam ſi ea durarent mihi* &c. h. e. utendo, dum juvabamur iis noſtram in rem, conſumpta ſunt, nec amplius durant. Videtur Compoſitum hoc ſerius formatum, quando jam ſimplex *Uti* vulgari in ſermone acceperat ſpeciem deponentis, & veram ac priſtinam ſignificationem ferme amiſerat. Notat enim proprie aliquid *utendo conſumere*, vel *ad perverſum uſum convertere*, h. e. male vel perperam juvari aliqua re, ita ut illa intereat, vel ad aliud convertatur, quam debuerat. Vide & hujus Capitis Not. 8. in extr.

(6) *Tu ſemper Activum putato.*] Nihil falſius. Si alterutrum dicendum, Neutrum potius ſemper, quam Activum, putaverim. Neque obſtant exempla a Sanctio allata, in quibus quaſi ab Activo accuſativum regente formata occurrunt Paſſiva cum ſuo ſuppoſito, quaſi Accuſativus in Nominativum eſſet mutatus. Nam talia reperiuntur multa, ab aliis etiam Neutris in Paſſivam formam tranſlata. Sic Cæſar B. Gall. V. 18. *quod flumen uno omnino loco pedibus tranſiri poteſt*. At *tranſire flumen* dicitur pro, *tranſire trans flumen*. Vide & mox plura ad verbum *Æſtuare* & *Ambulare*. Illud vero ex hiſce Paſſivis diſcimus, Veteres Scriptores non ſemper attendiſſe ad originem & veram phraſium naturam, ſed arripuiſſe uſum non ſatis ſemper intellectum & ex eo alias porro formaſſe conſtructiones, a Verbi natura prorſus alienas. Scilicet, quum ſæpe reperiſſent ab aliis ante ſe dictum, *adire aliquem*, &c. fecerunt inde *aditur aliquis*, licet ipſum Verbum *Adeo* naturâ ſuâ ſit Neutrum, nec dictum fuerit primitus *adire aliquem*,

Digitized by Google

ſemper activum putato: nam dicimus, *adeo urbem*, & *urbs additur*, & *adeo ad urbem*, ſubaudi *viam*, vel *iter*. Tacit. *Oceanus navibus aditur*. Livius; *Libri per Duumviros ſacrorum aditi*. Ovid. 6. Faſtorum; *Sacra vir intrabo non adeunda viro*. Cic. *Illa pericula adeuntur in prœliis*. Columella, *Sed granaria ſcalis adeantur*.

Adolere

aliquem, niſi per Ellipſin pro *adire ad aliquem*. Id vero negat Urſinus Tom. 2. pag. 274. cenſens Accuſativum hunc regi à Præpoſitione ipſa, quæ eſt cum Verbo compoſita, & quæ in ea compoſitione retineat ſuam vim. At inane hoc eſſe, liquet manifeſte prorſus ex eo, quod idem caſus jungitur etiam Verbis cum tali compoſitis Præpoſitione, quæ non Accuſativum, ſed Ablativum regit, veluti *Abnuere*, *Abolere*, *Convenire*, *Conſulere*, *Excedere*, *Evadere*, *Prævenire*, *Praire*, *Prædicere*, *Proferre*, *Producere*, *Promovere*. Hæc omnia, & complura alia, Accuſativum admittunt, quædam ſemper, quædam ſæpiſſime, loco iſtius Caſus, quem Præpoſitio, cum Verbis compoſita, ceteroqui regit. Deinde vero perpetuum hoc eſt ipſius Urſini, ut exemplis plenioris locutionis prolatis probet Ellipſin & ejus ſupplendæ rationem, ac rejiciat, ſi, quod ſtatuitur ejus ſupplementum, nullo reperiatur loco expreſſum. At hic frequentiſſimum eſt apud Auctores illud ☞ *Adire aliquem* ſupplementum. Non modo enim Terentius minimum quater dicit, *Adeo ad eum*, *adibo ad precatorem* &c. Sed & Plautus Aulul. IV. 10. 16. & Livius I. 4. *Nec adiri uſquam ad juſti curſum omnis poterat*. Corn. Nepos in Themiſt. cap. 7. *ad magiſtratus adire noluit*; ubi vide Gebhardum, plura ex Nepote proferentem. Cicero Famil. III. 7. *Cum eſſet ad me aditum ab iis*. XI. 16. *Qui intempeſtive ad nos adeunt*. VI. 13. *Aditus ad eum difficiliores fuerunt*. Sed putidum foret, exempla locutionis tam frequentis plura velle adferre. Denique eadem eſt ratio Verborum cum Præpoſ. A, Ab, & E, Ex, compoſitorum, & Ablativum modo cum repetita Præpoſitione, modo ſine ea ſibi adſciſcentium. Terent. Eun. IV. 7. 21. *Nunquam accedo ad te, quin abs te abeam doctior*. Et ſic alibi paſſim, immo vix aliter. Si quando tamen aliter occurrit, quis dubitet intelligi præpoſitionem, Eun. IV. 3. 19. *aliquid domo abeuntem abſtuliſſe*. Sic *Abire Magiſtratu*, *Romá* &c. Sed & ſimiliter, *Nihil glorioſum ex ore ejus exiit* apud Nepotem in Timol. cap. 1. & ſic alibi, & apud alios: at Ellipſin habemus in notiſſimo illo Lucani, *exeat aula, qui volet eſſe pius*. Satis, niſi fallor, patet ex his inconſulta Cl. Urſini affirmatio, qua non tantum negat Ellipſin in hac Phraſi, ſed etiam hoc Verbum, & ſimilia per naturam ſuam Neutra, *vi præpoſitionis facta* tradit *vere Activa*, qua de re agemus etiam in ſequentibus.

Digitized by Google

Adolere Verbenas, nemo activum eſſe negabit; at vero pro *creſcere* contendunt eſſe neutrum: ſed dicimus, *adolevit ætatem*, & *ad ætatem*, ſubaudi *ſe*: hinc ſæpe *adulta ætas*, *adultus autumnus*, *adulta vitia*. vide Nonium, & noſtra Paradoxa in *Euphemiſmo*. *Adoleſcit*, inquit Feſtus Pompejus, *ab Oleſco*, *id eſt*, *creſco*, *venit*: ſic enim legi debet; *unde ſiunt Adultus*, *Adoleſcens*, *Altare*, *quod in illo ignis excreſcat*. *Adoleſcit puer*, ſubaudi *ſe*, vel τὸ *adolere*. [Vide Me infra IV. 14.]

» [*Adſcendere navem*. Dictys lib. 2. *Adſcenſis navi-*
» *bus*, *ventos nacti ex ſententia*, *paucis diebus ad Trojam*
» *pervenere*: & lib. 3. *Adſcenſis curribus bellum ineunt*.]

Adulor tibi, & *adulor te*, dicimus; (7) ſed in illis ſupprimitur cognatus accuſativus; ut apud Græcos δουλεύειν δουλείαν; » [quomodo Catullus *Baſiare baſia*. Plaut. *Vo-*
» *vere votum*, *Vomere vomitum*, *Turbare turbas*, *Ludere*
» *ludum*, *Jurare jurandum*.] Tacitus lib. 16. *Ne codicillis quidem Neronem*, *aut Tigellinum*, *aut quem aliorum præpotentium adulatus eſt*: idem lib. 16. *At nunc colimus externos*, *& adulamur*. Columella lib. 7. cap. 12. *Furem*

(7) *Sed in illis ſupprimitur &c.*] Cum incertiſſima ſit hujus verbi origo, & proinde etiam primitiva ejus ſignificatio, nihil certi poſſumus ſtatuere de nativa ejus conſtructione. Crediderim tamen, Verba *Adulo* & *Adulor* fuiſſe prorſus Neutralia, & notaſſe primitus, vel ad *aulam* agere & hærere propter aliquem, cui blandiaris: vel ad *ollam* hærere, & expetere cibum: quamvis neque rejiculam putem Turnebi ſententiam, a Græco οὐρὰ, *cauda*, ea derivantis, quum R & L permutari inter ſe ſoleant, & *adulationem* canibus maxime propriam dicat Nonius. Verba autem Ciceronis, in quibus prorſus paſſiva τῷ *Adulari* creditur adhibitum, aliter expoſuerim & conſtruxerim. Nempe, *ne Aſſentatoribus patefaciamus aures*, *nec* Eos (aſſentatores) *adulari nos ſinamus*. Frequens enim eſt illa Accuſativi ante Infinitum Ellipſis. Cæſar B. Gall. II. 15. *nullum aditum eſſe ad eos mercatoribus*: *nihil pati* ſcil. Eos *vini inferri*. Sed & in Valerio Max. IV. 3. 4. ext. legitur, *Si Dionyſium adulare velles*. Ceterum cognatus ille Accuſativus, de quo jam egimus ad Caput ſuperius init. & mox iterum aliquid dicemus ad vocem *Æſtuo*, neutiquam requiritur, nedum in verbis in OR exeuntibus.

Digitized by Google

rem adulantur. Cicero *Adulari fortunam alterius* dixit 2. Divin. *Adulo* etiam dixerunt veteres. Cicero 2. Tuſcul. ex poëta veteri, *Pinnata cauda noſtrum adulat ſanguinem.* Valerius Max. *Si Dionyſium non adulares, iſta non eſſes.* Lucret. *Gannitu vocis adulant.* Hinc videtur Cicero traxiſſe paſſivum, Officior. 1. *Cavendum*, inquit, *eſt ne aſſentatoribus pateſaciamus aures, nec adulari nos ſinamus.* Valer. Maxim. *Tribunus militum adulandus erat:* idem lib. & cap. 3. *Cujus clementiam non adulatus Mucius:* idem lib. 4. *Ephæſtionem more Perſarum adulata.*

Adverſor, id eſt, Verſor ad, vel verto me tibi. Et ut *Verto* ſæpe reticet accuſativum *Se*, ut, *In glaciem vertere lacunæ:* ſic *adverſor* (8) reticet etiam accuſativum; ut, *adver-*

(8) *Reticet etiam Accuſativum.*] Minime gentium. *Adverſari* revera eſt paſſivum, æque ac *Verſari*, quod ſignificat aliquo in loco ſe movere, & vertere prorſum rurſum. Sic ergo & *adverſari alicui* eſt Seſe advertere adverſus aliquem: qua ratione æque dici poſſet *adverſari aliquem.* Certe eo modo ſe res habet in ipſo Activo, veluti, quum legimus apud Ter. Eun. II.3. 51. *Illa ſeſe interea adverterat in hanc noſtram plateam.* Quin vulgo dicimus *animum advertere*, & contracte *animadvertere aliquid*; Senſus enim eſt, animum advertere ad aliquid, vel forſan aliquid advertere ad animum. Cæſar B. Gall. I. 24. *Poſtquam id animum advertit.* Terent. prol. Andr. *Nunc quam rem vitio dent, animum advertite.* Sed tamen in ſequentibus Taciti locis plerique eruditorum interpretum partim jam ediderunt, partim edendum cenſuerunt etiam ex MStis, *averſari*, cujus eadem eſt conſtructionis ratio. Nam *Deos facinora ſua averſari*, ſicuti editur, eſt idem, quod, Deos ſe avertere, ſeu averti, ad conſpectum ſuorum facinorum. Atque hæc haud dubie præcipua eſt origo verborum, quæ *Deponentia* appellantur, quæque olim vera fuerunt Paſſiva. Nam quoniam illa Paſſiva idem prorſus ſignificabant, quod Activa tunc, quum ea reciprocum pronomen quidem requirunt, ſed perpetua pene Ellipſi omittunt, & ideo Neutrorum ſpeciem præferunt, hinc caſu (nam caſus in formandis locutionibus vel maxime valet) ſæpe factum, ut illa Activa in deſuetudinem abierint, & ſola eorum Paſſiva in uſu manſerint, atque ita tandem pro Deponentibus paſſivam ſignificationem jam habeantur. Patet id inprimis ex verbo *Vertere*, & derivatis inde. Frequens illius Simplicis & Activi uſus eſt in ſenſu Neutrali, qui idem cum Paſſivo; id quod fit per Ellipſin Accuſativi reciproci. Nam vulgatum illud, *quod bene vertat*, ſcil. *ſe*, idem revera eſt, quod ad

adverſari animo, *libidini*, *ſententiæ*. Tacitus lib. 1. expreſſit

ad ſenſum, ac ſi diceres, *vertatur*. Formatur inde *verſari*, quod ſenſum eundem exhibet, quem *verſare ſe*, ut adeo, qui *verſatur* aliquo in loco, is ex verbi vera & primitiva ſignificatione, ſeſe verſare, ſeu ipſe a ſe illic verſari ultro citroque, dicatur. Clarius hoc etiam liquet ex Compoſitis *Revertere* & *Reverti*. Nam utrumque in uſu eſt, licet alterum altero frequentius; & idem prorſus ſignificat, ſed tamen alterum revera eſt Activum, & intelligitur in eo ſæpius memoratum Pronomen, alterum vere Paſſivum. Eadem eſt ratio τῶ *Miſereo* & *Miſereor*, (Vide ad II. 3. N. 5. p. 165.) *Regredio* & *Regredior*, (Vide infra hoc Capite ad Verbum *Regredior*) *Læto*, *Lætor*, *Delecto*, (Vide Plautum Merc. III. 2. 5.) *Delector*, *Paſco*, *Paſcor*, quod poſtremum eodem modo ac ſenſu dicitur, quo *Veſcor*, de quo ad ſuperius Caput egi. Tum τῶ *Proficiſco*, h. e. porro me facio, ſeu faceſſo, & *proficiſcor*: *Potio*, & *Potior*, de quibus vide infra ad Verbum *Potior*: *Reminiſco*, h. e. in memoriam mihi redigo, & *Reminiſcor*, multorumque haud dubie aliorum, (Vide omnino Priſcianum lib. 8. p. 797. & 799.) ſed in quibus omnibus id tamen hodie non ita facile demonſtrari poteſt, quoniam primitiva eorum ſignificatio uſu eſt obliterata, & proinde nobis jam latet. Eadem ratione e contrario ſæpe ſola etiam Activa, in ſolo pene Neutrali, ſeu Paſſivo iſto ſenſu, per Ellipſin reciproci pronominis, manſerunt in uſu, atque ita ſimul Paſſivorum uſui prorſus abolendo cauſam dederunt. Talia ſunt *Deficio*, *Proficio*, *Sufficio*, *Emergo*, *Degenero*, *Nubo*, *Excello*, *Surgo*, *Succeſſo*, *Propinquo*, *Vergo*, *Migro*, *Penetro*, *Subſiſto*, *Trajicio*, &c. quæ minime ſunt Neutra, ſed plane Activa, quorum accuſativus eſt Pronominis Reciproci. Vide & ſupra ad Cap. 2. & infra ad Lib. IV. cap. 3. circa finem. Interim neutiquam diffiteor, huic analogicæ obſervationi de verbis Deponentibus ſæpe quam maxime contrarium deprehendi uſum Linguæ; etiam in illis ipſis Verbis modo a me memoratis, in quibus ceteroqui nullus videtur eſſe hæſitationi locus. Cum dicimus, *Equus paſcitur* ſive *herbis* ſive *herbas*, requirit omnino Analogia, ut id exponatur hoc modo, *equus paſcit ſe herbis* ſeu κατὰ *herbas*, vel etiam *paſcitur* a *Domino herbis* &c. Nam Domini proprie dicuntur *paſcere* armenta. Unde Cato rogatus, *quid maxime expediret in re familiari*, *reſpondit*, *Bene paſcere*, apud Cicer. de Off. II. 25. Nempe *paſcere* proprie notat alere, a Gr. πάω. Hinc Virgil. Georg. II. 189. de campo, *qui ſilicem curvis inviſam paſcit aratris*. Sed & *paſcere* quaſi neutraliter cum intellectu reciproci pronominis eſſe adhibitum olim, patet ex Sueton. Tib. 2. *Non paſcentibus pullis*, h. e. cum non paſcerent ſe, ſeu non paſcerentur pulli. Conſtat autem ex his, τὸ *paſci* vere & natura ſua ſignificationis eſſe Paſſivæ. Ejus tamen compoſitum,

Digitized by Google

preſſit accuſativum; *Sua facinora adverſari deos lamentatur*: & lib. 17. *Sed ambitionem ſcriptoris facile adverſeris*: ibidem; *Vidiſtis deos infauſtam adoptionem adverſantes.*

Æſtuo.

tum, *Depaſci*, videri poteſt ab ipſis Veteribus ita uſurpatum, ac ſi vere eſſet Activum, a quo proxime regatur Accuſativus, in quem actio exſeritur. Ut, quum Virgilius ait de Serpente filiolos Laocoontis devorante, *miſeros morſu depaſcitur artus*, quis dubitet, quin vere activa ſignificatio a Virgilio data ſit huic verbo, ſcil. mandendo & vorando conſumendi artus. Similiter in Georgicis, *atque artus depaſcitur arida febris.* Sed Catachreſis hæc eſt, quæ ſæpe vocabula uſurpat alio in ſenſu & conſtructione, quam poſtulabat analogia & origo, ſeu primitiva eorum ſignificatio. Nec mirum, quum Scriptores debeant obtemperare uſui, ſi pervulgatus eſt, uſus autem ſit penes vulgus. Quia vero imperitum, & harum rerum negligens eſt vulgus, ſæpe ille uſus, a vulgo ortus, eſt potius *abuſus*, h. e. *παράχρησις.* Quin immo ſimilis abuſus ſignificationis etiam in Activo hujus verbi reperitur apud Virgil. Georg. I. 112. *Luxuriem ſegetum tenera depaſcit in herba.* At vero recte loquendo animalia paſcunt ſe cibo ſuo, non vero paſcunt, & proinde nec depaſcunt, cibum. Sed tamen quia in paſcendo, herbas morſu demetunt, hinc *depaſcere* pro demetere, vel paſcendo ſe, ſegetes abſumere, abuſu quodam ſignificationis poſuit non modo Virgilius, ſed & Cicero aliique. Ex his vero manifeſtum, ex erroribus vulgi, & abuſu linguæ, ſignificationes ſæpe mutatas, & ita tandem factum, ut data videatur formæ paſſivæ ſignificatio Activa, licet, ſi ad primum phraſeos & conſtructionis uſum recurras, paſſiva haud dubie fuerit. Nam ipſum illud, *miſeros depaſcitur artus*, & *artus depaſcitur febris*, ſecundum naturam Grammatices, & ſignificationis primitivæ analogiam, ita exponi poteſt ac debet, paſcitur artubus illis, uſque dum nihil amplius ex iis ſuperſit. Plane ut Simplex *Paſci* apud Virgilium Georg. III. 314. de Capris, *Paſcuntur vero ſylvas & ſumma Lycei, Horrenteſque rubos, & amantes ardua dumos.* Sic porro *Abuti aliquam rem* idem fere eſt multis in locis, quod abſumere eam. Sed ſicuti *abſumere* proprie notat aliquid ſumere, uſque dum nihil ejus ſuperſit, ſic *abuti aliquam rem* eſt uti & juvari eâ, uſque dum res plane ſit conſumpta vel in nihilum redacta. Plaut. Pœn. V. 4. 29. *jam diu edepol ſapientiam tuam abuſa eſt hæc quidem: nunc hinc ſapit*, h. e. ſapientiam, quam abs te habuit, conſumpſit jamdiu, nunc ſapientiam, quam habet, habet a me. Vide & ſupra ad Cap.2. pag.281. & paulo ante ad Verbum *Abutor.*

Digitized by Google

Æſtuo. Statius, *Piſæum domus non* (9) *æſtuat annum.* Anno-

(9) *Æſtuat annum.*] Interpretare, *æſtuando exhibet annum Piſæum.* Sic enim ſæpe loquebantur Veteres, ut in Accuſativo verbis addito efferrent id, quod Actione iſtius Verbi quaſi exhibetur, ſeu effectum præſtatur. Qua ratione factum, ut verba vere Neutra acceperint aliquando conſtructionem & ſignificationem ferme Activam. In hunc cenſum referenda, quæ ſequuntur. Propert. lib. 2. el. ult. *Lynceus ipſe meus feros inſanit amores,* h. e. exhibet inſaniendo feros amores, atque ita inſaniæ ejus materia & effectum ſunt feri illi amores. Perſius I. 25. *Quam ſapimus patruos,* h. e. quum ſapientia noſtra exprimimus ſapientiam illam & ſeveritatem, qua patrui utuntur adverſus fratrum filios. Juven. *Qui Curios ſimulant, & Bacchanalia vivunt,* h. e. vita ſua exhibent ſpeciem Bacchanalium. Sic Ovidius, *Carmina ſaltantur;* Et in Arte Am. I. 501. *Et plaudas, aliquam mimo ſaltante puellam,* h. e. in ſaltando repræſentante. Horat. *Paſtorem ſaltaret uti Cyclopa, rogabat.* Plane uti Sueton. Ner. 54. *Saltare Virgilii Turnum.* Quid aliud enim hæc ſignificare queunt, quam ſaltando exhibere & agere perſonam Turni, Cyclopis, &c.? Sed tamen origo harum locutionum fuit Elliptica. Nam *ſaltare Cyclopa* dicitur utique eadem prorſus ratione & ſenſu, qua *moveri Cyclopa*, de qua Phraſi ſuperiori in capite jam egimus pag. 283. Jam vero ficuti Hæc certiſſime eſt Elliptica, & neceſſario per ellipſin explicanda, ſic & illa eodem prorſus modo formata fuit primitus, & accipienda etiamnum foret, ut Neutralis, niſi Uſu ipſo ad naturam ſeu originem locutionum non ſatis attendente, deflexa fuiſſet in ſpeciem Activæ, quæ ſpecies probatur potiſſimum ex Paſſiva Ovidii locutione, *Carmina ſaltantur.* Similiter vero exponere poſſumus, *Olet unguentum; ſpirat Deam, anhelat ex imo pectore crudelitatem, ſonat vitium percuſſa maligne fidelia,* h. e. odore ſuo odorem unguentorum, ſpiritu ſuo ſpiritum Deæ & ipſam Deam repræſentat: anhelitu ſuo efflat & declarat animi crudelitatem: fidelia ſonitu ſuo declarat & exhibet nobis vitii ſpeciem. Immo vero ſimiles ſunt omnes fere locutiones, quæ Accuſativum verbis, natura & uſu ſuo ceteroqui Neutralibus, additum habent, quo materia vel effectum actionis exprimitur. Tales ſunt ab Auctore noſtro allatæ in verbis *Clamare, Crepare, Delirare, Eructare, Ludere, Manare, Micare, Peccare, Stillare, Sudare, Tonare, Ululare,* aliiſque. Quibus adde inprimis notabile illud Flori I. 13. 17. *Cum ad iniqua pondera addito gladio, ſuperbe, VÆ victis, increparent,* h. e. increpando dicerent, *Væ Victis.* Et Pomponii Melæ III. 8. de Euphrate, qui primum *late diffuſus in ſtagna, diuque ſedentibus aquis, & ſine alveo patulis, piger, poſt, ubi marginem rupit, vere Fluvius eſt,* h. e. ubi rumpendo terram, effecit ſibi marginem & ripas. Vide etiam, quæ notavi ad Caput ſuperius

Annotat Turneb. lib. 5. cap. 3. & lib. 21. cap. 8. *Papinius*,

ſuperius plane in extremo. Jam vero, prorſus cenſeo eandem quoque rationem eſſe Accuſativi Cognati, Neutralibus juncti, maxime ejus, qui penes ſe habet Epitheton, vel Genitivum. Nam ſicuti dico *Saltare Cyclopa*, *Ludere Trojam*, *Æſtuare annum Piſæum*, *Manare picem*, *Ululare triſtia*, eadem ratione dicam, *Saltare ſaltationem Cyclopis*, *Ludere ludum Trojæ*, vel *conſimilem ludum*, ut ait Terentius, *Ululare triſtem ululatum* &c. Ita ergo, quum idem Terent. dicit *Hunc ſcio ſolide mea gaviſurum gaudia*, exponi illud poteſt, ſcio hunc ſuis gaudiis integre exhibiturum in hoc negotio eadem & paria meis; quamvis & aliter exponi queat, per Ellipſin ſcil. Præpoſitionis *ob* vel *propter*; ut apud Ciceronem in Ep. Famil. *Furis Homines tam gaviſos ſuum dolorem.* Similiter quum Cicero ait, *Magna voce juravi veriſſimū pulcherrimumque jusjurandum*; ſenſus eſt, Vel, jurans expreſſi & exhibui tale jusjurandum, ſicuti Idem ſcribit ad Atticum, *juravit morbum*, h. e. jurans dixit morbo ſe teneri: Et Cæſar B. Civ. III. 12. *idem omnis exercitus jurat*, h. e. omnis exercitus jurans promittit idem: Vel, juravi tali jurejurando, ſeu *ſecundum* & *in* aut *per* tale *jusjurandum*. Sic enim accipi poteſt etiam illud Cæſaris, quaſi diceretur, *in idem jurat omnis exercitus*. Huc refer quoque, quod Ovidius ait Metam. II. 101. *Stygias juravimus undas*, h. e. per Styg. undas. Quum vero nullum additur Epitheton, vel quod Epitheti aut Deſcriptionis alicujus vicem ſuſtineat, Pleonaſmus eſt ſignificationis & conſtructionis, uſitatus etiam in aliis linguis, qui tamen eadem illa ratione eſt expediendus. Proinde quum Gellius & Alii (Vide infra in *Servio*) dicunt ſimpliciter *Servivit ſervitutem*, ſi nolis in eo ſtatuere Ellipſin Præpoſitionis, tum vero expone id; ſerviendo exhibuit Plenam & Veram ſervitutem. Emphaſis enim quædam ineſt in illo Pleonaſmo. Vide ſuper. Cap. p.273. Eam autem viſus mihi ſum rectius exprimere non poſſe, quam tali expoſitione, qua declaravi, hanc phraſin meâ ſententiâ paulo amplius quid denotare, quam faciat ſimplex verbum *Servire*. Hoc ſi animadvertiſſet Urſinus, non ita temere, opinor, abjeciſſet eam *tricarum* nomine, ſicuti facit To. 1. p.419. ad ſimplicem Pleonaſmum iſtam phraſin rejiciens. Et eo vero, quod ita Verbis Neutralibus reperiuntur nonnunquam additi Accuſativi; neutiquam colligendum, ut ſæpe jam diximus, nulla eſſe Neutra, &, ſi quæ eam ſpeciem præferant, illa requirere ſupplementum Accuſativi Cognati, qui non modo non neceſſarius, ſed & extra iſtam, quam dixi, rationem ineptus prorſus eſt. Verum id potius colligendum; verba, quæ natura ſuæ ſignificationis, & potiſſimo uſu, vere Neutra ſunt, poſſe etiam per iſtam explicationem, quam modo dedi, & quandam quaſi Ellipſin ſignificationis, uſurpari Activo ſenſu;

Digitized by Google

pinius, inquit, *nove dixit*, æſtuat annum, *ut ſi* æſtuat æſtum ſenſu. *Miratur* Urſinus, quod hanc mutationem fieri dicam per *Ellipſin quandam ſignificationis* in qua ipſe *potius agnoſcat Pleonaſmum quendam ſignificationis*. At vero Ellipſis utique eſt, quando plus intelligi debet, quam exprimitur. Ea vero eſt plane Grammatica, quando omittitur, quod ex legibus Grammaticæ addi debuiſſet. Quando itaque dicitur ex. gr. *percutere fœdus*, pro percutere porcum ad ſanciendum fœdus, ut exponit Urſinus ipſe, ſeu pro ſancire fœdus percutiendo victimam, nulla in ea phraſi eſt ellipſis Grammatica, ſiquidem nihil deeſt, quod ad conſtructionem explendam addi debeat, at in ejus ſignificatione conſtituenda deeſt tota *victimæ* mentio, quæ ad illam explendam requiritur in interpretando. Eo itaque nomine, in talibus Neutris, quæ ſine Ellipſi Grammatica junctum ſibi habent Accuſativum, immo & in Activis, quæ ita longe petitum proxime tamen regunt Accuſativum, ineſſe dixi *quandam Quaſi Ellipſin Significationis*. Porro multa etiam reperiuntur Verba, quæ Simplicia, ſunt vere Neutra, eadem Compoſita cum quibuſdam Præpoſitionibus, uſu ſaltem facta videntur vere Activa. Talia ſunt *Concrepare æra*, *Decurrere*, *Debellare*, *Deflere*, *Edormire*, *Ebullire*, *Ejurare*, *Abjurare*, *Præſtare*, &c. Crediderim tamen, hæc quoque primitus fuiſſe vere Neutra, & per Ellipſin Præpoſitionis, licet longioris aliquando ſupplementi, ita conſtructa, at vero eam Ellipſin paulatim adeo uſu ipſo invaluiſſe, ut quædam Verba nullam retinuerint Neutralis & Ellipticæ locutionis ſpeciem, ſed omnem Activæ acceperint, ideoque etiam in Paſſivam Activæ reſpondentem tranſierint. Vide & infra Me ad Verbum *Currere*. Non tamen ita ſemper ſe res habuit, nec in omnibus Compoſitis, quæ Auctor adfert, cum Accuſativo junctis. Nam is ſæpe regitur etiam a Præpoſitione, quæ in Verbo ineſt, quæque per Ellipſin repetenda. Veluti in *Allatrare*, *Accedere*, *Adire*, *Arridere*, *Aſſentari*, *Aſſentire*, *Excedere*, *Illucere*, *Illudere*, *Impendere*, *Incumbere*, *Inſtare*, *Inire*, *Inſultare*, *Inſiſtere*, *Invadere*, *Obire*, *Præſidere*, *Prævehi* (intelligitur in his *præter*) *Subire*, *Trajicere*, *Tranſmittere*, &c. At valde in hiſce adverſantem mihi habeo Urſinum, qui contendit, Accuſativum, his & ſimilibus Verbis junctum, ſine ulla Ellipſi regi vi præpoſitionis, quæ cum Verbo eſt compoſita, & quæ idcirco non repetenda ſit ad ſupplendam Ellipſin, quam nullam ille hic agnoſcit. Vide Eum, To. 1. p. 462. 463. & To. 2. p. 274. 275. Res profecto mira, quum paſſim occurrat Supplementum illud Ellipſeos, ſeu illa præpoſitionis Repetitio, nolle hic tamen agnoſcere Ellipſin, quã agnoſcas in Verbis, quæ cum aliis Præpoſitionibus ſunt compoſita, Accuſativum non regentibus. Certe enim frequenter prorſus repetita reperitur illa Præpoſitio, etiam cum Verbis, quæ ceteroqui frequentiſſime

Digitized by Google

ſtum *quis diceret.* » [Lucretius 2. *Hos igitur tellus omnes* » *ex-*

quentiſſime ſine eâ leguntur adhibita. Quid uſitatius, quam *aſpicere aliquem?* Et tamen Cicero de Haruſp. Reſp. cap. 1. *Et ſimul ad Cn. Lentulum Conſulem aſpexit, concidit &c.* Vide me ſupra ad Verbum *Adeo*, & ipſum Urſinum To. 2. pag. 275. ubi multa iſtius generis collegit. Sed & promiſcue Veteres adhibuerant hæc Verba, modo cum repetita præpoſitione, modo ſine ea. Sæpe enim omittitur, etiam durius aliquanto, & præter conſuetudinem, ut in illo Plauti Trucul. IV. 2. 49. *Manum te injiciam quadrupli.* Manifeſtum ſatis arbitror, *Te* non regi ab *injiciam*, ſed a Præpoſitione *in* per Ellipſin omiſſa, quæ ceteroquin exprimitur paſſim. Sic *Inſtare currum & rotas* apud Virgil. Æn. VIII. 433. pro *in currum faciendum.* Sed & ſumamus Verbum *transducere* & ſimilia apud Cæſarem, qui B. Gall. I. 35. ait, *ne quam multitudinem hominum amplius trans Rhenum in Galliam transduceret.* At alibi omittit Præpoſitionem *trans*, & ſic duos Accuſativos huic uni verbo jungit, Veluti I. 12. *Helvetios tres jam copiarum partes id flumen traduxiſſe.* II. 5. *Flumen Axonam exercitum transducere maturavit.* II. 10. *omnem equitatum ſagittarioſque pontem transducit.* IV. 16. *exercitum modo Rhenum transportaret.* Quid nunc malis, Lector, utrum ſtatuere in his Ellipſin Præpoſitionis, quæ ſæpe aliis in locis repetita occurrit, an Accuſativos hoſce vi Præpoſitionis a Verbis quoque regi, licet ea alios etiam Accuſativos unice & diſerte ab ſe rectos habeant ſibi additos? Quid dices, ſi inſuper Hi Accuſativi reperiantur cum Paſſivis conſtructi? Sic B. Gall. I. 31. *ne major multitudo Germanorum Rhenum transducatur.* & II. 4. *Belgas eſſe ortos a Germanis, Rhenumque antiquitus transductos.* Manifeſtam putem, Accuſativum hic explicandum per Ellipſin Præpoſitionis. At nihil hæc movent Urſinum, qui ipſe To. 2. pag. 270. & 272. ſimilia adfert, quum Paſſiva tali Accuſativo juncta, tum Activa duplicem habentia: Et tamen talia Verba Tom. I. p. 462. cenſet *vi compoſitionis cum præpoſitione fieri Activa*, veluti *Antevenire*, *Adire*, *Accedere*, *Allatrare* &c. Quid ergo? An etiam Paſſiva *fient Activa* per eam conſtructionem, quippe cujus eadem plane eſt ratio, ſive Accuſativus ille cum Paſſivis, ſive cum Activis, conſtruatur? Quid multa? Abſurdius nihil dici poteſt, aut ſtatui. Sed & quid abſurdius excogitari poteſt eo, quod pag. 456. *Abnuere aliquid* Neutrum dicit, & ejus Accuſativum regi a Præpoſitione per Ellipſin ſuppreſſa, at *Annuere aliquid* eſſe Activum, & regere Accuſativum vi præpoſitionis, cum qua compoſitum eſt Verbum. Quin ſi Præpoſitio, cum Verbis compoſita, ita communicat cum iis ſuam vim, ut jam abſque Ellipſi Accuſativum regant, quem ceteroqui nec Ipſa, nec Simplicia eorum, regunt, quare non etiam cum

Digitized by Google

» *exæſtuat æſtus.* Juvenal. *ſi dixeris, æſtuo, ſudat,* ſub-
» audi *æſtum.*]

Al-

cum Adverbiis hanc ſuam vim communicant? Quare ipſe Urſinus ſtatuit *Verſus* eſſe Adverbium, at *Adverſus* Præpoſitionem, quia plerumque additum ſibi habet Accuſativum? quia tamen ſecundum hanc rationem regi poſſet vi præpoſitionis compoſitæ, ut adeo opus non eſſet mutare idcirco naturam totius vocabuli. Sed quæ falſa ſunt, ſolent ſibi parum conſtare. Adde jam his omnibus, quod eadem Conſtructio Accuſativi reperitur paſſim etiam cum Verbis, quæ compoſita ſunt cum Præpoſitionibus Accuſativum neutiquam regentibus. Vide me ſupra ad Verbum *Adeo.* In his vel præcipua ſunt Verba cum *E* vel *Ex*, & *Præ* compoſita, quibus ſi jungitur Accuſativus, intelliguntur per Ellipſin prorſus neceſſariam Præpoſitiones, *Extra & Præter.* Verum hoc quoque negat Urſinus, ſed ſibi minus conſtans. Nam To. 2. p. 274. *ambigit* quidem, at To. 1. pag. 455. & 463. admittit prorſus, quod de τοῦ *Extra* dixeram. Vide Me infra ad Verbum *Egredior.* Si ergo *Exire muros, Egredi urbem,* &c. elliptice dicuntur pro *exire extra muros, egredi extra Urbem,* quare quæſo non itidem Ellipticum habebitur *Allatrare aliquem* pro *ad aliquem, Annuere aliquid* pro *ad aliquid?* Hæſitat tamen potiſſimum in *Præ & Præter.* Nam ait p. 456. *ad* Præſidere provinciam, exercitum, *non ſatis quadrare hanc Ellipſin.* Et, *Nec in* Præjacere caſtra, Præminere cæteros, *dixeris intelligendum.* Præter *pro* Ante. At vero diſertus valde eſt locus Ovidii Heroid. VI. 116. *Præradiat ſtellis ſigna minora ſuis.* Ubi Accuſativus regitur nec a Verbo, nec a Præpoſ. *Præ,* ſed liquido a Præp. *Præter* per Ellipſin omiſſa. Deinde nihil eſt frequentius apud Auctores, quam illud *præter cæteros* pro *ante, ſupra.* Hinc apud Plautum Aſin. V. 2. 6. & 8. promiſcue hæc ponuntur ita, ut qui credebatur eſſe *præter alios ſiccus & frugi,* reperiri dicatur *ante omnes minimi eſſe pretii.* Nempe ſicuti *Præ,* ſic & *Præter,* inde derivatum, notaſſe itidem debuit olim *ante* & *ſupra,* etiam ſta, ut implicite quoque ſignificationem quietis in loco, non ſemper motus per locum, habeat. Sic apud Plautum *Muſtela mihi abſtulit murem præter pedes,* h. e. ante. Terent. *Erat forma præter ceteros honeſta & liberali.* Sed tamen non ita conſtanti manſit in uſu, ut dicatur *ſedere præter provinciam, jacere præter caſtra,* &c. pro Ante. At in phraſium natura & Ellipſeon origine indaganda vel maxime attendere debemus ad primitivam vocabulorum ſignificationem. Utcunque ſit, ipſe Urſinus quoque in his tamen Ellipſin ſtatuit, & mavult intelligi *ad,* ſive *quod ad,* quod mihi in hac controverſia ſufficit. Ellipſis hæc porro probatur etiam eo, quod in aliis quoque Verbis Præpoſitiones ad eam explendam adhibentur

tur

Digitized by Google

Allatrare ejus magnitudinem ſolitus erat. Livius 38. Plinius lib. 2. de Oceano; *Interna maria allatrat.* Columella in præfatione; *locupletiſſimum quemque allatrandi.* Vide *Latro*, & *Adeo.*

(10) *Ambulare viam* ſolœciſmum putat eſſe Quinctilianus,

tur aliæ, quam quibuſcum Verbum eſt compoſitum. Sic Cæſar B. G. III. 26. *omnium oculis mentibuſque ad pugnam intentis.* Sall. Catil. 40. *Adducti in ſpem maximam.* Liv. I. 34. *Notitiam eam in amicitiæ familiaris jura adduxerat* &c. Liquet ex his, Accuſativum non regi a Verbo Compoſito, ſed à Præpoſitionibus variis, vel intellectis, vel expreſſis. Quando autem Præpoſitio eadem repetitur, negari nequit Pleonaſmum in his aliquem ineſſe. Verum is ſtatuendus eſt, non in expreſſa ante Accuſativum Præpoſitione, ſed in ea, quæ cum Verbo eſt compoſita, ut recte cenſet Voſſius de Conſtruct. cap. 66. Perinde enim eſt, ſive dicam *Adire ad aliquem*, ſive *Ire ad aliquem*, niſi quod Pleonaſmo illo major quædam Emphaſis notetur. Quod vero Ellipticus ille Accuſativus Verbis compoſitis additus, convertitur ſæpe in Nominativum Paſſivi, non habet id magni argumenti vim, quum ex abuſu oriatur, ut Nota ſeq. probabimus, & agnoſcit ipſe Urſinus To. I. pag. 413. exemplis a me allatis uſus.

(10) *Ambulare viam.*] Dicitur haud dubie per Ellipſin præpoſitionis, & proinde nec Solœciſmus in hac e't locutione, nec Accuſativus Cognatus deeſt in *Ambulare per viam.* Probatur id, ni fallor, manifeſte ex Cicer. Famil. XI. 13. *Itinera multo majora fugiens, quam ego ſequens.* Ubi itidem Accuſativus legitur junctus verbis *fugere* & *ſequi*, ſed certa cum Ellipſi præpoſitionis. Similiter Virgil. Æn. XII. 753. *Mille fugit refugitque vias*, Cervus ſcil. cui inſtant Canes. Sic Horat. Od. 1. 2. ubi Jupiter dicitur *ſacras jaculatus arces* pro *in arces.* Obſtare quidem noſtræ videtur ſententiæ, quod dicitur etiam *Ambulatur via*, ut & *Navigatur mare.* Sed quo magis rem perpendo, eo minus tribuo huic argumento, quod petitur a locutionibus paſſivis ad rejicienda verba Neutra; cum locutiones iſtæ ſint maximam partem prorſus catachreſticæ, & ex manifeſto ſæpe errore ortæ, ſicuti jam oſtendi ad Cap. 2. pag. 272. & p. 277. & hic certius etiam declarabo. Etenim ſi dicam *Dormio totam noctem*, *vixit centum annos*, nemo utique eruditorum, qui modo animum attendet, aliter accipiet hoſce Accuſativos, quam qui regantur, non proxime a Verbo, ſed a Præpoſitione, ad Temporis durationem exprimendam adhiberi ſolita. Vide ipſum Sanctium infra IV. 13. init. Nihilominus ita accepti aliquando ab ipſis Veteribus reperiuntur, tanquam ſi penderent proxime & proprie a Verbo, ſi modo quid tribuendum locutionibus Paſſivis in hoc negotio.

nus, rectius dixiſſet *pleonaſmum*: nam ut, *ambulare viam*,

Nam ſicuti τῷ *Ego amo te*, reſpondet, *Tu amaris a me*, ſic etiam ex illis Verborum Neutrorum locutionibus formaverunt nonnulli ſimiliter plane iis reſpondentes Paſſivas, Accuſativo in Nominativum converſo. Sic enim Cæſar B. Gall. V.39. quum referret oppugnationem caſtrorum Romanorum a magna multitudine Gallorum ſubito factam, ait; *Ægre is dies ſuſtentatur.* Atqui certiſſimum eſt, ſi in Activo dictum fuiſſet, *Ægre Romani ſuſtentarunt hunc diem*, non aliter id explicandum fore, quam hoc modo, *Ægre Romani ſuſtentarunt Gallos in* vel *per hunc diem.* Et tamen hic dicitur in Paſſivo, per abuſum utique manifeſtum, ipſe *dies ſuſtentari.* Similiter Martialis. *Tota mihi dormitur hiems.* Ovid. *Jam tertia vivitur ætas*; *Noctes vigilantur amaræ.* Vide & Me infra ad Verbum *Dubito.* Eadem porro ratio eſt & horum ſeqq. *Quaque ibis, manibus circumplaudêre tuorum*: *Finitimis quamvis circumſoner armis*: *Urbs aditur. Si arrideantur. Obſtrepi bellicæ laudes videntur.* Neutiquam enim inde conficitur, in hiſce locutionibus *vigilare noctem*, *circumſonare aliquem*, *Obſtrepere aliquem* &c. Accuſativum regi vi ipſorum Verborum, ut regi deberet, ſi recte converteretur in Nominativum Paſſivi. Nam *ſonare aliquem* ſignificat, non, ſonitum ciere adverſus vel apud aliquem, ſed, ſonitu ſuo aliquem exprimere, vel exhibere, ut, *Vox hominem ſonat*: *Fidelia ſonat* *vitium.* Quid ergo? Accuſativi illi manifeſte reguntur a præpoſitione per Ellipſin repetenda, & tamen, quo jure, qua injuria, in Nominativos ſunt converſi. Sic igitur neque ex eo, quod occurrunt aliquando, *Ambulatur via*, *Navigatur mare*, *Res illa certatur*, *Hic ſtatus una omnium voce gemitur*, *Bellum hoc tibi militabitur*, *Ne victoria quidem plauditur*, *Triumphantur Medi*, non ex eo, inquam, concludes recte, verba illa in Activa forma varios recipere Accuſativos, eoſque regere vi ſua, licet, tanquam ſi ita res ſe haberet, formatæ ſint inde Paſſivæ illæ locutiones abuſu quodam. Revera enim Neutra ſunt primitiva ſignificatione & uſu. Nam quid ex. gr. *Triumphare* aliud notat, quam triumphum agere, quæ eſt utique Actio in ſe ſubſiſtens & permanens. Quando ergo illi jungitur Accuſativus alienus, is per Ellipſin præpoſitionis eſt interpretandus. Eodem enim ſenſu dicitur *triumphare Medos*, & *de Medis.* Si contendas ex paſſivo, priorem illam locutionem eſſe vere Activam, maneret tamen vel ſic poſterior Neutralis, atque ita prior ſi active ſumenda, foret id ex abuſu ortum, quum verbum abſolute alioqui conſtruatur, & abſolutam natura ſua deſignet actionem. Neque verear tale quid affirmare, etiamſi in quibuſdam abuſus ille conſtanti dein uſu demonſtrari poſſet confirmatus & comprobatus. Nam hoc ſæpe etiam accidiſſe, ſed ita, ut tunc ſimul mutata quoque

am, vel *iter*, eſt ἀρχαϊσμὸς, & πλεονασμὸς, ita *longum* *vel*

que ſuerit primitiva verbi ſignificatio, veriſſimum eſt, ut ſupra jam pag. 278. 279. oſtendi. Exemplo ſit ex quampluribus etiam verbum *deſiderare*, quod primitus Neutrum fuit, Actionem in ſuo ſubjecto abſolvens. Significavit enim, ſi originem vocabuli ſpectes, unde natura ejus & primitiva ſignificatio eruenda, ſidera conſtanter intueri, ut ex iis divines de rebus futuris, quas expetis & cupis. Quando ergo dicebatur, *deſiderare aliquid*, dicebatur id eodem modo, quo *conſulere aliquid amicos*, quo *pallere, ſtupere, dolere aliquid* &c. Immo etiam, quo *Geſtire aliquid*: cujus ſenſus eſt, geſtus edere præ lætitia aut præ deſiderio alicujus rei. Plautus Mil. Glor. IV. 5. 15. PA. *Reddam impetratum.* PY. *At geſtio.* PA. *at modice decet; moderare animo, ne ſis cupidus.* Hic vides *Geſtio* ab ipſo Auctore exponi per *Sum cupidus*. Hinc jam paſſim illud cum Infinito conſtruitur loco Accuſativi. Terent. Phorm. II. 1. 30. *Ipſum geſtio dari mihi in conſpectum*, h. e. valde cupio. Suetonius Calig. 6. *Geſtientes vota reddere.* Cicero Famil. VI. 20. *Nihil eſt cur adventibus te offerre geſtias.* Similiter ergo *deſiderare aliquid* proprie notat, ſidera ſpectare propter aliquid, ſeu per ſidera explorare, utrum, quod cupis, tibi ſit eventurum, nec ne. Jam vero quia Accuſativus, iſta licet conſtructionis ratione, plerumque huic verbo fuit additus, & quia eo exprimebatur res, quæ in votis erat, & propter quam fiebat illa exploratio; hinc factum tandem, ſimul ut ille Accuſativus haberetur tanquam proxime dependens a verbo, ſimul ut mutaretur prorſus ſignificatio verbi ex Neutrali ſeu Abſoluta, ſidera intuendi propter aliquid, in Activam, expetendi illud ipſum, propter quod ſidera ſpectabas. Adde his *Petere aliquid*, ſimili modo & dictum & exponendum, ut oſtendimus infra IV. 4. ad vocem *iter*. Similiter *Præſtare alteri* eſt revera Neutrum & notat proprie, Stare præ altero; h. e. potiorem eſſe altero. At uſu ipſo Verbum hoc factum videtur Activum quoque, quum invaluiſſet illa phraſis *Præſtare aliquid alteri*, pro, effectum dare, exhibere. Et hinc *Præſtare ſe Virum* ſcil. ſibi vel alteri. Sed tamen etiam in omnibus hiſce, & ſimilibus, Accuſativus videtur a Præpoſitione primum rectus, & per Ellipſin poſitus, quaſi diceretur, Præſtare alteri in aliquo negotio, ſeu, quod ad aliquod negotium. Nam qui aliquem juvat aliqua re, is in ea eſt altero potior, ſeu præſtat alteri. Verum ita mutatam eſſe paulatim ipſo illo uſu Primitivam Verbi ſignificationem, negari nequit. Abuſus hi revera primum fuerunt, ſed qui poſtea adeo recepti ſunt uſu perpetuo, ut ſecundum activam illorum verborum ſignificationem formata ſint non modo Paſſiva, ſed & Derivata quamplurima, nihil prorſus primitivæ ſignificationis retinentia. Ad talem abuſum refero etiam locutiones Paſſivas Imperſonalium

vel difficile iter ambulare, neceſſario & eleganter dicetur; quum ſimpliciter ex Activo retentas. Nam ſicuti dicimus activa forma, *Quem mihi pudet*, ſic & Paſſiva dicitur, *Quem nihil puditum eſt.* Sic Corn. Nep. Attico 15. *Nunquam ſuſcepti negotii eum pertæſum eſt.* Immo ad hoc exemplum etiam Cicero dixit, *Quos non eſt Veritum, in Voluptate ſummum bonum ponere*; licet *Id veret me*, aut *id Veretur me*, ut *id pudet me*, non ſit ullo in uſu. Vide Gellium XV. 13. Non poſſum hæc aliter concipere, quam impersonaliter primitus dicta, *puditum eſt, pertæſum eſt, veritum eſt*, atque aliam fuiſſe conſtructionis rationem Accuſativi *Quem* in eo, *Quem nihil pudet*, aliam & ellipticam in eo, *Quem nihil puditum eſt*, ſed dein, perſpecta neutiquam nec conſiderata Conſtructionis analogia: ſimpliciter unum ad exemplum alterius ex abuſu a plerisque adhibitum, & ſicut eodem modo conſtruitur *licuit & licitum eſt*, ſic per incuriam aut abuſum eodem modo conſtructa etiam *Puduit & puditum eſt*, immo hanc ipſam formam habitam paulatim pro præterito Activi, *pudet.* Patet ex his, quomodo vere mutata ſæpe fuerit per abuſum, & quendam vulgi errorem, verborum natura & ſignificatio. Sed tamen neutiquam ſemper abuſus ille uſu confirmatus fuit, & proinde minime ex rarioribus quibuſdam paſſivæ formæ locutionibus pronunciari recte ſemper poteſt de natura conſtructionis & ſignificationis Verborum in O exeuntium, ita ut ex Neutris fiant Activa. Neque ipſi Sanctius, Scioppius, Voſſius, Urſinus &c. ſemper recipient illam viciſſitudinem, ut ex paſſivis locutionibus, apud Poëtas maxime occurrentibus, conſtituatur Natura Activorum. Sic enim Ovid. *Largaque provenit ceſſatis meſſis in arvis*, h. e. in quibus ceſſatum eſt. Idem, *ceſſataque tempora curſu Corrigit. Immenſum eſt erratas dicere terras. Certatam lite Deorum Ambraciam.* Alii *regnata rura, ſudata veſtis, placenda dos eſt, pereunda eſt puppis.* Immo vulgatum eſt, & uſu receptum, *Conclamata res.* Neque enim hæc verba referent Viri docti in numerum eorum Activorum, quæ varium recipiant Accuſativum, ſicuti referre deberent, ſi illis Poëticis locutionibus eſſet quippiam tribuendum ad conſtituendam analogiam & naturam Verborum. Nam ſic recte diceretur, *Ego regno urbem, ceſſo arva, ſudo veſtem, Placeo dotem, pereo puppim*, quæ certus ſum a viris Doctis improbatum iri. Vide & infra ad V. *Aſſurgo*, ubi videbis Ciceronem ipſum conjunxiſſe in eandem Conſtructionem, *ſalutari, appeti, decedi, aſſurgi, deduci*: quæ tamen diverſæ prorſus naturæ ſunt & conſtructionis in Activo. Nec enim dicitur, *decedere*, aut *aſſurgere aliquem*, ut *ſalutare, appetere, deducere aliquem*, quod tamen ex Paſſivis hiſce ſequi deberet, ſi inde colligi quid poſſet ad naturam Activorum conſtituendam. Quemadmodum ergo hæc licentia quadam & abuſu formata ſunt,

Digitized by Google

quum vero dicitur, *ambulare per viam*, deeſt accuſativus

ſunt, tanquam ſi eorum quoque activa varios reciperent Accuſativos, quod tamen non faciunt, ſic eadem licentia & abuſu ex reliquis vere Neutris ſimpliciter formata ſunt primum haud dubie a Poëtis, dein ab aliis recepta, Paſſiva, etiam illa, quæ *Imperſonalia* dicuntur, quum tamen, quæ vere Neutra ſunt, ſicuti non recipiunt Accuſativum patientem, in quem tranſeat ſua actio, ſic eadem ratione non recipiant formam paſſivam, cui præmitti debeat Nominativus ejuſdem ſignificationis, cujus eſt ille patiens Accuſativus. Quin immo, ſicuti, licet a *Fio* & *Sum* formaverint veteres *Fitur* & *Eſtur*, unde *Poteſtur*, Sanctius tamen aliique ea verba habent pro maxime Neutris, h. e. nec Activis ullo modo, nec vere Paſſivis: ſic nulla proinde ratio eſt, etiamſi occurrant *Valetur*, *Caletur*, *Dormitur*, *Statur*, *Venitur*, &c. *Ambulatur via*, *Aditur Urbs*, *Metuuntur mala* &c. quominus etiam iſta & ſimilia verba vere tamen ſint Neutra. Sed & in Verbis quæ cum duobus Accuſativis conſtrui ſolent, alter utique per Ellipſin neceſſario eſt interpretandus ex ipſius Sanctii ſententia, quippe qui diſerte ſupra II. 5. in extr. *Duos Accuſativos diverſæ rei Verbum regere non poteſt.* Immo id *Falſiſſimum* pronunciat IV. 13. init. Et tamen uterque ille Accuſativus in Paſſivis locutionibus in Nominativum convertitur aliquando, licet nunquam ſimul. Præcipuum horum Verborum eſt *Doceo*, unde dicimus *Doceo te artem* in Activo: ſed & in Paſſivo utrumque, licet ſeparatim, *Tu doceris a me*; Cicero de Offic. III. 3. *Itaque quum ſint docti a Peritis, facile deſiſtunt a ſententia.* Et, *Ars* vel *Res quapiam docetur a me*; Cic. Famil. XII. 15. *Quæ vere erant facta, & a nobis docebantur.* Ita vides, Lector, paulatim me, exploſa penitus illa objectione, quæ a Paſſivis petebatur, deveniſſe certius in hanc ſententiam, ut cum Grammaticis prioribus admittam in arte noſtra diſtinctionem verborum in *Activa*, *Paſſiva*, & *Neutra*. Neque vero obſtat nobis, quod ſæpe eadem verba reperiantur promiſcue, modo in Conſtructione Neutrali, modo in ſpecie Activæ. Exempla vide in verbis, *Careo*, *Caveo*, *Conſueſco*, *Decet*, *Egeo*, *Fio*, *Feſtino*, *Manſueſco*, *Laboro*, *Luceo*, *Nato*, *Noceo*, *Propero*, *Quieſco*, *Servio*. Nam eadem licentia dixerunt promiſcue, modo Neutraliter ex. gr. *Quieſco*, modo Active *Quieſco te*, mutata inſuper ſignificatione; qua licentia unum idemque Verbum & Nomen ſæpe diverſis declinaverunt Modis: & qua licentia, ut modo oſtendimus, per abuſum, qui aliquando uſu receptus, vel etiam alia ratione, ex Neutris ſæpe fecerunt paulatim Activa: & qua denique multis etiam aliis verbis diverſam pro lubitu dederunt ſignificationem & conſtructionem, ut dixerint promiſcue *litare Deos*, & *litare ſacra Diis*; *Ego doleo*, & *Hoc dolet mihi*; *Luere cædem piaculo*, & *luere pœnam cædis*, aliaque ſimiliter.

vus cognatus; nam &, *ambulatur via*, apte dicitur. Cicero 2. Finium dixit de Xerxe; *Ambulare maria, & terram navigare.* Plinius lib. 23. cap. 1. *Si ambulantur ſtadia bina.* Vide *Sedeo.*

(11) *Anhelare ſcelus*, dixit Cicero 2. Catil. Auctor ad He-

Interim non diffiteor, nonnulla habere ſpeciem Neutrorum, ſeu conſtrui conſtanter tanquam Neutra, h.e. ſine Accuſativo, quæ tamen revera & natura ſua ſunt Activa, & Accuſativum, quoniam ille ſemper eſt idem, per Ellipſin omittunt. Talia ſunt, tum quæ vim actionis ſuæ in Accuſativum reciprocum, ſed per Ellipſin ſuppreſſum, exſerunt, veluti *Deficere*, *Nubere*, *Revertere* &c. de quibus ſupra ad vocem *Adverſari*; Tum etiam, quæ quidem alienum requirunt Accuſativum, ſed itidem omiſſum, quoniam & ille unus ferme & idem, ac perpetuus eſt in illo verborum uſu. Veluti *Imponere alicui*, ſcilicet fallaciam vel ſarcinam. *Merere* ſcil. ſtipendium. Sic *Ignoſcere, Obtrectare, Officere, Parcere*, *Pergere*, *Plaudere*, *Providere*, *Proſpicere alicui*, &c. Ceterum ſicuti hæc falſo accenſerentur Neutris, ſic nequaquam pleraque hujus Capitis, quæ inter *falſo Neutra* memorat Auctor. Nec eum quicquam juvat, quod Accuſativus iis additus aliquando reperitur. Id enim factum, ſiquidem Accuſativus ille vere regitur Verbo, vel quod nonnulla verba Veteres promiſcue conſtruxerunt, modo ut Neutra, modo ut Activa: vel quod nonnulla ex Neutris primitus facta ſunt tandem Activa per Abuſum, tum etiam per peculiarem illam rationem, de qua in ſuperioris Notæ initio egi. Quod ſi nihil horum eſt, Accuſativus ille non a Verbo, ſed a Præpoſitione per Ellipſin ſuppreſſa regitur, non modo in Verbis, quæ Compoſita cum Præpoſitione Accuſativum poſtulante, ut jam monuimus, ſed & in aliis, ubi deſideratur præpoſ. κατὰ. Vide talia, quæ Auctor Noſter perperam in Activas vere locutiones retulit, in *Abnuere*, *Annuere*, *Cedere*, *Concedere*, *Conſulere*, *Dolere*, *Dubitare*, *Conqueri*, *Erubeſcere*, *Errare*, *Gaudere*, *Gemere*, *Horrere*, *Latrare*, *Manere*, *Militare*, *Morari*, *Occumbere*, *Pallere*, *Pavere*, *Paſci*, *Placere*, *Pertæſus*, *Sibilare*, *Sitire*, *Studere*, *Stupere*, *Succenſere*, *Suſpirare*, *Tremere*. Tam frequens autem eſt hæc Ellipſis in Lingua Latina æque ac Græca, ut quamplurima etiam, quæ videntur vere Activa, per eam tamen potius ſint explicanda. Talia ſunt, *Conſulere aliquem*, *Metuere*, *Timere aliquem*, vel *aliquid*, *Exſpectare aliquem*, *Faſtidire aliquem*, & multa forſan ex iis, quæ modo conceſſimus etiam Active conſtrui, Veluti *Careo*, *Caveo*, *Egeo*, *Decet*, &c. Hæc paulo fuſius & conjunctim pertractare, atque ita abſolvere malui, quam ad ſingula verba per partes ſpargere.

(11) *Anhelare ſcelus.*] Simplex *Halare*, & Comp. *Anhelare*, ejus videntur

Herennium lib. 4. *Anhelans ex infimo pectore crudelitatem*, Cicero 2. naturæ Deor. *Tunc gelido validum de pectore frigus anhelans* Perſ. Satyr. 1. *Grande aliquid, quod pulmo animæ prælargus anhelet.* Idem Cicero 3. Orat. *Verba inflata, & anhelata.*

Annuit omnia omnibus; Catul. in epithalam.

Appellere ad littus, deeſt *navim*, vel *ſe*, vel accuſativus cognatus. Valer. Maxim. libro 1. cap. 7. *Quum ad litus navim appuliſſet.* Terentius; *animum ad ſcribendum appulit*: [idem; *Haud auſpicato me huc appuli*] Vide in Ellipſi *Navim.*

» [(12) *Appetit meridies*, Plaut. *Tempus appetit*, Livius, » Subaudi, *viam*, vel *iter*: nam & ſic *Petere* uſurpatur. » Virgil. *Sic Turno quacumque viam virtute petivit.* Ci- » cero; *ille incertus ubi eſſem, alium curſum petivit.* Vide » in Ellipſi, *Iter.*]

» [*Arare*, ſubaudi *terram.* Varro 1. ruſt. 2. *Cum ho-* » *mines paſtoritiam vitam viverent, neque ſcirent etiam* » *arare terram.*]

Ardeo te videre; *Ardet in illa*; *Ardebat amore*; *Ardet in arma*, ſubaudi, *ardorem*, vel *τὸ ardere*: & ut dicendum erat, *ardeo ardorem*; ſic dicimus, *ardet pecunias*, *ardet virginem*, *Corydon ardebat Alexim*: » [quia Cory- » donis ignis & ardor erat Alexis.] (13) Vide *Palleo*, & *Doleo*,

Arrideo.

videntur eſſe ſignificationis & conſtructionis Verba, ut modo pro Neutris, modo pro Activis, haberi debeant. Exempla utriuſque uſus paſſim obvia. *Anhelare ex intimo pectore crudelitatem* eſt idem ac ſi diceretur, anhelare ſpiritum, qui declaret animum crudeliſſimum, & conſilia crudelitatis. Sic plane *Eructare cædem.* Vide Me infra ad hoc Verbum.

(12) *Appetit meridies.*] Vide quæ de Verbo *Petere* & Compoſitis diſputavimus infra IV. 4. Mea certe ſententia *Appetit tempus* notat, *accedit*, *appropinquat.* Sicuti *petere* & *appetere aliquid* idem fuit primitus, quod, Ruere ad aliquid.

(13) *Vide Palleo.*] Immo potius Notas ſupra ad Cap. 2. circa finem, & ipſum Sanctium infra in v. *Doleo* & *Pereo*, aliter & paulo rectius ibi ſentientem.

Digitized by Google

Arrideo. Cicero de optimo genere; *Quum aut non adhibeantur ad cauſas, aut adhibiti derideantur: nam ſi arrideantur, eſſet id ipſum Atticorum.* Agellius; *Cn. Flavius* (14) *id arriſit.*

Aſpirare. Virgil. *Ventoſque aſpirat eunti.* Quinctil. in præfatione; *Tantum ingenii aſpiret.* Columella lib. 1. cap. 6. *Et modicis feneſtellis Aquilonibus inſpirentur.*

Aſſentabor, quidquid dicet mulier, Plaut. Sed hic melius deſideratur præpoſitio. [Etiam in eo, quod ſequitur.] Ter. Eun. *Poſtremo imperavi egomet mihi omnia aſſentari.* quanquam Lambinus legit, *aſſentiri.*

Aſſentior, & *aſſentio.* Plaut. Amph. *Mihi quoque adſunt teſtes, qui illud, quod ego dicam, aſſentiant.* Cic. 4. Academ. *Vitioſum eſt aſſentiri quidquam falſum:* idem; *cætera aſſentior Craſſo:* idem *nam neque ego aſſentior illud Theophraſto.* [Accuſativi hi reguntur a repetenda Præpoſ. *Ad.*]

» [*Aſſueſco.* Liv. *Caritas ipſius ſoli, cui longo tempore » aſſueſcitur.* Horat. *Qui pluribus aſſuevit mentem cor- » puſque ſuperbum.* Vide *Inſueſco.*]

Aſſurgo. (15) Cicero in Officiis; *Hæc enim ipſa ſunt honorabilia,*

(14) *Id arriſit.*] Pro *ad id arriſit.* Nam *Ridere, Arridere* &c. certiſſime ſunt Neutra. Accuſativus per Ellipſin Præpoſitionis illis additur. Nec obſtat, quod etiam in Paſſivi Nominativum reperiatur converſus. Vide ad Verba *Ambulare, Obſtrepere, Dubitare,* & alia.

(15) *Cicero in Officiis.*] Immo in lib. de Senect. cap. 18. Notabilis autem eſt conjunctio verborum diverſiſſimæ conſtructionis: *Salutari, appeti, decedi, aſſurgi, deduci, reduci, conſuli.* Longe enim aliter dicitur *Salutari, deduci,* &c. quam *decedi aſſurgi.* In illis enim intelligitur ſolennis Infinitorum Accuſativus *Te,* quem certe hæc reſpuunt. Atſiue adeo hinc confirmatur clariſſime, quod ſupra Cap. 2. pag. 273. & ad vocem *Ambulare* diſputavi, ſæpe euphoniæ & concinnitatis gratia eodem modo, quo præcedentia, conſtrui nonnulla & formari, quæ ceteroquin eam formam & conſtructionem reſpuerent. Sic Salluſt. Catil. 2. *Quæ homines arant, navigant, ædificant, virtuti omnia parent:* ubi τὸ *navigant* æque Activum videtur, ac τὸ arant, licet ſit revera Neutrum. Neque tamen neſcio, etiam alibi cum Accuſativo reperiri conſtructum, ſed non alia ratione,

norabilia, quæ videntur levia atque communia, ſalutari, appeti, decedi, aſſurgi. Idem 1. Inventione; *Ut majoribus natu aſſurgatur.* Sueton. Auguſto; *Aſſurrectum ab univerſis in theatro.* Sed dices, hæc eſſe impersonalia: at ego Platoni & Ariſtoteli accedo, qui verbum ſine ſuppoſito negant eſſe poſſe. Vide *Surgo.*

» [*Attendere*, ſubaudi *Animum.* Lucill. 23. *Rem cog-* » *noſcat ſimul, & dictis animum attendat, poſtulo.*]

Attinet, attineo, idem fere quod, *teneo*, ſeu *tango*: quare ſi hæc activa, & illud quoque. Plaut. Bacch. *Ita me vadatum amore, vinctumque, attines*: idem Captivis; *Nunc jam cultros attinet.* Tacitus lib. 1. *Ni proximi prehenſam dextram vi attinuiſſent*: ibid. *Poſt diſcordiis attinemur*: idem lib. 13. *Cujus cura attinebatur damnata veneficii nomine Locuſta.* Ibid. *Velut vinculo ſervitutis attineri*: ibid. *Si ultra unam alteramque noctem attineretur*: ibid. *Sed imperium ejus attinuerunt Senatores*: ibid. *Ne tamen ſegnem militem attinerent*: idem lib. 3. *Attineri publica cuſtodia.* Apulejus de mundo; *Quinque conjuges copulæ his ordinatæ vicibus attinentur.* Quum dicimus, *Hoc attinet ad me*, (16) deeſt *ſe*, vel accuſativus cognatus.

» [*Audeo dicere*, eſt audeo dictum; hinc *dimicare au-* » *detur*; Nepos in Miltiade: *Hoſtes fore tardiores, ſi ani-* » *madverterent, auderi adverſus ſe tam exiguis copiis di-* » *micare*, pro, dimicationem auderi. Dictys lib. 2. » *Eos*

ratione, quam qua dicitur *ambulare viam*, &c. Similiter Terent. Eun. I. 2. 113. *Dies noctesque me ames, me deſideres, Me ſomnies, me exſpectes, de me cogites, Me ſperes, me te oblectes.* In quibus alia certe ratione dicitur, *Me ames*, alia *Me ſomnies*, pro quo uſitatius diceretur, *de me ſomnies*, æque ac dixit, *de me cogites.* Ceterum *Aſſurgere alicui* vere eſt Activum, ſed Ellipticum. Nam dicitur pro *Aſſurgere ſe alicui.*

(16) *Deeſt ſe, vel Accuſativus Cognatus.*] Immo *Se*, non Accuſativus Cognatus, qui hic ſtatui non poteſt. Et ſic plerumque ſe res habet, quando Sanctius inter hæc dubius hæret. Plaut. Pœn. V. 4. 8. *Certo quidem, quod ad nos duas attinuit, prapotentes fuimus*, ſcil. *Se.*

Digitized by Google

» *Eos facinus auſum expletumque docent.* Livius lib. 25.
» *Electis ad rem tantam agendam audendamque idoneis*:
» & 26. *Numidam promtum ad omnia audenda.*]

Bellare, (17) ſupple *bellum.* Homerus, ἄπρηκτον πόλεμον πολεμίζομεν, id eſt, *infectum bellum bellamus*: Vide *Pugno.*

Cadendum eſt in unius poteſtatem. Cicero Attico libro 8. ep. 13. (18) *Cado* igitur activum eſt; nam hoc participium niſi a verbis paſſivis non deſcendit; ut, *Scelus in illum non cadit*, ſubaudi, *caſum* vel *ſe.*

Caleo, ſubaudi *Calere*, id eſt habeo calorem; unde metaphorice, *calere virginem*, vel *virgine*; & fuiſſe aliquando tranſitivum indicat Plaut. Capt. *Quaſi, quum caletur, cochleæ in occulto latent*: idem Truculento; *Quum caletur maxime*, id eſt, quum calor eſt, vel fit calor. (19) Vide *Æſtuo.*

Careo pecuniarum, id eſt, habeo caritatem pecuniarum, » [ſive, ut vulgo dicunt, carentiam.] *Careo pecuniis*, id eſt, caritatem a, vel de, pecuniis. Eſſe activum

(17) *Supple bellum.*] Immo nihil. Nam *Bellare* eſt plane Neutrum.

(18) *Cado igitur Activum eſt.*] Nullum eſſe hoc argumentum abunde probavi ſupra ad Vocem *Ambulare.* Neque vero dubito, quin *Cado*, cum Compoſitis, ſit Neutrum. Colvius tamen ad Apulejum Metam. III. p. 42. *recidere, decidere*, pro *rejicere, demittere*, apud Plautum & Apulejum poſita putat, ſed corruptis deceptus exemplaribus. Nam in hodiernis & emendatioribus aliter legitur. *Intercidit* autem, quod ibidem adfert ex Apulejo in his Verbis, *nec acerbæ mortis meæ caſus fœdus caritatis intercidit*, non eſt a *Cadere*, ſed a *Cædere. Cadere* autem derivandum puto, non a κάτω, ut vult Voſſius, nec a χάζω, *recedo*, aut *capio, hiſco*, ſed a γαῖα, *terra*, quia quidquid *cadit*, fertur deorſus in ſolum *terræ.* Sic a Gr. Καίω, *uro*, eſt *Candeo* Latinis, & obſoletum *Cando*, unde *Accendo, Incendo*, litera N primum, & dein D interpoſita, ut ſolet. Vide Voſſium de Permutatione literarum. Porro *Cadendum eſt* dicitur ſenſu Imperſonali, de quo Vide me ad Caput I. hujus Libri pag. 262. & infra ad Cap. 8.

(19) *Vide Æſtuo.*] Sed maxime, quæ notavi ad Caput 2. de Neutris, & hoc Capite ad V. *Ambulare.*

Digitized by Google

vum (20) indicat illud Terentii Eunucho; *Præterquam tui carendum quod erat.* » [Ovid. epiſt. Penel. *Virque mi-* » *hi demto fine carendus abeſt.*] & olim frequenter habuit expreſſum accuſativum. Nonius; *Carere rem bonam*, *dici poteſt.* Turpil. *Meos parentes careo.* Plautus; *Collum collaria caret*: idem, Curculione; *quia id, quod amo, careo.* *Careo pecuniam* citat ex Catone Cæſar Scaliger. Nebriſſenſis quoque; *Accuſativo*, inquit, *jungebantur*; ut, *Meos careo.*

(21) *Caveo te*, activum eſt Nebriſſenſi; at vero *cave tibi*, neutrum. Non ita eſt. Sed *caveo tibi*, ſubaudi damnum, vel malum. Vide *Metuo.* Plaut. Moſtell. *Jubet cavere malam rem prius.* Satis tritum eſt, *Cave tibi malum*; qua figura dixit Cato cap. 5. Ruſtic. *Scabiem pecori vel jumentis caveto.* Cicero initio Topicor. *Quum mihi, meiſque multa ſæpe caviſſes*: & 1. Officior. *Et huic ſimile*

(20) *Indicat illud &c.*] Nequaquam hoc indicat illa Terentii locutio, ut oſtendimus jam p. 306. &c. Ipſum Verbum apud optimæ ætatis Auctores Neutrum eſt, at apud Priſcos etiam Activum, niſi potius illas locutiones cum Accuſativo per Ellipſin tunc uſitatiſſimam Priſci formarint, quod magis putem. Quin crediderim fere, *Careo*, *Carere*, eſſe, ut ſolent hujus formæ vocabula, vere Neutrum, at *Caro*, *Carere*, quod in lana purganda propriam paulatim fixit ſedem, eſſe Activum; utrumque autem ejuſdem eſſe originis, repetendæ forſan primitus a Verbo Κείρω, *tondeo*, *ſcindo*, *diſſipo*, cujus in derivatis I plerumque abjicitur, & E mutatur ſæpe in A. Sic itaque *Careo* dictum primitus fuerit de Eo, qui orbatus eſt rebus quibuſdam, at *Caro* de eo, qui ſeparat aliquid, & ſeparando etiam purgat. Vide etiam, quæ mox ad V. *Caveo*, & dein ad V. *Jaceo*, notabimus.

(21) *Caveo te, activum &c.*] Si originem ſpectes, videtur fuiſſe Neutrum. Proprie enim ſignificaſſe videtur, in *cavo* vel *caverna* ago, ubi tutus ſim ab omni aëris, pluviæ, frigoris injuria. Hinc *cavere ſibi*, & *cavere aliquid*, h. e. in caverna agere, ut ſibi conſulat, & propter aliquid in cavernam ſe recipere, ac ita proſpicere ſibi ad aliquid mali effugiendum. Sicuti autem a *Cavo* eſt *Cavea*, ſic & Verbum *Caveo*, ut recte cenſuit Varro lib. IV. de L. L. Sed vel maxime originem & naturam verbi declarat, quod huic Neutro reſpondet Activum *Cavare*, ut τοῖς *Sedere*, *Sedare*; *Placere*, *Placare*; *Fugere*, *Fugare*; &c. Vide ad Cap. 2. p. 271. 272.

Digitized by Google

ſimile vitium in geſtu motuque cavetur. Frigora & jurgia cavere, dixit Ovidius. Salluſt. Jugurth. *Ita nec caveri anceps malum.* Suet. in Galba; *Cavere periculum.* Et Cicero; *Cavere inſidias, & intemperantiam*: idem 1. Orator. *quam ſit bellum cavere malum*: idem; *In cavendo bello, & prædicendo*: idem Attic. *Cætera, quæ quidem provideri poterunt, cavebuntur*: idem; *O hominem cavendum mihi*: idem; *Fidem vobis habendam non eſſe, me vero cavendum.* [Plautus, Terentius, alii, *cave malo* di-
» cunt, ſubaudito, *te*, eſtque hypallage, pro, cave tibi
» malum. Ecclеſ. 9. *Secundum virtutem tuam cave te a*
» *proximo tuo*, & Eccleſ. 21. *Omnis qui audiet cavebit*
» *ſe ab eo.*]

(22) *Cede majori; Concedo præceptori; Decedam furori Tribunitio, decedere ſomno*, ſubaudi, *locum.* Vide *Locum* in Ellipſi. Plaut. in argumento Aſinariæ; *Cedit noctem filius.* Valerius Maxim. lib. 1. cap. 5. *Ego vero*, inquit, *libenter tibi meam ſedem cedo*: ita enim lego ex antiquis manuſc. Ulpianus; *Cedere actori ſupplicationes*, dixit Virgil. *Cedamus proprium regi.* Valerius Maxim. lib. 4. *Ille ceſſit eam Bianti*: ibidem; *Eam provinciam collegæ ceſſit*: idem lib. 5. cap. 7. *Cariſſimam conjugem filio ſuo cedere non dubitavit. Concedi, Decedi*, & *Succedi*, paſſim ſunt apud Ciceronem.

Certare

(22) *Cede majori &c.*] Verbum hoc proprie & primitus ſignificat Movere ſe, & Ire ex aliquo loco, vel ad aliquem locum, ut liquet ex omnibus Compoſitis, quæ ferme unice id notant, Veluti *Abſcedere, Accedere, Decedere, Diſcedere, Excedere, Incedere, Præcedere, Procedere, Recedere, Secedere, Succedere.* Sequitur hinc, in illa potiſſimū ſignificatione quærendam ergo eſſe verbi hujus ori ginem & naturam, quæ prorſus eſt Generis Neutrius. Originem autem ejus derivem Ego ex Græco Κείω, pro quo & Κίω dixerunt, h. e. *eo, vado.* Homerus Odyſſ. Ξ. percuſſit eum σχίζῃ δρυὸς, ἣν λίπε κείων, *Stipite quercus, quem reliquit abiens*, vel *proficiſcens* domo Ulyſſes. In derivationibus autem D ſolet inter vocales interponi; Sic ab ἴω *ſudo*, ab ἵω, ἵδω, *ſedeo*, ab ὄω *odor.* Quando ergo dicitur *Cedere aliquid alteri*, idem eſt proprie, ac ſi diceretur, *quod ad aliquid abſcedere ab eo in alterius gratiam.* Hæc refer etiam ad ea, quæ mox de Verbo *Concedere* ſcripta a Scioppio leges.

Digitized by Google

Certare cum aliquo, ſubaudi *certamen*, μάχην μάχεσθαι ut in ſacris; *Bonum certamen certavi.* Sedigitus poëta de Comicis; *Multos incertos certare hanc rem videmus.* Horat. *Magna, minorve, foro ſi Res certabitur unquam.* Ovid. 13. Metam. (23) *Certatam lite deorum Ambraciam*, ubi Regius ſatis inſulſe ait, Participium contra Grammatices rationem formatum. Plaut. Caſin. *Nunc ſpecimen ſpecitur, nunc certamen cernitur*, ſeu certatur.

Ceſſo. Virgil. *Ceſſas in vota preceſque*, ſubaudi, *ceſſationem.* Terent. *Ceſſatum uſque adhuc eſt.* Virgil. *Quidquid apud duræ ceſſatum eſt mœnia Trojæ.* Ovid. 4. Faſt. *Largaque provenit ceſſatis meſſis in arvis.* » [& 10. Meta» morph. *Illa moram celeri, ceſſataque tempora, curſu cor» rigit.*] Hæc participia paſſivi verbi ſunt, & paſſivum ſine activo nuſquam erit. [At vide p. 306. &c.]

(24) » [*Clamo.* Plaut. Amph. *Voce clara exclamat uxo» rem tuam*: Ciſtel. *Noli acriter eum inclamare.* Trucul. » *Jam*

(23) *Certatam lite &c.*] Vide ſupra ad Verbum *Ambulare*, ubi de hac locutione, & illa, *Ceſſatis arvis*, &c. egi copioſe.

(24) *Clamo &c.*] Verbum hoc cum Compoſitis natura ſua eſt Neutrum. Sæpe tamen additum ſibi habet Accuſativum, quo tunc declaratur ipſum clamoris illius argumentum, & exprimitur res ipſa, quæ clamando dicitur: aliquando etiam denotantur eo, ſed per Ellipſin, homines, qui cum clamore vocantur, ut certe fit in locis Plauti & Lucilii. At priore ſenſu habes paſſim. Plautus Aulul. II. 4. 20. *Clamat continuo, Deum atque Hominum fidem.* Cicero Famil. XVI. 12. *Me clamante, nihil eſſe bello civili miſerius.* de Invent. II. 4. *Caupo non multo poſt conclamavit, Hominem eſſe occiſum.* Tacit. Ann. III. 74. *Gaudio & impetu victoris exercitus conclamabantur Imperatores.* Sueton. Aug. 37. *Nec obtinuit, reclamantibus cunctis, ſatis majeſtatem ejus imminui.* Vide ſupra de hoc genere locutionum pag. 300. &c. At *Inclamare aliquem* dicitur per Ellipſin Præpoſitionis. Unde apud Gellium V. 9. *repente in eum, ſeſe videre quid faceret, magnum* (h. e. vehementer & magna voce) *inclamavit.* Nihilominus etiam Paſſive reperitur hoc Verbum apud Plautum Epid. V. 2. 46. *Inclamitor, quaſi ſervus*, h. e. objurgor. Sed abunde oſtendimus jam ſupra, nullum inde idoneum ſatis argumentum elici poſſe ad primam Verborum naturam & ſignificationem convellendam.

Digitized by Google

» *Jam pol ille me inclamabit, ac adſpexerit.* Propert. *Nec* » *tibi clamatæ ſomnus acerbus erit.* Lucil. *E ſomno pueros* » *cum mane, expergite, clamo.*]

» [*Clareo.* Lucret. *Ex primo carmine claret*; (25) ſub- » audi *clarorem*; ſicut Plaut. Moſtel. *Ædes ſpeculo cla-* » *ras, clarorem merum.*]

Coëo. Virgil. *Coëant in fœdera Reges*; (26) ſubaudi, *coitionem*, vel potius, *ſocietatem*: nam *coire ſocietatem*, & *coita ſocietas*, adeo crebra ſunt apud Ciceronem, ut ſupervacaneum ſit hæc repetere. Vide *Societas* in Ellipſi.

(27) *Cœno.* » [Plaut. Rud. *Sceleſtiorem cœnam cœnavi* » *tuam*: & Pſeud. *Eum odorem cœnat Jupiter quotidie.* A- » pul. lib. 4. *Saliares ſe cœnaſſe cœnas crederet*: idem 9. » *Sacrificales epulas cœnitabat.*]

Collacrymo. Cic. pro Sextio; *Hiſtrio caſum meum toties col-*

(25) *Subaudi Clarorem.*] Immo nihil. Nam revera eſt Neutrum, cui reſpondet Activum *Clarare.* Vide me ad pag. 271. 272. & alibi.

(26) *Subaudi coitionem &c.*] Immo iterum nihil. Eſt enim & hoc abſolute Neutrum. At *Coire ſocietatem* per Ellipſin dicitur, *Coita ſocietas* per Abuſum, niſi quis malit hoc exponere, *Societas, quæ coiit.* Sed tamen & *Coitur ſocietas* dixit Cicero per abuſum loquendi, hoc ſenſu, ſocietas fit coeundo inter ſe. Vide & infra IV. 4. in voce *Societas.*

(27) *Cœno.*] Derivatur hoc manifeſte a *cœna*, atque adeo notat *cœna uti.* Eſt itaque ejus Generis Verborum, quæ ex natura ſua non admittunt Varios Accuſativos, ſe‘ quorum actio eſt in ſe permanens. De phraſi autem *Cœnare Cœnam*, ſeu de Accuſativo Cognato Vide ſupra ad Cap. 2. p. 271. & hoc Capite pag. 300. 301. Ceterum in optimis edd. apud Plautum in Pſeud. III. 2. 53. legitur, *Eum in odorem cœnat* &c. quod tamen propter metrum illic rejecerim, & malim cum Sanctio omittere *in*, licet fere intelligi putem. Poſſis tamen hæc etiam ita exponere, ut Accuſativo denotetur materia cœnæ. Sic in Aſinar. V. 2. 86. *Cœnabis hodie, ut te dignum eſt, magnum malum*, h.e. in mag. malum, vel, ut pro cœna habeas magnum malum. Horat. Sat. II. 8. *Nos cœnamus aves*, & Epiſt. II. 2. *Emptum cœnat olus*, h. e. in cœna edimus, &c. Vide *Æſtuo.* At *cœnatæ noctes* meretricum apud Plautum Trucul. II. 2. 24. ſunt noctes, quæ cœnam prius quaſi ſumpſerunt, ſicuti apud meretrices concubitus eadem nocte ſequebatur cœnam. Neutiquam vero paſſivæ eſt ſignificationis illa phraſis, ut voluit Urſinus To. 1. Inſtit. p. 658.

collacrymavit. (28) Sed hic poteſt deeſſe præpoſitio, & cognatus caſus *Lacrymas*.

Commiſeror, *Commiſeratur interitum ejus*; Gellius lib. 7. cap. 5.

Comperendinare. Aſconius in paſſiva; *Ne rurſum comperendinato judicio*.

Compluitur. vide *Pluo*.

» [*Concedere*, ſubaudi *aliquid*, *hoc*, *multum*, *aliquan-*
» *tum*. Terent. *Faciam ut tibi concedam, neque adverſa-*
» *bor tuæ libidini: Rus abii concedens vobis. De jure ſuo*
» *concedere paululum. Concedam hinc intro, atque expe-*
» *ctabo*. Plaut. *Num te fugi, num oculis conceſſi tuis*. Cic.
» *Ab alicujus oculis aliquo concedere*.] [Vide *Cedere*.]

Conclamare. Ovid. 13. Metam. *Conclamat ſocios*. Cæſar, *Conclamare victoriam*: Idem, *Conclamatur ad arma*. Lucan. *quum corpora nondum conclamata jacent*. [Vide quæ notavimus ad Verbum *Clamo*, & ad *Ambulo* pag. 305. & 308. *Conclamata Corpora* per abuſum dicuntur illa, apud quæ conclamatio eſt facta.]

Concrepo. vide *Crepo*.

Concurro. Cicero: *Concurritur undique ad commune incendium reſtinguendum*. Horat. *Concurritur horæ momento*, ſubaudi, *concurſus*, ut *curro curſum*, & *curſus curritur*. Vide *Curro*.

Confligo. *Confligitur magna ira*. Claudianus; (29) ſubaudi, *conflictus*. Cicero, *Confligendum puto*: idem, *Caute confligendum eſt*.

Conjurare.

(28) *Sed hic poteſt deeſſe &c.*] Si hic poteſt Accuſativus iſte regi a Præpoſitione per Ellipſin omiſſa, quidni & in pleriſque aliis, Veluti *Caveo*, *Cedo*, &c. At de *Cognato caſu* quod hic additur, alienum eſt. Nam Verbum *Collacrymavit* vel Neutrum hic eſt, vel directe regit additum ſibi Accuſativum, ſed verius eſt, Neutrum eſſe.

(29) *Subaudi Conflictus.*] Non puto. Nam imperſonaliter id dicitur, & ita, ut tantum actio ipſa ſignificetur. Veluti quum dicitur ſimpliciter *Amatur*. Vide Me ſupra ad I. 12. extr. & III. 1. Nota 4. Ceterum *Confligere* etiam mihi Activum eſt, æque ac *Affligere*, *Infligere*, *Profligare*, & intelligi *Se* cenſeo, quod & Urſinus To. 1. p. 444. jam monuit.

Digitized by Google

Conjurare. Salluſt. *Sed antea conjuravere pauci contra Remp. in quibus Catilina fuit, de qua, quam veriſſime potero, dicam*; id eſt, conjuravere conjurationem, (30) de qua conjuratione, &c. *Agmina conjurata*, *Fratres conjuratos*, paſſim legimus.

Conqueri fortunam adverſam, non lamentari decet; Cic. *Pauperiem meam conqueror.* Plaut. *Conqueri libidines*, *vim*, *contumeliam*, Ciceroniana ſunt. Vide *Queror.* [Et *Doleo*, *Gemo* &c. Nam eadem eſt omnium ratio.]

Conſueſco. Lucret. lib. 6. *At tunc brachia conſueſcunt, firmantque lacertos*, » [id eſt, conſuefaciunt, ad jaculandum exercent.] Columell. lib. 6. *Nam ubi plauſtro, aut aratro juvencum conſueſcimus.* Salluſt. Jugurth. in oratione Marii; *Ita ad hoc ætatis a pueritia fui, ut omnes labores, pericula conſueta habeam.* Hoc verbum, & ſimilia, ſæpius habent (31) pro accuſativo orationem; ut, *conſueviſti carmina ſcribere.* Vide *Inſueſco.*

Conſulo tibi, putant eſſe neutrum, ſed deeſt *utile*, vel *commodum*; ut, *proſpicio tibi*: unde in paſſiva; *Bene tibi conſulitur.* Cicero 7. epiſt. *Ego tibi ab illo conſuli mallem.* (32) Vide *Utile* in Ellipſi, & infra *Proſpicio.*

Con-

nuit. Poſſunt etiam intelligi *Arma* vel *Manus.* Nam & *confligi* dicuntur res, quæ altera alteri in occurſum mittuntur, vel inter ſe colliduntur. Sic Lucretius IV. 1210. *Semina quam Veneris ſtimulis excita per artus Obvia conflixit conſpirans mutuus ardor.* Hinc & *Corpora conflicta* dicuntur *reſultare* apud Eundem II. 97.

(30) *De qua conjuratione* &c.] Immo vero relativum illud *qua* refertur ad ſenſum, quod ſæpiſſime fit. Notum eſt illud Terentii in Andria, *Ubi illic eſt ſcelus, qui me perdidit.* Sed & inſuper longe rectius foret explere illa Salluſtii verba per Ablativum *conjuravere conjuratione, de qua* &c. quam per Accuſativum. *Conjurati* vero notat eos, qui conjuraverunt, ſic *Jurati*, *Conſpirati*, &c.

(31) *Pro accuſativo orationem.*] Malim, ut hic Oratio ſeu Infinitum pro Dativo adhibita cenſeantur, ſicuti illa poſſunt omnium Caſuum vicem ſuſtinere; & certe Verbum *Conſueſco*, æque ac *Sueſco*, *Aſſueſco* &c. longe frequentius cum Dativo conſtruitur. Sed tamen ſi quis hic Sanctio accedere potius malit; non multum repugnabo.

(32) *Vide utile in Ellipſi.*] At vide iſtic Notas, & videbis Verbum *Conſulere* eſſe vere Neutrum, quod notat, conſilium quærere, deliberare.

Digitized by Google

Contendere curſum dixit Virgilius : » [ſicut Cicero; *contendere iter.*] Plaut. Ciſt. II. 1. 58. *Quis eſt, qui recta platea curſum huc contendit ſuum? Contendere poplitem, tormenta, vincula*, paſſim leges. [Vide infra *Tendere.*]

» [*Contendere ſe.* Licinius Macer *Repente celeri gradu*
» *ſe per forum in Capitolium contendit.* In *contendere cum*
» *aliquo verbis, armis, acie*, ſubauditur, *cauſam*. Lucret.
» 4. *Hunc igitur contra mittam* (33) *contendere cauſam*;
» id eſt, contra hunc diſputare nolo.]

(34) *Contingit.* Apulejus de Aſino; *Sed ut primum occurſoriam potionem, & inchoatum guſtum, extremis labiis contingebat adoleſcens.* Ovid. 1. Metamorph. *Contigerat noſtras infamia temporis aures*: idem. 2. *Contigit ora ſui.* Lactant.

(33) *Contendere cauſam.*] Vide Gronovium Patrem Obſerv. III. 19. Sed & paſſim cum Infinitivo ponitur pro affirmare, aſſeverare, Phædr. fab. 17. *Quem commodaſſe panem ſe contenderet.* Et fab. 77. *Quidquid putabit eſſe dignum memoria, Æſopi dicet; ſi quid minus adriſerit, A me contendet fictum quovis pignore.* Ubi *Dicet*, & *Contendet*, in eadem prorſus constructione adhibentur. Nihil etiam frequentius apud Ciceronem, Cæſarem, Nepotem &c.

(34) *Contingit.*] Nullum eſt dubium, quin Activum hoc ſit. Sed quando abſolute vel etiam cum Dativo ponitur, dubitari poſſit, quia ignoratur ejus locutionis, ſi Elliptica eſt, (ut eſſe debet, ſi Verbum hoc etiam in ea ſit Activum) ſupplementum. Sic Phædrus fab. 80. *Quid horum ſimile contingit tibi?* Et ſic paſſim. Sed apud Plautum Amphitr. II. 2. 203. *Ut mihi extra unum te mortalis nemo corpus corpore contigit*, videmus ſimul Dativum & Accuſativum huic verbo jungi. Nuſquam tamen reperimus idoneum Accuſativi ſupplementum, quo iſtas locutiones Abſolutas explere poſſimus. Certe, quod Urſinus To. 1. pag. 444. voluit, ut ex Germaniſmo ſubauditur *SE*, quia Germani dicant es trägt ſich zu / alieniſſimum eſt. Malim Ego intelligere *Vitam, Ætatem, Actionem*, vel *Rem*, de qua agitur. Quando autem Pronomen in Accuſativo additur, tunc omittitur in Dativo. Ut apud Ovid. Metam. IX. 483. *Gaudia quanta tuli! quam me manifeſta libido contigit! ut jacui totis reſoluta medullis!* Illic ita eodemque ſenſu *Contigit me*, ut dici ſolet *Contigit mihi*, poſitum eſt, ut adeo dubitari poſſit, utrum *Me* pro obſoleto Dativo, h. e. pro *mihi*, (Vide ſupra I. 6. 4. pag. 35.) etiam hic ſit accipiendum, quod tamen non putem. Ceterum qua ratione *Contingit*, eadem & *Obtingit mihi* hoc vel illud, dicitur.

X

Digitized by Google

ctant. lib. 2. *Sed tamen Cicero materiam tam copioſam, & uberem ſtrictim contigit.*

Contremiſco. Vide *Metuo.*

Corruo. Vide *Ruo.* Plaut. *Ibi me corruere ajebas divitias.* Propert. lib. 3. *Voverat, & ſpolium corruit ille Jovis.*

(35) *Coruſco.* Virgil. 10. Æneid. *Strictumque coruſcat Mucronem*: & lib. 8. *Duo quiſque alpina coruſcant Geſa manu.*

Crepo. [Vide Me ad Finem Capitis 2.] Horat. *Sulcos & vineta crepat mera*: idem; *Si quid Stertinius veri crepat*: idem; *Quis poſt vina gravem militiam aut pauperiem crepet*: idem 2. Carmin. *Quum populus frequens lætum theatris ter crepuit ſonum.* Propert. lib. 3. *Et manibus fauſtos ter crepuere ſonos.* Martial. *Et Tarteſiaca concrepat æra manu.* Petron. Arbiter; *& concrepans æra omnes excitavit*: idem; *Trimalcio lautiſſimus homo digitos concrepuit.*

» [*Creſcere*, putant eſſe Neutrum: ſed (36) Activum » eſſe

(35) *Coruſco.*] Putem eſſe Neutrum, ut certe paſſim occurrit abſolute poſitum. Jungitur tamen ei aliquando Accuſativus, ſed & Ablativus. Ovid. Metam. IV. 493. *Sibila dant, ſaniemque vomunt, linguiſque coruſcant.* Sed Heinſius etiam ibi legit *linguaſque* ex quibuſdam MStis. Vide ejus Notas. Diſertior ergo eſt Valerii Flacci locus Argon. I. 703. *fremit obice Ponti Clauſa cohors, teliſque ſalum facibuſque coruſcat.* Liquet inde, poſſe & illos Accuſativos Elliptice exponi. Vide & infra ad Verbum *Micare.* Sed tamen ſi pro vero Activo in iſtis cum Accuſativo locutionibus haberi hoc Verbum debeat, tum vero notabit, movere aliquid tam celeri motu, quam fulmen moveri ſolet.

(36) *Activum eſſe arguit.*] Urſinus pag. 491. ſequitur Scioppium in origine hujus Verbi *Creſco* conſtituendo. Sed ſecedit pag. 499. ab illo, quum negat eſſe Activum, & ſubintelligendum SE; quoniam licet ejus formæ verba plerumque retineant ſignificationem Primitivi, non tamen ſemper retineant, veluti *Augeſco*, *Integraſco.* Sed tamen, quum pleraque retineant, crediderim ſane in paucis illis, quæ videntur a reliquis diſcrepare hac in parte, & ab Activo in Neutrum Genus tranſiſſe, ſtatuendam potius Ellipſin Reciproci Pronominis.

Digitized by Google

» eſſe arguit Paſſivum participium *Cretus*, quod eſt natus, factus; ſicut ab *Hio*, formatum fuit *Hiaſco*, & *Hiſco*; & a *Labo*, *Labaſco*; ab *Amo*, *amaſco*; a *Caleo*, *caleſco*; a *Conſueo*, *conſueſco*; ſic a *Creo*, *creaſco*, & *creſco*, in quo ſubauditur, *me*. Primum ergo *Creaſcere ſe*, vel *Creſcere*, fuit naſci, exſiſtere, quod poſtea, per Metonymiam antecedentis pro conſequenti, ſignificavit *Augeri*: ſicut viciſſim per metonymiam conſequentis pro antecedente, *Augere* uſurpatur pro *Creare*; & hinc *Auctor* dicitur pro *Creator*. Lucret. 5. *Nam quodcumque alias ex ſe res auget, alitque*, id eſt, procreat; velut ipſe ibidem interpretatur his verbis: *quod procreat ex ſe omnia*. Indocte proinde ſcribunt, *Autor*, vel *Author*. Liv. Andron. Erotopæg. *Nocte, dieque decretum, & auctum*; id eſt, quod decrevit, & auxit ſe.]

» [*Cupere aliquem*, tritum eſt; legimus tamen *Cupere alicujus*, pro, cupidum eſſe. Plaut. Trin. *Quanquam domi cupio, operiar tamen*. Symmachus; *Veſtri cupiunt Puteoli*, (37) ubi ſubaudis, *cupiditatem*, ſicut Poëta Vetus apud Cic. *Qui nec te amet, nec ſtudeat tui*; ſubaudi, ſtudium, id eſt, qui minime ſit tui ſtudioſus.]

(38) *Curro*. Vide *Concurro*, *Decurro*. Virgil. 5. Æneid. *Currit*

(37) *Ubi ſubaudis cupiditatem.*] Immo vero *copiam*, *præſentiam*. Ita mox *ſtudeat tui* ſcil. *rationibus*, *fortunis*. Eſt autem *Cupere* plane Activum. At quando dicitur *Cupio tibi* pro faveo, videtur certe Neutraliter conſtrui, æque ac *Bene* aut *Male alicui Volo*. Poſſis tamen ſupplere, *Cupio tibi omnia bona*. Poſſis etiam ita hæc expedire, ut Genitivus his verbis ſit additus, quia vocabula ab iis formata, veluti *cupidus*, *ſtudioſus*, &c. cum eo caſu conſtrui ſolent. Sæpe enim vocabula ejuſdem ſignificationis imitantur alterum alterius conſtructionem. Vide Me infra ad Verbum *Interdico*.

(38) *Curro.*] Verbum hoc actionem in ſe permanentem notat, atque adeo eſt vere Neutrum, plane ut *Ambulare*, de quo vide me ſupra. Accuſativi ergo, qui huic Verbo leguntur additi, per Ellipſin Præpoſitionis ſunt explicandi. Res etiam manifeſta ex compoſitis, quæ omnia conſtructionem & ſignificationem habent Neutram, præter unum *Decurrere*, quod ipſum Neutraliter quoque poſſit exponi, ut

Currit iter tutum non ſegnius æquore claſſis. » [Prop. *Ut* » *ſciat indociles currere lympha vias.*] Vide Priſcian. in *Curſus curritur.* Cicero 3. Offic. *qui ſtadium currit.* Juven. *Curritur ad vocem jucundam.* Terent. *Si qua eſt laborioſa, ad me curritur.* Cic. 7. Verr. *Curritur ad prætorium.* Virgil. *Nec ſi cuncta velim, breviter decurrere poſſim. Vitam decurrere, decurſa vita, decurſo ſpatio. Decurritur, decurrebatur,* paſſim obvia. » [In *Currere via,* » ſubaudi, *curſum.* Propert. *Hac eadem rurſus Lygdame* » *curre via.*] Vide *Sedeo.*

Decedo. Vide *Cedo,* & *Aſſurgo.*

Decet, Dedecet. Ovid. 1. Metam. *Iſta decent humeros geſtamina noſtros.* Statius; *Si non dedecui tua juſſa.* Ovid. *Nec dominam motæ dedecuere comæ*: idem; *Lacrymæ decuere pudicam.* Salluſt. Jugurthino; *Quæ ab Imperatore decuerint, omnia ſuis proviſa.*

» [*Decidere*, pro tranſigere, paciſci, ſubaudi, *rem,* » Dictys lib. 5. *Multo ſermone invicem habito, ad extre-* » *mum binis millibus talentûm rem decidunt.* Cicero; *Mag-* » *no cum aliquo decidere.* Sen. 2. Controverſiar. 5. *Pro* » *incolumitate mariti vicaria morte decidit,* pro, ita rem » pacta eſt, ut mariti ſui vice moreretur.]

Declino. Plautus Aulul. *Declinavi paululum me extra viam.* Ovid. 2. Metam. *Neu te dexterior tortum declinet ad anguem.* Dicimus *declinare curſum,* (39) *urbem, mala,* & *mala declinantur,* &, *a malis declinare.*

Decurro.

Decurrere campum, vitam &c. idem ſit, quod, *Currere uſque ad finem, quod ad campum, vitam &c.*

(39) *Urbem, Mala.*] At hi duo Accuſativi per Ellipſin Præpoſitionis primitus huic Verbo, quod tamen vere Activum puto, fuerunt additi. Rectius ſuum Accuſativum Verbo, ut Activo, addidit Pomp. Mela III. 5. *Araxes ex præcipiti in ſubjecta caſurus non declinat ſtatim undam.* Et Livius I. 28. *Si quo Ego* (Tullus Hoſtilius) *inde agmen declinare voluiſſem.* Confer & Verbum *Inclinare* infra. At alia eſt ratio Conſtructionis, quando dicitur *declinare Urbem.* Non enim Urbs declinatur aut deflectitur, ſed Homo *ſe declinat* ab Urbe, ſeu *quod ad illam Urbem attinet.*

Digitized by Google

Decurro. Vide *Curro.*

Deficio. Horat. *Animus ſi te non deficit æquus.* Ovid. *Deficior prudens artis ab arte mea.* » [Plaut. Aſin. *Si in-* » *telligam te deficere vita*, pro, deficere defectum e vita. » Propert. *Nec me deficiet nautas rogitare citatos*; id eſt, » non deſinam interrogare nautas.] Quinctil. *Aqua ciboque defecti.* Varro lib. 3. Ruſtic. cap. 16. *Ne deficiant animum.* Dicimus (40) *deficiunt me pecuniæ*, & *mihi pecuniæ.* Cæſar; *Quum tela militibus deficerent*, ſubaudi *ſe*, vel *Defectum.*

Degenerare a parentibus, ſubaudi *ſe*, (41) vel *genus.* Columel. lib. 7. cap. 12. *Venus canibus carpit vires, animoſque degenerat.*

Dego. Cicero pro Sylla; *Ut cum Lentulo, & Catilina, & Cethego fœdiſſimam vitam & miſerrimam degeret*: idem pro Roſcio; *Vitam in egeſtate degere.* Catull. ad Manlium; *Otia pacato degeret in thalamo.* Lucret. lib. 2. *Quantiſque periclis degitur hoc ævi, quodcunque eſt.* » [Plaut. » Moſt. *A mane uſque ad noctem in foro dego diem.*] Vide *Vivo*, [vel potius confer *Ago*, cujus compoſitum eſt.]

Delinquo. Vide *Pecco.*

Deliro. Lactant. de Opificio Dei cap. 6. *Illius enim ſunt omnia*, (42) *quæ delirat Lucretius.*

(43) *Deſino artem.* Cicero, & Sueton. Tiberio; *Artem deſituros promittentibus veniam dedit.*

Deſpero,

(40) *Deficiunt me pecuniæ.*] Sic Cæſar B. Gall. II. 10. *Res frumentaria eos deficere cœpit.* Phædrus fab. 86. *Paulo ante vacua turbam deficiunt loca*, ſcil. in theatro. Rationem autem loquendi hanc olim fuiſſe puto, *Pecuniæ deficiunt ſe apud me*, *Pecuniæ deficiunt ſe mihi*, *loca deficiunt ſe*, *quod ad turbam tantam.* Sed non adtenderunt ad eam conſtructionis rationem, qui dixerunt, *Deficior ab arte mea*, *defectus pilis*, ut Phædrus loquitur fab. 87. Vide & me infra ad Verbum *Penetrare.*

(41) *Vel genus.*] Malim, vel *animum, indolem.*

(42) *Quæ delirat.*] At vide ſupra ad Cap. II. Nota ultimâ, & hoc Cap. ad Verbum *Æſtuo*, & facile perſpicies hujus locutionis rationem.

(43) *Deſino artem.*] Etiam *Sinere* eſt Activum. Plautus Men. II, 3. 1. *Sine fores ſic, abi, volo operiri*

Deſpero. Martial. *Deſperabantur promiſſi prælia Martis*. Cic. *Sive reſtituimur, ſive deſperamur*: idem Attico; *Pacem enim deſperavi.*

Detraho tibi, ſubaudi, *laudem*, vel ſimile aliud. Horat. *Nec ego illi detrahere auſim Hærentem capiti multa cum laude coronam.*

» [*Differt hoc ab illo*, ſubaudi *ſe*, nam *Differre* eſt » aliud alio ferre, diſſipare, ut ſtent locis diverſis, ſive » diſtent.]

Diſcumbo. Virg. *Stratoque ſuper diſcumbitur oſtro*. Aulus Gellius; *diſcubitum eſt*. Cicero, *Mature veniunt, diſcumbitur*, (44) » [ſubaudi, *cubitus*.]

Diſputo. *Diſputare rationem* non ſemel dixit Cicero. Plaut. Aulul. *Ubi diſputata eſt ratio cum argentariis*. idem Menæch. *Ut hanc rem vobis ad amuſſim diſputem*.

Doleo. Ovidius; *Tu vero tua damna doles*: » [idem; » *Quæ venit indigne pœna, dolenda venit*. Propert. *Fri-* » *gidaque Eoo me dolet aura gelu*. Juſtin. lib. 12. *Ut ta-* » *ctum hominum, velut vulnera, indoleſceret*.] Statius; *Bellorum extrema dolemus*. Cicero; *Meum caſum doluerunt*: idem 4. Tuſcul. *Dum modo doleat aliquid, doleat, quod lubet*. Sueton. *Se quoque reſpondit vicem eorum dolere*. (45) Hic, & in aliis multis verbis, potius videtur deeſſe

periri ſcil. eas fores. Et Moſtell I. 1. 68. *Dum interea ſic ſit, iſtud Actutum ſine*, h. e. dum interea mihi ſic ſit, ut nunc eſt, contemno & nihili facio illud *Actutum*, quod mihi minaris. Sed plerumque pro Accuſativo habent hæc Verba ſibi additum Infinitivum aut integram Orationem Reperimus eorum etiam Paſſiva Participia. Gellius II. 12. *Non ad augendam, ſed deſinendam ſeditionem*. Cicero Famil. IX. 21. *Qui primus Papiſius eſt vocari deſitus*. Quando autem dicitur *Deſinere* abſolute, intelligo vel infinitum, rei, de qua agitur, proprium, ut apud Melam II. 1. *Alio, quam deſinit, nomine exoritur*, ſcil. fluere; vel Pronomen *ſe*, ut in illo Horatii *Deſinat in piſcem*.

(44) *Subaudi Cubitus*.] Imme vero nihil. Nam exempla hæc ſunt locutionis Imperſonalis, qua ſimplex actio denotatur ſine ullo Suppoſito. Sed & Verbum hoc, ut & reliqua ejus compoſitionis, ſunt Neutra.

(45) *Hic & in aliis multis &c.*] Apage *Accuſativum Cognatum*, qui alienus eſt ab hoc Verbo. Nam

Digitized by Google

deeſſe accuſativus cognatus, & præpoſitio κατὰ, ut, *doleo dolorem circa caſum tuum.* Huc refer illud, *Corydon ardebat Alexin*, id eſt, Ardebat ardorem de Alexi, vel circa Alexin.

Dormio, Edormio: Adag. *Endymionis ſomnum dormis.* Mar-

Nam qui intelligemus eum in his locutionibus, *Hoc dolet mihi?* quidve ſignificabit, *Hoc dolet dolorem mihi?* Neque vero ſufficit ad probandam verbi naturam, unius generis locutiones tantum adferre, non item alias conſiderare. Quid ergo? Crediderim hoc Verbum fuiſſe natura ſua Neutrum, & ſignificare dolorem ſentire vel percipere ex aliqua re, quæ ubi exprimitur, Accuſativo tunc per Ellipſin exprimitur. Plaut. Pſeud. V. 1. 21. *Ni doleres tu, ego dolerem.* Et cum Ablativo. Livius XXIX. 21. quanquam parum injuriis civitatis ſuæ doluerit. Hic jam *Doleo tuum caſum, Doleo pedes.* At quando dicitur, ut apud Terent. Eun. I. 2. 13. *Ut hoc tibi doleret itidem, ut mihi dolet*, quod frequens eſt Priſcis & Optimis Auctoribus, poſſit id videri primitus dictum per duplicem, ſed facilem & uſitatam Ellipſin, pro *doleret tibi animus propter hoc.* Confirmari id videtur ex Terentio Phorm. V. 8. 64. *Vin' primum hodie facere, quod Ego gaudeam, Et quod Tuo Viro oculi doleant.* Ubi manifeſte *quod* in illa phraſi ponitur pro *propter quod.* Pro eo etiam *De quo* in eadem phraſi dicitur apud Plaut. Trucul. II. 8. 1. *Nam mihi de vento miſeræ condoluit caput.* Et in Mercat. II. 3. 54. *Ut in portum ſum advectus, neſcio qui* (h. e. de qua cauſa) *ANIMUS mihi dolet.* Sed tamen quum Phraſis illa, ut diximus, ſæpiſſime adhiberetur, videntur multi Veterum τὸ *Hoc*, & ſimilia, accepiſſe pro Nominativo, & Verbum *dolere* pro dolorem facere alicui; atque ideo per Abuſum, vel mutationem quandam ſignificationis, (de qua vide me ſupra p. 278. 298. & 306. 307.) fuerunt eo ſenſu & conſtructione diſerte prorſus locuti. Sic Phædrus fab. 48. *Adjecit id, quod ſentiebat maxime doliturum amanti.* Illic enim τὸ *Quod* eſt quidem Accuſativus, ſed Verbi Infiniti, qui plane reſpondet Nominativo Finiti: atque adeo idem eſt, ac ſi diceretur, *Ea res dolet Amanti.* Atque ita Alii. Plautus diſertiſſime in Trucul. II. 8. 3. *Quid mihi futurum eſt, cui duæ Ancillæ dolent*, h. e. dolorem faciunt, quia eas tibi donando perdidi. Ceterum in hac quoque locutione *Doleo* manet Neutrum, nec admittit varios Accuſativos, notatque ſimplicem actionem, & in ſe permanentem, & ideo conſtruitur cum Dativo. Sed in eo, quod Sanctius profert ex Propertio I. 16. 24. *Me mediæ noctes, me ſidera prona jacentem, Frigidaque Eoo me dolet aura gelu;* τὸ *dolet me* ponitur pro *dolet meam vicem.* Vide locum & Interpretes. De Verbo *Ardebat* Vide me ſupra in Nota penult. ad Cap. 2.

Martial. *Tota mihi dormitur hyems.* Cicero; *Edormi crapulam, & exhala.* Plaut. Amph. *Mane, dum edormiſcam unum ſomnum.* In ſacris: *dormierunt ſomnum ſuum viri divitiarum.* Terent. *Atque edormiſcam hoc villi.* Plaut. *Omnemque edormivi crapulam.* » [Catull. *Nobis nox eſt* » *perpetuo una* (46) *dormienda.*]

» [*Dubito.* Aſcon. in 2. Verr. *Pedeſtre iter propter Ver-* » *ris inſidias dubitat.* Cicero; *Turpe eſt dubitare Philoſo-* » *phos, quæ ne ruſtici quidem dubitant: Nihil affirmans,* » *omnia dubitans, reſtat ut hoc dubitemus, uter Roſcium* » *occiderit.* Livius 21. *Vobis neceſſe eſt aut vivere, aut ſi* » *fortuna dubitabit, in prælio potius, quam in fuga mortem* » *oppetere.* (47) Ubi ſubaudi, *dubitationem*, id eſt, ſi » dubia erit fortuna.]

» [*Ebul-*

(46) *Dormienda.*] Vide ſupra ad Verbum *Ambulare.*

(47) *Ubi ſubaudi dubitationem.*] Apage & hoc ſupplementum, quod plane abſonum eſt. Verbum ipſum eſt Neutrum, & notat deliberare de re aliqua, & ita conſilii etiamdum eſſe incertum. Deliberationem meram notat, & ſuſpicionem etiam ad credendum pronam, apud Cicer. pro Sulla cap. 24. *De quo* (Sulla) *etiamſi quis dubitaſſet antea, num id quod Tu arguis, cogitaſſet, ſuſtuliſti hanc ſuſpicionem, quum dixiſti &c.* Sic Nepos in Thraſyb. cap. 1. *Si per ſe virtus ſine fortuna ponderanda ſit, dubito, an hunc primum omnium ponam.* Sueton. Claud. 35. *Quum eum Camillus minaci epiſtola cedere imperio juberet, dubitavit, adhibitis principibus Viris, an obtemperaret.* Tacitus Ann. IV. 57. *Dubitaverat Auguſtus Germanicũ rei Romanæ imponere.* Ovidius Metam. VII 678. *Qua tamen e ſilva teneas haſtile reciſum, Jamdudum dubito,* h. e. cogito. Vide & ſupra I. 15. 1. p. 116. Omnibus his in locis, ſed & aliis compluribus, Verbum *dubitandi* notat conſultationem affirmationi propiorem, quam negationi, quæ ceteroqui maxime ejus ſignificationi ineſt. Quando autem ei jungitur vel Accuſativus, vel Infinita locutio, per Ellipſin id fit Neutris verbis ſolitam. Sic Ovid. Metam. VI. 194. *Hoc quoque quis dubitet?* Nepos in Hannib. cap. I. *Si verum eſt, quod nemo dubitat, ut Populus R. omnes gentes virtute ſuperarit.* Auctor B. Alex. cap. 52. *L. Laterenſis quum id non dubitaret:* Neque vero obſtat, quo minus hæc, tanquam Verbi Neutrius, per Ellipſin explicentur, quod etiam plane Paſſiva ejus occurrant, ut occurrunt apud Poëtas. Ovid. Metam. II. 20. *& intravit dubitati tecta parentis,* h.e. Solis, quem dubitarant nonnulli eſſe Patrem Phaëtontis. Et VI. 208. *En ego veſtra parens &c. An Dea ſim; dubitor.* Sed & apud Tacitum An.

Digitized by Google

» [*Ebullio.* Cic. *Virtutes ebullire, & ſapientias: Dixe-*
» *rit Epicurus, ſemper beatum eſſe ſapientem, quod quidem*
» *ſolet ebullire nonnunquam.* Cato; *Ubi ebullit vinum,*
» *ignem ſubducito*, ſubaudi *ſe.* Seneca in Apocol. *Clau-*
» *dius animam ebullit, & eo deſiit vivere videri.*]

Efflo. Cic. de Senect. *Odorum, qui efflarentur ex floribus.* Ovid. 7. Metam. *Vulcanum naribus efflant æripedes tauri.* Virgil. Æn. 1. *Lætos oculis afflarat honores, Cæſariem, & lumen purpureum.* Plin. lib. 36. *Flaturque follibus, donec ruſeſcat.* Ovid. 4. Faſt. *Exultant comites, furioſaque tibia flatur.* Lucret. lib. 5. *Flaret e corpore flammam.*

Egeo pecuniis, eſt egeo egeſtatem a pecuniis, » [ſive a » parte pecuniarum.] Deeſſe autem *egeſtatem*; *vel τὸ egere*, ſatis indicat illud Plauti Pſeud. *Quid agitur Calidore? Amatur, atque egetur acriter*, id eſt, amatur amatio, egetur egeſtas: ſæpe enim deeſt Nomen, unde genitivus regitur; ut, *tædet me ciborum*; ſubaudi, *tædium.* Sic Livius dixit lib. 26. *Quoad vel capitis, vel pecuniæ judicaſſet*; ſubaudi *judicium.* Cato apud Agellium; *Vitio vertunt, quia multa egeo.* Varro lib. 4. ling. Latin. *Dives a Divo, qui, ut Deus, nihil indiget.* » [Sal- » luſt. Jug. *Collis magna parte editus, & præceps* (48) *pauca* » *munimenta egebat.*] Nonius Marcellus quum diſputat, genitivum poni pro accuſativo, utitur his exemplis; *Faſtidit mei*, & *Argenti indiges.* Tu meo periculo dices elegantiſſime; *Turpem egere egeſtatem.* Vide *Indigeo.*

» [*Egre-*

An. XIV. 7. *Evaſiſſe* matrem Neronis, *hactenus adito diſcrimine, ne auctor dubitaretur*, h. e. evaſiſſe illam, & adiiſſe diſcrimen, nullo alio cum effectu, quam ut ne dubitaret quiſquam de Auctore illius diſcriminis, qui erat Nero. Sed jam ſatis ſuperque oſtendimus ad verbum *Ambulare*, etiam a Verbis vere Neutris formata & adhibita, ſed per Abuſum, Paſſiva; quod & contra ea, quæ Auctor mox tradit de Verbo *Egeo*, obſervandum. Vide & infra ad Verba *Obſtrepere*, *Regnare*, *Superſedere* &c.

(48) *Pauca munimenta egebat.*] Incertiſſima eſt hujus loci Lectio, etiam in MStis. Vide Sall. Jug. cap. 98. vel, ut Walſius diſtinxit, cap. 103. & ibi Notas.

Digitized by Google

» [*Egredior.* Salluſt. *Raro egreſſus fines ſuos.* Servius » in Æneid. 2. notat, utrumque dici, (49) *Egredior urbem*, & *urbe.* Sed in hoc poſteriore ſubauditur *greſſum*, vel *viam.*]

Emergo. Cicero Haruſp. reſpon. *Tum ſe emergit, & fertur illuc* : idem 2. Naturæ Deorum ; *Ut ſeſe emergens oſtendat Scorpius alter* : » [& 2. Divin. *Tibi de me cogi» tanti ſubito ſum viſus emerſus ex flumine.*] Cornel. Nepos in Attici vita ; *Quibus ex malis ut ſe emerſerat.* Terent. Adelph. *Unde emergi non poteſt.* Cornel. Fronto in voce, *Emergit ſe*, citat Salluſtium in 4. Hiſtor. *Ubi ſe laniata navigia fundo emergunt.* Vide *me*, *te*, *ſe*, in Ellipſi.

Emigro. vide *Migro.*

Emineo. Curtius lib. 4. *Jamque paulum moles aquam eminebat.* [intellige *extra.*]

Eo. Virgil. 6. Æneid. *Itque, reditque viam toties.* Horat. 1. epiſt. *Ire viam, quam monſtrat eques.* Virgil. 4. *Longam incomitata videtur ire viam* : & 4. Georg. Plaut. Rudent. *Tu abi tacitus tuam viam.* Cicero pro Mur. *Redite viam* : *eodem duce redibant* : ibid. *Iſtam viam dico, inite viam. Præſto aderat ſapiens ille qui inire viam doceret.* Sueton. *inito honore.* Quare quum Maro dixit ; *Te conſule inibit*, (50) deeſt *viam.* » [Cum legimus, *Ire* » *via*

(49) *Egredior urbem.*] Ellipſis in eo eſt præpoſitionis *extra*, tanquam ſi diceretur *egredior extra urbem.* Sic mox *Eminebat aquam*, pro *em. extra aquam.* Res manifeſta ex verbo *Erumpere*, quod Activum eſſe, & requirere Accuſativum *Se*, ſi per Ellipſin eſt omiſſus, recte probavit Sanctius. Quando ergo alius illi jungitur Accuſativus, ut apud Virgil. Æn. I. v. 580. *iamdudum erumpere nubem Ardebant*, neceſſario per hanc Ellipſin Præpoſitionis ille eſt explicandus, ut ſenſus ſit, *erumpere ſe extra nubem.* Vide & mox ad Verbum *Evado* ſimilia. Ellipſin autem hanc ſupplevit Terent. Hec. IV. 1. 48. *Ne extuliſſe extra ædes puerum uſquam velis.* Sic porro *prævehi litus* dicitur pro *prævehi præter litus.* Vide me ſupra ad Verba *Adeo* & *Afluo.*

(50) *Deeſt Viam.*] At de hoc verbo *Eo*, vide quæ notavimus ad Verba *Adeo* & *Ambulo.*

Digitized by Google

» *via*, ſubaudimus *itum*, id eſt, itionem. Lucret. *Nec* » *ſentimus itum cujuſviſcumque animantis.* Cicero; *Quis* » *noſter itus, reditus, vultus.*]

Equitare: Plinius lib. 8. de Camelis; *Atque etiam* (51) *equitantur præliis.* » [Hor. *equitare in arundine longa*, » ſubaudi, *equitationem.*]

» [*Erro.* Cicero; *Si erratur in nomine*, ſubaudi *error.* » Ovidius; *Immenſum eſt erratas dicere terras.* Vide ſu- » pra p. 308. Virgilius; *Relegens errata retrorſum Lit-* » *tora.* Plaut. *Scio quid erret.* Terent. *Teneo quid erret.*]
Erumpo. Virgil. *Erumpunt portis*, ſubaudi *ſe.* idem Georg. *Diverſi erumpunt ſeſe radii.* Cæſar 2. Civili; *Portis ſe foras erumpunt.* Virgilius 4. Georg. *Et caput unde altus primum ſe erumpit Enipeus.* Tibull. 4. *Fontibus ut dulces erumpat terra liquores.* (52) Vide *Erumpo.*

» [*Erubeſco.* Cic. *Aſſines te erubeſcunt*; *Epicurus volu-* » *ptates non erubeſcit.* Hor. (53) *Non erubeſcendis adurit* » *ignibus.* Virgil. *Noſtra nec erubuit ſilvas habitare Tha-* » *lia*, pro, habitationem ſilvarum.]

Eructo. Cic. Catil. 2. (54) *Eructant cædem bonorum*, & in Sacris; *Eructavit cor meum verbum bonum : Labia mea eructabant hymnum.*

(55) *Evado.* Sueton. Tiber. *Carmillus me evaſit.* Virgil. *Gradus*

(51) *Equitantur.*] Sic Florus III. 4. 5. *Dum perfidum glacie flumen equitatur*, ubi vide Grævii Notas. Verbum autem eſt Neutrum, licet Paſſivum illud aliquando reperiatur. Vide ad Verba *Ambulo*, *Dubito*, *Obſtrepo*, &c.

(52) *Vide Erumpo.*] Haud dubie reponi debet *Emergo.* Sed & abeſt a Salmant. ed. hoc ipſum *Vide Erumpo.* Addidit Editio Patavina, ſed per errorem manifeſtum.

(53) *Non erubeſcendis.*] Sic Vellejus II. 130. *Dolenda adhuc retulimus, veniendum ad erubeſcenda eſt.* Sed tamen vel ſic Neutrum hoc eſt verbum.

(54) *Eructant cædem.*] Locus eſt Catil. II. 5. de ſociis Catilinæ, *qui accubantes in conviviis eructāt ſermonibus ſuis cædem bonorum atque urbis incendia*; h. e. inter ructandum proferunt, minantur. De qua ratione loquendi egimus jam ſupra ad Cap. 2. Nota ultima, & ad verbum *Æſtuo* in hoc Cap. & maxime ad v. *Anhelo.*

(55) *Evado.*] Neutrum hoc eſt, ut *Vado*, & *Invado*, & *Pervado.* Ceterum diverſa in Accuſativis huic

Digitized by Google

Gradus evaſerat altos : » [idem ; *Jamque propinquabam* » *portis , omnemque videbar Evaſiſſe viam.* Dictys lib. 2. » *Qui primi fuga Græcos evaſerant.* Livius 28. *In loca* » *tuta evaſit* , ſubaudi , *Viam.* ſicut Virgil. *Nec ſpatium* » *evaſit totum , nec pertulit ictum* ; id eſt , non ivit per » totum ſpatium. Lucil. de equo ; *Qui colles campoſque* » *gradu perlabitur uno , Omne iter evadit.*] Liv. *Exercitum cæſum , evaſumque ſe eſſe.*

Evenit. Vide *Sedeo* , & ſupra lib. 3. cap. 1.

» [*Excedo.* Cicero 1. Catil. *Quot ego petitiones tuas* » *parva quadam declinatione , & , ut ajunt , corpore , ex-* » *ceſſi* ; pro vitavi. Sic legit ibi Servius. Livius 24. *In* » *agro Tarentino nihil violatum , neque uſquam via exceſ-* » *ſum eſt.*] [Vide ad Verba *Cedo* & *Egredior.*]

» [*Excello.* Feſtus ; *Recellere , reclinare , & Excellere,* » *in altum extollere* : idem ; *Lingua, promontorii genus non* » *excellentis , ſed molliter in planum devexi.* Cato apud » Agell. 13. cap. 23. *Pleriſque ſolet animus in rebus ſecun-* » *dis excellere* , ſubaudi *ſe* , pro excelli , extolli , efferri. » Apulejus 10. de Aſino ; *Nates recellere* , pro reducere, » retrahere.]

Exeo. Vide *Eo.*

Exhalo. Cicero ; *Convivii crapulam exhalaſſent* : idem Philip. *Edormi crapulam , & exhala.* Virgil. *Sævumque exhalat opaca Mephitin* : idem 2. Georg. *Quæ tenuem exhalat*

huic verbo additis eſt Ellipſis, diverſis itaque præpoſitionibus explenda. Nam *Evaſit me , malum , necem* , &c. dicitur ut *Effugit me* &c. & intelligitur *quod ad me , κατὰ.* At *Gradus evaſerat altos* , expone *Ev. per gradus altos in rogum.* Porro *Evaſiſſe viam omnem* notat *Ev. per* vel *extra omnem viam.* Neutiquam ergo hic Accuſativus *Viam* ita accipiendus , ut qui proxime a Verbo regatur , quod vult Scioppius. Certe non magis *ſubaudiendus* ille eſt in abſolutis hujus Verbi locutionibus , quam *Gradus* , aut Alia. Sic enim & Æn. VI. 425. *Evaditque celer ripam irremeabilis undæ* , h. e. evadit extra & ultra ripam , eam poſt ſe relinquens. Et Tacitus Ann. I. 51. *Primi agminis copiæ evaſerunt ſilvas* , h. e. extra ſilvas. Ann. XII. 35. *amnem haud difficulter evadit* , h. e. extra amnem in ulteriorem ripam.

Digitized by Google

halat nebulam. Lucretius 5. *Pulveris exhalat nebulam, nubeſque volantes.*

Exſulo. Vide *Veneo*, & *Vapulo*. *Exſulo*, id eſt, extra ſolum eo. Deeſt accuſativus cognatus. Euripid. Andro. ἃς ἐγὼ φεύγω φυγάς, id eſt, quale exſilium exſulo? (56) » [Hygin. Fab. 26. *Medea iterum exſulatur.* Dictys » lib. 5. *Decernitur, Antimachum ex omni Phrygia exſu-* » *landum.*]

» [*Facere*, pro *abire*, *recedere*, ſubaudi, *ſe*. Plaut. » Men. *Dictum faceſſas doctum.* Afran. Incis. *Multa ac* » *moleſta, potin', ut dicta faceſſas?* Titin. Gemin. *Ut* » *res ſuas procul ex ædibus faceſſat.* Cic. *Periculum inno-* » *centi faceſſere: ut pauliſper faceſſant rogamus.*]

Faſtidio. Virgil. *Invenies alium ſi te hic faſtidit Alexis.* Liv. *Dum nullum faſtiditur genus*: idem; *pars faſtidita.* Horat. *Faſtidire lacus, & rivos auſus apertos*, » [Plaut. » *Faſtidit mei*, (57) ſubaudi, *faſtidium.*]

Faveo. Favetur, apud Ciceronem ſæpe poſitum, (58) ſatis oſtendit, *Faveo* activum eſſe; » [*Ætati illi non modo* » *non invidetur, verum etiam favetur.* Chariſius quidem » lib. 5. in Idiomatis linguæ Latinæ ponit; *Faveo tibi*, » & *Faveo te.*] Vide *Invideo.*

Feſtino. Ovid. 2. Metamorph. *Tum quas induat illa, feſtinat*

(56) *Hyginus.*] Ex his Scriptoribus, utpote ætatis ſerioris, & ſtyli fere barbari, neutiquam petenda, quæ ad naturam linguæ, & veram verborum ſignificationem indagandam pertinere volumus. *Exſulare* haud dubie eſt prorſus neutrum.

(57) *Subaudi faſtidium.*] Immo potius *Negotium*. *Faſtidire* cum Accuſativo ſignificat proprie faſtidium oſtendere, ad conſpectum & uſum alicujus rei. Atque adeo Accuſativus ille non pendet a Verbo, licet ex Paſſivo pateat, ita tamen eum accepiſſe aliquando etiam ipſos Veteres.

(58) *Satis oſtendit.*] Nihil minus. Satis ſuperque jam probavimus, Formæ Paſſivæ ne veram quidem Conſtructionem id oſtendere, veluti *tota mihi dormitur hiems*, nedum Imperſonalem, quæ prorſus reſpondet Verbis Neutris. Nam ſicuti hæc non habent Accuſativum, in quem tranſeat ſua Actio, ſic Imperſonalia, quæ dicuntur, non habent certum Nominativum, qui ſuſcipiat vel patiatur illam actionem tranſeuntem.

Digitized by Google

(59) *feſtinat veſtes.* Tacitus de moribus German. *Nec virgines feſtinantur.* Virgil. 6. *Tunc juſſa Sibyllæ, haud mora, feſtinant juſſi.* Apulejus lib. 3. *Sed primo diluculo remedium feſtinabitur tibi.* » [Dictys lib. 3. *Græci cuncta, quæ* » *militia poſcebat, ſummis ſtudiis feſtinabant.*]

Fio inter neutro-paſſiva refertur a Grammaticis, id eſt, inter monſtra. Mihi verbum eſt Subſtantivum: nam factum eſt a φύω Græco; unde *fuo* latinum, & poſtea *fio.* Scaliger lib. 5. de cauſis cap. 3. A φύω, inquit, *Fuo noſtrum, & ipſum Fio; Sum autem, ab εἰμὶ; Eſt, ab ἐςὶ.* Habuit aliquando paſſivum, Priſciano teſte lib. 8. *Poſtquam diutius fitur* : &, *Græco ritu fiebantur Saturnalia.* Certe infinitum *fieri* mere paſſivum videtur: ſed,

(59) *Feſtinat veſtes.*] Paſſim quidem ita Auctores, etiam Optimi. Sall. Jug. 77. *Ni id feſtinaret, in ſummo periculo ſalutem ſuam fore.* cap. 81. *Callidus id modo feſtinabat, Bocchi pacem imminuere.* Tacitus Ann. IV. 28. *Mortem in ſe feſtinavit.* Sic *feſtinata miſſio*, Ann. I. 52. *Feſtinatis honoribus*, Plinius Paneg. cap. 69. *Animo cupienti nihil ſatis feſtinatur*, Sall Jug. 64. Liquet hinc ſic ſatis, etiam Active tandem conſtrui ſolitum hoc Verbum, licet origine ſua & præcipuo itidem uſu fuerit Neutrum. Apud Gellium XVI. 14. Verrius Flaccus *a Fando dici* id tradit, quod merito rejicit Gellius; ſed nec ipſe multo melius a *Feſſus* derivat. Rectius omnino cenſet Voſſius, *Feſtinare* & *Confeſtim* ejuſdem eſſe originis, & hoc quidem primitus idem fuiſſe, quod *confertim*, ſed uſu dein diſtinctum in diverſam Orthographiam & ſignificationem, ut unum ad Tempus proximum & continuum, alterum ad Res conjunctas & ſpiſſas referatur. Hinc jam *feſtinare*, h. e. confeſtim & crebro motu aliquid agere. Cato apud Gell. d. l. & Feſtum in *Properare*, ait, *Aliud eſt Properare, aliud Feſtinare. Qui unum quid mature tranſigit, is Properat, qui MULTA ſimul incipit, neque perficit, is Feſtinat.* Relinquo differentiam hanc ſignificationis in medio, at hoc accipio, quod *Feſtinare* non tantum notet proprie confeſtim & continuo ſe movere, ſed & confertim, ſeu multo motu, multa ſimul velle agere, ut ſolent feſtinantes Hinc Salluſt. Catil. 27. *dies noctesque feſtinare, vigilare*, cap. 31. *feſtinare, trepidare.* Plaut. Caſin. II. 7. 9. *Ut trepidabat, ut feſtinabat miſer*; & III. 2. 28. *Miſeri ut feſtinant ſones*, h. e. ſatagunt, in continuo ſunt motu, varia agitant. Nec enim de una re vel actione hæc dicuntur. Et Sticho IV. 1. 30. *Apud nos eccilla feſtinat cum ſorore*, ſedulo & multum laborat parando cœnam.

Digitized by Google

ſed, ut dixi, (60) mihi Subſtantivum eſt, *fio ſenex*, id eſt, *ſum ſenex*.

(61) » [*Flagro*. Hygin. Fab. 129. *Jupiter cum fulmine*, » *&*

(60) *Mihi Subſtantivum eſt.*] Imo vero eſt vere Neutrum, ut apud Græcos φύω, unde eſt formatum, & unde habemus adhuc *Fui*, *Futurus*. Sed & olim a Latinis dictum eſt quoque *Fuo*. Hinc Plautus Milite, II. 3. 28. *quid me fuat, neſcio*, pro *fiat*, vel *futurum ſit*. & II. 6. 12. *Metuo, ne iſthæc res mihi magno malo fuat.* Sic alibi ſæpius. Sed & hinc emendandum arbitror in Sticho IV. 2. 12. *Edepol te vocem libenter, ſi ſuperfiat locus.* Nullus enim dubito, quin ſcripſerit Plautus *ſuperfuat*, h. e. ſuperſit. Nam eo ſenſu adhibetur ab illo non tam *Fiat*, quam *Fuat*. Ceterum illud *Fieri* in uſu Linguæ Latinæ; tantum abeſt, ut ſit Verbum Subſtantivum, quod vult Sanctius, & ut notet idem quod *Eſſe*: ut ab Eo non tantum diſtinguatur ipſa ſignificatione, ſed & diſerte ei opponitur aliquando. Plinius Paneg. cap. 20. *Ut pater patriæ Eſſes ante, quam Fieres.* Cic. Famil. II. 17. *Qui tali animo Sunt, deteriores Fiunt rogati.* Hinc jam, quando Plautus ait Aſin. II. I. 24. *Polenta Fit in piſtrino*, notat id non Eſt, ſed, Paratur. Sed & conſtruitur, quaſi haberetur pro Paſſivo τ͂ *Facio*: ſic Salluſt. Catil. 51. *Quid in illos jure Fieri poſſet, quærebant.* Cap. 55. *Ipſe Lentulum in carcerem deducit: idem Fit ceteris per Prætores.* Cicero Famil. III. 9. *Fiebam crebro a meis per literas certior.* Quin adeo convenit τ͂ *Fio* ſignificatione ſua cum Verbo *Facior*, non cum *Sum*, ut ideo ipſum illud *Facior*, quod in Compoſitis cum Præpoſitione, veluti *Afficior*, *Conficior*, *Efficior* &c. frequens ſatis eſt, ex uſu communi prorſus tandem excluſerit, & ita quidem, ut hoc *Fio* etiam in compoſitis cum aliis Verbis reſpondeat Activo *Facio*, quaſi vere ejus eſſet Paſſivum. Veluti *Calefacio*, *Calefio*, *Tepefacio*, *Tepefio*, &c. *Interficere*, & hinc eodem ſenſu *Interfieri*. Plautus Trin. II. 4. 131. *Iſtic oportet obſeri mores malos, ſi in obſerendo poſſint interfieri*, h. e. interfici, extingui. Lucretius III. 885. *Poſt mortem fore, ut aut puteſcat corpore poſto, Aut flammis interfiat, maliſve ferarum*, h. e. penitus abſumatur. Verum quia τὸ φύειν apud Græcos etiam Active ſumitur pro generare, hinc & apud Latinos etiam *Fio* olim activam quoque ſignificationem habuiſſe videtur. Unde *Fieri* paſſive paſſim pro generari, naſci. Plautus Ciſtell. actu 5. *Non moror, aliena opera mihi Fieri plures liberos.* Trin. IV. 2. 90. *Ubi abſinthium Fit*, h. e. naſcitur. Mercat. V. 2. 102. *Zacyntho ficos Fieri non malas.* Hinc jam *Fitur*, *Fiebantur*, ex Catone Cenſorio apud Priſcianum, & Compoſita apud Plautum *Defieri*, *Confieri*, *Effieri*, *Interfieri*. Sed & hinc *Fetus*, *Fecundus*, *Femina*, &c.

(61) *Flagro.*] Mihi etiam Hoc eſt vere Neutrum, idque probat ipſa

» *& tonitribus venit, & Semelem conflagravit.* Auctor
» ad Heren. *Quomodo urbs acerbiſſimo concidit incendio*
» *conflagrata?*]

Fleo. Flere funera. Ovid. Terent. Andr. *In ignem poſita eſt, Fletur.* Silius 5. *Longo ævo flebitur.* Ovid. *Fortuna flenda.*

Flo. Vide *Efflo.*

Fluo. Græce ῥέω. Homer. Odyſſ. 9. accuſativo junxit; ῥέει ἀγλαὸν ὕδωρ κρήνη ὑπὸ σπείους, id eſt, *fluit limpidam aquam fons ſub ſpecu.*

» [*Fluctuat.* Lucret. *Fluctuat incertis erroribus ardor*
» *amantum*, ſubaudi *ſe.* Seneca de vita beat. *Deprehenſi*
» *in mari Syrtico, modo in ſicco relinquuntur, modo tor-*
» *rente unda fluctuantur.* Sic in Medea; *Ut dubium pela-*
» *gus fervet, haud aliter meum cor fluctuatur.*]

(62) *Fruor.* Cato Ruſt. *Pabulum frui occipito.* Cicero pro

ipſa Conſtructio & Uſus fere perpetuus. Nam quæ Scioppius hic, & Urſinus To. 1. pag. 458. ex Propertio I. 13. extr. *Nec ſic cæleſtem flagrans amor Herculis Heben*, adferunt, idonea nequaquam ſunt ad Activam Verbi naturam conſtituendam contra innumera fere exempla Neutralis Conſtructionis. Verbum autem hoc derivem a Nomine *Flagrum*, non contra, ut vult Voſſius. Litera enim R in iſta Nominum terminatione vix unquam eſt ex primitivo orta, ſed ſemper eſt inſiticia. Sic *ſcalprum* a ſcalpo, *ſepulcrum* a ſepelio, *Fulcrum* a fulcio, *Clauſtrum* a claudo &c. Ipſum itaque *Flagrum* a Gr. φλέγω, *uro, incendo*, deduxerim; at inde Verbum *Flagro*, quod proprie & primitus videtur notaſſe, ita cædor flagris, ut ardeam. Hinc paſſim conſtruitur cum Ablativo etiam in metaphoricis locutionibus *flagrare inopia, infamia, libidine*, &c. Mox *Fleo* ex illis eſt Verbis, quæ natura ſua vere ſunt Neutra, ſed frequenti uſu Ellipticæ locutionis acceperunt tandem quandam etiam Activi Verbi ſpeciem. At *Fluo* plane & unice eſt Neutrum; ut &, quod dein ſequitur, *Fugio*, eo ipſo, quod vere Neutrum eſt, diſcrepans a vere Activo *Fugo, fugare*, ſicuti differunt *Placere* & *Placare*, *Sedere* & *Sedare*, *Rigere* & *Rigare*, *Clarere*, unde *Clareſcere*, *Inclareſcere*, & *Clarare*, unde *Declarare*.

(62) *Fruor &c.*] De hoc Verbo, & mox ſequenti *Fungor*, Vide quæ notavimus ſupra p. 280. 281. in loco Plauti ex Moſtell. I. 1. 45. quem Sanctius in poſteriore Verbo adfert, deleverim cum Gronovio *Me*, vel ſaltem diſtinxerim poſt *me*, quaſi diceretur, veluti per Appoſitionem, ſine me vivere,

Digitized by Google

pro Milone; *Nobis hæc fruenda relinqueret.* Apulejus lib. 9. *Beatam illam, quæ tam conſtantis ſodalis libertatem fruitur.*

Fugio. Lucanus 1. *In bellum fugitur.*

Fungor libertate: ſubaudi, *functionem*, vel τὸ *fungi.* Terent. *Ita attente tute illorum officia fungere.* Tacitus lib. 3. *Suprema erga memoriam filii ſui munera fungerentur.* idem lib. 4. *Et hominum officia fungi.* Varro; *Municipes, qui una munus fungi debent, dicti.* Terent. *Hominis frugi & temperantis functus officium*: idem; *Major filius tuus Æſchinus, nec boni, neque liberalis, functus officium viri.* Plaut. Moſtell. *Tu tibi iſtos habeas turtures, aves, piſces, ſine me alliato fungi fortunas meas*: idem Amph. *Hic munus fungatur tuum*: idem Trinummo; *Cui nihil eſt, qui munus fungatur ſuum*: ibid. *Sequere hac, mea gnata, ut munus fungaris tuum.* Cic. 3. Tuſcul. *Quemadmodum oculus conturbatus non eſt probe affectus ad ſuum munus fungendum.* Sueton. Auguſt. *Minore moleſtia, Senatoria munera fungerentur*, quo in loco Beroaldus; *Accuſativo, inquit, caſu extulit, quod nos ablativo dicimus. Vetus autem eſt, & elegans loquutio; ſicut Potior illam rem, pro, illa re, Veteres dixerunt: Ita Fungor munus, pro, munere.* Plaut. Menæch. *Paraſitus octo hominum munus facile fungitur.* Vide *Utor.*

Furere. Virgil. Æneid. 12. *Hunc ſine me furere ante furorem.* Liv. *Et nunc id furere, idem ægre pati.* Sed hic melius deerit κατὰ. Vide *Inſanio.*

Garrire. Horat. lib. 1. Satyr. 10. *Comis garrire libellos*: idem; *Dum quidlibet ille garriret.* Martial. lib. 1. *Garris & illud, teſte quod licet turba. Garrire libellos* dixit (inquit Turneb.) (63) quaſi *garrire garritum.*

Gaudeo.

vivere, ut vivo, ſine fortunas meas fungi alliato. Sed forſan omnium erit expeditiſſimum, ſi legamus, *Sine me alliato fungi, & fortunas meas.* Certe nihil tunc ſupererit hæſitationis. Senſus enim eſt, ſine Me, & fortunas meas, fungi alliato, ſeu defungi eo ad explendam famem.

(63) *Quaſi garrire garritũ.*] Immo

Digitized by Google

Gaudeo. Terentius Andria; *Hunc ſcio ſolide ſolum mea gaviſurum gaudia.* Cælius ad Cic. 8. Famil. *Puto ut ſuum gaudium gauderemus*: ibid. *furit tam gaviſos homines ſuum dolorem.* Catull. *Gaudia, quæ gaudeas.* Gellius lib. 9. cap. 9. *Latona gaudium gaudet genuinum & intimum.* Statius lib. 9. *Tu dulces lituos, ululataque prælia gaudes.* Cic. *Nihil eſt neque quod metuamus, neque quod gaudeamus.* Et in Sacris; (64) *gaudeat ſe tellus tantis illuſtrata fulgoribus.*

Gemo. Cic. Attic. lib. 2. *Atque hic ſtatus, qui una voce omnium gemitur*: idem; *occulte ſuum malum gemit.* Virgil. *Nunc Amyci caſum gemit.* Cicero pro Sextio; *Accepiſſet reſpublica plagam, quam acceptam gemere poſſit.* Virgil. *Daphni tuum Pœnos etiam ingemuiſſe leones Interitum.* Prudentius Pſych. *Nec doleas, quia turpe tibi gemuiſſe dolorem.* Ovid. *Fortuna gemenda*: idem 13. Metamorph. *Non mea mors illi, verum ſua vita gemenda eſt*: ibid. *Teque gemunt, virgo.*

Germino. Plinius lib. 16. c. 25. *Quibuſdam germinatur germinatio.* Et in Sacris; *terra germinet Salvatorem.*

Glaciare. Horat. lib. 3. Od. 10. *Poſitas ut glaciet nives puro numine Jupiter.*

» [*Gratificare*, ſubaudi, *gratiam.* Sall. *Non aſſentan-
» do, neque concupita præbendo*, (65) *perverſam gratiam
» gratificans.*]

Hiemare:

mo vero, quaſi garriendo effundere libellos, vel comœdias, quæ colloquiis plebejis conſtant, facere Sic *Vivere Bacchanalia*, *Crepare Leges.* Vide ſupra Not. ult. ad Cap. 2. & hoc Cap. p. 299. 300. 301.

(64) *Gaudeat ſe.*] Phraſin hanc inſcitam puto & barbaram. At Verbum ipſum eſt Neutrum, æque ac *Doleo*, *Furo*, quod præcedit, & *Gemo*, ac *Horreo*, quæ mox ſequuntur. Vide & pag. 301.

(65) *Perverſam gratiam gratiſ.*] Verba ſunt Salluſtii ex orat. I. ad Cæſarem. Sic. Jug. 3. *Potentia paucorum decus atque libertatem ſuam gratificari.* Cic. Fam. I. 10. *Cur enim hoc tibi non gratificer?* Vel ſic tamen putem Verbum hoc proprie Neutralis vel Paſſivæ fuiſſe ſignificationis, ut notaverit gratum fieri, gratiam ineundo; atque adeo Accuſativos ejus, per Ellipſin Præpoſitionis, primum adhibitos. Sed *gratificare*, h. e. gratum ſe facere aliis, fuiſſe olim Activum,

Digitized by Google

(66) *Hiemare* : Plinius lib. 19. cap. 4. *Decoquunt alii aquas, mox & illas hiemant* : idem libro 9. *Hiemato lacu.*

Hiulco. Catull. ad Manlium; *Quum gravis exuſtos æſtus hiulcat agros.*

Horreo, horreſco. Cic. *Et ſi omnium conſpectum horreo* : idem; *Horreo crimen ingrati animi* : idem; *Deorum tamen numina horrent.* idem; *Ut ipſam victoriam horrerent.* Lucan. lib. 1. *Horruit Alcides, viſo jam Dite, Megæram.* Apul. lib. 6. *Cujus totæ provinciæ nomen horreſcunt.* Cic. *Imbecillius horrere dolorem, & reformidare. Perhorreſco* ſemper habet accuſativum.

Jaceo. Virg. *Jacet extra ſidera tellus*, ſubaudi, *ſe*, vel *jacere*; ut, *jacent ſub arbore poma*, (67) quia nihil eſt quod non

Activum, ſub quo intellectum fuerit *SE*, exiſtimem. Solent enim ejus formæ Verba eſſe Activa. Sic Uxores dicuntur *Magnificare* ſuos Viros apud Plautum in Sticho I. 2. 44. Carcer & exilium *Horrificaſſe dignitatem* Marii apud Florum III. 21. Et paſſim *ſacrificare victimam.*

(66) *Hiemare*] Plinii hæc vere ſunt Activa. Sed ceteroqui Verbum hoc notat frequentiſſime, *Hiemem eſſe*, ſeu *Hibernam tempeſtatem*, vel etiam *in hibernis agere*, quo utroque ſenſu vere eſt Neutrum: ut adeo hinc liqueat eſſe Verba, quæ & Activam & Neutram vere habeant, vel acceperint, uſu ipſo conſtructionem & ſignificationem Sic *Horrere* eſt trepidare ad alicujus rei conſpectum, ſed ſæpe *Horrens* occurrit pro Horrorem aliis incutiens: Tacit. Hiſt. II. 88. *Milites tergis ferarum, & ingentibus telis horrentes, ſævum erant* Urbi R. *ſpectaculum.* Plinius Panegyr. *cap.* 81. *luſtrare ſaltus, excutere cubilibus feras, ſuperare immenſa montium juga, & horrentibus ſcopulis gradum inferre.* Ovid. Metam. IV. 778. *perque abdita longe, Deviaque & ſilvis horrentia ſaxa fragoſis.* Et ſic paſſim Virgilius (Vide Aen. I. 165. & 311. & III. 230.) ſilvis tribuit *Horrentem umbram*, h. e. non religioſam, aut venerandam, ut vult Servius, ſed horridam, & horrorem animis ingredientium incutientem. Poſſis tamen etiam hæc omnia Neutraliter interpretari, ut notetur hirſuta aſperitas, quæ horrida eſt. Sic inculti capilli dicuntur *Horrere* apud Tibullum II. 3. & *Horridus* ac *Squalidus* Homo conjunguntur, & opponuntur *Scito*, apud Plautum Trucul. V. 41. & 42.

(67) *Quia nihil eſt &c.*] Satis hæc refutata dedimus Cap. 2. atque adeo *jacere, ſedere, ſtare*, & ſimilia, prorſus ſunt Neutra. Sed & inepta penitus, quæ hiſce ſubaudiri volunt Sanctius & Scioppius. De τῷ *Jaceo* res quoque patet ex

eo,

non agat, & ſi agit, aliquid agit. Vide *Sedeo*, & *Sto.*

» [*Jejunare*, ſubaudi, *jejunium.* Zachar. 7. *Numquid*
» *jejunium jejunaſtis mihi?*]

Ignoſco tibi, ſubaudi, *peccatum*; ut, *Indulgeo.* Cic. *Hanc culpam ei facile ignoſcamus.* Plautus Amphit. *Velatis manibus orant, ignoſcamus peccatum ſuum.* Propert. 1. *Jupiter ignoſco cætera furta tua.* Virgil. 4. Georg. *Ignoſcenda quidem, ſcirent ſi ignoſcere manes*: idem Culice; *Parvum ſi Tartara noſſent peccatum ignoviſſe.* Quinctil. in declam. *Ignoſcite malorum periculorum motus*; *ignoſcite humana diſcrimina.* Ovid. lib. 1. Artis; *vitioque ignoſcitur omni.*

(68) *Illuceo.* Plaut. Bacch. *Vulcanus, Sol, Dies, Luna, Dii quatuor, ſceleſtiorem nullũ illuxere alterum.* Vide *Luceo.*

Illudo. Virgil. 10. *I nunc, & verbis virtutem illude ſuperbis.* Terent. *Satis ſuperbe illuditis me*: idem And. *Pene illuſi vitam filiæ.*

Impendeo. Impendet tibi calamitas, ſubaudi, *ſe*; ut, *Nox præcipitat*, & *ver appetit.* Dicimus etiam; *Impendet homines mors.* Terent. Phormio; *Ita nunc imparatum ſubito tanta te impendent mala.* [At vide *Jaceo* & *Illuceo.*]

Imponere, pro *fallere*, dicunt eſſe neutrum, melius qui concinnavit promptuarium linguæ Latinæ; ait enim deeſſe, *impoſitionem.* Mihi videtur (69) deeſſe *Clitellam.* vide Ellipſ. *Clitella.*

» [*In-*

eo, quod aliud eſt ejuſdem originis & ſignificationis, ſed jam Activæ, Verbum, conjugatione diverſa ab hocce diſtinctum, nempe *Jacio*, cujus effectum & conſequens hoc Verbo, *Jaceo*, denotatur, plane uti a *Pendo* activo eſt *Pendeo* neutrum, a *Sedo*, *Placo*, *Fugo* &c. Activis, Neutra *Sedeo*, *Placeo*, *Fugio*, &c.

(68) *Illuceo.*] Accuſativus hic non regitur a Verbo, ſed ab repetenda & intellecta Præpoſitione *In.* Et eodem modo ſe res habet in Verbis ſequentibus, *Illudo*, *Impendeo*, *Incubo*, *Incumbo.* Certe Simplicia eorum omnium ſunt vere Neutra. Neque enim dicitur Latine, *Lucere aliquem*, ſed *Lucere* & *Prælucere alicui facem* (vide infra Verbum *Luceo*,) quod eſt, Lucere alicui, vel lucem præbere, per facem.

(69) *Deeſſe Clitellam.*] Vel *Sarcinam.*

Digitized by Google

(70) » [*Incipere*, ſubaudi, *principium.* Terent. Heaut. » *Neque quod principium incipiam ad placandum ſcio.* Plaut. » Stich. *Principium quo pacto occipiam, id ratiocinor.* » Virgil. *Vix prima inceperat æſtas.*]

» [*Inclinare.* Livius lib. 5. *Cum omnem culpam Ser-* » *gius in collegam inclinaret* : ibid. *Neutro inclinata ſpe.* » *Plebe ad id conſilium inclinata.*] [Vide ad *Declinare.*]

Incubare, quum de avibus dicitur, deeſt *ova*; unde, *ova incubantur*. Plin. lib. 2. *Quod ſi una natura omnes incubaret.*

Incumbo. Salluſt. 3. Hiſt. citante Frontone; *ut ſuſtinere corpora plerique nequeuntes, arma ſua quiſquis inſtans incumberet* : idem; *verbo incumbit illam rem.*

(71) *Indigeo.* Vide *Egeo.* Varro lib. 1. cap. 31. *A quo, quod indigent potum, poma dicta eſſe poſſunt. Potum* habet antiquus codex, ut ait Turneb. » [Si quis tamen » malit *Potui*, ſicut alii libri habent, ut ſit priſcus abla- » tivus, pro *Potu*, oratio per infinita cognata ſic ſupple- » bitur; *indigent indigere potu*, ſive *a potu*, hoc eſt, in- » digentiam. Vide ſupra *Egeo.*]

Indulgeo tibi, (72) ſubaudi, *indulgentiam*, vel *peccatum.* Martial.

cinam. Sic certe Plautus Moſtell. II.1.83. *Ludos ego hodie vivo præſenti hic ſeni faciam &c. hinc ſpeculabor procul, unde advenienti ſarcinam imponam ſeni.*

(70) *Incipere.*] Verbum hoc & ſequens *Inclinare* vere ſunt Activa. Sub utroque, ſi ut Neutra videntur conſtrui, intelligitur SE. Quod ſub hocce *Principium* ſubaudit Scioppius, ineptum eſt. Neque ita, ut ille tradit, editur apud Terent. Heaut. V. 4. 21. ſed, *neque quod principium capiam ad placandum, ſcio.* Sunt tamen, qui illic legant *incipiam*, ſed &, qui *inveniam.* At apud Plautum Sticho I. 2. 17. reperio, quod edidit Scioppius. Nec tamen inde ſequitur, hoc ergo alibi ſubaudiendum.

(71) *Indigeo.*] Indigeo & Egeo pariter ſunt Neutra. Abſurdum porro his verbis pro Accuſativo addere Infinitum Modum, qui æque ac alii Modi, requireret Accuſativum. Nam æque activum eſt *amare*, ac *amo.* Ita vero ſæpius repetendus foret Infinitus, *indigeo indigere indigere* &c. ſed inepta hæc ſunt. Notandum autem conſtrui hoc Verbum etiam cum Infinito, qui tum ponitur loco Genitivi. Gellius IV. 1. *Sed hoc plane indigeo addiſcere*, h. e. hujus addiſcendi indigeo & cupidus ideo ſum.

(72) *Subaudi indulgentiā.*] Malim *Me*, ſeu Pronomen reciprocum. Sic plane Juvenalis Sat. II. 165.

Martial. *Indulgent patientiam flagello.* Tacitus lib. I. *Cunctaque quæ Germanicus indulſerat.* Juven. *Seſe indulſiſſe Tribuno.* Lucill. citante Nonio; *Tu qui iram indulges nimis.* Aſinius citante eodem; *Male mercatur de nobis heri, qui nos tantopere indulgent in pueritia.* Sueton. Domitian. *Exilium indulſit*: ibid. *Ut damnatis liberum mortis arbitrium indulgeatis*: idem Claudio; *Quum eſſedario indulſiſſet rudem*, quæ verba non intelligens Eraſmus in annotatiunculis ad Suetonium, inquit; *indulſiſſet, pro, amiſiſſet*: Niſi velis typographi eſſe lapſum, & emendandum, *manumiſiſſet.* Apulejus lib. 5. de Aſino; *Indulge fructum, & tibi devotæ animam recrea.* Petron. Arbit. *Nec diu tamen lacrymas indulſit.* Macrob. lib. I. Satur. *Feriæ, quas indulget magna pars menſis Jano dicati.* Terent. Eunuch. *Nimis me indulgeo.* Ubi Donatus, *Mi*; ſic *veteres, quod nos* mihi *dicimus*: Alibi, *Te indulgebant, tibi dabant.* Vide *Ludo*, & *Ignoſco.*

Inire viam. Vide *Eo.*

Inflare ſonum, inflare tibias, vela, calamos, & ſimilia trita ſunt: &, *Calami inflantur.*

Ingemo. Vide *Gemo.*

Ingredior.

165. *Et tamen unus Armenius Zalates cunctis narratur Ephebis Mollior, ardenti ſeſe indulſiſſe Tribuno.* Urſinus To. I. p. 458. putat Verbum hoc vi præpoſitionis adſciſcere Accuſativum. At plerique Accuſativi hic a Sanctio memorati pendent a ſignificatione ipſius Verbi, non a Præpoſitione. Poſſit tamen id ferri, quando Accuſativus Perſonæ huic Verbo jungitur, velut apud Terentium, *Te indulgebant, Nimis me indulgeo*: niſi tamen in his intelligendus ſit potius Dativus *libidini*, vel *ingenio tuo*. Nam *indulgeo* videtur ſignificaſſe olim fere idem, quod *Concedo, Permitto.* Certe hæc ſignificatio in omnes Verbi phraſes ſic ſatis convenit. At ſi originem Verbi quæramus, deduxerim id, non ab *algeo*, nec ab *urgeo*, ſed a *Dulcis*, literis C & G inter ſe permutatis, ut ſolet frequentiſſime. Ita vero ſignificabit proprie, Dulcis eſſe alicui, & erit Neutrum, cui additi Accuſativi, ſaltem plerique, per Ellipſin Præpoſitionis ſint explicandi. Activum ejus videtur ſerius formatum, & ideo retinuit C. Hinc *Indulcare*, a Simplice *Dulcare*, unde & *Edulcare*, de quibus vide Voſſii Etymol. in v. *Dulcis.* Sed paulatim etiam illud *Indulgere* uſu ipſo accepiſſe videtur ſignificationem activam *permittendi Se*, vel *Aliquid, alicui.*

Digitized by Google

Ingredior. Ingredi Junonium, Adag. (73) » [deeſt *gra-*
» *dum*, *ingreſſum.*]

Inſanio, » [ſubaudi, *inſaniam*, vel *ſtultitiam.*] Horat. 2. Serm. *Huic ego vulgum errori ſimilem cunctum inſanire docebo.* Propert. 2. (74) *Lynceus ipſe meus ſeros inſanit amores.* » [Sen. de vita beat. *Hilarem inſaniam inſanire,*
» *& per riſum furere.*] Horat. *Quam me ſtultitiam inſanire putas.* Sic enim legit Lamb. Vide *Furere.*

Inſervire alicui, (75) ſubaudi *ſervitutem.* Sed & alios accuſativos explicat Plaut. Moſtell. *Si illum inſervibis ſolum*: ibid. *Non eſt meretricum, unum inſervire amantem.* Cic. *Nihil eſt a me inſervitum temporis cauſa.* Plaut. *Matronæ eſt, unum inſervire amantem.* Vide *Servio.*

Inſiſto. Virgil. 6. *Nulli fas caſto ſceleratum inſiſtere limen.* Ubi Servius; *Inſiſto illam rem dicimus*, (76) *non, illi rei, quod qui dicunt, decipiuntur, propter* Inſto illi rei. Cicero 3. Orat. *Quonam igitur modo tantum munus inſiſtemus.*

(73) *Deeſt gradum.*] Sed & præpoſitio *Ad*, & ſæpe IN, quæ paſſim apud Ciceronem additur. Eadem intelligitur quoque in phraſi *Inſervire aliquem.* At *ingredi Junonium* notat ad modum Junonis ingredi.

(74) *Linceus ipſe.*] Vide de hoc loco ſupra ad Verb. *Æſtuo.* p. 299. 301. Verbum autem hoc eſt Neutrum, ſed in locis a Sanctio allatis Accuſativo exprimitur materia vel effectum inſaniendi.

(75) *Subaudi ſervitutem.*] Immo nihil. Eſt enim plane Neutrum: ſed & quando adduntur alii Accuſativi, oriuntur illi a Præpoſitione per Ellipſin omiſſa, & ex Verbo repetenda.

(76) *Non illi rei.*] Falſiſſimum illud; nam paſſim etiam hoc modo locuti ſunt Optimi Auctores. Livius XXXVII. 60. *Cui rei potiſſimum inſiſteret.* Cicero Acad. IV. 29. *Illuſtribus rebus inſiſtis.* Tacitus Hiſt. II. 70. *Inſiſtere Bebriacenſibus campis concupivit.* Ovidius Metam. VIII. 52, *Gnoſſiaci poſſem caſtris inſiſtere Regis.* Ratio autem loquendi hæc eſt, ut Accuſativus regatur non a Verbo, ſed a Præpoſitione intellectas: verbum tamen Activum ſit, & ſub eo intelligatur *SE*, ut ſub Simplici *Siſto.* Cæſar B. Gall. VI. 5. *Totus & mente & animo in bellum Treverorum & Ambiorigis inſiſtebat.* Et ſimiliter cum Ablativo, Idem IV. 33. *In jugo inſiſtere.* Cicero Somn. Scip. cap. 6. *In quo qui inſiſtunt, adverſa vobis urgent veſtigia.* Similis Præpoſitionis Ellipſis ſtatuenda eſt in ſeq. Verbis *Inſto*, & *Inſulto*, ſed quæ vere Neutra ſunt. At *Inſueſco* eſt ex illis, quæ modo ſunt Activa, modo Neutra.

Digitized by Google

mus. Plaut. Milit. *Inſiſte hoc negotium ſapienter* : idem Capt. *Proinde omnes itinera Inſiſtant ſua* : idem Milit. *Quam jam inſiſtas viam.* Terent. Eunuch. *Quem perconter? quam inſiſtam viam?* Stat. Theb. 5. *Summiſque inſiſtitur aſtris.*

Inſto huic rei, ſubaudi, *operam*, vel *inſtare.* Virgil. 8. Æneid. *Parte alia Marti currumque, rotaſque volucres* (77) *Inſtabant.*

Inſueſco. Horat. 1. Serm. *Inſuevit pater optimus hoc me, ut fugerem*; quem locum contra fidem omnium librorum pervertit Lambinus; ego Turnebo aſſentior lib. 30. cap. 19. Columella lib. 6. *Maxime tamen habetur ſalutaris amurca, ſi tantundem aquæ immiſceas, & ea pecus inſueſcas* : idem 1. *Atque ubi ceperint aliquod incrementum habere, ſic inſueſci debent : ut in id*, & cæt. Vide *Conſueſco*, & *Aſſueſco.*

Inſulto. Tacit. 4. *Qui nunc patientiam ſenis, & ſegnitiem juvenis, juxta inſultet.* Salluſt. *Multos a pueritia bonos inſultaverat.* Sic citat Servius 9. Æneid. Terent. Eunuch. *Næ tu iſtas faxo calcibus inſultabis fruſtra.* [Intellige IN.]

Intendo proprie de arcu dicitur; transfertur ad alia. Supplebis igitur, vel *arcum*, vel *animum*, vel *mentem.* Horatius, *Si non intendis animum ſtudiis & rebus honeſtis.* Salluſt. *Ubi intenderis ingenium, valet.* Hinc in ſacris: *Deus in adjutorium meum intende*, ſubaudi *arcum*, vel *mentem.*

Interdico tibi ludum, (78) nemo negabit eſſe activum. Sueton.

(77) *Inſtabant.*] Sic Plautus Pœn. IV. 2. 96. *Tantum eum inſtat exitii*, h. e. inſtat in eum, vel ad eum. Plane ut *impendet*, quod vide paulo ante. Cum Dativo Pl. Perſa IV. 3. 21. *Tibi multa bona inſtant a me.*

(78) *Nemo negabit eſſe Activum.*] Eſt ſane Activum, ut Simplex *Dico*, & reliqua ejus Compoſita, atque adeo regitur ab hoc Verbo Accuſativus, quando dicitur *Interdico tibi Urbem.* Sic Sueton. Aug. 27. illum *interdicta Urbe dimiſſum.* & Claud. 23. *Ut hi, quibus a Magiſtratibus provinciæ interdicerentur, Urbe quoque & Italia ſubmoverentur.* Minus autem recte dicitur *Interdicere aliquem.*

Digitized by Google

Sueton. Domitian. *Interdixit hiſtrionibus ſcenam.* Livius lib. 34.

aliquem. Nam etiamſi cum Ablativo rei conſtruatur, vel ſic Caſus perſonæ additus Verbo, eſt Dativus, non Accuſativus. Et tamen Nepos in Hamil. cap. 3. *moribus eorum non poterat interdici Socero Gener.* Sed eo denotatur Res interdicta, h. e. uſus & convictus Generi. Aſt longe diſertior eſt locus Gellii xv. 11. in paſſivo, *Philoſophi SCto ejecti, atque Urbe & Italia interdicti ſunt.* Sequitur enim hinc, in Activo dicturum quoque Gellium, *interdicere Philoſophos urbe* &c. Quæ porro dabitur ratio conſtructionis cum Ablativo? Sueton. Aug. 66. *alteri ob ingratum animum domo & provinciis ſuis interdixit.* Et ſic ſæpe. Nempe *interdicere* proprie notat interloqui, interſerere. Sic A. ad Herenn. II. 11. *In præſentiarum hoc interdicere non alienum fuit, ut hujus infantiæ garrulam diſciplinam contemneremus*, h. e. interponere. Sed ab hac laxa & lata ſignificatione devenit ad magis peculiarem & uſitatam, ſed remotiorem, *vetandi*; ortam, ut videtur, ex eo, quod in media actione, ſi quid diceret vel faceret quis, quod Prætori diſplicebat, Hic interdicebat, ſeu edicebat, ne illud diceret vel faceret. Etenim τὸ *Inter* in Compoſitis ſæpe habet ſignificationem impediendi quid & prohibendi ac penitus tollendi. Sic *intercedere*, præter laxiorem ſignificationem, proprie quoque notat in mediam actionem ſe ingerere ad eam impediendam. Unde Tribunis proprium hoc fuit verbum, qui poteſtate impediendi omnia erant inſtructi. Neque etiã quando dicitur *Intercedere pro aliquo* directe id deſignat deprecationem aut animũ deprecandi, ſed animum impediendi aliorũ conſilium, ſive hoc precibus & bonis verbis fiat, ſive vi & jure poteſtatis. Sic apud Sueton. Cæſ. 30. *Si quid de Tribunis pl. intercedentibus pro ſe gravius a Senatu conſtitutum eſſet.* Auſon. Edyll. 16. in extr. *Ipſæ intercedunt Heroides*, h. e. vel verbis vel facto impediunt ulteriorem pœnam. Similiter *intercipere* notat aliquid in medio capere, & ſic impedire, ne perveniat ad deſtinatum ſibi locum. Terent. Eun. I. 1. ult. *Nam quod nos capere oportet, hæc intercipit.* Et ſic Sus apud Ovid. Metam. XV. 113. roſtro eruens ſemina agri, dicitur *ſpem anni intercipere.* h. e. ſpem, quæ jam erat, extinguere: Et Jupiter apud Florum II. 4. *intercepiſſe votum* Marti nuncupatum. Denique paſſim ita *intercipere literas.* Ad eundem ergo modum *Interdicere* implicitam habet ſignificationem impediendi aliquid Verbis, ſeu prohibendi, ne quid fiat. Hinc conſtruitur cum ſeq. *ne.* Plaut. Perſa IV. 4. 69. *Servitus mea mihi interdixit, ne quid mirer meum malum.* Terent. Hecyr. IV. 1. 48. *Interdico, ne extuliſſe extra ædes puerum uſquam velis.* Phædr. fab. 68. *Interdicit, ne cum malefico Uſum bonus conſociet ullius rei.* Sed locutionis cum Ablativo nullum reperio aut comminiſci queo idoneum ſupplementum, niſi forte *vitam*, vel

 cum

Digitized by Google

lib. 34. *Fœminis duntaxat uſum purpuræ interdicemus?* Quum

cum Sanctio *interdictum*, ut plenior locutio ſic ſe habeat, *interdico tibi vitam tuam ab aqua & igni, a domo mea, ab urbe, a bonis.* Certe τὸ *Inter* in Compoſitis ſolet ita cum Ablativo conſtrui. Sic enim dicimus, *Intercludere alicui viam*, & *aliquem viâ.* Etiam cum Præpoſ. Livius l. 27. *Ne intercluderentur ab oppido.* Cic. Famil. VIII. 1. *Interclufus ab reliquo exercitu.* Sic plane *intereſſe quid* dicitur *ab aliquo.* Vide infra ad III. 5. n. 4. Similiter ergo *Interdicere alicui aqua*, pro ab aqua. Sed tamen duri aliquid habere videtur Elliptica hæc locutio, *Interdicere alicui aqua*, ſcil. *vitam* vel *Interdictum*, at cogitandum nobis, illam ex primis & antiquiſſimis temporibus, quando formatæ ſunt phraſes, quarum Ellipſes in uſu dein manſerunt, forſitan eſſe repetendam, quibus id quod poſtea durius viſum, non fuit durum. Sed & acceſſiſſe potuit Abuſus, magis ad ſignificationem & conſtructionem prohibendi, quam ad hujus ipſius Verbi propriam, attendens. Certe quanto magis aciem mentis hanc in rem intendo, tanto certius mihi videtur, multas phraſes a Veteribus ex abuſu, & analogiæ neglectu aut inſcitia, temere formatas, dum attendebant non tam ad originem & primitivam conſtructionem verborum, ſed unice ad ſignificationem paulatim uſu receptam, a qua dein novis conſtructionibus formatis etiam longius proceſſerunt. Sic omnibus Verbis, quibus implicitam dederunt Veteres ſignificationem quandam *accuſandi, damnandi, abſolvendi*, dederunt quoque eorum conſtructionem cum Genitivo. Veluti *increpare aliquem ſævitiæ, avaritiæ, Captare & capere impudicitiæ, Urgere criminum, Adſtringere & Alligare ſe furti, Convenire furti, Teneri furti, Liberare ejus culpæ Regem, Purgare civitatem omnis facti hoſtilis, Interrogare alicujus facti, Poſtulare injuriarum, Prehendere mendacii, Infamare temeritatis, Citare capitis, Perdere capitis.* Vide Urſinum To. 2. pag. 208. & 209. Sic & Plautus Trucul. IV. 2. 49. *Ego te manum injiciam quadrupli.* Scilicet ſicuti Verbis Accuſandi Genitivus additur, non tantum criminis, ſed & pœnæ, veluti *accuſare capitis*, ita & hic Genitivus *quadrupli*, ad pœnam, quæ petitur, notandam, additur phraſi, quæ notat vocare aut rapere in jus. Sic quia dicimus, *Hoc eſt te dignum*, eodem plane ſenſu & conſtructione *æquum* adhibetur. Plautus Bacchid. III. 3. 84. *Plus vidiſſem, quam deceret, quam me atque illo æquum foret.* Prol. Rud. 47. *Is leno, ut ſe æquum eſt, flocci non fecit fidem.* Trucul. II. 1. 12. *Ita æquum factu eſt.* Poſſent hæc quidem omnia, ut Elliptica, expleri: ſed vix dubito, quin Auctores ita locuti ſint ſimpliciter, quia altera phraſis, cujus ſenſum hiſce ſuis exprimunt, ita conſtrui ſolebat. Similiter Verba quædam & Nomina retinent conſtructionem ſui Primitivi, ab ſua natura ceteroquin alienam. Ovid. Metam. VII.

Digitiz

Quum vero dicitur, vel abſolute, *prætor interdixit*, vel *interdixit illi aqua & igni*, deeſt *Interdictum*, ut ſit, Prætor interdixit illi interdictum ab aqua & igni; vel de aqua & igni. Plin. lib. 39. cap. 1. *Interdixi tibi de medicis.* Cicero pro Cecinna; *Prætor interdixit de vi hominibus armatis.* Dicitur etiam, *interdixit illi aquam, & ignem.* Cicero pro domo ſua; *Velitis, jubeatis, ut M. Tullio aqua, & ignis interdicatur.* (79) Deeſſe *interdictum*,

VII. 809. *quum ſatiata ferinæ dextera cædis erat.* Scilicet quia *ſatis*, *ſatias*, *ſatietas* cum Genitivo conſtrui ſolet, etiam verbum hoc ita conſtruitur. Vide & ſupra ad verbum *Cupio*. Plautus Ciſtell. I. 3. 17. *Paternum ſervum ſui participat conſilii*, quum ceteroquin hoc Verbum conſtruatur cum Accuſativo & Dativo, vel Ablativo cum Præpoſitione, at hic cum Genitivo, quia *Particeps* & *Expers* cum Genit. conſtrui ſolent. Sic *Potiri rerum*, quia ſic quoque *Potis*, *Potens*, *Compos*, *Impos*, conſtruuntur. Similiter ex Veteri Poëta apud Ciceronem, *Qui te nec amet, nec ſtudeat tui*, qui *Studium* quoque & *Studioſus* Genitivum ſibi vel maxime adſciſcunt. Sed & hinc factum, ut cum Adverbia ab Adjectivis formata eorum ſequantur conſtructionẽ. Livius XXVII. 48. de Elephantis, *inter duas acies verſari, velut incerti, quorum eſſent, haud diſſimiliter navibus ſine gubernaculo vagis.* tum etiam Nomina Verbalia retineant aliquando Conſtructionem ſeu Caſum Verborum, quibus derivantur, veluti, *quid tibi hanc rem curatio eſt; quid tibi huc reditio eſt; multos ejus honori video eſſe fautores. Servitus opulento homini dura eſt; inſidiæ Conſuli, non procedebant, Juſtitia eſt obtemperatio ſcriptis legibus.* Denique naturalis Linguæ Latinæ conſtructio aliquando etiam obliteratur per Græciſmum. Sic *regnavit populorũ agreſtium* apud Horat. Od. III. 30. quia Græci *βασιλεύειν* cum Genitivo conſtruunt. Vide & ſimilia ſupra in *Cupio*. Refer huc etiam Pronomen relativum, quando in eodem caſu ponitur, qui jam præceſſit, licet Verbum, cui jungitur, alium requirat. Vide Me infra ad IV. 12. 2. Sic ergo & *Interdicere*, cum accepiſſet jam ſignificationem *Prohibendi*, quia hoc Verbum uſitatiſſime cum Ablativo conſtruitur, videtur & illud paulatim eandem denique accepiſſe conſtructionem, Accuſativo per Ellipſin omiſſo. Vide & infra ad Cap. 5. Nota 4.

(79) *Deeſſe interdictum.*] Male ſine dubio hæc prioribus jungebantur ſine ulla fere diſtinctione; quod præter mentem fuit Sanctii ipſius factum, qui duo diverſa in hiſce probare nititur: Prius, dici etiam, *Interdixit illi aquam*, quod probat ex his apud Ciceronem verbis, *ut M. Tullio aqua & ignis interdicatur*, licet in Noſtris Edd. legatur iſtic *Igni*. Vide

ctum, vel *interdicere*, indicat illud Ciceronis de Senectute; *Ut quemadmodum noſtro more male rem gerentibus patribus, bonis interdici ſolet.* Plinius Epiſt. 76. *Carent enim togæ jure, quibus aqua & igni interdictum eſt.* Cicero 1. de Finib. *Sed id neque feci adhuc, nec mihi tamen, ne faciam, interdictum puto. Voluptatem interdicere.* Horat. 1. epiſt. *Cui ſic per vim eſt interdicta voluptas.* Ovid. 10. Metamorph. *ſpes interdictæ.* » [Nepos Hamilc. *Socero* » *gener interdici non poterat.*]

Intereſt. Vide lib. 3. cap. 5.

» [*Invadere*, (80) ſubaudi *invaſionem.* Plautus Aſin. » act. 5. ſc. 2. *In oculos invadi optimum eſt.* Poteſt etiam » ſubaudiri *viam*; ut, Virgil. *Tuque invade viam, va-* » *ginaque eripe ferrum.*]

Invideo tibi veſtem; &, *Cœli te regia nobis invidet*, trita ſunt. Cicero; *Invidetur enim commodis hominum ipſorum*: idem; *quia non modo non invidetur illi ætati, ſed etiam favetur.* Ovid. epiſt. *Troadas invideo.* Cui conſonat Horatianum illud in arte Poët. *Ego cur acquirere pauca, Si poſſum, invideor.* Cicero 3. Tuſcul. citat Accium in Menalip. *Florem quiſnam liberûm invidit meûm?* deinde addit; *male latine videtur, ſed præclare Accius; ut enim* videre, *ſic* invidere florem *rectius*, *quam* flori *dicitur. Nos conſuetudine prohibemur, poëta jus ſuum tenuit, & dixit audacius.* Hæc Cicero, aliquanto fortaſſe ſuperſtitioſius, (81) » [putans, *Invidere aliquem* non » aliud

Vide Cap. 18. pro Domo. Alterum, Deeſſe *interdictum*, quando Verbum hoc cum Ablativo conſtruitur, quod ex Cicerone de Seneꝺ. &c. probare contendit. Diſtinguendum hic ergo ante *Deeſſe*, maxima diſtinctione.

(80) *Subaudi invaſionem.*] Immo potius IN, ut liquet ex Plauti loco. Sic & Salluſt. Jug. 32. *Tanta vis avaritiæ in animos eorum invaſerat.* Gell. V. 19. *Liberti in jura ingenuorum per adoptionem invadunt.* Plautus Epid. V. 2. 5. *Flemina invadunt mihi in genua.*

(81) *Putans invidere &c.*] Revera nihil aliud eſt primitiva ſignificatione τῷ *Invidere aliquem*, quam Intueri aliquem. Sed ſicuti ſæpe fit, ut generalis vocabuli ſignificatio quaſi propria evadat peculiari uſui, ſic & huic verbo, quod primitus generale fuit,

Digitized by Google

» aliud eſſe quam Intueri, ſeu videre in aliquem, cum » ſit, obliquo & maligno oculorum intuitu faſcinare » aliquem; velut ex Catullo diſcimus, cui *Invidere &* » *Faſcinare* idem ſunt, epig. 5. & 7. Verſus proinde Ac» ciani ſententia eſt, quis florem liberorum meorum » faſcinavit? Sicut Virgil. *Neſcio quis teneros oculus mi-* » *hi faſcinat agnos*; utque Horatius ait de Invido; *Quis* » *obliquo oculo mea commoda limat*?] Differunt autem *Invideo tibi*, & *Invideo te*: in illo enim aliquid ſemper deſideratur; ut, *Invideo tibi*, ſubaudi, *rem aliquam*, *bona*, vel *fortunam*, aut integram orationem; ut, *Invideo tibi, quod bene cantes*: in hoc vero nihil poteſt ſuppleri.

Irruo. Vide *Ruo.*

Jurare alicui, vel *jurare per Deos*, (82) ſubaudi *jusjurandum.*

fuit, propria ſedes data eſt in peculiari illo intuitu, qui fit cum livore & faſcinatione: atque adeo *Invideo te* notat maligno oculo & animo te intueor continuo, *Invideo tibi bona* idem fere notat, niſi quod Dativus declarat eum, ad cujus rationes pertinet & malum hæc mea Invidia: at *Invideo dignitati tuæ*, eſt ſimpliciter idem, quod ipſam actionem invidendi exerceo erga dignitatem tuam, atque adeo neutralem tunc & conſtructionem & ſenſum habet, qui in prioribus eſt Activus. Salluſt. Catil. 58. *Si virtuti veſtræ Fortuna inviderit.* Tacit. Ann. I. 22. *Ne hoſtes quidem ſepultura invident*: Ubi vide Pichenam & Gronovium, qui etiam in his locutionibus intelligit Accuſativum, ut per Ellipſin omiſſum, ſed incertum & duriuſculum. Ceterum ſæpius hoc fit, ut Activa, meram tantum actionem ſignificantia, neutrali conſtructione adhibeantur. Vide ſupra Cap. 2. pag. 274. 275. Sed & ſic *Supplicare alicui* proprie per Ellipſin dicitur pro Supplicare genua ſub aliquo, at uſu loquendi dein poſitum eſt directe pro, ſupplicem eſſe, & precari pro ſalute ſua, immo & pro, ſacra diis facere. Unde paſſim, *Supplicare thure & mero.* Vide Plautum prol. Aulul. v. 24. & Sueton. Aug. 35.

(82) *Subaudi jusjurandum.*] Ac vide ſupra ad Verbum *Æſtuo* pag. 301. Cum duplici Accuſativo & diverſæ Præpoſitionis Ellipſi ponitur hoc Verbum apud Virgil. Æn. XII. 197. *Hæc eadem, Ænea, terram, mare, ſidera, juro, Latonæque genus duplex, Janumque bifrontem*, h. e. in hæc eadem, in quæ tu juraſti, juro & Ego per terram &c. Idem conjunxit Æn. VI. 324. *Jurare & fallere numen*: quæ diverſæ ſunt conſtructionis. Nam *jurare numen*

randum. Cicero 5. Fam. *Magna voce juravi veriſſimum pulcherrimumque jusjurandum.* Cæſar. 3. Civil. *Hoc idem jurant reliqui legati* : & ſtatim ; *Atque idem omnis exercitus jurat.* Cicero Attic. *Qui denegat, & juravit morbum.* Ovid. 2. Metamorph. *Stygias juravimus undas.* Petron. Arbiter ; *In verba Eumolpi ſacramentum juravimus.* Et in ſacris ; *Jusjurandum, quod juravit,* cæt. ex Græco ad verbum : ὅρκον, ὃν ὤμοσε.

Juvat. Vide ſupra cap. 1. lib. 3.

Laboro. Cicero Attic. (83) *Ad quid laboramus res Romanas?* » [*Quid ego laboravi aut quid egi? Quod ſit huma-* » *nis manibus laboratum.*] Euripides Androm. τί μόχθον μοχθεῖς, id eſt, *quid laborem laboras?* Cicero Lentulo ; *Laboratur vehementer.* » [Virgil. *Arte laboratæ veſtes.* Horat. *Unguentum, quod meæ laborarunt manus.*]

» [*Latendum eſt domi,* ſubaudi *Latere,* ſeu *latibulum.*] [Immo & hoc Verbum eſt plane Neutrum.]

Latro. Lucan. 1. (84) *Flebile ſævi latravere canes.* Horat. 1. epiſt. *cervinam pellem latravit in aula* : idem Epod. 5. *Senem adulterum latrent Suburanæ canes.* » [Lucret. » *Nil aliud ſibi naturam latrare.* C. Oppius in vita Afri- » cani ; *Quod canes neque latrarent eum, neque incurre-* » *rent.*]

Libet. Vide *Pœnitet.*

(85) *Luceo.* Plaut. Caſ. *Lucebis novæ nuptæ facem* : idem Curc.

men dicitur pro *jur. per numen.* Nec obſtat, quod Ovidius Heroid. 11. 23. *jurata numina* dixit, quum ſæpiſſime, ut paſſim oſtendimus, Neutrorum conſtructio Elliptica in Paſſivum convertatur.

(83) *Ad quid laboramus &c.*] Aliter hic locus, qui eſt ad Attic. IV. 16. legitur in optimis edd. nempe, *quid? celabo te res Romanas?* Ceterum Verbum hoc eſt vere Neutrum, quod tamen aliquando etiam Active ſumitur. Sic Tacitus Germ. 45. *Frumentum ceteroſque fructus patientius, quam pro ſolita Germanorum inertia, laborant.* Cicero Famil. III. 13. *quam illa ipſa, propter quæ Hæc laborantur.*

(84) *Flebile ſævi &c.*] h. e. vel Flebiliter latravere, vel latrando Flebilem dedere ſonum. At *cervinam pellem latravit, Senem latrent,* dicitur pro ad conſpectum cervinæ pellis, ad conſp. Senis, vel propter cerv. pellem, propter ſenem.

(85) *Luceo.*] Verbum eſt plane Neu-

Digitized by Google

Curc. *Tute tibi puer es lautus : luces cereum.* Sic dicimus *prælucere alicui facem*, *cereum*, *funalem.* » [Plaut. Perſ. » act. 5. ſc. 3. *Tibi fortuna lucrificam faculam allucere volt.*] Vide *Illuceo.*

Ludo. Terent. Eunuch. *Et quia conſimilem jam olim luſerat ille ludum.* Horat. 3. Car. *ludum inſolentem ludere pertinax.* Sueton. *Trojam luſit turma duplex*; Idem, *ludit aſſidue aleam.* Martial. *Inſidioſorum ſi ludis bella latronum.* Juvenal. *Poſita ſed luditur arca.* Vide *Illudo.* [Sed potius Notas ad verbum *Æſtuo.*]

» [*Madeo*, ſubaudi *madere*, vel *madorem*; ſicut in » *Clareo*, *clarorem.* Vide *Clareo.*] [At utrumque eſt vere Neutrum.]

(86) *Maneo.* Plautus *Mane me.* Pomponius Mela libro 1. *Poſtquam in eo, quod convenerat, non manebatur.* Tritum eſt, *quæ te manent infortunia.* » [Lucret. *Temporis » æterni, in quo ſit mortalibus omnis Ætas, poſt mortem » reſtat quæcunque, manenda.*]

Mano.

Neutrum, ſed quod apud Plautum & ſimiles recepit quoque Accuſativum per uſitatiſſimam illis temporibus Ellipſin. Res vel homo *lucet* abſolute, ut Ignis, & Sol, vel *lucet alteri*, h. e. lucem emittit & præbet alteri, at qua re? ſcil. per *facem*, per *funalia*, &c. At vere Activum hujus ſignificationis eſt *Lucare*, ſed quod obſolevit, aſt in Compoſitis *Collucare, Sublucare, Interlucare*, remanſit. Derivantur hæc non a *Luco*, ſed a *Luce*, unde & *Lucere.* Nam ſignificationem habent Lucis ſacris contrariam, quippe quos cædi nefas erat. Illa autem Verba notant cædendo & aperiendo facere lucem. Feſtus, *Conlucare dicebant, quum profanæ ſylvæ rami deciderentur, officientes lumini*, Idem, *Sublucare arbores, eſt, ramos earum ſupputare, & veluti ſubtus lucem mittere*; *Conlucare autem, ſuccisis arboribus locum implere luce.* Videmus hinc etiam ipſas arbores per ſolitum abuſum dici, *ſublucari*, quomodo Paulus Sent. Rec. v. *6.* 13. diſerte loquitur, quum proprie locus, ut *conlucari*, ſic *ſublucari*, debeat dici.

(86) *Maneo.*] Etiam hoc Neutrum eſt. At ea cum Accuſativo conſtructione notat, expectare, ſeu manere in eodem ſtatu, uſque dum aliquid fiat. Gellius VII. 3. *non ire obviam cogitatis ſceleribus, ſed Manere, operirique, ut, quum admiſſa perpetrataque fuerint, tum denique pœniantur.* Plautus Trucul. IV. 3. *69.* nam haud manſiſti, DUM ego darem illam. Sticho I. 2. 1. *Qui manet, ut moneatur*

Mano. Horatius; *Fidis enim manare poëtica mella Te ſolum.* Plinius cap. 13. *in attritu ſudorem purpureum emanat*: idem; *manat picem.* [vide ad Verba *Maneo* & *Æſtuo.*]

Manſueſco. Varro lib. 2. cap. 1. *Sic ex animalibus, quum propter eandem utilitatem, quæ poſſent, ſylveſtria deprehenderent, ac concluderent, & manſueſcerent.* Vide *Inſueſco.*

Medeor. Terent. Phorm. *Quas, quum res adverſæ ſient, paulo mederi poſſis.* Cic. 12. epiſt. 15. *Hæc mederi voluerunt.*

Medicor, vel *Medeor.* Plaut. Moſtel. *Ego iſtum lepide medicabor metum.* Virgil. 7. Æneid. *Sed non Dardaniæ medicari cuſpidis ictum Evaluit.* Ubi Servius; (87) *Medicor illam rem, & rei.* Active dixit Ovidius *Capillos medicare*: & Virgilius 1. Georg. *Semina vidi equidem multos medicare ſerentes.*

Memini, *Recordor*, *Reminiſcor hujus rei*, ſubaudi, *memoriam*, vel *recordationem*, Cicero pro Archia; *Et pueritiæ memoriam recordari ultimam.* Vide *Mentio* in Ellipſi. [Sed & iſtic meas Notas.]

Mereo, pro *milito*, putant eſſe neutrum; ſed deeſt *ſtipendium*, vel potius *Æra*; ut ſit, *Meruit æra ſub Cæſare.* Vide *Stipendium* in Ellipſi.

Metuo

moneatur ſemper officium ſuum. Hinc eleganter ibid. v. 37. *Mane pulvinum*; h. e. mane in eodem ſtatu, antequam conſidas, uſque dum pulvinum adtulerim, in quo ſedeas. Et in Amphitr. I. 3. 48. ubi Jupiter alloquitur Noctem, *Nunc te, Nox, quæ me manſiſti, mitto*, h. e. propter me manſiſti in eodem loco, ne progredereris. Activum huic Neutro reſpondens videtur eſſe ſequens *Manare*, quod continuum ſignificat motum, ſed lentum, & qui in eodem fere ſit vel manet loco. Intelligi autem ſub eo putem, Pronomen reciprocum *Se.* Nam alii Accuſativi, qui adduntur aliquando huic Verbo, notant materiam vel effectum iſtius motus. Neque obſtat diverſitas quantitatis, quippe quæ etiam reperitur in *Placere* & *Placare*, *Sedere* & *Sedare* ac *Sidere.*

(87) *Medicor illam rem.*] Ego hanc phraſin ſic expoſuerim: occupor & verſor in medicando propter illam rem, vel per cauſam iſtius rei. Vide ſupra ad Cap. II, p. 279. 286. Certe *Medicare* Active,

Digitized by Google

Metuo tibi, dicant eſſe neutrum, nec advertunt (88) deeſſe

Active, & *Medicari* paſſive, non uno in loco adhibuit Ovidius, ſed & Alii. Horatius Od. III. 5. *neque amiſſos colores Lana refert medicata fuco*. Martialis XIV. 207. *Sume Cytheriaco medicatum nectare ceſton*. Hinc ergo, qui in medicando multum ac diu eſt & occupatur, dicitur *medicari*, h.e. medicantem agere huic aut illi malo, vel propter hoc aut illud malum. Eadē haud dubie eſt Conſtructionis ratio in Verbo *Mederi*, quod plerumque Dativum ſibi adſciſcit.

(88) *Deeſſe malum, vel &c.*] Ego vero omnia Verba *Metuendi* Neutra eſſe puto, æque ac *Tremo*, *Tremiſco*, *Contremiſco*, hic iiſdem allata, & cum Accuſativis quoque conſtructa. Nempe *Metuo malum*, *Metuo Ut* vel *Ne* &c. notant proprie, in ſollicitudine ſum propter malum, in ſollicitudine ſum ea gratia, Ut, vel Ne, hoc fiat. Vide infra ad IV. 15. Res eſt manifeſta ex illis *Ut*, & *Ne*, quæ non denotant ipſum malum, quod regatur & dependeat proxime ab illo Verbo, tanquam Activo, ſed rem deſideratam, cujus deſiderio ſum in metu. Sed & patet res ex loco Virgilii non ſatis intellecto, Ecl. III. 110. *quiſquis amores Aut metuet dulces, aut experietur amaros*. Recte Servius ſenſum expoſuit, *timebat pro dulcibus, ne eos amitteret*. Sed propius eſt, ut hæc interpretemur, quiſquis erit in ſollicitudine propter dulces amores, ne mutentur aut amittantur. Liquidum ergo, Accuſativum illum non notare iſtic malum, quod horrebat aut exſpectabat, ſed bonum, quod retinere cupiebat, & propter quod ideo in metu erat; nam *res eſt ſolliciti plena timoris amor*. Uſu tamen rarius id evaſit, ut *bonum* dicatur quis *metuere*, & ideo ambiguitatis vitandæ cauſa diſtinxerunt tandem Veteres conſtructionem hujus Verbi ita, ut malum ponerent in Accuſativo per Ellipſin exponendo, at rem deſideratam & amatam, propter quam ſumus in metu, & cui nolumus mali quidquam evenire in Dativo. Utrumque habemus in uno verſu apud Terent. Andr. I. 3. 5. *Si illum relinquo, ejus vitæ timeo, ſin opitulor, hujus minas*, h.e. in timore ſum de ejus vita, quam ſervari cupio, & propter hujus minas, a quibus mali quid exſpecto. & II. 5. 8. *Nunc noſtræ timeo parti, quid hic reſpondeat*, h. e. exſpecto cum ſollicitudine quadam pro noſtra parte, tanquam malum aliquod, quid hic reſp. Et Ovidius Metam. VII. 68. *Aut ſi quid metuam, metuam de conjuge ſolo*, h. e. ſi propter quid in metu ſim, in metu ero propter ſolum conjugem, ut rem bonam & amatam. Sic promiſcue ait Terent. Andr. I. 2. 5. *Verebar quorſum evaderet*, & Hec. I. 2. 118. *Curæ eſt, quorſum eventurum hoc ſiet*. Unde liquet *Verebar* notare iſtic in cura & ſollicita exſpectatione eram, quorſum evaderet. Sic Andr. I. 5. 29. *timeo, incertum hoc quorſum accidat*. Phor. IV. 3. 3. *Quam timeo, adventus hujus quo impellat patrem*. Eun. IV. 3. 3. *Hoc quid ſit, vereor*. Plautus Tracul. IV. 3. 35. *Metuo*,

eſſe *malum*, vel *incommodum*, vel accuſativum cognatum, juxta Græcum & Latinum proverbium, ἔδεις δέιας δέ⋅, id eſt, *metum inanem metuiſti.* Cic. 3. Verr. *Nullam majorem pupillo metuo calamitatem*: idem, *Sed quum eadem metuam ab hac parte*: idem, *A me inſidias metuunt.* Seneca epiſtola 66. *Non contremiſcamus injurias, non vulnera, non egeſtatem.* Plaut. *Metuo meo amori moram*; idem Moſtell. *Servi, qui quum culpa careant, tamen malum metuunt*, cæt. Virgil. 3. Æneid. *Sonitumque pedum vocemque tremiſco*: idem Ceiri; *Nunc tremere inſtantis belli certamina dicit.* Idem 4. Georg. *Utraque vis apibus pariter metuenda*: ibid. *Sin duram metues hyemem*, ſubaudi *apibus.* Plinius lib. 18. *Tria namque tempora fructibus metuebant.* In ſacris epiſt. 1. Petri Cap. III. τὸ δὲ φόβον αὐτῶν μὴ φοβηθῆτε, id eſt, *timorem autem ipſorum ne timueritis*; vel, *Terrorem ipſorum ne terreamini*, vel *metuatis.* Eadem ratio eſt de verbo *Timeo.* Plinius libro 17. cap. 16. *Dant ægris, quibus vini noxam timent.* Livius 4. *Famem cultoribus agrorum timentes.* Virgilius 2. Æneid. *Et quæ ſibi quiſque timebat.* Errat igitur Valla lib. 3. cap. 45.

Mico.

tuo, Patres quot fuerint iſtius pueri. Et v. 46. *Timeo, quam mox nominer*, h. e. cum ſollicitudine exſpecto. Salluſt. Hiſt. I. in Orat. Lepidi, *neque jam quid exiſtimetis de illo, ſed quantum audeatis, vereor, ne ante capiamini, quam &c.* Omnia hæc eò tendunt, ut liqueat, Verba hæc *Metuendi* eſſe Neutra, & neutralem proprie ſignificationem habere ſollicitudinis propter aliquam rem, utque aliquid fiat, vel non fiat, aut Sollicitæ Exſpectationis, quid fiat vel futurum ſit, vel quorſum aliquid evadat. Sed & idcirco, ut a reliquis Neutris, (*Vide* ſupra ad Caput II. p. 213.) ſic & a *Timeo* dicebatur *Timefacio* Lucretius II. 43. *His tibi tum rebus timefactæ religiones Effugiunt animo pavidæ.* Et a *Paveo*, *Pavefacio.* Gellius II. 29. *itidem hoc pulli pavefacti matri nunciant.* Ceterum hæc animadverti velim, ut primitiva Verborum ſignificatio & Conſtructionis Analogia cognoſcatur. Nullus tamen dubito, quin plerique veterum paulatim his Verbis accuſativum addiderint tanquam Activis, quum & crebro ea in Paſſivo adhibuerint, Accuſativo in Nominativum converſo. Sed quod, ut ſæpe jam dixi, non ſubvertit veram ac primitivam ſignificationis & conſtructionis rationem.

Digitized by Google

Mico. Virgil. Culice; *Sanguineumque micant ardorem luminis orbes.* Varro; *Micandum erit cum Græco*, (89) » [ſubaudi *micare digitis.*]

Migrare in agrum, ſubaudi *ſe*, vel *migrare*, vel *migrationem.* » [Hyg. fab. 259. *Ut in ſe gloriam tantam* » *migraret.* [Vide ibi Munkerum] Turpil. Hetæra; » *Rhodienſis ſe iſtuc commigravit jamdiu.* Liv. 10. *Ingreſſi* » *urbem deſertam milites, paucos ætate graves inveniunt,* » *relictaque, quæ migratu difficilia, ea diripiunt*; id eſt, » quæ difficulter aſportari poterant.] Gell. lib. 2. cap. 19. *Atque ita Caſſita nidum migravit.* Livius, *& Romam inde frequenter migratum eſt.* Martial. *Migrandum eſt mihi, vel illi.* Titinnius apud Nonium, in voce Senium; *Quot peſtes, jurgia, ſenia, ſeſemet hiſce emigrarunt ædibus?*

Militare, ſubaudi *militiam.* Lactant. lib. 7. cap. ultimo; *Infatigabilem militiam Deo militemus.* Horatius; *Libenter hoc, & omne* (90) *militabitur bellum in tuæ ſpem gratiæ.*

Miſeret. Vide *Pœnitet.*

Mœreo. Cicero 1. Tuſc. *Quum graviter filii mortem mœreret*: idem ad Terentiam; *Sed mœreo caſum ejuſmodi.* Tacitus.

(89) *Subaudi micare.*] Immo vero Neutrum eſt & hoc Verbum. Ipſe Virgil. Georg. III. 84. de Equo, *ſi qua ſonum procul arma dedere, ſtare loco neſcit, micat auribus, & tremit artus.* Immo cum duplici Ablativo, ibid. v. 439. de Angue, *& linguis micat ore triſulcis.* Sed & abſolute dicitur, *Attoniti micuere ſinus gelidusque cucurrit, Ut mihi narraſti, dura per oſſa tremor*, apud Ovid. Heroid. V. 37. h. e. tremuerunt, moverunt ſe; Et *Micare digiti ſemianimes* præciſæ jam & jacentis manus, Æn. X. 396. h. e. ſe ſubinde leviter movere. Quando ergo Idem dixit in Culice *micant ardorem oculi*, accipiendum id ita, ut ſignificetur, micando & ſe movendo declarant ardorem, plane ut ipſe *ardor ex oculis acribus* dicitur *micare* a Lucret. III. 290. Sic autem *anhelare crudelitatem, ſpirare Deam, ſonare vitium* &c. Vide ſupra ad Cap. 2. not. ult. & hoc Cap. p. 300. &c.

(90) *Militabitur bellum.*] Vel ſic verbum hoc eſt Neutrum, & actionem in ſe permanentem ſignificat. Quando dictum eſt *Militare hoc bellum*, per Ellipſin primitus fuit dictum, quæ tamen poſtea neglecta vel non animadverſa

Tacitus. 16. *Ut non aliquam mortem mæreat.* (91) Vide *Mereo.*

Morari, (92) ſubauditur *ſe*, vel *moram.* » [Plautus » Merc. *Ego me moror* : pro quo in Pſeud. *It dies, ego* » *mihi ceſſo.*]

Morior. Hebræi dicunt *Morieris mori.* ut Geneſ. cap. 2. ubi nos habemus; *morte morieris.* Illud *morte* infinitivus eſt Hebræis : ſic Hiſpani, *Mala muerte mueras.* Cic. *Moriendum eſt*, ſubaudi *mori*, ut ſæpe diximus.

» [*Nare*, ſubaudi *natatum.* Virgil. Cul. *Elyſiam tra-* » *nandus agor delatus ad undam* : pro tranaturus me.]

Nato, ſubaudi *aquas*, vel *in aquis natationem.* Martial. lib. 1. *Sacris piſcibus hæ natantur undæ* : idem 14. *Ipſa ſuas melius charta natabit aquas* : idem 6. *Canaque ſulphureis nympha natatur aquis.* » [Ovid. de Arte; *Novit, quæ* » *multo piſce natantur aquæ.* Hygin. fab. 257. *Flumen ita* » *increvit, ut tranſnatari non poſſet.*]

Navigo. Virgil. 1. *Gens inimica mihi Tyrrhenum navigat æquor.* Cicero 2. de Finibus; *Maria ambulaviſſet, terram navigaſſet.* Plinius lib. 2. *Totus hodie navigatur occidens.* » [Horat. *Unda omnibus enaviganda.*]

Ningitur. Vide *Pluo.*

Nitor. Virgil. 12. Æneid. *Alternas longa nitentem cuſpide greſſus.*

Noceo tibi, ſubaudi *noxam.* In pandectis tit. de Noxalibus act. *Qui noxam nocuerit.* Livius lib. 9. *Atque ob eam rem noxam nocuerunt.* Apulejus lib. 1. Metam. *Quæ*

madverſa eſt, ut liquet ex eo, quod in Paſſivum quoque eſt verſa iſthæc locutio. Sic & *Bellare, Triumphare, Navigare*, &c.

(91) *Vide Mereo.*] Voluiſſe crediderim *Pereo*, quod ſignificatione neutrali & uſu convenit, ſeu ſimile eſt τῷ *Mœreo*, licet & Salmantic. ac Patavina edd. præferant hoc *Mereo.* Utrumque autem & *Mœreo* & *Pereo* Neutrum eſt, ac per Ellipſin jungit ſibi Accuſativum.

(92) *Subauditur ſe.*] At Vide me ſupra ad Cap. 2. p. 297. 280. Reliqua, quæ ſequuntur, *Morior, Nare, Nato, Navigo, Nitor*, vel Paſſiva ſunt, vel vere Neutra. Vide me ſupra ad *Ambulare.*

Digitized by Google

Quæ fœmina cum perinde, ac multi, noceretur, publicitus indignatio percrebuit. » [Vitruv. lib. 2. cap. 7. *Petræ » ſpiſſis compactionibus ſolidatæ, nec a tempeſtatibus, » nec ab ignis vehementia nocentur*: & cap. 9. *Larix a » tinea non nocetur.*] Vitruvius lib. 2. *Larici a carie vel a tinea non nocetur.* Seneca; *Sapienti non nocetur, non a paupertate, non a dolore*: idem epiſt. 103. *Nonne te noceant, ſed ne fallant*: idem libro 5. Controverſ. *Dum filium vindico, ubi me graviſſime nocere poſſit, oſtendi.* Plaut. Mil. *Jura te nociturum eſſe hominem de hac re neminem*: ibid. *Juro per Venerem & Martem, me nociturum neminem.* Sic enim legunt emendatiores. Livius. 3. *Qui Deorum quenquam nocuerit.* Et in Sacris; *Judica Domine nocentes me.* Et Eccleſ. 27. *Relinque proximo tuo nocenti te.* βλάπτω σὲ, dicunt Græci, id eſt, *noceo te.*

» [*Nubilare.* Varro 1. Ruſt. 3. *Si nubilari cœperit,* » ſubaudi *cœlum*; id eſt, *nubibus obduci.* Cato rei ruſt. » 88. *Ubi nubilabitur, ſub tecto ponito, cum Sol erit, in » ſole ponito.*]

Nubo. Varro de lingua latina; *Neptunus dicitur, quod mare & terras obnubat, ut nubes cœlum, a nuptu, id eſt, opertione, (ut antiqui,) a quo nuptiæ, & nuptus dictus.* Hæc ille. Caper de Orthographia; *Mulier nubit, quia pallio obnubit caput ſuum genaſque.* Tertull. de velandis virgin. *Etiam velatæ ad virum adducuntur.* Servius Æneid. 11. *Nuptiæ dictæ, quod nubentium capita velentur.* Arnob. lib. 4. contra gentes; *quod aqua nubat terram, appellatus eſt cognominatuſque Neptunus.* Donatus in Hecyram *Actu* IV. *ſc.* 4. v. 34. *Nuptam mecum, quaſi tectam & opertam uno cubiculo mecum: nubere enim eſt operiri, tegique, unde & nubes, quod tegere ſolent cœlum, dicuntur.* Virgil. *Arſuraſque comas obnubit amictu.* Illa prima verba Donati, ejus eſſe genuina non credo: nec enim mulier nupta dicitur, quod operiatur in cubiculo cum viro, ſed quod faciem & oculos cooperiret, propter pudorem, quum viro traderetur. Quem morem indicat

Claudianus, *Flammea ſollicitum prævelatura pudorem.* Lucan. 2.

Non timidum nuptæ leviter tactura pudorem,
Lutea demiſſos velarunt flammea vultus.

Tunc præterea *Nubere* non eſt paſſivum, neque ſignificat *operiri*, & *tegi*, ſed *operire*, & *tegere*; & quum dicis, *illa nupſit regi*, deeſt *ſe*, vel *vultum*, vel *oculos.* Columel. in horto;

Alma ſinum tellus jam pandet, adultaque poſcens
Semina, depoſitis cupiens ſe nubere plantis.

Hinc *Obnubo*, quod nemo activum eſſe negaverit. Plaut. Perſ. *Hic cum mala fama facile nubitur.* γάμους γαμεῖν dicunt Græci, id eſt, *nuptias nubere.*

Obdormio. Vide *Dormio.*

(93) *Obedio.* Apulejus lib. 10. *Hæc omnia perfacile obediebam.* Livius lib. 4. *Utrinque obeditum Dictatori eſt.*

Obire munera, & ſimilia, trita ſunt; ſed quum abſolute dicimus, *obiit ille*, deeſt *mortem*, aut *diem*; vel potius *viam*, vel *iter.* Nam omnia Compoſita Simplicis accuſativum recte admittunt. Vide *Eo.* Terent. *Ea obiit mortem.* Vide ibi Donatum. Virgil. *Morte obita.* Cicero pro Milone; *Teterrimam mortem obiret.* » [Sic, » (94) *Exire limen.* Terent. Hecyr. *Mater conſequitur, jam » ut limen exirem, ad genua accidit miſera.*].

Obſequor

(93) *Obedio.*] Verbum hoc, quando attendimus ad Simplicis naturam, quam ſequuntur plerumque Compoſita, ut recte ait Sanctius in verbo *Obire*, Activum eſſe debet, ſed conſtruitur ſemper ut Neutrum, eodem prorſus modo, quo Simplicis Participium adhibetur, *Eſſe Duci, Magiſtratui, dicto Audientem.* Hinc Gellius II. 29. *ut ad laborem capeſſendum nihil cunctatur, & ſtatim dicto obediunt.* Ut adeo, ſi quædam uſu facta recte dicuntur Activa, hoc quoque uſu ipſo factum dici poſſit Neutrum, ea ratione, qua Activa aliquando abſolute ponuntur, ut in nullum certum tendant objectum. Vide & ſupra in *Invideo.*

(94) *Exire limen.*] Integrum eſt, *exire extra limen.* Nam *Ex* præpoſitio compoſita cum Verbis Neutris ſequente Accuſativo, declarat Ellipſin ſtatuendam τοῦ *Extra*, ut jam ſæpe diximus. Ceterum

Obſequor tibi, ſubaudi *obſequium*. Terent. Adelph. *obſequor omnia*. Gellius lib. 2. *Quædam eſſe parendum, quædam non obſequendum*. Forte in iis melius intelliges præpoſitionem κατὰ. [Recte & vere.]

» [*Obſonare obſonium*. Plaut. Sticho, *Ibo, atque obſo-* » *nabo obſonium*.]

Obſto. Cicero 3. Philip. *Nec ſi non obſtatur, propterea etiam permittitur*.

Obſtrepo. Cicero pro Marcello; (95) *Obſtrepi clamore militum videntur bellicæ Imperatorum laudes*. Livius, *Decemviro obſtrepebatur*. Virg. Cul. *Hinc illi geminas avium vox obſtrepit aures*.

» [*Obtrectare*, (96) ſubaudi *laudem*, vel *obtrectationem*.

Occubuit pro patria, ſubaudi *necem*, vel *mortem*. Sueton.

terum *Obire* ejuſdem eſt naturæ, cujus Simplex *Ire*, & Compoſita ejus *Exire*, *Abire*, *Adire* &c. atque adeo *Obire diem, mortem, munus*, dicitur pro obire ad & ob diem, ob mortem, ob munus. Sic Accius apud Feſtum in *Mænia*: *Signa extemplo canere, ac tela ob mænia offerre imperat*. *Ob* enim olim ſæpiſſime pro *ad* fuit poſitum. Vide omnino Feſtum in *Mortem obiiſſe*, & in *Ob*. Ita tamen hoc accipiendum, ut ſimul implicitam habeat ſignificationem τῶν *Circum*, *Juxta*, *Propter*, *Contra*, immo & alicujus moræ, quæ vel ex officio, vel ex impedimento, oritur. Officium declaratur verbis *obediendi*. *obſequendi*: hinc *Obſtetrix*, quæ adſtat parturienti officii & adjumenti cauſa. Impedimentum verbis *obſtrependi*, *obſtandi* &c. Utrumque verbis *occurrendi*, *offerendi*, *obſervandi* &c.

(95) *Obſtrepi clamore &c.*] Vel maximo hæc indicio ſunt, ſæpe uſu vel abuſu adulteratam vocabulorum naturam, neque eam in Verbis ſemper ex Paſſivis locutionibus conſtituendam. Certum enim, *Strepere*, & *Obſtrepere alicui*, *Adſtrepere*, *Perſtrepere* &c. eſſe Neutra, atque adeo Accuſativos illis, ſed rarius, per Ellipſin fuiſſe additos. Et tamen hic prorſus Paſſive dicuntur *laudes imperatorum obſtrepi clamore militum*, manifeſto abuſu. Sic & Ovidius Faſtor. VI. 10. *Secretus ab omni Voce locus, ſi non obſtreperetur aquis*. Sed Vide ſupra in *Ambulare*, *Dubitare*, *Laborare* &c. Æque neutra ſunt *Obſtare* & *Occumbere*, quæ itidem pro Activis habet Sanctius.

(96) *Subaudi laudem, vel obtrectationem.*] Ferri prius poteſt, non item poſterius. Sed varia poſſunt ſubaudiri, maxime, *famam*, *fortunas*, *vitam*. Verbum enim hoc natura ſua Activum eſt. Phædrus præfat. lib. 5. *Hunc* (librum) *obtrectare ſi volet malignitas, imitari dum non poſſit*,

ton. *Voluntariam occubuiſſet necem.* Cicero 1. Tuſcul. *Mortem pro patria non dubitavit occumbere.* Livius, *Qui pugnantes mortem occubuiſſent*: idem lib.3. *Honeſtam mortem occubuiſſe.* Itaque *occumbere ferro*, *occumbere morti*, ſubaudi *ſe*; vel intelligitur accuſativus cognatus. [immo nihil, nam vere neutrum eſt.] Vide *Mortem* in Ellipſi.

Officio tibi, deeſt accuſativus cognatus, qui quum in uſu non eſt, (97) ad infinitum recurremus, quod eſt proprie

ſit, obtrectet licet. Tacit. Ann. I. 17. *Non obtrectari a ſe* (militibus legionariis) *Urbanas* (prætorianorum) *excubias.* At ſæpe etiam tanquam Neutrum conſtrui videtur. Suetonius Calig. 35. *Nullus denique tam abjectæ ſortis fuit, cujus non commodis obtrectaret.* Neron. 18. *ne obtrectare parentis gloriæ videretur.* Sed fortan intelligendum *aliquid.* Sic fere Gellius IV. 15. *multi conati ſunt* (in Salluſtio) *reprehendere pleraque & obtrectare.*

(97) *Ad infinitum recurremus &c.*] Suſtinet Infinitum aliquo modo vicem Nominis, dum loco ſententiæ, quæ conſtructionem aliquam abſolvit, adhibetur, & ita uſum exhibet omnium pene Caſuum. Sed tamen manet Verbum, & rectionem Verbi retinet. Quapropter ſi Verba vere ſunt Activa, eorum Infinita æque regunt ſuum Accuſativum, ac Finita. Et Analogia vult, ut, ſicuti in *Lego* ſtatuitur Ellipſis Nominativi *Ego*, & Accuſativi, quo notetur res, quæ legitur, ſic in *Legere* ſimiliter plane agnoſcatur Ellipſis tum Accuſativi, qui plerumque Infinitum, ut Nominativus Finitum, præcedet, tum alterius Accuſativi, qui regitur ab Infinito non minus, quam a Finito. Atque idcirco illa Ellipſis Infiniti loco Accuſativi, cum ſuo Verbo, foret vere infinita, & proinde inepta. Nam quicquid ex. gr. poſt *Officio* & *Pergo* intelligimus, idem intelligendū poſt *Officere* & *Pergere*: & proinde, ſi Infiniti eſſet Ellipſis in *Pergo*, eadem foret in *Pergere*, & ſic vere infinita deberet eſſe vocabuli ejus iteratio in integra locutione, *Pergo pergere pergere* &c. Scio quidem, a Plauto dici *Pergo pergere*, ſed per pleonaſmum, (Vide infra lib. IV. cap. 3. & ibi Notas) non vero, ut inde pateat, τὸ *Pergo* deſiderare poſt ſe Infinitum ſuum loco Accuſativi, quod ſemel quidem eum in uſum recipere poſſet, non in infinitum: quum ſit ex iis Verbis, quæ alium ac varium requirunt Accuſativum, æque ac *Peragere*, unde, niſi potius ex *Perrigere* obſoleto ſit, quod Ego malim, contractum putat Scioppius. Vide infra. *Officio* autem vere etiam eſt Activum, & requirit Accuſativum, vel reciprocum, vel incerti negotii, qui eſt *aliquid.* Ceterum tempore Lucretii videntur dixiſſe etiam *Officere aliquem*, quod

Digitized by Google

prie nomen verbi; ut, *occumbit occumbere*, *Officio officere*, *Pergo pergere*. Cicero 1. Orator. *Quod cuicunque particulæ cæli officeretur*. Lucret. lib. 2. *Officiuntur, uti cogantur tardius ire*.

Oleo. Cicero, *Ceram, ac crocum olere*. Horat. *Paſtillos Ruſillus olet, Gorgonius hircum*. Martial. *Quod olent tua baſia myrrham*. Cicero; *Olent illa ſupercilia malitiam*. Terent. *Olet unguenta*. Martial. libro 14. *Delitias Nini vos redolete nurus*. Plaut. *Non omnes poſſumus olere unguenta exotica*. Quinctil. lib. 7. *Verba omnia & vox hujus alumnum urbis oleant*. [Vide ſupra ad *Æſtuo* p. 301.]

Oportet. Vide ſupra lib. 3. cap. 1.

» [*Oppetere*, ſubaudi *mortem*, quod ſæpe Cicero ex-
» primit. Virgil. *Queis ante ora patrum Trojæ ſub mœni-*
» *bus altis Contigit oppetere*.] [Vide infra IV. 4. de *Ellipſi* ad Vocem *Iter*.]

Palleo. Propertius lib. 1. *Quis te cogebat multos pallere colores?* Perſius; *Iratum Eupolidem prægrandi cum ſene palles*. Quem locum citans Turnebus, (98) ut ſupra diximus; *ſic*, inquit, *dixit*; *ut pallere pallorem*. Horatius lib. 3. *Et ſcatentem belluis pontum, mediaſque fraudes palluit audax*: idem, *Pindarici fontis qui non expalluit hauſtus*. Vide *Æſtuo*, *Metuo*, & *Paveſco*. Perſ. Satyr. 5. *Recutitaque Sabbata palles*.

Palpo. Juvenalis; *Quem munere palpat Carus*. Ovid. *Pectora præbet palpanda manu*.

Parco

quod eſt, *Officere ſe*, vel *aliquid*, *ob & adverſus aliquem*. Ille vero hanc locutionem ita accepit, tanquam ſi iſte accuſativus regeretur a Verbo in ſignificatu impediendi, ut patet ex Paſſivis, quæ inde formavit, qua de re ſupra ad Verbum *Ambulare*, *Dubitare*, *Metuere*, & modo ad *Obſtrepere*.

(98) *Ut ſupra diximus*.] Vide cap. 2. extr. quæque nos ibi notavimus, ubi hanc locutionem explicuimus. In reliquis hujus Verbi exemplis ſine hæſitatione intellige præpoſ. κατὰ, niſi quod illud Propertii, *multos pallere colores*, ut & illud Juvenalis, *recutitaque ſabbata palles*, eodem modo videantur exponenda, quo iſta, de quibus egimus ad Verbum *Aeſtuo*.

Parco tibi, (99) deeſt accuſativus cognatus, qualiſcunque ſit: nam *parcere alicui rei*, eſt eſſe parcum in illa re. Virgil. 10. *Argenti atque auri memoras quæ multa talenta, Natis parce tuis*; idque indicat paſſivum. Cicero 2. Attic. *Nec parcitur labori.* Livius; *Precantes ut a cædibus, & ab incendiis parceretur.* Plinius lib. 16. *nec corpori ipſi parcitum*: & lib. 17. *Parcitur veſtigiis.* Admittit & alios accuſativus, ut *peccatum*, *errorem*, *culpam*. Gell. lib. 16. cap. 19. *Vitam modo ſibi ut parcerent.* Terent. *Nihil parcunt ſeni*: idem; *Hanc ego vitam parſi perdere*? ubi *perdere* eſt accuſativus. *Parcere a ſanguine & cædibus*, ſubaudi *manum*, [vel *Se*] nam *parcere* eſt abſtinere; ut; *Parcere pecuniis*, [*Parce metu.*]

Pareo. Statius, *Non adeo parebimus omnia matri.* Gellius lib. 1. *Quædam non eſſe parendum.* Si velis in iis deeſſe præpoſitionem; non repugnabo, (100) dum accuſativum cognatum intelligas; juxta illud Livii lib. 9. *Dicto paretur.* Cicero; *Cui paretur.*

Parturio. Horat. 1. Carm. *Nec parturit imbres perpetuos.*

Paſcitur herbas, & *herbis*, dicimus. Virgil. 4. Georg. *Paſcuntur & arbuta paſſim*: & 3. *Paſcuntur vero ſylvas, & ſumma Lycæi.* [Vide ad Verbum *Adverſor* p.298. 299.]

Paveo, ſubaudi *pavorem*. Tacitus; *Plures bellum paveſcere.* Lucanus lib. 7. *Pavere pugnam.* Silius, *Paveſcere prodigia.* Tacitus lib. 1. *Nec imperitum adoleſcentulum, nec ſeditioſum exercitum paveſcerent.* Vide *Pallere*, & *Æſtuo*, & *Metuo*, [ſed & Me iſtic in Notis.]

Peccare peccatum. Græcis eſt tritum, ἁμαρτεῖν ἁμαρτίαν. Hinc eleganter legimus in Threnis; *Peccatum peccavit Hieruſalem.* Cicero 1. Naturæ Deorum; *Empedocles autem* (101) *multa alia peccans, in Deorum opinione turpiſſime*

(99) *Deeſt Accuſativus cognat.*] Immo reciprocus, vel varius. Sall. Jug. 107. *Quanto ſibi in prælio minus pepercissent, tanto tutiores fore.* Intellige *pugnam*, vel *vitam*.

(100) *Dum Accuſativum cognat.*] Deeſt vere præpoſitio, nec quidquam amplius.

(101) *Multa alia peccans.*] In his vel deeſt Præpoſitio, vel, ſi malis

piſſime labitur : ibidem, *Atque etiam Xenophon paucioribus verbis eadem fere peccat* : idem 1. Officior. *Quo in genere in Rep. multa peccantur* : idem Paradox. *Multa peccant.* Terent. Adelph. *Te plura in hac re peccare oſtendam.* Salluſt. Jugurth. *Quæ deliquiſſet, multa fore ſperabat.*

Penetrare in ædes, (102) ſubaudi *penetrationem*, vel *ſe*, vel *pedem.* Gellius lib. 5. *Speluncam nactus, in eam me penetro, & recondo.* Plaut. Trinum. *Quin prius me ad plures penetravi*; ibidem, *Ne penetrarem me uſquam*: idem Amphitruo, *in fugam ſe penetrare* : idem Menæch. *Nec hunc*

lis nullam hic eſſe Ellipſin, tum vero denotatur Accuſativo id, quod peccando fit, qualia habuimus plura ad finem cap. 2. & in hoc cap. ad v. *Æſtuo.* Sed prius verius puto. Cicero Famil. IV. 13. *Ut hoc ipſum, quod maneam in vita, peccare mihi videar.* Tacit. Ann. XI. 36. *Sponte an coactus tam magna peccaviſſet, nihil referre.*

(102) *Subaudi penetrationem.*] Ineptiſſimum hoc eſt. Rectius intelliges *Se*, quod paſſim occurrit, vel etiam *pedem*, ut apud Plaut. Men. II. 3. 49. *neque huc unquam in portam penetravi pedẽ.* Prius tamen eſt longe uſitatius, & ideo, ſicuti idem eſt *revertere ſe* & *reverti*, ſic *penetrare ſe* & *penetrari.* Unde Lucretius IV. 1240. *Aut penetrare locos æque nequit, aut penetratum Ægre admiſcetur muliebri ſemine Semen*, ubi *penetratum Semen* dicitur, quod ſe penetravit in locos muliebres. At *penetrare locos* alia inſuper, atque adeo duplici, dicitur Ellipſi pro *penetrare ſe in locos.* Præpoſitio hæc *In*, immo & *Ad*, ſæpiſſime exprimitur. *Penetrare in palæſtram*, *in portam*, *ad plures*, Plauti ſunt. Sic *in Dardaniam*, Liv. XL. 58. *in hæc ipſa templa*, Cic. Somn. Scip. cap. 7. *ad Urbem Hoſpitis*, Ovid. Metam. XV. 8. Sed ſæpe etiam omittitur. Tac. Ann. I. 69. *Id Tiberii animum altius penetravit.* Virgil. Georg. II. 504. *Penetrant aulas & limina Regum.* Florus III. 4. *Piſo Rhodopen Caucaſumque penetravit.* Sulp. Sev. lib. I. *Quod victor Ægyptum atque Æthiopiam penetraverit.* In omnibus hiſce intelligi præpoſitionem *In*, vel *Ad*, vel *Per*, nullum poteſt eſſe dubium. Et tamen multi Auctores hoc non ſatis animadvertentes, vel negligentes, converterunt has locutiones quoque in formam paſſivam. Lucret. II. 539. *Ut penitus nequeat penetrari* ſc. India. Tac. Ann. II. 68. *Nec vado penetrari poterat amnis.* Florus III. 10. 15. *Nec ſemel Rhenus, ſed iterum quoque, & quidem ponte facto, penetratus eſt.* Liquet ergo etiam hinc, quam parum tribuendum ſit Paſſivis illis locutionibus ad conſtituendam naturam & conſtructionem Activorum, quod ſæpe jam oſtendimus. Vide Me ad Verb. *Deficio*, *Obſtrepo*, &c.

hunc intra portam penetravi pedem. Tacitus lib. 5. *Nihil tamen Tiberium magis penetravit.* » [Lucretius 4. *Quæ* » *penetrata queunt ſenſum progignere acerbum.*] Stat. 4. Sil. *Limina penetrata mortis.* Apulejus lib. 8. Metam. *Improviſi conferto gradu ſe penetrant.*

» [*Perennare*, (103) ſubaudi *ſe*, id eſt, per annos ſe » conſervare. Ovid. *Defuit ars vobis, arte perennat amor.* » Colum. *Ut diutius perennent boves, non confecti vexa-* » *tione ſimul operum, & verberum.*

(104) *Pereo*, compoſitum ab *eo*; & ut *eo viam* dicimus, ſic *Pereo viam*, id eſt, *perficio viam*; » [& *Pereo iter*, eſt » eo per iter. Catul. *Qui nunc it per iter tenebricoſum*, » mortis, puta. Prop. *Per te immaturum mortis adimus* » *iter.*] unde pro *Mori* accipitur; & qua forma dixit Virgilius, *Corydon ardebat Alexim*, [vide ad Cap. 2. extr.] ſic dixit Plautus in Trucul. *Tres unam pereunt adoleſcentes mulierem*, » [ſicut Catullus, *Illum deperit impotente* » *amore.*] Plaut. Epid. *Hæccine ubi ſcibit ſenex, puppis pereunda eſt probe.* Homer. 3. Iliad. Σὺ δέ κεν κακὸν οἶτον ὄλωαι: id eſt, *Tu autem malam mortem peribis.* Vide *Obire*, [ſed maxime, quæ notavimus ad Verba *Adeo* & *Ambulo.*]

Pergo in urbem, ſubaudi *iter*, vel *Pergere*: [At vide me ſupra ad Verbum *Officio*] nam apud Plautum tritum eſt, *Pergo pergere*: ut in Pſeud. *Pergitis pergere?* » [Terent. » Phorm. *Domum ire pergam.* Ubi Donatus; *Hoc nos el-* » *lipticωs dicimus, Domum pergam.*] Cic. in Acad. *Itaque confeſtim ad eum ire perreximus*: » [idem, *Quæ cum* » *ita ſint, Catilina, perge, quo cœpiſti*, ſupple *iter*: ſicut » Ter.

(103) *Subaudi Se.*] At quæ hujus Ellipſeos ratio? Mihi hoc Verbum eſt plane Neutrum, itidem ut ſequens *Pereo.*

(104) *Pereo.*] *Perire* eſt plane Neutrum, ut oſtendi ſupra ad Verbum *Adeo.* Notat autem ire ad finem uſque, ſic *Perdere*, *Perimere*, *Perrogare ſententias* &c. In loco Plauti in Epid. qui eſt I. 1. 70. *Puppis pereunda eſt probe*, Salmaſius non abſurde legit *Perdunda eſt.* Niſi malimus credere olim hujus Formæ Participia etiam Neutris adtributa, ut *Pereundus* ſit, qui perire debet, ſicuti *Placenda dos*, quæ placere debet, apud Eundem Plautum.

Digitized by Google

» Ter. Hec. act. 1. ſc. 2. *Pergam, quo cœpi, hoc iter.*] Liv. *Triginta navium claſſe ire obviam hoſti pergit.* Salluſt. Jugurtha, *Igitur Carthagine duo fratres miſſi maturavere iter pergere.* Cicero in Arato; *Poſt hunc ore fero Capricornus vadere pergit*: idem Attic. *Pergo præterita.* Livius lib. 22. *Pergit deinde ire ſequentibus paucis.* Virgil. 6. Æneid.

Obſervans, quæ ſigna ferant; quo tendere pergant. Cicero 1. de divinat. *Si ire perrexiſſet.* Valerius Flacc. lib. 4. Argon.

Contra omnes validis tenui diſcrimine remis
Pergere iter. Græc. βῆ δ' ἰέναι, id eſt, *pergit ire.*

» [Eſt autem *Pergere*, (105) factum ex *peragere*, ſive » perficere, agere uſque ad finem. Horatius; *Ambo pro-* » *poſitum peragunt iter.* Ovid. *Et brevius, quam nos, ille* » *peregit iter.* unde Tacitus, *Pergere aliquid* pro conari » dixit. Annal. 1. *Proſpere ceſſura, quæ pergerent.* Vide » infra ſub initium libri quarti.]

» [*Pertinet*, ſubaudi *ſe*; ſicut, *Quo tendunt iſta ver-* » *ba?* vel *quo pertinent?* Vide *Tendere.*]

Piget. Vide *Pænitet.*

Placeo. Plaut. Trinum. *Si illa tibi placebit, placenda dos*

(105) *Factum ex peragere.*] Convenit quidem ſignificatio utriuſque Verbi. Sed tamen ratio Grammatica, & Præteriti ac Supini Formatio, ſuadent potius, ut ex *Perrigere* obſoleto contractum cenſeamus; plane ut ab *Rego* eſt *Porrigo* & *Surrigo*, unde contracta *Porgo* & *Surgo*. Conſtruitur autem illud *Pergo* ſæpe cum Infinito ita, ut fere nihil, niſi perſeverare, vel aggredi aliquam rem, ſignificet. Sic accipiendum eſt illud Taciti An. I. 28. *Proſpere ceſſura, quæ pergerent*, ſcil. facere, h. e. quæ facerent, vel facere cœpiſſent. Hiſt. I. 40. *Milites Rom. quaſi Vologeſen ſolio depulſuri, ac non Imperatorem ſuum trucidare pergerent*, h. e. aggrederentur, vel ſe moverent ad eum trucidandum. Virgil. Æn. I. 372. *O Dea, ſi prima repetens ab origine pergam*, ſcil. narrare, *Et vacet annales noſtrorum audire laborum.* Et paſſim ita Lucretius II. 347. *Horum unum quodvis generatim ſumere perge.* Et v. 945. *animantem grandior ictus ... repente adfligit, & omnes Corporis atque animi pergit confundere ſenſus.*

Digitized by Google

dos quoque eſt, quam dat tibi : idem : *Forma placita eſt.*
» [Cicero ; *Dolabellæ valde deſideranti volo placere, nec*
» *video quid.* Recte ergo dixeris ; (106) *Placebo tibi hanc*
» *rem.* Terent. And. *Poſtquam me amare dixi, compla-*
» *cita eſt tibi.* Et Hecyr. prol. *Hæ ubi ſunt cognitæ, pla-*
» *citæ ſunt.*] Ovid. 2. Faſt. *Et virtus, placitis abſtinuiſſe bonis.* Horat. 4. Carm. *Quod ſpiro, & placeo, ſi placeo, tuum eſt.*

Plango. Ovid. 13. Metamorph. (107) *Conſuetaque pectora plangit* : idem, *Plangitur, & trepidans adſtringit vincula motu.*

Plaudo, (108) pro accuſativo cognato alios etiam recipit. Virgil. 6. Æneid.

Pars

(106) *Placebo tibi hanc rem.*] Si verbum hoc eſſet vere Activum, foret forſan potius ex illis, quæ Accuſativum ſibi reciprocum poſtulant, licet per Ellipſin plerumque omiſſum. Sed liquido eſt Neutrum, cui reſpondet Activum *Placo*, *Placare*. De qualibus Verbis diverſæ Conjugationis in Activam & Neutralem ſignificationem diſtinctis, egimus ſupra ad Cap. II. pag. 271. & hoc Capite ad Verba *Caveo*, *Jaceo*, &c. Ex loco Ciceronis nihil quoque elici poteſt in ſenſum Activum, quum *quid* illic ponatur pro *in quo*, vel κατά τι, ut paſſim fit. *Placitus* porro eſt, qui placet, prout hæc Participia etiam Activam, tanto magis vero Neutram, habent ſignificationem. Vide ſupra ad I. 15. 4. pag. 132. &c. Quod vero Plautus Trin. V. 2. 35. *Si illa tibi placet, placenda dos quoque eſt*, dixit, extraordinarium eſt & inuſitatum, & una hac forſan ratione expediendum, quam attuli ad Verbum *Pereo.*

(107) *Conſuetaque pectora plangit.*] Sine Ellipſi hoc dicitur. Et ſic Petronius in carm. de Trojæ Haloſi, *Jacet Sacerdos inter aras victima, Terramque plangit.* Et Lucretius VI. 114. *Aut ubi ſuſpenſam veſtem, chartaſque volantes, Verberibus venti verſant, planguntque per auras.* Et Ovidius Metam. VIII. 528. *Plangere ora ſua in luctu.* Immo & *Plangitur*, pro plangit ſe, apud Eund. Metam. XI. 76. de Avi laqueis implicita, & expedire ſe annitente, atque ideo concutiente alas. At quando jam dicitur *Plangere mortuos*, ut fit apud Pomp. Melam I. 9. id vero per Ellipſin eſt explicandum, quaſi diceretur plangere ſe, vel pectus propter mortuos.

(108) *Pro Accuſativo Cognato.*] Accuſativus, qui in abſoluta locutione intelligitur, eſt *Manus.* Sic plane volucres dicuntur *plaudere*

Digitized by Google

Pars pedibus plaudunt choreas, & carmina dicunt. Statius 1. Sylvar. *Aquas plaudere natatu*: idem 5. *Nec fratrem ceſtu virides plauſere Theramnæ.* » [Ovid. » *Quaque ibis, manibus circumplaudere tuorum.*] Cicero Attic. *Propter vicinum malum* (109) *nec victoria quidem plauditur.* Quidam emendarunt, *victoriæ*; ſed utroque modo paſſivum eſt. Cicero de Oratore; *Nemo pedem ſupploſit in illo judicio.* Martial. 12. *Pulvereumque fugax hippodromon ungula plauſit.*

Pluere. Cæſar Scalig. cap. 9. *Ineptiunt autem, qui* Pluit, *& hujuſmodi, putabant autodetera, quum tamen ſit activum veriſſimum.* Pluit ſanguinem, & lapides, *dicimus in hiſtoriis*; & terra compluta eſt. Hæc ille. Apulejus lib. 1. Florid. *Totum iſtud ſpatium,*

dere alas, h. e. concutere & allidere ad corpus. Ovid. Metam. XIV. 507. *& remos plauſis circumvolat alis.* Et v. 577. *Subvolat, & cineres plauſis everberat alis.* At Virgil. Æn. V. 516. *Lætam & plaudentem alis columbam* dixit, ſcil. *Se. Plaudi* etiam dicitur, quod leviter & blande percutitur. Sic de Equo Virgil. Georg. III. 186. *Blandis gaudere Magiſtri Laudibus, & plauſæ ſonitum cervicis amare.* Et Æn. XII. 86. *Circumſtant properi aurigæ, manibuſque laceſſunt Pectora plauſa cavis.* At *pedibus plaudere choreas* eſt idem, ac ſi diceretur, pedibus plaudendo terram choreas facere, vel agitare.

(109) *Nec victoria quidem plauditur*] Edidit Victorius & alii, *victoriæ*. Vide locum ad Attic. XIII. 44. Sed utrumque ferri forſan queat. Et eadem ratione ac jure Cicero potuiſſet illic dicere, *Victoria plauditur*, quo alibi, *Obſtrepi laudes videntur*, & Ovidius, *ut circumplaudere*, & Florus III. 3. *Glacie flumen equitatur.* Scilicet oſtendimus ſupra ad Verba *Ambulare*, & *Obſtrepere*, ex abuſu has locutiones ortas, qui fecit, ut Accuſativus figurate & elliptice exponendus, acciperetur pro eo, qui proxime a Verbo regatur, atque ita in Nominativum Paſſivi converteretur. Hinc etiam factum, ut veris quoque Activis alieni addantur Accuſativi, iique dein in Nominativum Paſſivi quoque convertantur. Vide Me ſupra ad Verbum *Penetrare.* Sed & ita dicitur ex. gr. *Plui & Rorari terra*, quæ pluviâ irrigatur, & ipſa *aqua*, quæ cœlo demittitur: *Sudari mel*, & *Veſtis*, & ſimiliter multa alia. Sed tamen, quum, ſi legatur hic ex MStis *victoriæ*, ſenſus ſit expeditiſſimus, acceſſerim & Ego lubens Victorio.

ſpatium, qua pluitur, & ningitur. Adag. *Aſinus compluitur* : itemque ; *nec compluitur, neque ſole aduritur.* Plaut. *Quam mihi amor, & cupido in pectus perpluit meum.* Huc refer omnia verba quæ dicuntur naturæ. Propert. lib. 2. ad Cynth. *Sollicito lacrymas depluit a Sipylo.* [Vide & ſupra ad Cap. I. pag. 262.]

Pœnitet me peccati (110) nihil aliud eſt, quam, pœna tenet me peccati. Plaut. Sticho, ſcena 1. *Et me quidem hæc conditio nunc pœnitet.* Accius apud Agell. lib. 13. cap. 2. *Neque id ſane me pœnitet.* Igitur illa quinque verba, *Miſeret*, *Tædet*, *Pudet*, *Piget*, *Pœnitet*, proprie activa ſunt ; ut *piget me hujus rei*, id eſt, pigritia hujus rei piget me, vel tenet ; & in paſſiva legimus, *error pudendus* ; *Magiſter non pœnitendus* ; & *verba pigenda* dixit Ovid. » [cujus etiam » eſt in epiſt. Didon. *Cauſas habet error honeſtas. Adde » fidem, nulla parte pigendus erit.*] Terentius Adelph. *Facite, quod nobis lubet* : idem Phorm. *Quare obſecro ne plus minuſve faxit, quod nos poſtea pigeat.* Plaut. Caſina ; *Ita nunc pudeo* : idem Menech. *Adoleſcens quæſo loquere tuum mihi nomen, niſi piges.* Vide ſupra caput 1. de perſonalibus libro 3. Livius lib. 1. *Sub haud pœnitendo magiſtro.* Seneca lib. 1. de ira : *ira tædet, quæ invaſit.* Suetonius Auguſto ; *Pertæſus ignaviam ſuam* ; idem ; *pertæſus morum perverſitatem.* Terentius ; *Non te hæc pudent?*

Potior.

(110) *Nihil aliud eſt, quam &c.*] Immo vero Elliptica hæc locutio ſupplenda eſt hoc modo : *negotium peccati me pœnitet* Sicuti pro eo, quod Plautus dixit, *Hæc conditio me non pœnitet*, potuiſſet utique dixiſſe, *hujus conditionis*, ſed non aliter, quam ut intelligatur *res* vel *negotium*. *Magiſter non pœnitendus, error pigendus* &c. ex abuſu ſunt. At *pertæſus ignaviam* manifeſte dictum in ſignificatione paſſiva per Ellipſin præpos. κατὰ. Nam ſicuti Active diceretur, *Tædet me ignavia*, vel *ignaviæ*, ſcil. negotium, ſic Paſſive item *pertæſus ſum* ob *ignaviam*. Vide & ſupra Cap. 1. Not. 6. & maxime *Lib.* II. cap. 3.

Digitized by Google

(111) *Potior*. Plautus Aſin. *Fortior malum qui patitur, idem poſt potitur bonum.* Terentius; *Hic potitur gaudia*: idem; *ſine labore patria potitur commoda.* Lucretius lib. 5. *Quorum unus Homerus Sceptra potitus*, cæt. Ovid. 9. Metamorph. *Nec tamen eſt potienda tibi.* Cicero 1. Tuſcul. *Sic ad decem millia annorum gentem aliquam urbem*

noſtram

(111) *Potior.*] Nullus dubito verbum hoc natura ſua, & vera ſignificatione, eſſe paſſivum. Scilicet *potire* ſignificavit olim ſe vel alium compotem reddere alicujus rei, ſive malæ, ſive bonæ, unde *Compos culpæ* eſt Reus apud Plaut. Trucul. IV. 3. 16. Et *Nam hoc mihi haud labori eſt, laborem hunc potiri, ſi me impiavi*, Rud. I. 3. 7. h. e. redigi in poteſtatem, quod ad hunc laborem, ſeu miſeriam, attinet, vel fieri compotem iſtius laboris. Ita vero *Potiri* idem eſt, quod compotem fieri, nec recipere poteſt Accuſativum aliter, quam per figuram Ellipſeos, ſi recte res perpendatur. Cum quo hoc verbum, ut & *Fungi* ac *Veſci*, non tantum *recentioris ævi Auctores*, ut affirmat temere Urſinus To. 2. p. 309. ſed & Antiquiſſimi & optimi conſtruxerunt, ut ex Sanctio noſtro liquet. At Activum § *Potior* fuiſſe revera ſignificationis iſtius & olim in uſu, patet ex Plauti Amphitr. I. 1. 22. *Qui fuerim liber, eum nunc potivit pater ſervitutis*, h. e. fecit ut habeam ſervitutem, ſeu ut ſim in ſervitute. Reſpondet ei Paſſivum *Potitus ſervitutis* apud Feſtum. Et ſimiliter Pl. Epid. IV. 1. 5. *Gnata mea hoſtium eſt potita*, h. e. redacta eſt eo, ut ſit penes hoſtes, ſeu in hoſtium poteſtate. Eodem modo ſe res habet in *Compotire, ri.* Pl. Rud. IV. 2. 6. *quæ piſcatu me uberi compotivit*, h. e. compotem fecit. Ibid. 1. 3. 2. *Ita hic ſolis locis compotita ſum*, h. e. compos eorum facta, ut in iis ſim. Atque ita, ſi vera omnium ſignificatio poſſet indagari, pleraque, quæ creduntur Deponentia, poſſent forte etiamnum redigi in ordine Paſſivorum. Certe ſic mox *Proficiſcor* vere eſt paſſivum § *Proficiſco*, quod olim adhibitum fuit, æque ut illud, unde proxime deducitur, *Proficio*, & ſimilia *Deficio*, *Faceſſo*, &c. ſubintellecto pronomine reciproco. Ut adeo *proficiſcor* paſſive idem ſignificet, quod Active *proficiſco me*: plane ut *Revertor* paſſivum reſpondet activo *Reverto me*, & ut paulo ante habuimus *Plangitur* pro *Plangit ſe*. Sed ſicuti ſæpius dicebatur olim ſimpliciter *Reverto*, quam *Reverto me*, & *Faceſſo*, quam *Faceſſo me*, ſic eodem pronomine per Ellipſin omiſſo occurrit apud Veteres magis *proficiſco*, quam cum pronomine. Pl. Mil. Glor. IV. 8. 19. *Obſecro licet complecti, priuſquam proficiſco.* Vide & ſupra ad Cap. 2. & ad Vocem *Adverſor* in hoc Cap. De Origine autem hujus Verbi *Proficiſcor*, & natura ſignificationis, vide etiam Georg. Henr. Urſinum cap. 9. Obſerv. Philol.

Digitized by Google

noſtram potituram putent. Pacuvius, citante Nonio; *Regnum potior, conjugem mactio inferis.* Siſenna lib. 4. Hiſtoriar. *Omnia quæ diximus loca ſtatim potitus* : idem; *hoſtes loca ſuperiora potiti.*

Præſideo. Tacit. lib. 3. *Quæ ubi cognita P. Vellejo, is proximum exercitum præſidebat, Alarios equites, ac leves cohortium mittit in eos* : idem l. 4. *Et haud ſpernenda illic civium ſociorumque manus littora Oceani præſidebat.* [At Vide me ad Verbum *Egredior*, ſed maxime ad V. *Æſtuo* in fine.]

» [*Prandeo*, ſubaudi *prandium*, vel *cibos*. Horatius; » *Si pranderet olus patienter* : idem; *Luſcinias ſoliti impenſo* » *prandere coëmtas.*] Sic *cœnare cœnam.* Vide *Cœna.* [At vide Me ad Verb. *Cœno*, quod ejuſdem eſt naturæ, cujus hoc *Prandeo.* Utrumque enim eſt plane Neutrum.]

Procedo in urbem, ſubaudi *iter*, vel *viam*, Cæſar. 1. Gall. *Jam proceſſerant viam tridui.* [Vide Me ad V. *Ambulo* & *Cedo.*]

Proficiſcor, ſubaudi *viam*, vel *iter.* [At vide Me paulo ante ad *Potior.*] Propert. lib. 3. *Magnum iter ad doctas proficiſci cogor Athenas.* Feſt.Pomp. *Profecturi viam, Herculi, aut Sanco ſacrificabant.* [Videtur excidiſſe *Propter.* Vide Feſtum.]

Propero. Virgil. 4. Æneid. *Anne vides toto properari littore circum* : ibid. *Hæc pater Æoliis properat dum Lemnius oris.* Horat. *Hoc opus, hoc ſtudium parvi properemus, & ampli*; forte κτ. » [Propert. *Quod ſi forte tibi* » *properarint fata quietem.* Dictys lib. 1.] Plaut. Aul. *Nunc domum properare propero. Mortem per vulnera properare*, Virg. 9. Æneid. *Hinc delubra occulta celeritate properantur.* Tacit. lib. 1. *Inoffenſum iter properaverat.* Juven. Satyr. 3. *Hæc inter pueros varie properantur.* Virgil. (112) *Properate juſſa.*

» [*Pro-*

(112) *Properate juſſa.*] Vide & ſupra ad V. *Feſtino*, licet hoc *Propero* Activorum ordine movere prorſus nolim. Nam nimis frequenter non modo Activum occurrit, ut apud Sall. Jug. 37. *alia*,

Digitized by Google

» [*Prorumpo.* Virgil. *Atram prorumpit ad æthera nu-* » *bem.*]

Proruo. Vide *Ruo.*

Proſpicio tibi, *Provideo tibi*, ſubaudi *utile*, vel *commodum.* Livius; *Qui ſedem ſenectuti veſtræ proſpiciunt.* Vide ſupra *Conſulo*, & *Utile* in Ellipſi.

Provideo. Vide *Proſpicio.* » [Cæſar. 6. Gall. *Rem fru-* » *mentariam providet, caſtris idoneum locum deligit.*] Terent. Adelph. *Quæ ſi non aſtu providentur, me aut herum peſſum dabunt.*

Pudet. Vide *Pœnitet.* Martial. *Sed ſi te non pudet iſtud, Hoc ſaltem pudeat, Galla, negare nihil.* Apul. lib. 7. *Quanquam nec iſtud puduit, me cum meo famulo factum conſervum.* Plaut. Caſina, *Ita nunc pudeo, atque ita nunc paveo.* Terent. *Hæc non te puduit?* Lucanus; *Semper metuit, quem ſæva pudebunt ſupplicia.* Terent. *Quem nec pudet quicquam.* » [Ovid. 4. Faſt. *Nec gener eſt nobis ille pudendus, ait.*]

Pugno, (113) ſubaudi *pugnam*; Græce μάχην μάχεσθαι. Plaut. Pſeud. *Priuſquam iſtam pugnabo pugnam.* » [Ne- » pos Hannib. *Hac pugna pugnata Romam profectus eſt.*] Cicero pro Muræna, *Ex omnibus pugnis, vel acerrima mihi videtur illa, quæ cum rege commiſſa eſt, & ſumma contentione pugnata.* Catull. *Pro qua mihi ſunt magna bella pugnata.* Hor. 3. Car. *Et pugnato ſacro bella ſub Ilio.* Plaut. Men. *Nec ſera veniam depugnato prælio*: idem Amph. *Hæc illic eſt pugnata pugna.* Vide Lamb. lib. 2. Oda 6. Lucilius citante Donato in Adelph. *Vicimus, ô ſocii, & magnam pugnavimus pugnam.* Cicero pro Roſcio;

alia, quæ incepto uſui forent, properare. Ubi vide Rivium. Sed & Paſſivum. Idem Jug. 105. *Itineris properandi cauſa.* Tac. An. II. 6. *Mille naves ſufficere viſæ properatæque.* Plinius Paneg. 51. *Hinc porticus, inde delubra occulta celeritate properantur.*

(113) *Subaudi pugnam.*] Mihi Verbum eſt Neutrum, ſed quod ſæpe junctum ſibi habet Accuſativum, quo denotatur materia vel effectus pugnæ. Vide de hoc Accuſativo Cognato, quæ diximus ad Verbum *Æſtuo*, & ad Cap. 2. p. 273. &c.

Digitized by Google

ſcio; *Quod a vobis hoc pugnari video.* Horatius 4. Carminum; *Prælia pugnare*: idem, *Si quis bella tibi terra pugnata, marique.* Salluſt. *Quæ negotia multo magis, quam prælium male pugnatum a ſuis, regem terrebant.*

QUADRARE. Horat. *Et quæ pars* (114) *quadret acervum.*

(115) *Queror.* Cæſ. 3. Civil. *Calamitatem, aut propriam ſuam, aut temporum queri.* Plaut. Aulul. *Pauperiem meam conqueror.* Vide *Conqueror.*

Quieſco. Apul. lib. 9. Metam. *Poſt multum equidem temporis, ſomnum humanum quievi.* Et eſſe activum *Quieſco*, (116) ſatis indicat paſſivum illud Terent. act. 4. ſc. 2. Andr.

(114) *Quadret acervum.*] h. e. quartam ejus partem conſtituat, ſeu faciat, ut quatuor partibus conſtet. Locus occurrit Epiſt. I. 6. 35. Sic *Quadrans* dicitur pondus vel nummus, qui aſſem quadrat, h. e. in quatuor partes dividit. Quia vero quadrata figura cenſetur optima, & facile congruit ac conjungi poteſt aliis figuris, hinc *Quadrare* vel neutraliter, vel potius cum Ellipſi Pronominis reciproci, ponitur pro congruere, accommodatum eſſe & aptum alicui rei. Sulpic. Sev. lib. II. Hiſt. Sacræ: *quam prætereundam non putavi, ſiquidem & Chronicis conſentiret, & ita illius nobis ratio quadraret, ut per ordinem Regum uſque in primum Cyri annum LXX. annos impleret.*

(115) *Queror.*] Qui adduntur Accuſativi, revera a Præpoſ. per Ellipſin omiſſa reguntur. Vide quæ notavimus ad Verbum *Doleo.* At quando Ovidius Metam. IX. 303. ait, *moturaque duros Verba queror ſilices*, ſenſus eſt, in querendo profero talia verba. Vide ſupra ad Cap. 2. in extr. & hoc ad Cap. V. *Æſtuo.*

(116) *Satis indicat Paſſivum.*] Neutiquam id indicat, non magis, quam *Stari*, *Sederi* &c. indicant, verba *Stare*, *Sedere* &c. eſſe Activa. Nam Imperſonaliter illa dicuntur, ut hic *Quieſci.* Ceterum in loco Terentii dubium eſt, quo referatur τὸ *Quibus*, unde tamen pendet ſenſus & conſtructionis ratio. Nempe præceſſit: *Siccine Me atque Illam nunc miſeros ſollicitarier? Nam idcirco arceſſor, Nuptias quod mihi apparari ſenſit.* Dacieria vertit ita quaſi Charinus ad hæc reſponderet Pamphilo illa verba *Quibus* &c. & τὸ *Quibus* intellexiſſet de Pamphilo & Glycerio, *En quel repos n'auriez-vous pas été, ſi ce coquin s'y fût tenu?* At Ego referendum τὸ *Quibus* prorſus cenſeo ad *Nuptias*, ut ſenſus ſit, a quibus nuptiis, quæ nunc nos omnes perturbant adeo & ſollicitant, quam facile potuerat eſſe quies, ſi modo hic Davus quieviſſet. Sic *Quieſcerent pugnæ* apud Gellium IX. 13. h. e. abſtinerent. Et *Requieſcens a Reip. pulcherrimis muneribus, otium ſibi ſumebat aliquando*, apud Cic. de

2. Andr. *Quibus quidem quam facile potuerat quieſci, ſi hic quieſſet.* » [Plaut. Moſt. *Tu quieſce rem hanc petere*, » quaſi dicat, quieſce petitionem hujus rei: idem Mil. » *Potin', ut hominem mihi des? quieſcas cætera.*] Vide *Dormio*, & *Requieſco*.

Recordor. Vide *Memini*.

Redire. Vide *Ire*, & *Obire*.

Redoleo. Vide *Oleo*.

(117) *Redundo*. Ovid. 3. Triſt. *Sive redundatas flumine cogit aquas*: Et 6. Faſt. *Anne redundatis foſſa madebit aquis*.

Refert, idem eſt, quod *refero*. Vide librum 3. cap. 1.

(118) *Regno*, ſubaudi *regnum*; Græce βασιλεύειν βασιλείαν. Horatius; *Et regnata petam rura Phalanto*: idem 3. Carm. *Et regnata Cyro Bactra parent*. Virgil. *Acri quondam regnata Lycurgo*.

Regredior, ſubaudi *greſſum*, Ennius citante Nonio; *Qui nunc incerta re atque inorata* (119) *gradum regredere conare?*

Remi-

de Offic. III. 1. Sic cum Infinito, non modo apud Plautum Moſtell. V. 2. 51. ſed & apud Gell. II. 28. *Sed Dei nomen, cui ſervari ferias oporteret, edicere quieſcebant*, h. e. abſtinebant eo. Ceterum *Quieſcere* & *Requieſcere* vere ſunt Neutra; Hinc conjunguntur apud Sueton. Claud. 30. *Stanti, Sedenti, & Quieſcenti*. Sed tamen occurrunt etiam Active conſtructa. Vide infra in *Requieſco*: ſed & Me ſupra ad Verba *Ambulo* pag. 308. *Careo*, & *Conſueſco*.

(117) *Redundo.*] Non magis eſt Activum, quam *Undo*, & omnia ejus Compoſita, *Abundo*, *Exundo* &c. *Inundare* cum Accuſativo jungitur, ſed per Ellipſin repetendæ Præpoſitionis. *Redundatæ aquæ* non magis faciunt *Redundare* Activum, quam *Ceſſare*, *Regnare*, *Certare*, faciunt ſimilia Participia. Vide me ad Verba *Ambulo*, *Dubito*, *Obſtrepo*.

(118) *Regno, Subaudi regnum.*] Miror Urſinum To. 1. p. 460. ubi, quia Tacitus An. XIII. *in quantum Germani regnantur* dixit, *non adeo faſtiditurum ſe ait, Regnare urbem active, quantopere mihi* hæc phraſis *ſordeat. Certe rationem Grammaticam non obſtare, licet auctoritas forte deficiat.* Reſpicit ea, quæ notaveram ad Verb. *Ambulo* pag. 308. quæ videas velim. Certe liquebit ſic ſatis, ſi recte, *nec obſtante*, ut ait Urſinus, ulla *ratione Grammatica*, dixeris active *Regnare Urbem*, eodem jure etiam *Dormire totam hiemem*, *Vigilare amaras noctes*, *Ceſſare arva*, *Errare terram*, &c. Active & ſine Ellipſi poſſe dici.

(119) *Gradum regredere.*] Manifeſtum hinc, dixiſſe Vetuſtiſſimos etiam *Regredere* ſcil. *Gradum*,

Reminiſcor. Vide *Memini.*

Requieſco. Virgil. *Et mutata ſuos requierunt flumina curſus*: idem in Ceiri; *Quo rapidos etiam requieſcunt flumina curſus.* » [Calvus in Io: *Sol quoque perpetuos meminit re-* » *quieſcere curſus.* Salluſt. *Paulum requietis militibus.*] Propertius libro 2. Eleg. ultima, ex Scaligeri correctione; *Quamvis ille ſuam laſſus requieſcat avenam*: ibidem, antepenult. *Jupiter Alcmenam geminas requieverat Arctos.* Vide *Quieſco*, [& quæ iſtic notavi.]

Reſideo, (120) *Reſidere pænitentiam*, dixit Plinius pro, *ſeden-*

dum; vel *Se.* Inde vero ſequitur τὸ *Regredi* eſſe Paſſivum, & ejuſdem indolis & ſignificationis, cujus eſt *Reverti.* Sic ergo & *Aggredi aliquem* ponitur pro *aggredi ad aliquem*, ſeu *aggredere ſe ad aliquem.* Repugnare quidem videtur, quod Priſcianus lib. 8. p. 792. ex Ciceronis quadam ad Nepotem epiſtola, ſed deperdita, affert, *Hoc restiterat etiam, ut a te fictis aggrederer dolis.* Nam ibi *aggredi* paſſive ponitur, & ita ut Paſſiva locutio *Ego aggrederer a Te*, reſpondeat Activæ directæ & ſine Ellipſi, *Tu aggrederes Me.* Sed præterquam quod talia fragmenta dubiæ aliquantulum ſint fidei, nihil adeo certi ex Paſſivis locutionibus ad conſtituendam Verborum in O naturam, vel negandam, ſi aliunde ea probetur, elici poteſt. Vide quæ paulo ante ad Verbum *Regno*, & dein ad *Superſedeo*, atque alibi jam notavimus. Sed & oſtendimus jam ſæpe, mutari ea aliquando per abuſum conſtructionis, ut Verbis etiam vere Activis addatur Ellipticus plane Accuſativus, qui & ipſe per Paſſivas locutiones convertatur tamen in Nominativum. Vide, quæ notavimus ad Verba *Obſtrepere*, *Plangere*, *Plaudere* Nota 108. *Rorare*, &c.

(120) *Reſidere pænitentiam.*] Ridiculus ille eſt error Torrentii ad Suetonium in Cæſ. cap. 4. & qui eum ſequuntur, Sanctii atque Aug. Buchneri, in explicandis & conſtruendis verbis Plinii, dum putant Accuſativum *pænitentiam* regi a participio *reſidentis*; quod potius una cum ſuo Subſtantivo *Athamantis* ab illo Nomine regitur, cujus Accuſativus pendet a verbo *exprimere.* Senſus enim eſt, voluiſſe artificem *exprimere*, tum *furorem* Athamantis, quando præcipitabat filium, tum ejuſdem *pænitentiam*, quum jam reſidebat, poſtquam præcipitarat filium. Furor eſt in præcipitante, *pænitentia* in *reſidente.* Neutraliter ergo hic ponitur *reſidere*, at vero *reſidere ferias* active forſan dicitur, ſed ea ratione, qua *æſtuare annum*, *vivere Bacchanalia.* Vide ſupra ad vocem *Æſtuo.* In Ciceronis loco, ut ſenſus ſit verbis congruens, legerim cum Salmaſio ad Plaut. Epid. III. 4. *quia reſidentur mortuis*, ſcil. feriæ. Sed & habent vulgatæ edd. *quia.* Nam

ſedendo agere, lib. 34. cap. 14. *Ariſtonidas artifex quum exprimere vellet Athamantis furorem, Learchum filium præcipitare volentis, & præcipitato illo reſidentis pœnitentiam.* Sic emendat ex antiquis Levinus Torrentius. Plaut. Capt. act. 3. *Venter gutturque reſident eſuriales ferias*, pro, ſedendo agunt. Cicero de leg. 2. *Denicales* ferias appellat, *quibus reſidentur mortui*, quod ſcilicet ſedendo mortuis feriarentur.

» [*Reſiſto.* Dictys lib. 2. *Neque amplius reſiſti adver-*
» *ſum eos poterat.*]

Reſurgo. Vide in *Surgo.*

» [*Revertere*, ſubaudi *ſe.* Cicero; *Legati re inorata*
» *reverterunt.* Lucretius de Injuria; *Atque unde exorta*
» *eſt, ad eum plerumque revertit.*]

» [*Rideo*, ſubaudi *riſum.* Cicero 7. Fam. epiſt. 25.
» *Ne rideamus γέλωτα σαρδόνιον*, id eſt, *riſum Sardonium.*]
[Immo eſt Neutrum, ut *Gaudeo*, *Doleo*, &c.]

Roro. Plinius lib. 17. cap. 10. (121) *Si roraverit quantulumcunque*

Nam integer eſt locus *Denicales, quæ a Nece appellatæ ſunt, quia reſidentur mortui.* Manutius edidit, *quia reſidunt mortui.* At antiquiſſima Mediolanenſis anni 1499. exhibet longe aliter, & forſan rectiſſime. *Nec vero tam Necia, quæ a nece appellata ſunt, qua reſident mortui. Necia* videtur ex Græco Νέκυια ortum: certe Νέκυες notat defunctos, Νεκυιά & Νεκυία actionem, quæ ad mortuos pertinet, ſeu librum, in quo de mortuis agitur.

(121) *Si roraverit &c.*] Diverſi generis forent hi Accuſativi *Rorare imbrem vel pruinam*, Et *Rorare roſas vel oculos.* Priores expoſcerim, ut *Crepo ſulcos &c.* Vide Notam ult. ad cap. 2. & hoc Cap. ad Verb. *Æſtuo.* Poſteriores, licet Paſſivis locutionibus, quarum magnam rationem non eſſe habendam ſæpe jam diximus, (Vide ad Verba *Ambulo*, *Dubito*, *Regno*, *Superſedeo*, & *Obſtrepo*) firmentur, tamen per Ellipſin a Præpoſ. *In* regi putem. Sic Lucret. III. 470. *Circumſtant lacrymis rorantes ora genaſque.* Si quis tamen Active hæc malit accipere, non valde refragabor, rem in medio facile relicturus. Sed tamen neutraliter ceteroqui potiſſimum conſtruitur hoc Verbum. Idem Lucret. II. 976. *Et lacrymis ſpargunt rorantibus ora genaſque.* Virgil. Cul. 75. *Rorantes lacte capellæ.* Sueton. Aug. 92. *Si ingrediente ſe iter forte roraſſet.* Cicero de Senect. c. 14. *In ſympoſio minuta & rorantia.* Feſtus V. in Rorarii. *Ante imbrem fere rorare ſolet.* Confer infra Verbum *Sudo.*

Digitized by Google

lumcunque imbrem. Ovid. *Scribimus, & lacrymis oculi rorantur obortis*: idem 3. Faſtor. *Mollis erat tellus rorata mane pruina*: idem 2. de Ponto; *Roratas roſas.* Et in Sacris; *Rorate cœli deſuper, & nubes pluant juſtum.* Vide *Pluere.*

Ruo, ſubaudi *ruinam.* Terentius; *Quid ſi nunc cœlum ruat?* Ubi Donatus ſupplet, *ſe*, qui accuſativus exprimitur in Compoſitis. Horat. 4. Carmin. *Multa proruet integrum cum laude victorem.* Terentius Adelph. *Vide, ne ille huc intro ſe irruat*: idem Eunuch. *Illico omnes proruunt ſe foras.* Catull. ad Manlium, *Nam mihi quam dederit duplex Amathuntia curam Scitis, & in quo me corruerit genere.* Virgil. 12. *Ruet omnia late*: & 2. Georg. *Et ruit atram Ad cœlum picea craſſus caligine nubem.* Horat. lib. 2. Satyr. 5. *Unde Divitias, æriſque ruam, dic, Augur, acervos?* Terent. Adelph. *Cæteros ruerem, agerem, tunderem, & proſternerem.* Plaut. Rudente, *Corruere divitias*, id eſt, congregare. Lucr. 5. *Quum mare permotum ventis ruit intus arenam.* Virgil. 1. Georg. *Cumuloſque ruit male pinguis arenæ*, ſubaudi *agricola.* Livius 8. *Ut ferme fugiendo in media fata ruitur.* Apul. 1. Florid. *Et quærit, quorſum potiſſimum in prædam ſuperne ſeſe ruat fulminis vice.* M. Varro; *Spicæ corruuntur in corbem.*

Rutilo. Valer. Maxim. lib. 2. cap. 1. *Capillos cinere rutilarunt*, Plin. lib. 28. *Gallorum hoc inventum rutilandis capillis.* Liv. lib. 37. *Comæ promiſſæ, & rutilatæ.* Tacitus lib. 20. *Crinis propexus, & rutilatus.*

SALTO. [Vide Me ſupra ad Verb. *Æſtuo* in init.] Ovid. 5. Triſt. *Carmina ſaltantur theatro*: idem 2. Triſt. *Et mea ſunt populo ſaltata poëmata ſæpe.* Horatius 1. Serm. *Paſtorem ſaltaret uti Cyclopa rogabat.* Juvenal. *Chironomon Lædam molli ſaltante Bathyllo.* Eurip. Androm. πήδημα πηδήσας, id eſt, *Saltationem ſaltans.* » [Quo-
» modo Scipio Æmilianus apud Macrobium 2. Sat. 10.
» dixit; *Quum ſaltationem impudicus ſervulus ſaltare non*
» *poſſet.*]

Sapio.

Sapio. Plaut. *Ego meam rem ſapio.* Perſ. *Quum ſapimus patruos* : idem ; *neque demorſos ſapit ungues.* Ennius apud Ciceronem ; *Qui ſibi ſemitam non ſapiunt, alteri monſtrant viam.* [Vide itidem ad V. *Æſtuo* in init.]

Satago. Vide lib. 2. cap. 3. in Rectione Genitivi.

Satisfacio, eſt, facio ſatis, ut, ſatis accipio ; ubi *Satis*, pro accuſativo eſt. Nihilominus tamen Cato Ruſtic. cap. 149. dixit ; (122) *Donicum pecuniam ſatisfecerit.*

Servio ſervitutem, tritum fuit, a Græcis ſumptum, *δουλεύειν δουλείαν.* Cicero in Topicis ; *Quorum nemo ſervitutem ſervivit* : idem pro Mur. *Si ſervitutem ſervient.* Quinctil. *Servus eſt, ut antiqui dixere, qui ſervitutem ſervit.* Plaut. Aulul. *Nam qui amanti hero ſervitutem ſervit.* idem Trinum. *Tuis ſervivi ſervitutem imperiis* : ibid. *Tibi ſervitutem ſervire* : idem Milit. *Nam ego jamdiu apud hunc ſervitutem ſervio.* Liv. lib. 40. *Qui ſervitutem ſerviſſent.* » [Turpil. *Quæ mulier volet ſibi ſuum amicum* » *eſſe diutinum, modice & parce ejus ſerviat cupidines.*] Cic. 1. Offic. *Ut communi utilitati ſerviatur.* Martial. lib. 2. *Non bene, crede mihi, ſervo ſervitur amico.* Sen. de Tranquill. *Aſſueſcamus cœnare poſſe ſine populo, & paucioribus ſervis ſerviri.* Ex his exemplis bene intellectis, (123) extirpantur verba, quæ iſti fingunt Imperſonalia paſſivæ vocis, & ſimul verba Neutra. Vide *Inſervio.*

(124) *Sedeo.* Priſcian. verba ſunt hæc ex lib. 18. de Imperſon.

(122) *Donicum pecuniam ſatisfecerit.*] Duo hic ſunt Accuſativi, quorum alter eſt *Satis*, alter manifeſte additur per Ellipſin præpoſ. *κατὰ*, *quod ad*, quam priſcis illis ſcriptoribus frequentiſſimam fuiſſe, ſæpius diximus.

(123) *Extirpantur verba.*] Immo vero ex his exemplis probatur, Veteres, ſicuti multa alia promiſcue uſurparunt, ſic etiam Verba nonnulla tum in Elliptico, qui Activi ſpeciem præfert, tum in Neutrali ſenſu & conſtructione adhibuiſſe. Vide quæ diſputavi ad vocem *Ambulare*, maxime pag. 306. Quod hic reperis *ſervire alicui cupidines*, eodem eſt modo accipiendum, quo paulo ante *ſatisfacere pecuniam alicui* & *Serviri a paucis* eodem, quo ſupra *Obſtrepuntur laudes* ; Vide ad Verba *Plangere*, *Regnare*, *Superſedere.*

(124) *Sedeo.*] Verbum hoc eſt vel maxime Neutrum. Neque u'lis hic argumentis ad id probandum opus. Tantum dicam,

perſon. conſtruct. pag. 1134. *Nam quum dico* curritur, *curſus intelligitur*; & ſedetur, *ſeſſio*, & ambulatur, *ambulatio*, & evenit, *eventus*, *& ſimilia*: *quæ res in omnibus verbis etiam abſolutis neceſſe eſt ut intelligatur*; *ut* vivo vitam, ambulo ambulationem, ſedeo ſeſſionem, curro curſum. Vide *Curro*.

» [*Sibilo*, (125) ſubaudi *ſibilum*, vel alium accuſativum.

» Ho-

liquere rem etiam ex eo, quod alia ſint ejuſdem originis, ſed diverſæ conjugationis, Verba vere Activa, huic Neutro quaſi oppoſita, nempe *Sedare*, h. e. facere, ut animus, ægritudo, ira, tumultus, turba, &c. conſideat, Plaut. Pœn. V. 4. 93. *Multorum annorum miſerias nunc hac voluptate ſedo.* Ut & *Sidere*, quod proprie notat demittere ſe ad ſedendum vel quieſcendum, atque adeo reciprocum pronomen ad ſenſum abſolvendum requirit. Quando autem res dicuntur *Sidere*, tum vero illæ quoque accipi ita debent, ut quæ ſe demittant ad inferiora, ubi quieſcant. Sed apud Plautum Trin. II. 2. 19. compoſitum *Conſido* alium ſibi Accuſativum, activo maxime ſenſu junctum, habere creditur. Verba ſunt Patris ad Filium, *Hæc tibi, ſi mea imperia capeſſes, multa bona in pectore conſident*, h. e. conſidere facient, ut volunt Interpretes. At Ellipſis Pronominis Reciproci uſitatiſſima iſtic quoque ſtatuenda eſt ſolito ſenſu. Sic in Mundi origine *ſidebant campi* apud Lucret. V. 493. Tacit. An. I. 70. *Ut levior claſſis vadoſo mari innaret, vel reciproco ſideret.* Hinc jam diverſa notant *Deſideo* & *Deſido*. Phædr. fab. 55. *Ruinam metuens Aquila deſedit ramis.* Plaut. Bacchid. II. 3. 4. *Filium meum tamdiu tibi deſidere.* Suet. Cæſ. 2. *deſedit apud Nicomedem*, & cap. 4. *ne deſidere in diſcrimine ſociorum videretur*, h. e. quieſcere & manere otioſus eodem in loco. At *Mores deſidentes* ſcil. *ſe*, ſunt peſſum euntes, apud Livium in Præfat. *Terra ſeptem iugerum ſpatio in cavernam deſedit* ſc. *ſe*, apud Obſeq. cap. 96. Ceterum *Obſideo Urbem, Circumſido Urbem*, per Ellipſin dicuntur, pro *Sedeo ob*, vel *ad Urbem*, *ſido me* cum exercitu, h. e. caſtra pono *circum Urbem*. Hinc explicandum illud Lucretii IV. 352. *Aër craſſior caliginis, qui cuncta foramina complet, obſiditque vias oculorum*, h. e. demittit ſe ob & in vias oculorum. Et Virgil. VII. 334. *ne Æneadæ poſſint Italos obſidere fines* h. e. demittere ſe ob, vel undique in Italos fines, ad conſidendum & habitandum in iis. Salluſtii Catil. 45. *Occulte pontem obſidunt*, ut habent MSti, h. e. occulte in inſidias ſe demittunt & ſubſidunt ob vel juxta pontem.

(125) *Subaudi ſibilum.*] Immo nihil. Nam Neutrum eſt. Accuſativus, qui additur, per Ellipſin eſt interpretandus, licet in Compoſito *Exſibilare* etiam in Paſſivi Nominativum convertatur. Sic, quod ſequitur, *Sitio*, &

» Horat. *Populus me ſibilat, ac mihi plaudo ipſe domi.*]

Sitio. Ovid. 1. Faſt. *Quo plus ſunt potæ, plus ſitiuntur aquæ.* Et, ut *Sitis ſitim*, vel *ſitire*, dicendum erat, ſic per translationem dixit Cicero lib. 3. ad Q. Frat. *Neque ſitio honores, neque deſidero gloriam*: & 5. Phil. *Sanguinem noſtrum ſitiebat.*

» [*Solvere*, pro, ſolvere navem. Vide Ellipſin, » *Navem.*]

Somnio. Plaut. Rud. *Mirum, atque inſcitum ſomniavi ſomnium.* Sueton. Galba, *Somniavit ſpeciem Fortunæ*, &c.

Sono. Virgil. *Nec vox hominem ſonat*: idem Culice; *Sonat liquorem*: » [& 7. Æneid. *Verberaque inſonuit.* Ubi » Servius, *pro, verberibus inſonuit, aut, per verbera.*] Perſius; *Sonat vitium percuſſa maligne fidelia.* » [Ovidius 4. » Triſt. 10. *Hic ego finitimis quamvis circumſoner armis.* » Pedo ad Liviam; *Tales halcyonum ventoſa per æquora* » *queſtus Ad ſurdas tenui voce ſonatur aquas.*] [Vide Notam ult. ad Cap. 2. & hoc Cap. ad Verb. *Æſtuo.* pag. 301.]

Spiro, vel *exſpiro.* Arnob. lib. 1. *Nunquid ſuas animas exſpi-*

& paſſim *Rideo*, cum Accuſativis junguntur eadem ratione. Si quis tamen hiſce Accuſativis objectum actionis directe ſignificari malit, atque adeo active eos regi, non valde repugnabo, neque in hoc Verbo, neque in ſeqq. *Sitio*, *Somnio*, *Sono.* Sed vel ſic verum manet, eſſe ea etiam Neutra, & fuiſſe primitus vel maxime. Nec enim ſequitur ex eo, quod Verbum aliquando active reperitur conſtructum, ſemper ergo eſſe Activum, & minime Neutrum, quod eſt πρῶτον ψεῦδος Sanctij & Sciopii. Conſideranda in his origo & prima Verborum ſignificatio, quæ ſi ſimplicem, abſolutam, & in ſe permanentem actionem primitus notant, ſunt Neutra: illa autem actio videtur aliquando tranſire in objectum aliquod, non proprie patiens, ſed propter quod illa actio fit. Objectum illud ſi Accuſativo ſolo exprimitur, Ellipſis ea eſt Præpoſitionis *Ob* vel *Propter.* Ellipſis vero illa ſi valde frequentatur, tunc Verbum illud paulatim uſu ipſo accipit ſpeciem Activi veri. Sic *Ridere*, & *Sibilare*, ſunt primitus Verba actionis per ſe abſolutæ, ſed præmiſſa Accuſativis videntur tranſire in objectum aliquod, quod tamen proprie non patitur illam actionem, ſed ejus cauſa eſt finalis.

Digitized by

exſpiraverunt venti? Apulejus de mundo; *Quum movetur, ſpirat illos ſpiritus.* Ovid. 3. Metamorph. *Deam ſpirat mulier.* Virgil. *Comæ divinum vertice odorem ſpiravero.* Horatius 3. Carm. *Quod ſpiro, & placeo, tuum eſt.* » [Propert. *qui nunc magnum ſpiramus amantes.*]

» [*Stillabit amicis ex oculis rorem*, Horatius in Arte: » Sicut idem, *Manare poëtica mella.*] [Vide de utroque Verbo ſupra pag. 300.]

Stipulari ſtipulationem. l. 3. §. 1. D. jud. ſol. l. 42. §. ult. D. ſolut. matri.

Sto. Plin. in epiſt. *Standum eſt epiſtolis Domitiani.* Vox in *dus, a, um*, non poteſt eſſe, niſi a verbis regentibus accuſativum; ut, *vivendum eſt*, ſubaudi, vivere. Plaut. Pſeud. 7. *Quid agitur? P. Statur hic ad hunc modum*, id eſt, *ſtatur ſtare*, vel *ſtatio.* [At Vide ad Cap. 2. init. & ad V. *Ambulo* hoc Capite.]

Studeo. Horatius; *Hoc ſtudet unum.* Cicero de reditu ſuo; *Quum vero literas ſtudere cœpit.* Plaut. Mil. *Magis metuant, minus has res ſtudeant.* Cicero Philip. 6. *Unum ſentitis omnes, unum ſtudetis*; idem de Finib. *Illud quod ſtudet, facere poſſit ornatius*: idem Tuſcul. *Hæc quum diſputant, hæc ſtudent.* Ter. *Quin tu hoc potius ſtude.* » [Cum ergo legis; *Studere alicujus*, vel *alicui*, pro, » ſtudioſum eſſe (126) ſubaudi *ſtudium.* Poëta vetus » apud Ciceronem. 3. de natura Deorum; *Qui te nec* » *amet, nec ſtudeat tui.*]

Stupeo. Virgil. *Pars ſtupet innuptæ donum exitiale Minervæ.* Petron. Arbit. *Ceterum dum ego omnia ſtupeo.* [Vide ſupra ad *Doleo* & *Gaudeo.*]

(127) *Subire onus, moleſtiam, manus,* trita ſunt. Pomp. Mela

(126) *Subaudi ſtudium.*] Nihil minus. Nam tantum abeſt, ut in his locutionibus vere Neutralibus intelligendus ſit Accuſativus, ut etiam in prioribus per Ellipſin videatur interpretandus, tanquam qui a Præpoſitione regatur. De Genitivo per Ellipſin Nominibus Adjectivis aut Verbis juncto vide ſupra II. 3. & ibi Notas 6. & 12. ut & hoc Capite ad Verbum *Interdico.*

(127) *Subire onus &c.*] Sic mox *Succedere muros.* Intellige autem in

Digitized by Google

Mela de quodam Specu; *& quo magis ſubitur, obſcurior.* Vide *Eo.*

» [*Subſiſtere.* Livius 9. *Præpotentem armis Romanum* » *acies ſubſiſtere nulla, nec caſtra, nec urbes poterant.*]

Succedo. Fronto in verbo, *Succedo illam rem*, citat Salluſtium in 3. hiſt. *Muros ſucceſſerant.* Vide *Cedo*, [& quæ iſtic notavimus, ut & quæ modo diximus ad V. *Subeo.*]

Succenſeo. Gellius lib. 6. cap. 11. *Pſillos re aquaria defectos,* (128) *eam injuriam graviter Auſtro ſuccenſuiſſe.* Ariſtoph. in Pluto. μέμφιν δικαίαν μέμφομαι ταύτην, quæ ſonant, *Hanc accuſationem accuſo*, vel *ſuccenſeo*, vel *expoſtulo.*

Sudo. Virgil. *Et duræ quercus ſudabunt roſcida mella*: idem, *Pinguia corticibus ſudent electra myricæ.* Statius 5. Theb. *Gelidove labor ſudatus in Æmo.* Quinctil. *Et vigilandæ noctes, & in ſudata veſte durandum.* [Confer Verba *Plango*, *Regno*, *Roro*, & quæ iſtic notavi, ſed & quæ ad V. *Ambulo* pag. 305. & 308.]

» [*Sufficere*, pro ſatis eſſe; ſicut in contrario ejus, » *Deficere*, ſubaudiri poteſt *ſe.* Ut enim Cæſar dixit; » *Tela militibus deficiunt*, ſimiliter dici poteſt, *Sufficiunt*, » quod eſt, quaſi præbent ſe in aliorum deficientium » locum; nam & Virgil. dixit; *ſatis humorem tellus ſuf-* » *ficit*: &, *pecori frondem, Paſtoribus umbram ſufficere*, » pro, præbere.]

Super-

in his *Sub* vel *ſubter*, ut in verbis cum *præ* compoſitis, & accuſativum habentibus, *præter*, cum *ex* compoſitis, *extra.* Vide etiam quæ notavi ad Verbum *Adeo.* Sæpe tamen alia quoque hiſce Compoſitis additur præpoſitio. Liv. I. 26. *Senſim ad montes ſuccedunt.* Lucret. V. 1369. *Inque diem magis in montem ſuccedere ſylvas Cogebant, infraque locum concedere cultis.* Sed & cum Dativo Verba hæc conſtruuntur ſæpiſſime. Cæſ. B. G. II. 6. *Succedere portis.*

(128) *Eam injuriam graviter ſuccenſuiſſe.*] h. e. propter eam injuriam. Sic paſſim Terentius, Andr. II. 3. 2. *Si id ſuccenſeat nunc.* & II. 6. 17. *Sed eſt, quod ſuccenſet tibi.* Verbum ipſum eſt plane Neutrum, & notat proprie, cenſionem Cenſoris ægre ferre, & ideo muſſare, aliter poſt illum cenſendo.

Digitized by Google

(129) *Superſedere.* Agell. lib. 2. cap. 29. *Operam ſuperſedemus.* Livius 6. *Rebus divinis ſuperſederi juſſum.*

» [*Suppeditare* ſumitur pro abundare, aut non deeſſe, » eſt tamen Activum. Cicero in Catil. *Omnibus rebus* » *omiſſis*, (130) *quibus nos ſuppeditamur*, *eget ille Senatu*; » *Equi-*

(129) *Superſedere.*]Neutrum eſt, æque ac Simplex *Sedeo.* Caſus, qui additur, a Præpoſitione pendet ſubintellecta & repetenda, *ſuper*, atque ideo conſtrui hoc Verbum poteſt cum utroque Caſu, qui ab illa Præpoſ. regitur, Accuſativo & Ablativo, ſed cum hoc conſtruitur maxime. Nam de Accuſativo res incerta eſt. Certe locus Gellii ab Sanctio allatus aliter ſe habet. Verba ſunt, *Cognati operam quam dare rogati ſunt, ſuperſederunt*: Intellige *dare*, prout paſſim hoc Verbum cum Infinitivo conſtruitur. Valer. Max. II. 6. 6. *Superſedeo te habere civem*, h. e. non curo. Et II. 8. 6. *rogari, ut venire ſuperſedeant.* Sueton. Aug 93. *Deflectere paulum ad viſendum Apin ſuperſedit.* Et paſſim Livius. De Ablativo, cujus, vel Dativi, (nam & cum Hoc conſtruitur τὸ *Superſedeo*) vicem ſuſtinet Infinitivus in iſtis locutionibus, res eſt notiſſima. Nihil ergo adhuc Activi certi habemus. Quod ſi ſignificationem indagemus, reperiemus propriam apud Sueton. Neron. II. *Eques R. elephanto ſuperſedens.* At metaphorice notat ſedere & quieſcere ſuper aliqua re, ut adeo eam non cures, vel ea abſiſtas, aut non utaris. Plaut. Pœn. I. 3. 5. *Superſede iſtis verbis*, h. e. omitte ea, abſtine iis. Omni ergo ex parte ſi conſideremus Verbum hoc, eſt illud plane Neutrum. Sed in paſſivo tamen occurrit, & diſertioribus longe locis, quam eſt ille Livii, a Sanctio allatus. Cicero vel Cœlius Famil. VIII. ep. 8. *Si mihi non dediſſet eas, potuit ſuperſederi*, ſcil. edendis ludis, vel petendis abs te pantheris. Auctor ad Herenn. II. 17. *Hæc Cauſa Judicialis fieri non poteſt, ſed quod poteſt vel ad Senatum, vel ad Conſilium, venire, non viſa eſt ſuperſedenda.* Verum & hoc ipſum eſt indicio, ex locutionibus Paſſivis, ut ſæpe jam diximus & probavimus, non debere conſtitui primam Verbi in O naturam, utrum Activum id, an Neutrum ſit, immo neque ipſam Conſtructionis naturam. Nam ſunt etiam Activa, quæ præter Accuſativum ſuum, quem vere regunt, etiam alium habent ſæpe, ſed per Ellipſin certiſſimam ſibi additum. Et tamen hic ipſe ſæpe etiam in Nominativum Paſſivi invenitur converſus. Vide ad Verba, *Penetrare, Plangere, Traiicere.* Sequeretur inde, regi ergo etiam iſtum Accuſativum proxime a Verbo Activo, quod tamen falſiſſimum eſt.

(130) *Quibus non ſuppeditamur.*] Legitur in Cicerone *ſuppeditamur*, hoc, ut videtur, ſenſu: quibus rebus, ſeu quarum ope, nos facile ſubminiſtramus neceſſaria huic bello: plane ut Terent. Eun. V. 8. 46. *Ut tuo amori ſuppeditare poſſit ſine ſumptu tuo.* Et Heaut.

» *Equitibus, urbe, ærario.* Livius; *Manubiæ vix in fun-* » *damenta fani ſuppeditavere*, id eſt, ſuffecere, ſatis fue- » re. Cic. *Cui ſi vita ſuppeditaviſſet, conſul factus eſſet,* » ſubaudi *ſe.*]

Suppeto. Salluſt. de Rep. *Alibi quidem quæ mens ſuppetit, eloqui non dubitabo.* » [Curt. lib. 7. *Alimentis con-* » *geſtis, quæ tantæ multitudini vel per biennium ſuppete-* » *rent*; (131) ſubaudi *ſe.*]

Supplico. Plinius lib. 13. *Iliacis temporibus non ſupplicabatur thure.* Cicero 2. Agra. *Voluerit populo ſupplicari.* [Vide Me ſupra ad Verbum *Invideo.*]

Supplodo.

Heaut. V. 1. 45. *Si illi pergo ſuppeditare ſumptibus.* Plaut. Aſin. II. 3. 17. *Itaque hercle jam clamore ac ſtomacho non queo labori ſuppeditare.* Videtur autem verbum hoc revera eſſe Activum, & notare primitus, *aliquid ſubjicere alicujus pedibus*, dein vero laxiore ſenſu, præbere alteri & ſubminiſtrare aliquid commodi. At quando abſolute ſine Accuſativo reperitur poſitum, intelligitur SE, vel ALIQUID, atque adeo, ſive de Hominibus, ſive de Rebus adhibeatur, notat præbere ſe, vel aliquid ſubſidii, alteris, quod idem eſt ac *ſuppetere, adeſſe, ſufficere, ſuccurrere.* Sic illud Livii I. 50. *Manubiæ vix in fundamenta fani ſuppeditavere*, h. e. præbuere ſe, ſuffecere. Plaut. Trin. V. 1. *Ita gaudium gaudiis ſuppeditat*, h. e. præbet ſe, adeſt, ſuppetit. Tac. An. IV. 4. *Voluntarium militem deeſſe, ac ſi ſuppeditaret, non eadem virtute agitare.* Liv. XXX. 25. *defendebatur egregie, quoad tela ſuppeditarunt.* Cic. de Offic. I. 4. *parare ea, quæ ſuppeditent & ad cultum & ad victũ*, h. e. præbeant ſe, idonea ſint. Lucret. I. 548. *Materies ut ſuppeditet rebus reparandis.* Et III. 738. *At neque cur faciant ipſæ, quareve laborent, Dicere ſuppeditat*, h. e. præbet ſe nobis, in promptu eſt, illud *dicere.* In Catilinaria tamen Ciceronis pro *ſuppeditamus* mallem *ſuperamus.* Nam neque *ſuppeditare* notat *abundare*, ut exponit Scioppius, & mea interpretatio, quam modo dedi, Ellipſeos eſſe paulo longioris ac durioris forſan videbitur.

(131) *Subaudi ſe.*] Non putem. Nec enim unquam Active conſtruitur hoc Verbum, neque id Analogia derivationis & ſignificationis permittit. Locus ille Salluſtii ex Orat. 2. ad Cæſarem, aliter eſt explicandus, quam facit Sanctius. Verba ſunt, *Mihi quidem quæ mens ſuppetit, eloqui non dubitabo*, h. e. quæ mens & animi ſententia mihi ſit. Sic Gell. III. 3. *Cujus nunc mihi nomen non ſuppetit*, h. e. non adeſt, non ſuccurrit. Plaut. Rud. II. 4. 36. *Fugiam hinc, res ita ſuppetit ſubito mihi*, h. e. evenit, accidit, ſe præbet. Pſeud. I. 3. 100. *Ut ad litationem hodie ſuppetat*

tat

Supplodo. Vide *Plaudo.*

Surgo, » [ſubaudi *me*, vel *corpus*, (132) vel *ſurgere*, » aut *ſurrectionem.*] Valer. Flacc. 5. *Surgitur in ſomnos.* Juvenal. Satyr. 4. *Surgitur, & miſſo proceres exire jubentur Conſilio.* » [Plaut. prologo Pſeud. *Exporgi melius eſt lum-* » *bos, atque exſurgier* : idem extrema Epidico ; *Lumbos* » *ſurgite, atque extollite.* Livius 7. *Mucrone ſurrecto*, » pro, ſublato, ſurſum erecto : nam *ſurgere* factum eſt » ex *ſurrigere* ; ſicut apud Horatium *ſurpuerat*, pro, » ſurripuerat.]

Suſpiro. Tibull. lib. 4. *Quod ſi forte alios jam nunc ſuſpirat amores.* Horat. lib. 3. Od. 2. (133) *Illum adulta virgo ſuſpiret &c.*

TACEO. Perſ. *Dicenda tacendaque calles.* Plaut. Mil. *Taceo te.* Terent. Eunuch. *Nec hoc quidem tacebit Parmeno* : ibidem, *poteſt taceri hoc.* Ovid. 2. Amor. *Amor tacetur in medio mari.* Terent. Adelph. *Ignotum eſt, tacitum eſt, creditum eſt.* Mart. in princip. *Fucinus, & pigri taceantur ſtagna Neronis.* Cicero, *Multa tacui.*

Tædet. Vide *Pœnitet.*

Ten-

tat ſatias Jovi. Lucret. I. 149. *Et tamen ut plagæ quoque poſſint ſuppetere ipſæ, infinita opus eſt vis undique materiai*, h. e. fieri, obvenire, ſe præbere. Liv. II. 56. *Rudis in militari Homine lingua non ſuppetebat libertati animoque*, h. e. non ſuccurrebat, ſubveniebat. Proprie enim hoc Verbum idem notat, quod *Succurrere*, & *Subvenire*, eademque ſignificationis analogia. Hinc *Suppetiæ.* Vide Me infra IV. 4. ad Vocem *Iter.*

(132) *Vel ſurgere aut ſurrectionem.*] Vellem hæc abeſſent, quæ nihili ſunt. Recte ceteroqui ſe reliqua habent, quæ hic traduntur. Nam *Surgere* revera eſt Activum, & contracte dicitur pro *Surrigere.* Tantum illud hic iterum obſervari velim, quomodo Uſus unum idemque Verbum in Duo diverſæ ſcriptionis & constructionis diſtinxerit. Nam idem eſt *ſurgere* & *ſurrigere.* Aſt illud fere ſemper Neutrali ponitur ſpecie, h. e. cum Ellipſi Pronominis Reciproci. At hoc paſſim Active cum variis Accuſativis. Sueton. Vitell. 17. *Mentum mucrone gladii ſubrectum.* Statius Theb. II. 27. *atque omnes capitum ſubrexit hiatu.*

(133) *Illum adulta virgo ſuſpiret.*] Hic accuſativus certiſſime per Ellipſin Præpoſitionis huic Verbo jungitur, plane ut *deperire aliquem, ardere Alexin*, & multa ſimilia. Dicitur etiam *ſuſpirare in aliqua.* Ovid. Faſt. I. 417. *Hanc cupit, hanc optat, ſola ſuſpirat in illa.*

Digitized by Google

Tendere in urbem, ſubaudi *curſum*, vel *iter*, vel *ſe*. Virgil. *tendere iter velis*; *iter ad naves tendebat Achates*: idem, *Et greſſum ad mœnia tendit*. Plaut. Pſeud. *Tenes, quorſum hæc ſe tendant, quæ loquor*. „ [Et Ciſt. *Qui eſt*, „ *qui recta platea curſum huc tendit ſuum?* Sen. *ſidera con-* „ *trarium mundo intendunt iter*. Hirt. de bello Afric. „ *Fauſtus Afraniuſque iter in Hiſpaniam intendebant*.] Virgil. Ceiri, *Nam ſe ad patrium tendebat ſemita limen*. Vide *Eo*, [ſed potius *Contendo*.]

Timeo. Vide *Metuo*.

Titillo. Horat. *Ne vos titillet gloria*. Cic. Fin. *Si ea voluptas eſſet, quæ quaſi titillaret ſenſus*: idem Offic. *Hominum multitudinis levitatem & voluptatem quaſi titillantium*.

Tono. Virgil. *Tercentum tonat ore Deos*. Plin. præf. *Quanto tu ore patris laudes tonas*. [Sic *Crepare*, *Increpare*: Vide ſupra Not. ult. ad Cap. 2. & ad V. *Æſtuo*. Cap. 3.]

„ [*Trajicio*. Valer. Maxim. lib. 5. cap. 1. *Naves ut* „ *proſpicerentur, quibus ſe tuto in Africam trajiceret*. Cic. „ *Marius parva navicula in Africam trajectus eſt*. Brutus „ ad Cic. *Alpes ſe trajicere*. Plancus ad eundem, *Exer-* „ *citum Rhodanum trajicere*.]

„ [*Tranſmitto*. Cicero, *Grues maria tranſmittunt*, ſub- „ audi *ſe*: idem, *Cæſar* in *Africam transmiſit*: & *Trans-* „ *mitti mari ſupero*.] [Vide Me ſupra ad V. *Æſtuo* in extr. *pag*. 303. 304.]

Triumpho. Gellius lib. 2. cap. 11. *Triumphavit triumphos novem*. Cicero 2. Offic. *Et ex ea urbe triumphari*. Horat. 3. Carm. *Medis triumphatis*. [Vide ad V. *Ambulo*, p. 306.]

Tremo, *Tremiſco*. „ [Propert. *Et domus intactæ te tre-* „ *mit Arabiæ*. Horat. *Unde periculum, fulgens contremuit* „ *domus Saturni veteris*. Propert. *Nec tremis Auſonias*, „ *Phœbe fugate, dapes*.] Vide *Metuo*, *Horreo*, *Abhorreo*. &c.

„ [*Turbo*. Plaut. Bacch. *Nunc adeſt exitium Ilio*,

„ *turbat equus lepide ligneus*, (134) ſubaudi *turbas*: „ ſicut ibid.

VACO. Val. Max. lib. 4. cap. 3. *Deinceps & iis vacemus, quorum animus aliquo in momento ponendi pecuniam nunquam vacavit.* Locus eſt obſcurus etiam doctis; (135) ſed deeſt *Vacationem*, ut ſi dicas; *Nunquam vacas ſtudendi*, ſubaudi *vacationem*, ut Cicero loquitur.

Valeo, ſubaudi *valetudinem*, quæ ſi nobis non eſſet, valere non poſſemus, ut nec vivere ſine vita. Plaut. Perſa, *Quid agitur Sagariſtio? ut valetur?*

Vaporo. Virgil. 11. *Et templum thure vaporant*: & alibi *vaporatas aras*. Horat. in Epiſt. *Lævam diſcedens curru fugiente vaporet.*

Vapulo. Verbum hoc non ſolum Grammaticos omnes, ſed etiam Quinctilianum conturbavit, qui lib. 9. cap. 3. *Neutro-paſſivum*, ut ipſi loquuntur, eſſe putavit. Omnes mihi videntur hujus verbi etymon, ſignificationem, & conſtructionem, ignoraſſe. *Vapulo* ductum eſt a Græco *ἀπολλύω*, *pereo*, vel ab *ἀπολοῦμαι*, *peribo*. *Peri*, vel *Vapula* ſæpe reperias apud Comicos in futuro imperandi, atque etiam *plora*. Vide in Antiphraſi *Viola*. Si-

(134) *Subaudi turbas.*] Potius *Res*, aut ſimile quid. *Turbare turbas* notat proprie turbando omnia ciere turbas, ut *Crepare ſulcos*. V. Not. ult. ad Cap. 2.

(135) *Sed deeſt vacationem.*] At *vacatio alicujus rei* vel *muneris* ſignificat immunitatem & conceſſum otium ab aliquo negotio, ſicuti id ex innumeris exemplis conſtat. Atque ita, qui *vacaſſe nunquam vacationem ponendi pecuniam in aliquo momento* dicuntur, forent homines avari, qui nunquam ceſſaverint, aut immunes fuerint ab illo pecuniæ æſtimandæ ſtudio: contra quam ſenſit Valerius Max. qui abſtinentes, ſeu pecuniam contemnentes, commemorare illic vult & incipit. Si ergo locus Valerii eſt integer, intelligendus potius erit Dativus *Negotio*, quod certe vocabulum ſæpiſſime per Ellipſin omiſſum eſt ante Genitivos. Vide ſupra II. 3. & quæ illic notata. Senſus autem tunc erit, nunquam vacavit, ſeu nunquam ſe dedit illi cogitationi, quæ ponit pecuniam in aliquo momento. *Vacare* porro eſt prorſus Neutrum, itidem ut *Valere*, quod ſequitur. At activum eſt *Vacuare*. Quando autem dicitur, *ſi vacat tibi*, intellige *animus* vel *tempus*.

Digitized by Google

(136) Significat igitur *Vapulo*, male ploro, vel doleo. Eſt enim Fuſtuarium accipere. Græco proverbio dicebatur, *cæpas ede*, vel *plora*, quum ſignificabant, ſe aliorum minas non curare. Vide Petr. Victor. lib. 13. Var. cap. 12. & Adag. *cæpas edere*. Id latine dicitur *Vapula*. Sæpe apud Plaut. & Terentium ſervi, vocati ab heris ſuis, reſpondent, *Vapula*, quum non exiſtiment ſe id heris dicere. „ [Plaut. Perſa II. 3. 17. *quid herus faciet* „ *mihi? Verberibus cædi juſſerit, compedes imponi? Vapu-* „ *let, ne ſibi me credat ſupplicem fore. Væ illi. Mihi jam* „ *nihil offerri poteſt, quin ſim peritus.* Terent. Eunuch. „ *Uſque eo illius ego magnifica verba ferre poſſum, verba* „ *dum ſint; verum ſi ad rem etiam conferet, vapulabit*; id „ eſt, contemnetur, pili non fiet, in malam rem abire „ jube-

(136) *Significat igitur Vapulo &c.*] Immo vero, quum derivetur a Græco ἀπολλύω, ac ejus Præterito Medio, ut recte ſentit Sanctius, & ulterius confirmavit G. H. Urſinus Obſerv. Philol. cap. 9. extr. ſignificat potius *pereo*, *male mulcor*. Quapropter Varro recte *Vapula pro peri* poſitum cenſuit. Atque ita apud Ter. Eun. IV. 6. 4. *Si ad rem conferet, vapulabit*, ſignificat, non, *contemnetur* &c. ut mox Scioppius, ſed, male mulcabitur, malum habebit. Et hinc Idem in Adelph. II. 2. 5. *verberare* & *vapulare* opponit, tanquam relatæ aliquo modo ad ſe invicem ſignificationis. Ita Plautus Amphitr. I. 1. 178. *Hinc enim mihi dextera vox aures, ut videtur, Verberat. SO. Metuo, vocis ne vice hodie hic Vapulem, quæ hunc Verberat.* Et diſertius Mil. Glor. V. 19. & 22. *Jura nociturum te nemini, quod tu hodie hic Verberatus, aut quod Verberabere. PY. juro &c. Quod ego hic hodie Vapulo.* Sic & Lucretius IV. 937. ubi quum dixiſſet Corpus ab aëre extrinſecus crebro ictu *pulſari*, ſed & intus *verberari* etiam ab aëre, qui ducitur atque reflatur, ſubjicit, *Quare utrimque ſecus quum corpus vapulet.* Sed & ipſum illud *vapulare* quando *Fieri* alicui dicitur, notat utique paſſionem verberandi. Ita vero non modo Terent. Phorm. V. 6. 11. verbis paullo poſt ab Auctore allatis, ſed & Plaut. Aſin. II. 4. 72. *Vapula. Id quidem tibi hercle fiet, ut vapules.* Diſerte etiam Plaut. Pœn. IV. 2. 33. *Ut, ubi vapulandum eſt, tu corium ſufferas*, h. e. manifeſte, non, plorandum eſt, ſed, ubi Ego verberandus ero, tu præbeas tuum corium, quod verbera mihi deſtinata excipiat. Quin inde omnis etiam Res, quæ mali quid patitur, aut interit, *Vapulare* dicitur. Sic *vapulat peculium* apud Plaut. Stich. V. 5. 12. quum magnam accipit cladem.

„ jubebitur.] Et idem eſſe *Vapulare*, quod *dolere*, aut *plorare*, declarat eleganter proverbium, *Vapula Papyria*, quod proverbium ex Feſto integrum adducam, quoniam Eraſmus, quia corruptum & decurtatum legerat, minus explicavit; *Vapula Papyria*, inquit, *in proverbio antiquis fuit, de quo Sinius Capito ſic refert, tum dici ſolitum eſſe, quum vellent minantibus ſignificare, ſe eos negligere, & non curare, fretos jure libertatis.* Plaut. in Fœnerat. *Heus tu, in Barbaria quod dixiſſe dicitur liberta ſuæ patronæ, ideo* [lege, *id ego*] *dico*, Libertas ſalve, Vapula Papyria. *In Barbaria, eſt in Italia. Ælius hoc loco* Vapula *poſitum eſſe ait pro* Dole; *Varro, pro* Peri, *teſte Terentio in Phorm. Non tu manes? S. Vapula. P. Id tibi quidem jam fiet.* & Plaut. Curcul. *Reddin', an non, mulierem, priuſquam te huic meæ machæræ objicio maſtigia? S. Vapulare ego te vehementer jubeo: ne me territes.* Hactenus Feſtus. „ [Vere autem Varronem *Vapula*, per „ *Peri*, interpretari, ex hoc altero Plauti loco apparet, „ Curcul. ſc. ult. *Ego te vehementer perire cupio, ne me* „ *neſcias.*] (137) Nec dicitur latine, *Pueri vapulant a præceptore*, quod paſſim inculcant Grammatici, uno tantum Quinctiliani teſtimonio freti, qui libro 9. cap. 2. *Sic*, inquit, *ut teſtis in reum rogatus, an ab reo fuſtibus vapulaſſet, & innocens, inquit.* Sed hoc dictum aut Quinctilianus non intellexit, aut locus depravatus eſt; nam Tullius Ruffianus antiquus Rhetor in figura Apophaſi, ſic citat: *Et teſtis interrogatus ab reo num fuſtibus vapulaſſet, innocens, inquit.* Hæc vera lectio, & interpretatio

(137) *Nec dicitur Latine.*] At vide quæ hic Scioppius & nos ſupra, I. 2. 1. pag. 9. diſputavimus. Adde etiam, quæ Doctiſſ. Urſinus To. 2. p. 318. tradit. Verba antiqui Rhetoris, quem Sanctius mox *Tullium Ruffianum*, ſed rectius alii & ipſe Sanctius infra. IV. 16. init. *Julium Rufinianum* appellant, potius ex Quinctiliano explicanda, quam contra: Nam *Teſtis in Reum*, non *ab Reo*, fuit *rogatus*, aſt *ab Reo vapulavit.* Sed & utriuſque verba convenient optime, ſi in Rhetore diſtinguatur poſt *interrogatus.*

Digitized by Google

pretatio eſt, non quæ ex Quinctiliano citatur. „ [Se„ neca tamen extrema Apocolocynthoſi ſic loqui„ tur, *Producit teſtes, qui illum viderant ab illo fla„ gris, ferulis, colaphis, vapulantem.* Et quidni di„ catur *Vapulare ab aliquo*, ſicut *Perire ab aliquo*? „ Propert. lib. 2. Eleg. 27. *Solus amans novit, „ quando periturus, & a qua Morte.* Ovid. *Diſci„ pulo perii ſolus ab ipſe meo.* Plin. *Periit ab Anni„ bale.*]

Veneo. In hoc verbo negotium nobis faceſſit idem Quinctilianus, cujus teſtimonio Grammatici freti audent dicere, *Servi veneunt a Mangone*, (138) quod ineptiſſime latine dicetur. Verba Quinctiliani ſunt lib. 12. cap. 1. *Certe Fabricius Cornelium Ruffinum, alioqui & malum civem, & ſibi inimicum, tamen, quia utilem ſciebat Ducem, imminenti bello, palam Conſulem ſuffragio ſuo fecit, atque id mirantibus quibuſdam reſpondit, a cive ſe ſpoliari malle, quam ab hoſte venire.* Hæc ille; cui accedere non poſſum in hac phraſi, *ab hoſte venire.* Dictum Fabricii ſic effertur, *Malo compilari, quam venire*; & ita citatur a Cicerone 2. de Oratore. *Veneo* itaque fit ex *venum*, adverbio, & *eo*, *is*; ut *Ire peſſum*, *ire venum*, *mittere peſſum*, *mittere venum.* Si tamen contendas poſſe dici, *Servi veneunt a Cicerone*, non ſignificabis, Ciceronem vendere, ſed alium, volente aut jubente Cicerone, id eſt, a parte Ciceronis. Sic Plautus dixit; *Ubi ſunt, qui amant a lenone*,

(138) *Quod ineptiſſime Latine dicitur.*] Immo vero ſatis recte, & duplici quidem ratione. Nam *Servi a Mangone*, ſunt ſervi in ditione ac dominio Mangonis: Et ſic utique eodem prorſus modo dicitur, *amare mulierem a lenone.* Plautus Mil. Gl. II. 2. 5. *Quemque a milite hoc hominem videritis in noſtris tegulis.* Ter. And. III. 1. 3. *Ab Andria eſt ancilla hæc*, Sed & *veneunt a Mangone* recte dicitur, & ſignificat, opera Mangonis veneunt, ſeu Mango vendit eos. Plane ſicut cap. ſeq. leges, *Madeſcit ab Auſtro, dolet a ſole caput, A vento unda tumet.* Et ſimiliter Gell. V. 14. *A vitio ſtudioque oſtentationis fit loquacior*,

lenone. Denique ridiculi ſunt, qui verba *Neutro-paſſiva* excogitarunt. „ [*Venum* tamen videtur eſſe accuſativus „ nominis *Venum*, cum (139) Tacitus dicat, *Veno exer-* „ *cere.* Itaque in *Venum ire*, *Venum dare*, *Venum aſ-* „ *portare*, *Venum ducere*, ſubauditur *ad*, quaſi ad „ mercatum. Apulejus lib. 9. *Praconis voce venui me* „ *ſubjiciunt.*]

(140) *Ventilo.* Juvenal. *Ventilat æſtivum digitis ſudantibus aurum.* Martial. lib. 3. *Et æſtuanti tenue ventilat frigus concubina.*

Venio ab urbe, ſubaudi *viam*, vel *iter*, „ [vel accuſa- „ tivum cognatum, *adventum*, ſeu *venire*, Hebræorum „ more; ut Habac. 2. *Venire veniet, & non tardabit.* „ Pro quo vetus interpres, *Veniens veniet.*] Ovid. 1. Faſt. *Seu quod ad uſque decem numero creſcente venitur.*

(139) *Tacitus dicat.*] An. XIII. 51. *Militibus immunitas ſervaretur, niſi in iis, quæ veno exercerent.* Et ſic XIV. 15. *exſtructæ cauponæ, & poſita veno irritamenta luxus.* Sic ergo legendum etiam An. IV. 1. ex unico iſtius partis MSto: *non ſine rumore, Apicio diviti & prodigo ſtuprum veno dediſſe.* Hinc jam in Accuſativo *Venum ire* & inde *Venire.* Gell. II. 18. *Ex libertate in ſervitutem venum ierat.* Cicero Famil. XIV. 6. *Ex literis tuis cognovi prædiũ nullum venire potuiſſe*, h. e. vendi.

(140) *Ventilo.*] Videtur hoc quoque Verbum eſſe & Neutrum & Activum. Prioris eſt naturæ apud Sueton. Aug. 82. *æſtate apertis cubiculi foribus, & ſæpe in periſtylio ſaliente aqua, atque etiam ventilante aliquo, cubabat.* At *ventilare frumentum* active videtur dici pro mittere & excutere in ventum, Columnella I. 6. *ſi exeſæ fruges in horreo ventilentur, & quaſi refrigerentur.* Hinc jam explicandum eſt illud Juvenalis Sat. I. 28. *Ventilare æſtivum aurum*, h. e. in aërem mittere, ut friguſculum inde vel ventulum contrahat vel percipiat. Et Martial. V. 32. de puero in Tauro, *vagus ille per armos Currit, & in toto ventilat arma bove*, h. e. jactat & movet in aërem. Huc refero etiam illud XII. 18. *Dum per limina te potentiorum Sudatrix toga ventilat*, h. e. movet continuo. Sed *flabello Ventilare æſtuanti* apud Martialem III. 82. notat flabello & ventilando frigus excitare & facere æſtuanti, plane ut Juvenalis Sat. III. 253. & *curſu ventilat ignem*, h. e. currendo excitat, & movet in aëre. Confer ea, quæ ad Verbum *Æſtuo* notavimus.

Digitized by Google

tur. Horat. *Ventum erat ad Veſtæ.* Apul. lib. 9. *Quam veneramus, viam capeſſit.* [At vide *Ambulo*, *Curro*, *Eo.*]

(141) „ [*Vereor*, ſubaudi *vereri.* Plaut. Bacchid. „ *Hic vereri perdidit*, id eſt, verecundiam. Cicero; „ *Quos non eſt veritum in voluptate ſummum bonum po-* „ *nere.* Hinc diſcimus, priſcis in uſu fuiſſe, *Veretur* „ *me*, pro, verecundia ſeu pudor me afficit, ſicut „ *Pudet me*: & ſicut *Vereor* poſtea dici cœpit, ſimi- „ liter veteres *Pudeo* dicebant.]

Veſcor. [Vide pag. 280. ad cap. 2.] Tacit. in vita Agricolæ; *Eo ad extremum inopiæ venere, ut infirmiſſimos ſuorum mox, ſorte ductos, veſcerentur.* Plinius lib. 8. cap. 10. *Ideo ſi caprinum jecur veſcantur*: idem 10. *Aves nonnullæ veſcuntur ea, quæ rapuere pedibus.* Et lib. 11. *Qui Abſinthium veſcuntur.* Tibul. l. 2. *Sic uſque ſacras innoxia laurus veſcar.* Vide *Utor.*

(142) *Vigilo.* Vide *Dormio*, & *Sudo.* „ [Liv. 10. *Tota* „ *nocte vigilatum eſſe.*] Ovid. *Noctes vigilantur amaræ*: idem 1. Triſt. *Aſpicies illic poſitos ex ordine fratres, Quos ſtudium cunctos evigilavit idem.* Propert. 3. Eleg. 13. *Nox vigilanda mihi.*

Vivo. Terent. *Nam ego vitam duram, quam vixi uſque adhuc.* Plaut. Epid. *Vitam ut vixiſſent olim in adoleſcentia*:

(141) *Vereor, ſubaudi Vereri.*] At vide me ſupra ad Verbum *Metuo.* De loco Ciceronis, & phraſi *Veritum eſt me*, vide, quæ notavimus ad Cap. 1. p. 278. & maxime ad hoc Caput pag. 370.

(142) *Vigilo.*] Eſt verbum ſine dubio Neutrum. De locutionibus ejus Paſſivis egimus jam ſupra ad Verb. *Ambulo* pag. 305. At *Evigilare* conſtruitur, ut *Elaborare*, *Exſibilare*, & ſimilia, quæ ſpeciem Activi uſu ipſo acceperunt; ſed quæ a prima origine Neutra tamen fuiſſe credo, atque ideo Verſum Ovidii hanc in ſententiam exponi poſſe putem, *idem ſtudium vigilavit ad finem uſque, quod ad hos libros*, h. e. uſque dum perfecti eſſent hi Libri.

Digitized by Google

tia: idem Amph. *ut profecto* (143) *vivas ætatem miſer*: in Pœnul. *Per quem vivimus vitale ævum*: Merc. *Qua cauſa vitam cupio vivere*: „ [Et Perſa, *Faciam ut mei memi-* „ *neris, dum vitam vivas.*] Cic. de Senect. *Tertiam enim ætatem vixerat.* Ovid. *Jam tertia vivitur ætas.* Quinctil. *Qui vitam beatam vivere volet, philoſophetur oportet*: idem lib. 3. *Accuſatoriam vitam vivere.* Ovid. *Vivitur exiguo melius.* Cicero lib. 13. epiſt. 28. *Tum ſtudia illa noſtra, quibus ante delectabamur, nunc etiam vivimus.* [At Vide Cap. 2. extr. ad pag. 290.] „ [Juvenal. *Qui Cu-* „ *rios ſimulant, & Bacchanalia vivunt*, vide Notas ſu- „ pra ad v. *Æſtuo*, pro, vitam per bacchanaliorum „ tempus vivi ſolitam.] Vide *Dego*.

Ululo. Lucan. 1. *Ulularunt triſtia Galli*; &, *Centum ululata per urbes.* [Vide ad *Æſtuo* pag. 301.]

„ [*Vomo*. Plaut. Rud. act. 2. ſc. 6. *Pulmoneum nimis* „ *velim vomitum vomas.*]

Utor. Terent. *Mea bona utantur*: idem Adel. *Mea, quæ præter ſpem evenere, utantur ſine.* Plaut. Aſin. *Cætera, quæ volumus uti, græca mercamur fide.* Cato Ruſt. de villico. cap. 142. *Quomodo villicam uti oportet*: idem, *vicinas, aliaſque mulieres quam minimum utantur.* Chariſ. lib. 5. *Utor hac re, nos dicimus, apud veteres autem &, Utor hanc rem, dictum.* Nonius Marcell. citat Turpilium in Peleo, *Nuptias abjeci, amicos utor primores viros.* Lucil. Satyr. *Quem metuas ſæpe, interdum quem utare libenter.* Vide *Abutor*, [& me ſupra ad Cap. 2. pag. 281.]

CAP. IV.

(143) *Vivas ætatem miſer.*] *Vivere vitam* qua ratione dicatur, expoſuimus jam ſupra ad Cap. 2. pag. 273. & ad Verb. *Æſtuo* p. 301. Eadem ratione recte quoque dici poteſt *vivere ætatem*, ut liquet ex ſeqq. apud Sanctium. At hic in Plauto Amph. IV. 2. 3. *Ut vivas ætatem miſer*, alia certe eſt conſtructionis ratio, & ponitur *ætatem* abſolute, pro, per omnem ætatem, per longam ætatem. Sic Aſin. I. 1. 6. *Ut tibi ſuperſtes uxor ætatem ſiet.* Et Men. V. 1. 20. *Nam me ætatem viduam eſſe mavelim.* Terent. Heaut. IV. 3. 38. *Cenſes me ætatem velle id aſſimularier.*

Digitized by Google

CAP. IV.

De Verbis paſſivis, contra omnium Grammaticorum opinionem. Dativus a nullo Verbo regitur. PER ſignificat cauſam adminiſtram ſeu inſtrumentalem. A & AB non ſignificant cauſam efficientem principalem. (ſed Vide Notas) *Ab illo, pro parte illius, A te, id eſt, tuo juſſu.*

SÆPE quidem Grammatici, nunquam tamen ita egregie delirarunt, quam in verborum paſſivorum deliramentis tradendis; ajunt enim, (1) rem, quam vocant

(1) *Rem quam vocant Agentem &c.*] Non adeo iterum delirant in ea quidem ſententia Grammatici priores, qui cenſuerunt, quando rem Agentem in paſſiva locutione exprimi neceſſe erat, tunc iſtis modis eam exprimi debere, ſeu ſolere. Et vellem oſtendiſſet Sanctius, quo alio modo aut ratione efferendam exiſtimaret, niſi forte exiſtimaverint, quod videtur, rem Agentem plane nullum in paſſiva locutione habere locum, dum mox hanc artis ſuæ regulam memorat: *Paſſivum verbum nihil præter Suppoſitum deſiderat.* Id quod ego ſane miror in Sanctio, cum cap. 2. hujus libri ipſe dixerit ex Ariſtotele, *in omni actione eſſe alterum quod agat, alterum quod patiatur*: & certe Paſſio multo minus concipi queat ſine ejus Auctore, h. e. ſine Agente, quam Actio cujuſcunque ſignificationis ſine Patiente, cum multorum verborum Actio non tranſeat in ullum patientem, Paſſio vero vix ulla ſit, niſi quæ profecta ab Agente. Verum quidem, quod paſſivum verbum nihil neceſſario deſideret in Conſtructione Grammatica præter Suppoſitũ, & proinde res Agens, quando relinquitur in incerto, non ſemper exprimatur. Sed eodem modo ſe res habet in verbis vere activis, quæ item, ut paſſiva, nihil aliud deſiderant, ſiquidem accuſativus Patientis eadem ratione, qua Agens in paſſione, poteſt omitti, nec ad perficiendam orationem requiritur. Patet id ex Livio I. 56. *Hoc exterritus viſu, ſtatuit mittere Delphos, nec reſponſa ſortium alii committere auſus, filios per ignota maria in Græciam miſit.* Vides primum hic poni τὸ *mittere* ſine Accuſativo, qui etiam non requiritur ad explendam orationem ſeu ſententiam, quandoquidem *mittendi* ſimpliciter decretum prius à Rege factum, quam decreviſſet, quem mitteret. Similiter cum ait Terent. Andr. I. 2. 14. *Meum gnatum rumor eſt amare*, ſcimus utique neceſſario fuiſſe illius actionis aliquod objectum, ſed

Digitized by Google

cant Agentem, in paſſiva, in caſu ſexto cum *a*, vel *ab*, vel

quoniam id, vel ignorabatur, vel tanti non erat, ut exprimeretur, ideo accuſativus illius objecti non modo recte omittitur, ſed & nullus certus, licet in verbo vere Activo, quaſi per Ellipſin omiſſus, deſideratur. Vide & quæ diſputavi ſupra ad Cap. 2. init. pag. 275. 276. & infra ad Cap. 8. Sic vero etiam, quando dico, *Tu amaris in hac Urbe*, non neceſſe, ut exprimam omnino, à quibus ameris, licet tamen eſſe debeant illic, qui te ament. Vide & mox Nota 4. At vero ſi jam exprimere illos velim, non video, qua alia ratione id rectius faciam in lingua Latina, quam qua voluerunt Grammatici Veteres. Nec evertit hanc ſententiam, quod tum Dativus ille, tum præpoſitio A vel Ab, ſæpe etiam cum paſſivis alio in ſenſu & uſu junganur. Frequentiſſime enim id accidit aliis etiam, tum Caſibus, tum Vocabulis, ut varium habeant uſum, ſenſumque varium recipiant. Certum utique eſt Genitivo enuntiari modo ipſum poſſeſſorem, modo rem poſſeſſam: immo memoravimus ſupra ad pag. 174. 175. & 247. occurrere aliquando duos Genitivos uno in commate, quorum alter ſit quaſi Activus, alter quaſi Paſſivus. Similiter quidni & Dativus modo Agentem, modo Patientem, aliquo modo exprimat, ita ut tamen ſimul ſemper notet etiam aliquam acquiſitionem, quæ æque ſit Agenti ac Patienti. Quid multa? Manifeſte utique Agens exprimitur in Dativo apud Liv. I. 31. *Romanis ab eodem prodigio novendiale quoque ſacrum ſuſceptum eſt*, h. e. Romani ſuſceperunt por cauſam ejuſdem prodigii &c. Sic & Salluſt. Jug. 107. *Sæpe ante paucis ſtrenuis adverſus multitudinem bene pugnatum*. Atejus Capito apud Gell. IV. 6. *Tib. Coruncanio Pontifici Max. Feriæ Præcidaneæ in atrum diem inauguratæ ſunt.* Cæſar B. Gall. IV. 22. *Neque has tantularum rerum occupationes ſibi Britanniæ anteponendas judicabat*, ubi duplex eſt Dativus, quorum alter utique Agentem Cæſarem, qui *anteponeret*, alter quodam modo rem patientem, *cui* Cæſar alia nolebat *anteponere*, notat. Similiter Plautus Mercat. IV. 4. 1. *Nam mihi amatori Seni coquenda eſt cœna: atque equidem cum recogito, Nobis coquenda eſt, non quoi conducti ſumus.* Ubi *Mihi* eſt Dativus agentis ſeu coqui ipſius, at *Seni* & dein *Nobis* ſunt quaſi Patientis, ſeu illius, in quorum uſum res fiet. Ovidius Metam. VII, 824. *Nympham mihi credit amari;* at v. 828. *Ut mihi narratur.* Ubi prius *Mihi* manifeſte eſt Agentis, qui amabat nympham, at poſterius Patientis, cui alius rem narrabat. Suetonius Cæſare 19. *Eandem ob cauſam opera Optimatibus data eſt, ut provinciæ futuris Coſſ. minimi negotii decernerentur.* Tacit. de German. 3. *Ara Ulyſſi conſecrata.* In quibus omnibus, *pauci ſtrenui* utique ſunt, qui pugnarunt, *Pontifex Max.* qui ferias inauguravit, *Cæſar*, qui non antepoſuit, *Optimates*, qui operam dederunt, *Ulyſſes*, qui aram conſecravit. Vide

Digitized by

vel in dativo debere collocari. Nec deſunt hebetiores, qui addant, etiam in caſu quarto cum *per*; ut *Res agitur per eoſdem creditores.* Totum falſum eſt.

Ac de Dativo quidem facile dejicientur : nam uno aut altero male intellecto teſtimonio nituntur. Cicero dixit, *Neque ſenatui, neque populo, neque cuiquam bono probatur.* Sed deberent illi advertere, ſæpe apud Ciceronem, & alios, reperiri in activa eundem Dativum. Cicero pro Balbo; *Non ut vobis rem tam perſpicuam dicendo probaremus.* Itaque *hoc non probatur mihi*, eſt, *tu hoc mihi non probas.* Cicero Attic. lib. 4. *Quos libros, ut ſpero, tibi valde probabo.* Addunt ex Virgil. *Nec cernitur ulli*, id eſt, ab ullo. Nec Servium conſulunt, quid id Græce dictum oſtendit. Mihi tamen hic & ubique dativus acquiſitionem ſignificat : & quemadmodum Dativus a nullo verbo regitur, ita cuivis orationi aptiſſime jungetur : (vide ſupra lib. 2. cap. 4.) nec enim aliter ſignificat, quum dico, *Da pecunias mihi*, quam quum dico, *Filius mihi peccat*, aut, *Non omnibus dormio.* Itaque *Non cernitur ulli*, id eſt, nulli oſtendebatur, nulli erat conſpicuus. Unde aptiſſime Apulejus de Deo Socratis, Homeri verſiculum vertit,

Soli

Vide & Urſinum To. 2. p. 327. 328. Sic & A vel AB ſignificet ſane *à parte*, ut vult Sanctius; nihil tamen id obſtat, quo minus ſimul adhibeatur ad exprimendum Agentem, à cujus utique parte proficiſcitur Paſſio. Certe longe aliter ponitur, apud Terentium Hec. Prol. II. v. 10. *Ut ab eodem* (Poëta) *alias diſcerem novas* Comœdias, Salluſt. I. Hiſtor. *Omnis Gallia, niſi quæ à paludibus invia, fuit perdomita.* Liv. 1. 3. *A domo Numitoris, alia comparata manu, adjuvat Remus.* XLII. 60. *Cecidere ab Romanis ducenti Equites.* Cæſar B. Gall. II. 7. *Qui nuncii ab Iccio venerant.* Aliter apud Ovidium *Infeſto ne vir ab hoſte cadat.* Pompon. de Or. juris, *Omnia manu à Regibus gubernabantur.* Cicer. *Ut ſcias eum a me non diligi ſolum, verum etiam amari.* His exprimitur Agens, a quo quid agitur : illis, unde & a qua parte quid acciderit. Vide & Urſinum To. 2. pag. 320. & ſeqq.

Digitized by Google

Soli perſpicua, aſt aliorum nemo tuetur.

Addunt etiam ex Martiale lib. 2. *Si cui forte legêris* : & *ſi totus tibi triduo legatur.* Sed hi videntur ignorare Romanorum morem, (2) qui legentes anagnoſtas audiebant. *Habebant* (inquit Vives lib. 1. de corrup.) *proceres Romani in illis imperii occupationibus lectores, quos Græca voce ἀναγνώϛας nominabant, qui epulantibus, qui dormitantibus, lavantibus, deambulantibus, iter facientibus, legerent.* Imo & ab ipſo Martiale diſce, dativum in paſſiva eſſe acquiſitionis, lib. 10. *At non & ſtamina diſſert Atropos, atque omnis ſcribitur hora tibi.* Plaut. *Mihi iſtic nec ſeritur, nec metitur* : „ [Idem Trin. act. 3. ſc. 4. „ *Dicat literas apud portitorem reſignatas ſibi.* Ubi ma„ nifeſte Dativus acquiſitionis eſt, non actionis : non „ enim ipſe literas reſignavit, ſed alii. Propert. lib. 3. „ eleg. 4. *Nec mihi mille jugis Campania pinguis ara„ tur.* Ubi ſimiliter non actionis, ſed acquiſitionis, „ Dativus eſt.] At, inquiunt, in paſſivis participiis patet dativus rei agentis : ut, *Dicte mihi, dicende nobis.* Reſpondeo, Dativos illos, non propter participia, ſed propter verbum ſubſtantivum eſſe poſitos; ut, *Sunt mihi amici* : ubi etiam acquiſitio ſignificatur, non actio, vel paſſio, ut, *Cauſa docenda mihi eſt*, id eſt, mihi, non aliis, expedit cauſam docere.

Qui aſſerunt rem agentem in accuſativo collocari cum *per*, magis falluntur; nam quum Cicero dixit : *Res agitur per eoſdem creditores*, non ſignificavit, creditores agere rem, ſed Regis amicos agere rem per creditores. Iſtorum error ſatis refellitur ex innumeris teſtimo-

(2) *Qui legentes anagnoſtas &c.*] Verum id quidem, ſed qui tam lubenter etiam, dum alia agerent neceſſaria, ex aliorum hominum lectione proficere ſtudebant, ipſi quoque per ſe legerunt vel maxime. Quare ineptum eſt prorſus, illa Martialis verba, & ſimilia, ad ſolam lectionem per anagnoſtas referre. Deterioris etiam eſt notæ illa expoſitio ꝑ *Dicte mihi, dicendo nobis, cauſa docenda mihi eſt.* Vide & infra Not. 11.

Digitized by Google

ſtimoniis, ubi in voce activa *per* adhibetur. Q. Curtius libro 9. *Invitatumque ad epulas per Boxum quendam Macerianum in convivio occidit.* Cæſar 3. Civil. *Pompejus frumentum omne per equites comportaverat.* Cicero, *Mirifice mihi & per ſe, & per Pompejum blanditur Appius:* idem, *Nihil intereſt, utrum per procuratorem agas, an per te ipſum.*

(3) Si præpoſitio *per* non ſignificat rem agentem, ut facile demonſtrari poteſt, nec *a*, vel *ab* ſignificabit: nam Cicero interrogatus per *per*, reſpondit per *a*. Locus eſt in prima & ſecunda epiſtola lib. 5. ad Famil. ubi Metellus inquit, *Non putaram Metellum fratrem ob dictum, capite ac fortunis* PER TE *oppugnatum iri*, cui reſpondet Cicero, *Quod ſcribis non oportuiſſe Metellum fratrem tum ob dictum a me oppugnari*: ibidem ad Luceјum; *Quum hoc demonſtret me a te potiſſimum ornari celebrarique velle*: ſubdit paulo poſt, *Neque autem ego ſum ita demens, ut me ſempiternæ gloriæ per eum commendari velim*, &c. Vide infra.

Si per *a*, vel *ab*, res Agens ſignificaretur, ſemper apponeretur, vel ſaltem ſuppleretur ablativus cum præpoſitione: ſed in multis (4) ſuppleri non poteſt; non eſt igi-

(3) *Si Præpoſitio Per &c.*] Res profecto mira, ita argumentari Sanctium, quum plane contrarium ex iis, quæ ſequuntur, Ciceronis locis colligere debuiſſet. Nempe ſicuti A & AB cum paſſivis deſignant plerumque rem Agentem, ſic & *PER* eandem deſignare aliquando, quum iſtic promiſcue & eodem plane ſenſu pro A vel AB ponatur, licet ceteroqui cauſam, ut dicunt, inſtrumentalem plerumque notet. Nam quis eſt ille Agens, qui oppugnavit Metellum, niſi *Cicero*, *Per quem* & *A quo* dicitur iſtic oppugnatus? Vide & Urſinum To. 2. p. 326.

(4) *Suppleri non poteſt.*] Neque neceſſe, ut ſemper ſuppleatur, vel addatur Paſſivæ locutioni Agens, ſicuti neque in Activa ſemper requiritur Patiens: neque ſemper inveniri aut dari commode poteſt, certe non in Verbis Neutralibus, quæ Noſter etiã pro vere Activis habet. Sed & minus vere dicitur, in pleriſque ſequentium *ſuppleri* aut dari *non poſſe* Ablativum Agentis. Supple enim, *in quo agitur Populi Rom. gloria*, ſcil. a nobis. *Æſchines in* De-

igitur res Agens ablativus. Cicero pro lege Manil. *In quo agitur populi Rom. gloria, agitur ſalus ſociorum, aguntur certiſſima populi Rom. vectigalia*: idem, *Æſchines in Demoſthenem invehitur.* Virgilius, *Tum vero in curas animus diducitur omnes.* Huc adde illa, *Linquor animo*; *conſternor mentem*: *videris eſſe doctus*; *afficior pudore*, & innumera ejuſmodi. Regula igitur Artis noſtræ Grammaticæ vere eſt; *Paſſivum verbum nihil præter ſuppoſitum deſiderat.*

A, vel *ab*, ut in univerſum dicam, ſive in activa, ſive in paſſiva, ſignificat *a parte*, „ [tamquam ſi quæ„ renti *Unde?* reſpondeatur, *Hinc*, *Illinc*: ut ſi quæ„ rat quis; *unde petetur viaticum?* eique ego reſpondeam, „ *a me petatur*, ſtolidus eſſet, qui mea verba ſic accipe„ ret, quaſi ego viaticum petere debeam. Ita dicimus;] *Ventus flat ab Oriente.* Et cum Cornelius Tacitus dixit; *Trepidatur a Cæſare*, non ſignificat, Cæſarem trepidare, ſed a parte Cæſaris, hoc eſt, Cæſarianos. Et Cic. 2. Offic. de Alexandri Pheræi morte, quum inquit, *Ab ea eſt enim ipſe propter pellicatus ſuſpicionem interfectus*, (5) non ſignificat, ipſam Theben manu ſua interfeciſſe re-

Demoſthenē invehitur, ſcil. ab impetu iræ. Sic *Linquor animo* dicitur pro *ab animo*: *Conſternor mentem*, & *Afficior pudore*, ſcil. ab ea re: *Videris eſſe Doctus*, ſcil. mihi, vel a me: *Animus diducitur*, ſcil. ab ſe ipſo; plane ſicuti, ſi Active dicerem, *Animus vertit tunc in omnes curas*, Sanctius utique, & recte, intelligeret *ſe*. Eadem prorſus in his omnibus Paſſivi eſt & Activi ratio Grammatica. Ut Paſſivum nihil præter ſuppoſitum deſiderat, ſic & Activum. Æque enim integra eſt oratio apud Terentium Andr. I. 2. *Omnes qui AMANT, graviter ſibi dari uxorem ferunt*: Et Adelph. I. 2. 3. *Obſonat, Potat, Amat? dabitur a me argentum*: ac illa *Glycerium Amatur.* At, ſi jam Activo addere volumus rem Patientem, facimus id Accuſativo. Si Paſſivo Agentem, ope Præpoſitionum utimur. Ita ergo *Pamphilus amat*, quam? *Glycerium. Glycerium amatur*, a quo? *a Phamhilo.* Vide & paulo ante Nota 1. Nihili ergo ſunt, quæ toto hoc Capite contra hanc ſententiam traduntur, licet ea adoptet etiam Gallicus N. Methodi Auctor.

(5) *Non ſignificat, ipſam Theben &c.*] At quorſum hæc? quum eodem iterum modo ſe res habeat in Activis locutionibus, ſeu innumeri occurrant Nominativi

Digitized by Google

regem, quem Theſiphonus, Pitholaus, & Lycophron ipſius Thebes fratres trucidarunt. Sic Plutarchus in Pelopida, & Diodorus Siculus lib. 16. Ann. 4. Olymp. 105. Pomponius Mela lib. I. cap. 21. *urbem Dioſcuriada a Caſtore & Polluce conditam* dicit, quam re vera Amphitus & Telchius, aurigæ Caſtoris & Pollucis, condiderunt. Vide Solinum. Terent. Phorm. *Non poteſt ſatis pro merito ab illo tibi referri gratia.* Hanc phraſin ſic retulit Cæſar I. Civil. *Pauca apud eos locutus, quod ſibi a parte eorum gratia relata non ſit pro ſuis maximis beneficiis, dimittit omnes incolumes.*

Hic me locus admonuit, ut varia ſubjungam teſtimonia,

minativi Agentium, eodem plane modo explicandi. Sic apud Ciceronem de Invent. II. 50. *Lex* dicitur *ſupplicio afficere.* Auguſtus apud Sueton. cap. 65. *Nepotem in inſulam tranſportaſſe*, cap. 79. *modo tondere, modo radere barbam.* Multitudo plebis, apud Aelianum Var. Hiſt. XIV. 8. ποιῆσαι τὴν γραφὴν, *feciſſe picturam*, quam ad ejus arbitrium & ſententiam mutaverat identidem pictor. Neutiquam enim ipſi ſuis manibus fecerunt, qui in his feciſſe quid dicuntur. Et tamen in Grammatica ratione Nominativi illi declarant utique perſonas Agentes, ſive per ſe id egerint, ſive per alios, quod diſcrimen ad Grammaticam rationem nihil facit. Diſertiſſimus eſt locus, Quum l. 1. §. 12. D. de Vi, *Dejeciſſe etiam is videtur, qui mandavit vel juſſit, ut is dejiceretur: parvi enim referre viſum eſt, ſuis manibus quis dejiciat, an vero per alium. Quare &, ſi familia mea ex voluntate mea dejecerit, ego videor dejeciſſe.* Tum 2. Sam. XII. 9. ubi, quum David curaſſet Uriam occidi; dum mandaverat Joabo, ut eum periculis objiceret in pugna contra Ammonitas, quorum gladio etiam periit, Deus ergo per Nathanem Prophetam ingerit illi, *Tu Uriam percuſſiſti gladio, ut uxorem ejus tibi caperes in matrimonium, Occidiſti eum gladio Ammonitarum.* Sic ergo & Thebe ipſa interfecit maritum ſuum, at non per ſe, ſed per fratres ſuos: atque adeo ut a Davide Urias, ſic & *Alexander Pheræus a Thebe*, ac tot alii Illuſtres Viri a Tyrannis, Tiberio, Caligula, Nerone &c. recte dicuntur *Interfecti.* Vide etiam Rupertum ad Pomponium JCtum de Orig. juris §. 30. Georg. H. Urſinum in Obſerv. Philol. cap. XI. pag. 217. &c. denique Me ad Aelian. XIV. 49. ubi & videbis, eoſdem Magiſtratus dici in Activo, modo *juſſiſſe virgis cædi*, modo ſimpliciter *virgis ceciſſe*, quod contra ſeq. §. Auctoris noſtri velim obſerves.

monia, in quibus eadem res nunc per *a* vel *ab*, nunc aliter enuntietur. Liv. lib. 26. Dec. 3. cap. 15. de Jubelio; *Me quoque jube occidi, ut gloriari poſſis, multo fortiorem, quam ipſe es, virum abs te occiſum eſſe.* Valer. Maxim. lib. 5. cap. 2. de eodem Jubelio; *Quid ceſſas in me cruentam ſecurim diſtringere, ut gloriari poſſis aliquando, virum fortiorem, quam ipſe es, tuo juſſu interemtum.* Idem Valer. Maxim. lib. 5. cap. 3. de Carbone; *Sed nobis tamen tacentibus, Gn. Carbonis juſſu tuo interemti mors animis hominum obverſabitur*: Idem rurſus de eodem, lib. 6. cap. 2. *Vidi Gn. Carbonem, cum in ſummo eſſet imperio, a te equite Rom. trucidatum.* Huc adde illa paulo ante relata de Metello & Lucejo.

Sed jam ad aſylum ſacrarum litterarum confugiam, (6) ut pervicaces Grammaticos convincam. D. Paulus 6. ad Rom. §. 7. *ὁ γὰρ ἀποθανὼν δεδικαίωται ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας*, id

(6) *Ut pervicaces Grammaticos convincam.*] Etiam hæc inania ſunt, quum A vel Ab varios & diverſos habeant uſus ac ſignificationes, quarum una non excludit alteram. Vide quæ notavi ad initium hujus Capitis. Fruſtra ergo Auctor mox etiam operam dabit accumulandis tot locis, in quibus illæ Præpoſitiones aliud quid, quam Agentem, notent. Poſſent enim longe plura proferri, in quibus manifeſte deſignant eum, unde Paſſio directe oritur, & exhibetur alteri. Pro eo, quod tradit Auctor Valerium dixiſſe, *Atellani ab Oſcis acciti ſunt*, h. e. *Romani acciverunt illos ab Oſcis*: annon æque recte & uſitate dixiſſet, *Atellani acciti ſunt a Romanis ex Oſcorum civitate?* Et annon in his longe aliud quid notaret *a Romanis*, quam in illis *ab Oſcis*? ſeu annon notaret eos, qui ſuam in urbem acciverint Atellanos? Sed neque quæritur, quid A vel Ab proprie notet etiam in paſſivis locutionibus, verum id in quæſtione eſt, an, ſi in illis Agens debeat exprimi, id per eas præpoſitiones cum ſuis Ablativis præcipue & potiſſimum fieri ſoleat, nec ne. Sed & in Græcis D. Pauli verbis dicitur ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας, non ὑπὸ, quæ proprie eſt Præpoſitio cum Paſſivis conſtrui ſolita, quum ἀπὸ in alium plerumque, & ſententiæ loci Paulini convenientem, uſum adhiberi ſoleat. Latini utriuſque vim una Præpoſitione A vel AB exprimunt, veluti, Iſraëlitæ liberati ſunt *a Deo*, h. e. ὑπὸ, & a ſervitute *Ægyptiaca*. h. e. ἀπὸ.

Digitized by Google

id eſt, *Qui enim mortuus eſt*, [ſcil. *peccato*, in Dativo. Confer ejuſdem capitis §. 2.] *juſtificatus eſt a peccato.* Verte in activam more Grammatico, & in hæreſin incurres, ſic; *Peccatum juſtificavit illum, qui mortuus eſt.* Quid abſurdius? *A peccato juſtificatus eſt ille*, hoc eſt, *a parte peccati*, quia non pertinet ad eum peccatum. Ita dixit Pilatus, *Innocens ego ſum a ſanguine juſti hujus.* „ [Sicut Virgil. *Siccæ ſanguine fauces*, pro, a ſanguine, id eſt, non humentes a ſanguine.] Obſcurius illud Matt. cap. 11. & Luc. 7. *Juſtificata eſt ſapientia a filiis ſuis*, id eſt, (7) doctrina non pertinet ad hanc generationem. Et Hieron. 10. *Stultus factus eſt omnis homo a ſcientia.*

A, vel *ab*, idem eſſe, quod *a parte*, multis poſſem teſtimoniis oſtendere. Sed accipe pauca; ac primum in verbo Subſtantivo. Plautus Curc. *Tam a me pudica eſt, quaſi ſoror mea ſit.* Terent. Hecyr. *Narrat, ut virgo a ſe integra etiam tum ſiet*: idem, *Ab Andria eſt ancilla hæc*: idem Heaut. *Tantumne eſt ab re tua otii tibi?* Valer. Maxim. lib. 2. cap. 4. *Atellani autem ab Oſcis acciti ſunt*, id eſt, Romani acciverunt illos ab Oſcis. [Vide Notam 6.] Cicero pro Muræn. *Noſtri, inquam, illi a Platone & Ariſtotele, moderati homines*, id eſt, Platonici, & Ariſtotelei: idem 3. Orat. *A cæteris ſilentium fuit*: idem pro Mil. *Beatos eſſe, quibus ea res honori fuerit a civibus ſuis*: idem pro Rabir. *Quorum impunitas fuit, non modo a judicio, ſed etiam a ſermone*: idem 1. Orat. *Vide ne hoc totum, Scævola, ſit a me.* Ciceroniana ſunt, *Locus a frumento copioſus*; *a magiſtratibus nuda reſpublica*; *ab amicis inops*; *a propinquis nudus*; *a ſuis munitus*; *orba ab optimatibus concio.* „ [Dictys lib. 6. *Ubi multa indi-* „ *gna*

(7) *Doctrina non pertinet* &c.] Immo vero, doctrina laudatur ab iis, qui eam receperunt & cognoverunt. Confer Lucæ VII. §. 29. & 35.

Digitized by Google

„ *gna expertus, ad poſtremum a Polyphemo plurimos ſocio-* „ *rum amiſerit.*] Cicero 3. Orat. *Nihil iſti adoleſcenti, neque a natura, neque a doctrina, deeſſe ſentio.* Terent. Heaut. *Sed hic actor tantum poterit a facundia, quantum,* &c. Cicero; *a voluntate ſcriptoris ſtare*; aut, *a ſe potius, quam ab adverſario ſtare*; *a ſenatu ſtare.* Ter. Andr. *Concrepuit a Glycerio oſtium*: idem; *Sed quid ab illo crepuerunt fores?* Ovid. „ [epiſt. Dejan. *Infeſto ne vir ab hoſte ca-* „ *dat*:] & 5. Metam. *Magna feres tacitus ſolatia mortis ad umbras, A tanto cecidiſſe viro*: idem 13. Metam. *Occidit a magno, ſic DI voluiſtis, Achille.* „ [Alio „ ſenſu dixit Liv. lib. 25. *Plures ab Romanis equites ce-* „ *ciderunt.* Significat enim, plures Romanos interfe- „ ctos.] Prop. *Solus amans novit, quando periturus, & a quo.* Lucan. *Quis nolit ab iſto enſe mori.* Ovid. 3. de Ponto; *Diſcipulo perii ſolus ab ipſe meo.* Cic. 2. Offic. *Phalaris non a paucis interiit, ut hic noſter?* idem, *a valentiore interire.* Plin. lib. 11. *Quum periit ab Annibale.* Liv. lib. 1. *Utrinque pugnam ciebant, ab Sabinis Metius Curtius, ab Romanis Tullus Hoſtilius.* Cic. *Tantum amorem ſibi conciliarat a nobis omnibus.* Plaut. Moſt. *Qui a patre ejus conciliarem pacem.* Terent. Eunuch. *Ne quis forte internuncius clam a milite ad eam curſitet.* Cic. Attic. *Mare nunc, quia a ſole collucet, albeſcit.* Horatius, *Multaque merces defluat tibi æquo ab Jove.* Virg. *Qui nunc Miſenus ab illo dicitur*, id eſt, propter Miſenum; ſic, *Dux dicitur a ductu*, & *rex a regendo.* Plin. *Ab amicitia ejus Gracchanus appellatus.* Plaut. Ciſtel. *Doleo Ab animo, doleo ab oculis, doleo ab ægritudine.* Plin. l. 24. c. 8. *Si caput a Sole dolet.* Cic. *Et a me inſidias metuunt.* Ovid. *Nubibus aſſiduis pluvioque madeſcit ab Auſtro.* Cic. 1. Acad. *Nunciatum eſt nobis a M. Varrone, veniſſe eum ab Roma.* Val. Max. lib. 4. cap. 3. *Interim velim, ne mihi a Sole obſtes.* Cic. 2. Nat. *Et ſi eſt calor a Sole, ſeſe opponant.* Ovid. 1. Metam. *Poſtquam vetus humor ab igne percaluit Solis.* Lucret. lib. 6. *E in lucem tremulo rare-*

ſcit

Digitized by Google

ſcit ab æſtu. Cic. Attic. *Quum Romæ a judicibus forum refrixerit.* Cic. *Salvebis a meo Cicerone.* Quinctil. lib. 3. *An timendum a rege bellum?* Ovid. 2. Faſtor. *Sed tamen a vento, qui fuit, unda tumet.* Cæſar. lib. 3. civil. *Hæc a cuſtodibus claſſium loca maxime vocabant.* Plaut. Epid. *A morbo valui, ab animo æger fui.* „ [Cic. *Mars communis ſæpe ſpoliantem jam & exſultantem evertit & perculit ab abjecto.* Itaque ſi dixiſſet; Spolians percuſſus eſt „ ab abjecto, non aliud intelligendum eſſet, quam per„ cuſſum fuiſſe ex parte abjecti, velut inſtrumentum, „ per quod Mars eum perculit.]

Sed quid in his moramur, ſi ſola hac ratione hoc evincere poſſemus? Si præpoſitio *a*, vel *ab*, cum eodem verbo, & eodem ſenſu, in activa & paſſiva reperitur, inſipientis præceptoris erit, utrobique rem agentem explicare. Verbi gratia, *Dabuntur a me pecuniæ*, (8) non eſt, *Ego dabo pecunias*, *ſed dabo a me pecunias*, quod Hiſpane dicitur; *De mi parte, ô a mi cuenta.* Adferamus igitur exempla, ubi *a* vel *ab* eodem ſenſu in activa & paſſiva, in uno eodemque verbo, reperitur.

Abalieno. Cicero; *Neque vero M. Tullius animum a veſtra abalienavit poteſtate.* Plaut. Mil. *Iſtuc crucior a viro me tali abalienarier.*

Abducere animum a ſolicitudine, & puerum a Grammaticis;

(8) *Non eſt, Ego dabo pecunias.*] Immo vero poteſt utrumque notare, & frequentius notat directe hoc ipſum. In altero ſenſu recte poteſt dici, *Dabuntur tibi pecuniæ ab Avo*, ita ut hoc *ab Avo* non referatur tunc proxime ad ipſam *dationem*, ſed ad *pecunias*, quæ, cujuſcunque manibus datæ, veniunt ex arca Avi Similia vide mox ad Vocem *Amo*, & adde omnino Urſinum To.2. pag. 323. 324. In ſequentibus confundit ſemper Sanctius ſignificationes diverſas τοῦ A vel Ab, quæ reſpondent Græcis ὑπὸ & ἀπὸ. Vide ſupra Not. 6. Certe longe alius eſt ſenſus in illis, *Navis a prædonibus abducitur*, alius in his, *Uxor a marito abducitur.* Iſtic Prædones ſunt, qui navem abducunt, hic Maritus, a quo Alius abducit uxorem. Sed & in multis τὸ A non Verbis proxime, ſed Nominibus, in conſtruendo jungendum eſt. Vide Notam ſeq.

maticis; & abducere a nido, trita ſunt, Cic. *Nave a prædonibus abducta*; *A marito ad divortium uxor abducitur*, teſte Donato. „ [Plaut. Pœn. *Filius abductus a pa-* „ *tre puer ſeptuennis ſurripitur.*]

„ [Accipere ab aliquo, & accipi. Livius 10. *Similius* „ *vero eſt, a Gallo hoſte, quam Umbro, eam cladem ac-* „ *ceptam.* Ita, *Ab illo acceptæ*, vel *allatæ*, *literæ*, non ſi- „ gnificat illum accepiſſe, vel attuliſſe, ſed literas illius „ eſſe acceptas, aut allatas.]

Accipio. Terent. Adelph. *Abs quivis homine, quum eſt opus, beneficium accipere gaudeas.* Cicero Acad. *Quæ a quovis accipi oporteret, & quæ repudiari.*

Adfero. Cicero Senect. *Eique dona a ſociis attuliſſet*: idem 3. leg. *Cui ne reditus quidem ad bonos, ſalutem a bonis potuit afferre*: idem Attic. *Et plus a vobis præſidii, quam a cæteris opis ad ſalutem poteſt afferri*: idem, *Nuncii a Parthis adferuntur.*

Aufero. Cicero pro domo ſua, *Clodius pecunias conſulares abſtulit a ſenatu*: idem Attic. *Totam Academiam a nominibus nobiliſſimis abſtuli.* Plaut. Pſeud. *Auferetur id præmium a me, quod promiſi per jocum?*

Amo. Plaut. Pſeud. *Ubi ſunt iſti, qui* (9) *amant a lenone*: idem Pænulo, *Amant a lenone hic.* Cicero, *ut ſcires, eum non a me diligi ſolum, verum etiam amari.*

Audio. Cicero de Senect. *Sæpe a majoribus natu audivi:*

(9) *Amant a lenone.*] Hæc non pendent proxime a Verbo, ſed ab intellecto Nomine *mulieres.* Et ſimilia occurrunt etiam in *Adfero*, *Do*, *Habeo*, *Lego* & *Reddo.* Nam in hiſce, *Literas a te mihi ſtator tuus reddidit*, τὸ *a te*, refero non, ad *reddidit*, ſed, ad *literas.* Atque ita Cic. Famil. IX. ep. 16. *Levior eſt plaga ab amico, quam a debitore.* ep. 21. *Nihil tibi opus eſt illud a Trabea.* Sic *Hoſpes a Zacyntho*, *oſtium a Glycerio*, *nuncius ab illo*, *pecunia ab argentario*, & quamplurima ſimilia. Vide ſupra ad Caput 3. & Vocem *Veneo.* At alio ſenſu dicitur *eum a me diligi*, *Præſidii plus a vobis poteſt adferri. Navis a prædonibus abducta*: *dabitur a me argentum. Muſculus defenditur a noſtris ex turri*, quod, ut & reliqua, Sanctius male pro ſua attulit ſententia. Sic *Haberi a me tibi hunc honorem*, *Haberi ludibrio a ſuo viro.* &c.

Digitized by Google

vi : idem 3. Finib. *Eſſeque hominis ingenui, velle bene audire a parentibus* : *noſtros ſenes commemorare audivi ab aliis ſenibus auditum.* Claud. de raptu libro 1. *Jam magnus ab imis Auditur fremitus terris.*

Avello. *Sperat ſe a me avellere*; *Non ab ea rep. avellar.* Sic divello, & revello.

Avertit oculos ab illo; *A judicibus oratio avertitur.*

Do. Cicero Attic. libro 14. *A me hoc illi dabis* : idem pro Flac. *Ab Attilio Servilio dicit ſe dediſſe, & a ſuis fratribus* : idem Attic. *Se a me quodammodo dare.* Plaut. Capt. *Viaticum ut dem ab trapezita tibi* : idem Menæch. *Da ſodes a te, poſt reddidero tibi.* Terent. Adelph. *Dabitur a me argentum.* Cicero 1. Verr. *Tempus, quod mihi ab amicorum negotiis datur* : idem Attic. *Datur mihi epiſtola a ſororis tuæ filio* : idem 1. Leg. *Nullam tibi a cauſis vacationem video dari* : idem lib. 7. epiſt. *Ad Cæſarem litteræ mihi dantur a te.*

Defendo. Virgil. *Dum teneras defendo a frigore myrtos.* Plinius, *Veſtes a tineis defendit hæc herba.* Cæſar 2. Civil. cap. 11. *Muſculus defenditur a noſtris.* Cicero 2. Agrar. *Ab hoſtibus defendi paludibus.* Vide *Munio*, & *Prohibeo.*

Dejicere oculos a Rep. *Dejectus ex aliquo, & ab aliquo loco.*

Deſidero abs te aliquid; *Deſideratur a magno philoſopho gravitas.*

„ [Deſperare ab aliquo. Cicero in Piſon. *Te ſpem ha-*
„ *bere a Tribuno plebis, ſi tua conſilia cum illo conjunxiſſes*;
„ *a Senatu quidem deſperaſſe*, id eſt, te nihil tibi de Se-
„ natu polliceri poſſe.]

Emo & Redimo. Plaut. Rudent. *Qui prædam ab eo emerat.* Val. Max. l. 4. c. 2. *A piſcatoribus in Mileſia regione verriculum trahentibus quidam jactum emerat.* Cicero Offic. *Aut captos a prædonibus redimunt* : Cicero 1. Verr. *Emtum eſt ex ſenatuſconſulto frumentum ab Siculis, prætore Verre* ; idem pro Sextio ; *Ex his princeps emitur ab inimi-*

Digitized by Google

cis meis. Plaut. Epid. *A lenone quædam ut fidicina, quam amabat, emeretur ſibi.* Sueton. Auguſt. *Cajum & Lucium adoptavit domi per aſſem, & libram, emtos a patre Agrippa.* Livius Dec. 4. lib. 4. *Ut captivi ab Annibale redimantur.* Juven. Satyr. 4. *Monſtrum nulla virtute redemtum a vitiis.* Ovid. in epiſt. *Si tibi ab Atrida pretio redimenda fuiſſem.* Vide *Peto* & *Poſtulo.*

Eripere a periculo; (10) *Vereor ne eripiatur a nobis regia cauſa.*

Excludo. Cicero pro Cluent. *Excludere ab hæreditate:* idem Verrin. 5. *Excludere aliquem a negotio.* Terentius Andr. *Ut ab illa excludar.* Cicero 1. Orat. *Repelli & excludi a gubernaculis civitatum.*

Exigere aliquid ab aliquo. Quinctil. lib. 1. *A Grammaticis exigitur poëtarum enarratio.* Cæſar 1. Civil. *Pecuniæ a municipiis exiguntur.*

„ [Exſpectare ab aliquo. Cicero; *Omnia volo a me* „ *poſtules, & exſpectes*: idem; *Diligentiam a me exſpectari* „ *puto.*]

Extorquere aliquid ab aliquo, tritum eſt. Cic. *Pecunia omnis ab eo extorta, atque erepta eſt.*

Facio. Cic. de univerſ. *Mundus per ſe, & a ſe, & patitur & facit omnia*: idem 1. Invent. *Commune eſt, quod nihilo magis ab adverſariis, quam a nobis facit*: idem de Orat. *A ſe aliquid facere.* Tritum eſt, *hoc factum a vobis.*

„ [Ferre ab aliquo. Vide ſupra *Aufero.* Plaut. Rud. „ *Niſi multis blanditiis a me gutta ferri non poteſt*, id eſt, „ tu a me non feres guttam aquæ.]

„ [Furari ab aliquo. Cic. *Si ego tuum ante legiſſem*, „ *furatum me abs te eſſe diceres.*]

Flagito. Cic. ad Appium, *Flagitare promiſſum ab aliquo per litteras.* Cic. pro Sext. *Flagitabatur ab his quotidie cum*

(10) *Vereor ne eripiatur a nobis.*] Locus eſt ex Cicerone Famil. I. 5. ubi olim quidem ita vulgo lectum eſt, at nunc in optimis & ad MStos emendatis edd. legas *eripitur nobis* ſine A.

Digitized by Google

cum querelis bonorum omnium, tum etiam precibus ſenatus, ut meam cauſam ſuſciperent. Vide *Poſtulo.*

Habeo. Terent. Phorm. *Otium a ſenibus ad potandum ut habeam.* Cicero Bruto; *Nullas adhuc a te litteras habebamus*: idem pro Sext. *Habere beneficium ab aliquo*: idem 1. Offic. *Scenicorum quidem mos tantam habet a vetere diſciplina verecundiam*, &c. idem 12. Famil. *Habeas eos a me commendatos*: idem, *habere præſidium*, vel *ſpem*, *ab aliquo*: idem in Vatin. *Quare ne tibi hunc honorem a me haberi forte mirere*: idem pro Cœlio, *Eam dignitatem in M. Cælio habitam eſſe ſummam, hodieque haberi ab omnibus.* Egregius locus eſt in Plauti Menæch. act. 5. *Ludibrio pater habeor.* SE. *Unde?* MUL. *Ab illo meo viro.*

Impetro. *Civitatem ab aliquo impetrare*, tritum eſt. Cic. Amicit. *Quid poſtules ab amico, & quid patiare a te impetrari.* Plaut. Moſtel. *Aliud quidvis impetrari a me facilius perferam*: „ [Et Rud. *Decet id abs te impetrari.*] Val. Max. lib. 4. cap. 3. *A ſervis vix impetrari poteſt, ne eam ſupellectilem faſtidiant, qua uti Conſul non erubuit.* Cæſar 1. Civil. *Ægre ab iis impetratum eſt, ut in ſenatu recitarentur.*

Lego, as. Cic. pro Cluent. *Itaque ei teſtamento legat pecuniam grandem a filio*: idem in Topic. *Uxori ancillarum uſumfructum legavit a filio.* In paſſiva tritum eſt apud Juriſperitos. *Domus legata eſt a Titio.* Vide Briſſonium, & Hotom. in A vel AB, & penſita phraſin.

Lego, is. Cic. Attic. 16. *A Bruto legi Antonii edictum*: ſic dicimus, *Legi a te litteras.* Ovid. 3. Pont. *A poſteritate legi.* Cic. *Liber tuus legitur a me diligenter*, id eſt, per meos; ut, *Trepidabatur a Cæſare.* Et captus oculis etiam diceret, (11) *Terentius legitur a me diligenter.*

Li-

(11) *Terentius legitur a me &c.*] Recte; ſcil. per anagnoſten, ita, ut ipſe omnia Terentii audiat & percipiat. Sed eadem ratione diceret quoque Cœcus, *Legi Terentium diligenter.* In qua activa locutione ſicuti Agens concipitur & habetur ille Cœcus, ſic & in Paſſiva. Diſertiſſimum etiam eſt illud Ovidii, *a poſteritate legi.* Sed talia reperies plura in ſeqq. Vide & ſupra Nota 2.

Digitized by Google

Libero. Cic. *Liberavi hunc a Cæſare*, tritum eſt: idem, *liberare ſe ab aliquo*: idem, *A ſcelere certe liberati ſumus*: idem, *Te a quartana liberatum gaudeo.* Vide *Separo.*

Mitto. Cic. 13. Attic. *Ab illo mihi mittas*: idem, *& a me miſſi ſunt.*

Movebo hunc a ſacra linea: remove te ab illo: removentur a vitiis.

Munio. Tacitus lib. 10. *Sævus ille vultus, & rubor, a quo ſe contra pallorem muniebat.* Colum. *Quantumque res patietur, a frigore & tempeſtate muniemus*: idem, *Hortum ab incurſu hominum pecudumque munire.* Horatius; *Incluſam Danaën munierant ſatis nocturnis ab adulteris.* Lucret. lib. 3. *Quod lethalibus ab rebus munita tenetur.* Cæſar. 2. Civ. *Tecta atque munita ab omni ictu telorum.* Tacitus, *Munitus ab inſidiis.* ut Horat. *Tutus ab infeſtis latronibus.* & Ovid. *Tutus ab inſidiis.* Vide *Defendo.*

„ [Mutari ab aliquo, id eſt, ex eo, ſive pro eo, ſive
„ qui fuerat. Virg. *Heu mihi qualis erat, quantum muta-*
„ *tus ab illo Hectore?* Ubi ridiculus ſit, qui *Ab* rem A-
„ gentem ſignificare putet.]

Numero. Cicero pro Flac. *Si prætori dedit, a quæſtore numeravit*: idem 2. Phil. *A ſe numerare.* Mart. *Omnis ab infuſo numeretur amica Falerno.* Vide *Solvo.*

Pello. Liv. lib. 2. *Tarquinienſis ab ſua parte Romanum pepulit.* Terent. *Quiſnam a me pepulit tam graviter fores*: idem, *Et iſtum æmulum ab ea pellito.* Cæſar. 1. Gall. *Quum hoſtium acies a ſiniſtro cornu pulſa.* Liv. *Cætera a fronte pulſa.*

„ [Perire ab aliquo. Plaut. Pœn. act. 4. ſc. 4. (12) *Me-*
„ *tuo ne a te perdam*, pro, peream. Ovid. *Diſcipulo perii*
„ *ſolus ab ipſe meo.* Plin. *Qui periit ab Annibale.*]

Peto

(12) *Metuo, ne a te perdam.*] Locus eſt in Pœn. IV. 2. 62. *Metuo, dum hero inſidias parem, ne a te perdeam*, pro *peream*: litera D, ut videtur, interpoſita, quod fieri creditur etiam in *ardeo* ab *areo*, *gaudeo* a *gaveo*, unde *gaviſus.* Gronovius Pater legit *pendeam*, h. e. tua opera pendeam in cruce.

Digitized by Google

Peto a te, tritum eſt. Cicero. 6. epiſt. *Nec tamen ipſe, a quo ſalus petitur, habet explicatam rationem ſalutis ſuæ*: idem 1. Divinat. *Ut ab ejus ſolo, in quo eſt humatus, oracula peterentur.* Mart. *A caupone tibi fex Læletana petatur.* „ [Livius 6. *Ab Latinis Hernicisque res repetitæ.* „ pro Romani a Latinis repetierunt.] Vide *Emo*, & *Repoſco.*

Poſtulare ab aliquo, tritum eſt. Cicero 1. Leg. *Veritas a te poſtulatur*: idem 2. Tuſcul. *Quod ergo & poſtulatur a fortibus, & laudatur, quum ſit*, &c. idem lib. 1. *Poſtulatur a te jamdiu, vel flagitatur potius hiſtoria.* Cicero Philip. *Sed quoniam ab hoc ordine non fortitudo ſolum, ſed etiam ſapientia, poſtulatur*, &c. Vide *Emo.*

Prohibeo vim ab amico, & amicum a vi, dicimus Cic. 3. Offic. *Nam & a rep. forenſibusque negotiis, armis impiis vique prohibiti.*

Projicere, & Rejicere a ſe mala, tritum eſt. Cic. *A liberis ſuis abſtrahi, & a conjuge abripi, & ab aris focisque innocentem projici.* Nota hæc Infinita verba.

Promo. Cic. 2. Orat. *Ne ipſe aliquid a me promſiſſe videar.* idem, *Juris utilitas vel a peritis, vel de libris depromi poteſt.* 1. Orat.

Reddo. Cic. *Litteras a te mihi Stator tuus reddidit*: idem, *Litteræ mihi redditæ ſunt a te*: idem, *Litteræ mihi redditæ ſunt in ſenatu ab Lentulo.*

Rapere ab aliquo, tritum. Horat. 3. Carm. *Aut aquoſa raptus ab Ida.*

„ [Recuperare ab aliquo, Hygin. Fab. 69. *Ut exer-*
„ *citum ſibi commodaret ad regnum a fratre recuperan-*
„ *dum*: & Fab. 85. *Pelops a Lajo filium bello recupe-*
„ *ravit.*]

Repellere ſervitutem a civibus, dixit Cicero ad Brutum. Cic. 1. Orat. *Repelli & excludi a gubernaculis civitatum.*

Repoſco. Cic. 1. Verr. *Nihil eſt quod minus ferendum ſit, quam rationem ab altero vitæ repoſcere eum, qui non poſſit ſuæ reddere.* Valer. Maxim. lib. 3. cap. 6. *Quum a Scipione ratio in curia poſceretur*, id eſt, quum Tribuni ab eo peterent rationem. Vide *Peto* & *Poſtulo.*

Separo. Cic. Lucejo; *Qui omnes a perpetuis ſuis hiſtoriis ea, quæ dixi, bella ſeparaverunt*: idem 4. Acad. *Quoniam vera a falſis nullo diſcrimine ſeparantur.* Ovid. 1. Amor. *A domina ſeparari.* Vide *Libero.*

Solvo. Cic. 5. Attic. *Sed etiam hoc dicit, ſe a me ſolvere*: ibid. lib. 7. *Ab Egnatio ſolvat, quod tibi debet*: idem pro Planc. *Ab aliquo perſolvere*: idem: *Id a vobis perſolvere me ſinite.* Plaut. *Res ſolvetur ab trapezita meo.* Cicero, *Solutus a cupiditatibus.* Ovidius, *Ab amplexu alicujus ſolvi.* Vide *Numero.*

Sumo. Terent. Adelph. *Poſtremo a me argentum, quantum eſt, ſumito.* Cicero pro lege Man. *Ab eodem Pompejo omnium rerum egregiarum exempla ſumantur.* Ovid. 2. Amor. *Faſtus ſumuntur ab imagine ſpeculi.*

Tego. Cæſar. 3. Civil. *Qui portus ab Africo tegebatur, ab Auſtro non erat tutus.*

Verbum igitur paſſivum ſolo ſuppoſito contentum eſt. Cicero lib. 15. epiſt. citat verſiculum Nævii, *Lætus ſum laudari me abs te, pater, laudato viro.* Sed attende, quomodo diſtinguat idem Cicero lib. 5. ad Lucejum; *Placet enim Hector ille mihi Nævianus, qui non tantum laudari ſe lætatur, ſed addit etiam, a laudato viro*: item pro Milone. *Factum ne ſit? at conſtat, a quo? at patet.* (13) Vides particulas, *a quo*, ſeparari a verbo paſſivo. Vide *Habeo* ſupra. Denique eodem prorſus manente ſenſu, activa oratio (14) in paſſivam verti non poteſt. Unde fal-

(13) *Vides particulas &c.*] Recte, ſed ſic etiam ſeparari queat Accuſativus a Verbo ſuo. *Amat, at quam? Glycerium.* Sic plane Plautus in Pœnulo IV. 2. 37. *Dii omnes Deæque ament. MI. Quemnam hominem? SY. Nec te, nec me, Milphio, neque Herum meum adeo. MI. Quem amant igitur? SY. Alium quemlibet.* Vide me & ſupra Nota 1. pag. 394. & Nota 4. ad pag. 398.

(14) *In Paſſivam verti non poteſt.*] Immo vero poteſt. Nam quid diſcriminis, quo minus idem plane ſit ſenſus, reperitur in hiſce, *Milo occidit Clodium*, &, *Clodius occiditur a Milone.* Si quis dicat, *a Milone* hic notare etiam operâ vel juſſu Milonis, idem notat etiam Activa locutio, ut ex qua neutiquam ſequeretur, Milonem ſua manu, & per ſe, occidiſſe Clodium, de qua re Vide me ſupra Nota 5.

Digitized by Google

falluntur Alciatus lib. 2. Pareg. cap. 28. & Rævard. lib. 2. cap. 5. Variar. qui putant, valere ſtipulationem etiam in paſſiva voce, ut, *dabis? dabitur.* Id oſtendunt ex loco Plauti in Pſeud. act. 4. 6. 15. ubi Simo dicit; *Viginti minas dabin'?* Reſpondet Ballio, *Dabuntur.* Sed in ſequenti ſcena ſic ſe excuſat Ballio v. 126. *Auferetur id præmium a me, quod promiſi per jocum?* Quaſi dicat, ego nec vere promiſi, nec vere, aut ex formula, fui ſtipulatus, ſed jocoſe, & quaſi coactus: (15) cui Simo reſpondet,

(15) *Cui Simo reſpondet &c.*] Nihil hæc ad rem, nec ad eludendam Stipulationis vim paſſiva forma in reſpondendo conceptæ. Quin immo ex iſto Plauti loco, ſi quid Plauto in his tribuendum, vel maxime manifeſtum eſt, valere eam, ſeu valuiſſe ſaltem iſtis temporibus. Nam non tantum Simo non aſpernatur eam reſponſionem, ut minus legitimam; ſed & Ballio, qui reus erat promittendi, neutiquam opponit dein exceptionem, tanquam non rite, *nec vere, aut ex formula*, ut ait Sanctius, reſpondiſſet, dum ad *Viginti minas Dabin?* reſponderat, *Dabuntur*; ſed tanquam ſi *per jocum* omnia egiſſet, ſtipulationem XX. minarum ultro Simoni deferendo, & ſic ſtipulanti ſe obligando: neutiquam vero *coactus*, quod male item Auctor noſter ponit. Eam vero *joci* exceptionem quum non accipi a Simone videret, ne tum quidem ad alteram illam confugit, ſed plane agnoſcit obligationem ita promittendo factam, & proinde rogat, ut ergo viciſſim Simo *ſaltem Pſeudolum*, auctorem omnis mali, & qui *ſe* quidem, ut ipſe ait, *perdiderat*, *ſibi dedat*, ſcil. noxæ. Vide Plaut. IV. 6. 16. & 7. 128. Sed & Scena ſeq. 8. ait Simo, *Bene ego illum tetigi*, nempe Ballionem; at qua re? non alia, niſi ſtipulatione iſta, cui Ballio ſe obligaverat, reſpondendo ſimpliciter, *Dabuntur.* Sic videmus plane aliud ex hoc Plauti loco patere, quam quod perſuaſum nobis vellet Sanctius. Sed & ſi maxime talis reſponſio in formula ſtipulationum olim fuiſſet rejicula & invalida, ejus rei non illa foret cauſa, quod veteres Romani cenſuiſſent, activam orationem, *Ego Dabo*, non poſſe eodem ſenſu verti in paſſivam, ſeu paſſiva hac exprimi, *Dabitur a me*; Sed quod, quando ſimpliciter dicebatur, *dabitur*, vel *Dabuntur*, in ea reſponſione ineſſet ambiguitas, quæ omnino abeſſe debet a formulis Legum & Juris, quia in ea non exprimitur, nec etiam neceſſaria ratione Grammatices intelligitur, ſicuti intelligitur in *Dabo*, certa perſona, quæ iſta ſtipulatione obligetur. Ea vero ſi exprimatur, addito *a me*, ſicuti nulla amplius ſupereſt ambiguitas, ſic nulla prorſus in illa ſtipulationis formula ſupereſſe poterat difficultas, cum ex ſententia Ulpiani etiam reſpondens *Quidni?* interroganti *Dabis?* obligetur, ut patet ex L. 1. §. 2. D. g. de Verb. Oblig.

ſpondet, *De improbis viris auferri præmium & prædam decet.* Quæ dixi de verbis paſſivis Latinis, eadem de Græcis dicta eſſe velim: in omni enim idiomate paſſivum ſolo ſuppoſito contentum eſt. Et quamvis vernaculæ linguæ careant omnino paſſiva voce, dicimus tamen; *corre ſe, anda ſe, acabò ſe la guerra, mejor ſe vive en el campo, que en la ciudad.* „ [Si corre, ſi va, ſi fini la guer- „ ra, meglio ſi vive nella campagna, que nella Città.] ubi ſolo ſuppoſito etiam ſubintellecto perficitur oratio.

CAP. V.

De Verbo Subſtantivo, Sum, Fuo, Fio, *& de his formis,* Mea intereſt, tua refert.

FUNDAMENTUM ſive radix omnium verborum eſt verbum Subſtantivum, quod Græce φύω, latine *Fuo*, vel *Fio* dicitur. Et φύω quidem a φύσις, id eſt, *natura*, dici certum eſt, (1) niſi mavis a φύω φύσις; Et verbum Ἐςὶ, Latinis *Eſt*, & Εἰμὶ *Sum*, apte & vere verbum eſt Subſtantivum, repugnante etiam Cæſare Scaligero cap. 112. qui contendit, per verbum hoc etiam accidens ſignificari; ut, *Cæſar eſt albus*: in quo quantum fallatur oſtendimus alibi, quum diſputavimus contra Dialecticos, Accidens non prædicari de ſubſtantia: nam in voce, *Albus*, deeſt *homo*: alioqui ſonaret, *Cæſar eſt albus Cæſar.* Vide Ellipſin IV. 3. in principio.

Tua intereſt, noſtra non refert, dixi eſſe accuſativos plurales. Hoc præclarum inventum debemus Cælio Calcagnino in epiſtolis, deinde Julio Cæſari Scaligero. At iſti, quia meum inventum eſſe credunt, ſibi ducunt pal-

(1) *Niſi mavis &c.*] Sane mallim. Quum pervulgata nimis eſt hæc derivationis analogia, quam ut in dubium vocari debeat. Sic enim φύσις deducitur a φύω, ut ἔλκυσις ab ἑλκύω; μύσις a μύω; γνῶσις a γνόω. Ceterum de *Fuo* & *Fio* vide jam ſupra III. 3. 60. ad verbum *Fio.*

Digitized by Google

palmarium, quum me impugnant; ego tamen, ut meum, defendam.

Præpoſitio ante verbum, (2) nunc compoſitum verbum efficit, nunc fertur in caſum ulteriorem; ut, *argutos interſtrepere anſer olores*; de quo late Lambinus lib. 2. Od. 7. Ad hunc modum ſe habet *Intereſt*: dicimus enim, *Murus intereſt inter me, & te*: Et, *mea intereſt hoc facere*, id eſt, Eſt inter mea negotia. Horatius: *Nil intra eſt oleam, nihil intus in nuce duri*, id eſt, nihil eſt intra oleam duri; idem, *Villa, quæ ſuper eſt Claudi cauponas*, id eſt, quæ eſt ſuper cauponas. Hic valde miror acumen Grammaticorum, (3) qui comminiſci potuerunt *mea, tua*,

(2) *Nunc compoſitum verbum efficit &c.*] Plerumque componitur cum Verbo, & quando ferri etiam videtur in caſum ulteriorem, tunc intelligenda iterum per Ellipſin eadem præpoſitio, vel etiam alia ejuſdem originis & ſignificationis. Ut quum dicitur, *Egredior urbe*, & *Urbem*, in illo repetenda præpoſitio E vel *Ex*, in altero, *Extra*. Hinc paſſim Verbis Compoſitis junguntur Caſus, quos non natura Verbi, ſed Præpoſitionis, requirit. Tacitus Ann. I. 13. *Ambulantis genua advolvebatur*. Similiter VI. 49. Corn. Nepos Timoth. 2. *Gentes, quæ mare illud adjacent*. Lucilius, *Ut quæ res me impendet, agatur*. apud Feſtum in v. *Me*, ſed qui male eam pro *mihi* poſitam putat. Nam ita quoque Terentius Phorm. I. 4. 2. *tanta te impendent mala*. Ælianus Var. Hiſt. XIV. 6. *μήτε τοῖς παρελθοῦσιν ἐπικάμνειν, μήτε τῶν ἐπιόντων προκάμνειν*. Ubi idem Verbum cum diverſis Præpoſitionibus compoſitum diverſos etiam recipit caſus, prout eos illæ requirebant. Sæpe tamen etiam præpoſitio ante Verbum, ſed & alibi, poni ſola ſine caſu & compoſitione videtur, vel tanquam adverbium aliquod, vel ita, ut caſus, qui requiritur, per Ellipſin ſit omiſſus. Cic. pro Sulla cap. 8. *Me meum genus ſuo ante non ponere gaudeat*. Sall. Catil. 3. *Quæ ſibi quiſque facilia factu putat, æquo animo accipit: ſupra, veluti ficta pro falſis accipit*, h. e. quæ ſupra ſe & ſuas vires putat. Cap. 23. *Ubi periculum advenit, ſuperbia atque invidia poſt fuere*. Et alibi paſſim. Quin & Gell. I. 22. *τὸ Supereſſe*, quando ſignificet reliquum eſſe, reſtare, monet *diviſe pronunciandum, ut non una pars orationis eſſe videatur, ſed duæ*. Vide ſupra cap. 3. ad Verba *Adeo, Æſtuo* in fine, *Egredior*, &c.

(3) *Qui comminiſci potuerunt &c.*] Hanc tamen ſententiam etiam & contra Sanctium ac Scaligerum tuetur Voſſius de Conſtruct. cap. 29. munitus auctoritate Priſciani, qui lib. XVII. *mea, tua*, &c. additum verbis *intereſt* &

tua, *ſua*, eſſe ablativos ſingulares. Pudet recenſere rationes,

& *refert*, exponit *in re mea, tua*, &c. Sequitur Voſſium per omnia, & Sanctium, quem ceteroqui fideliter ſequi ſolet, diſerte jſi relinquit Auctor Gallicus Novæ Methodi L. L. pag. 379. tum Bangius de Syntaxi Verborum pag. 1101. Utuntur autem duplici pariter argumento. Prius eſt ex ratione metri apud Terent. Phorm. V. 7. 47. *Etiam dotatis ſoleo.* CH. *Quid id noſtra?* Ph. *Nihil?* Ubi poſterior ſyllaba vocabuli *Noſtra* neceſſario videtur producenda, & ideo ſtatuendum, eſſe illam Ablativi caſus. Sed profecto tanta invaluit licentia in metro Comico, ut vix inde quid certa ratione probare vel refutare queas. Deinde vero putem pene legendum ſcandendumque hoc modo: *Etiam-dota-tis ſole-o quid-* (per diæreſin) *id no-ſtra Nil.* Niſi malimus ſtatuere, excidiſſe voculam *an* ante *nihil*: quo pacto etiam plana omnia forent, & ſana. Certe ex uno hoc & dubio prorſus loco non debuiſſet illud affirmari, quum plura alia apud Terentium occurrant, in quibus manifeſte controverſa hæc ſyllaba vel litera A corripitur. Sic in Eun. II. 3. 28. *Fac tradas, mea nil refert, dum potiar modo.* Ut & in Heaut. IV. 5. 45. *Eô nunc confugies, quid mea? num mihi datum eſt?* Et Phorm. IV. 5. 11. *Datum eſſe dotis.* DE. *quid tua, malum, id refert?* CH. *magni, Demipho.* Alterum petit Voſſius & Auctor ille Methodi ex ratione Ellipſeos, cujus ſupplementum ſe deprehendiſſe putant apud Plautum in Perſa, *Mea iſtuc nihil refert, tua refert gratia.* Cenſent itaque, quoties dicitur *Refert*, *intereſt*, *mea*, *tua*, *Ciceronis*, ſemper intelligendum *de gratia*. Sed vel hoc indicio ſit, quam non ſemper habenda ſit fides etiam fide ceteroqui digniſſimorum hominum citationibus, & quam male faciant, qui cum Auctoribus loca ipſa, ubi verba laudata occurrant, non deſignant. Verba illa Plauti invenies in Perſa IV. 3. 68. ſed plane aliter ſe habentia in omnibus, quas vidi, edd. etiam illis Angelii, & Cœl. S. Curionis: nempe, *Mea quidem iſtuc nihil refert, tua ego refero gratia.* Vides, Lector, neutiquam τῷ *gratia* referri ad phraſin *Mea refert*, *tua refert*, & proinde collabi plane ſententiam Voſſii, quæ unico hoc loco nititur. Sed & repugnat prorſus ei Analogia ſignificationis & conſtructionis. Nec enim Latine dicitur ulla ratione. *Hoc intereſt*, *Hoc refert*, *mea gratia*: ut neque alterum, quod ex Priſciano arripiunt, *Hoc intereſt*, *Hoc refert*, *in re mea.* Nolim equidem negare prorſus, quod facit Sanctius, Latine dici *Hoc eſt in re mea.* Sed nihil ex eo elicies ad probandam illorum conſtructionem & uſum. Deinde locus Plauti, incertum ubi, (nam nec Actum aut Scenam, nec Comœdiam nominant) *Utrumne veniat, nec ne, nihil in re eſt mea*, quo refutari ajunt Sanctium, ille vero valde mihi eſt ſuſpectus, ut quem æque ac ſuperiorem male exhibuerit Voſſius. Videtur enim ſcripſiſſe

Digitized by Google

tiones, quibus id probent, aliquas tamen, honos ſit auribus, proferam. *Ablativus Re*, inquiunt, *poſcit*

pſiſſe Plautus, *nihil intereſt mea.* Utcunque ſit, abſonum certe & durum plane eſt dictu, *Hoc refert*, vel *Hoc refert ſe, in re mea.* At latiniſſime & quam planiſſime dicitur, *Hoc intereſt inter mea*, aut *illius*, *negotia*, & hinc contractius, uſitata & in ſuperioribus a me & Sanctio declarata Ellipſi, *Hoc intereſt mea*, aut *illius.* Cic. Famil. II. 19. extr. *Quod ego & mea, & Reip. & maxime tua, intereſſe arbitror.* Similiter *refert mea* conciſius dicitur etiam ex Donati ſententia ad Terent. Phorm. IV. 5. 11. quem Priſciano opponimus, pro *refert ſe ad mea negotia.* Cujus locutionis ratio, quoniam adhuc obſcurior eſt, & parum intellecta, liquidius hic nobis erit oſtendenda. *Referre omnia ad ſuam utilitatem*, ait Cic. de Sen. 13. & Famil. III. 10. *ad dignitatem.* XII. 22. h. e. in omnibus rebus ſpectare utilitatem ſuam, ſeu ita gerere omnia, ut pertineant ad utilitatem ſuam, ut congruant utilitati ſuæ, ut utilitatem ſuam cum iis conjungat. Sic de Offic. I. 30. *Victus cultuſque corporis ad valetudinem referantur, & ad vires, non ad voluptatem*, h. e. valetudini inſerviant &c. Hinc jam paſſim apud Plautum, *Quam ad rem iſtuc refert?* pro *refert ſe*, h. e. cui rei id inſervit, quam ad rem iſtuc attinet. Omittitur hic jam Accuſativus reciprocus, ſed retinetur adhuc præpoſitio *Ad*: pro quo tamen etiam dixit, *Cui rei retulit, te id aſſimulare?* Truc. II. 4. 40. Sed & in plurali invenias hanc phraſin. Plautus Perſa IV. 4. 44. *percontari volo, quæ ad rem referunt*, ſcil. ſe, h. e. pertinent. Ceterum quia frequentiſſimi tandem uſus fuit hæc locutio, omitti denique cœpit non modo Accuſativus ille reciprocus, ſed & *τὸ ad negotia*, maxime ſi exprimeretur is ipſe, ad quem ſe referret res, quæ memoratur. Veluti, *id Mea minime refert*, h. e. minime ſe refert ad negotia mea, minime ergo ad Me attinet. Et cum Genitivo Nominis Subſtantivi, quem male Verbo *Refert* negant Bangius de Synt. Verbor. p. 1096. & Voſſius in Gramm. Minore, Salluſt. Jug. 111. *Faciendum aliquid* Boccho? *quod Romanorum magis, quam Sua, retuliſſe videtur*, h. e. quod videretur magis attinuiſſe ad rem Romanorum, magis conjunctum fuiſſe cum negotiis Romanorum, quam cum Suis. Plin. Paneg. cap. 40. *Nihil iniquitatis referre exiſtimans, exigas, an conſtituas*, h. e. prorſus non referre ſe, non attinere, ad negotia iniquitatis, utrum &c. Quinctil. IX. 4. ab ipſo Voſſio laudatus, *Plurimum refert compoſitionis, quæ quibus anteponas*, h. e. plurimum refert ſe, ſeu pertinet, ad compoſitionem recte faciendam. Immo cœpit tandem etiam ſimpliciter dici *Refert*, pro, opus eſt, expedit, intereſt. Cic. Fam. VIII. 10. *Te aliquid, quod referret ſcire, reticuiſſe*, h. e. quod ſcire, referret ſe

ſcit Mea, Tua, Sua: nam Intereſt mea, idem eſt, quod eſt in re mea. Sed falluntur cum ſuo Calepino: neque enim dicitur latine, *Hoc eſt in re mea*, ſed *e re mea*, aut, *in rem meam.* Addunt præterea, *quia Re eſt fœmininus ablativus, ideo additur mea.* Næ iſti Lynceos habent oculos, qui ablativum, *Re*, tam clare proſpexerint. Jam deinde miſeret me Laurentii, qui dicat, ſonantius dici, *Intereſt mea*, quam, *intereſt meo*, quia *mea* collocatur in medio, & eſt vox ſuavior. Contra hos advoco Ariſtotelem, ex cujus doctrina ſcimus, voces compoſitas nullam habere rationem partium ſingularium, imo

ſe ad ejus negotia, expediret ejus rationibus. Plaut. Epid. II. 1. *Quos pudet, cum nihil refert*, h. e. quos pudet in eo negotio, ad quod Pudere nihil ſe refert, nihil attinet, vel, quos pudet tum, quum Pudere nihil refert ſe, nihil facit, ad rem. Vatinius ad Cicer. *Sed quanti id refert, ſi tamen fato neſcio quo accidat.* h. e. ad quanti momenti negotium refert id ſe, vel ad quanti momenti mea negotia refert id ſe, quantum id juvat, & ad rem attinet. Vide ſeq. Notam 5. de hac Genitivi, *Quanti, Magni, Pluris*, &c. conſtructione. Tac. An. VI. 2. *Bona Sejani ablata ærario, ut in fiſcum cogerentur, tanquam referret*, h. e. tanquam ea tranſlatio ab ærario in fiſcum, referret ſe, ſeu attineret, ad rem præſentem, tanquam in eo quid ſitum eſſet diſcriminis. Suet. Oth. 4. *Nihil referre, ab hoſte in acie, an in foro ſub creditoribus caderet*, h. e. nihil attinere ad rem iſtud diſcrimen, nihil intereſſe. Sic, ni fallor, in clariorem lucem dedimus hanc locutionem, ad quam adhæſerunt Viri Erudititiſſimi, neque Recentiores modo, ſed & ipſi Veteres. Unde Verrius Flaccus apud Feſtum, *Refert* opinatur per errorem dici, quum rectum ſit *rei fert*: quo nihil ineptius puto, quodque ideo miror probatum etiam a Voſſio. Et tamen hæc opinio forte in cauſa fuit, quare *Refert* primam habeat productam, niſi ſi diſtinguendæ ſignificationis cauſa id ita evenerit potius. Sed & ipſe Sanctius errat haud dubie, quando mox cum Scaligero *refert id mea*, exponit directe & active, *id repræſentat mea negotia*, & Donatum putat non attigiſſe ſcopum, quem ille attigit veriſſime, quum in iſthac phraſi, *quid id tua refert*, deeſſe per Ellipſin cenſet *ad*, ut ſit *ad tua*, ſcil. negotia. Urſinus vero, quæque hic diſputavimus, omni ex parte recepit & approbavit. Vide eum To. 2. pag. 194. & 200.

Digitized by Google

imo nec partes ipſas aliquid ſignificare : nam in hoc nomine *Omnipotens*, *Omni* nihil ſignificat, quatenus eſt pars dictionis, ſicut nec potens. Cur igitur dices, *Re* in compoſitione eſſe aliquid, cui addas, *mea*, *tua*, *ſua*, nam in voce *Agricola*, non poteris addere ad τὸ *agri*, *felicis*, vel *fertilis*.

Sed quid in Grammaticorum tenebris refutandis operam perdimus, ac non potius in his verbis Suppoſitum clariſſime oſtendimus? Cicero Attic. lib. 3. epiſt. 19. *In Epirum me ſtatui conferre, non quo mea intereſſe loci natura* : idem 4. Finib. *Mihi non ſatis videmini conſiderare, quid interſit naturæ quæque progreſſio.* Terent. Adelph. I. 1. 51. (4) *Hoc pater, ac dominus intereſt.* Plaut. Moſtell. 2. 1. 60. *Pluma haud intereſt*,

(4) *Hoc Pater ac Dominus intereſt.*] Aliena ab hac conſtructione, & ſimul durior paulo, eſt hæc Terentii locutio, cujus idoneam rationem aut Ellipſin vix invenias. Credo tamen dici pro *ad hoc diſcrimen*, ſeu *ad hunc modum, intereſt inter ſe Pater ac Dominus*, h. e. diſcrepat. Nempe Verbum hoc ſæpe etiam diſcrepantiam notat, & hinc ejus quoque ſignificationis conſtructionem ſibi vindicavit. Gellius V. 18. ſimpliciter & analogice loquitur, *quid ipſe inter Res Geſtas & Annales eſſe dixerit.* At Cicero Academ. Quæſt. IV. 9. *Negant illa quidquam a falſis intereſſe*, h. e. diſcrepare; Et cap. 26. *Nullum eſſe viſum verum a ſenſu profectum, cui non appoſitum ſit viſum aliud, quod ab eo nihil interſit, quodque percipi non poſſit.* Et ad Attic. V. 19. *quoniam τὸ νεμεσητὸν intereſt τοῦ φθονεροῦ.* Hic jam omittitur ipſa etiam Præpoſitio. Terent. Eun. II. 2. 1. *Stulto intelligens quid intereſt!* ubi peſſime a quibuſdam diſtinguitur. Gellius III. 14. *quid Dimidium Dimidiato interſit.* Manifeſte in his omnibus τὸ *Intereſt* non tantum ponitur pro *diſcrepat*, *differt*, ſed & horum Verborum conſtructionem adſumit ſibi. Atque ideo Cicero de Finibus III. 7. in eundem ſenſum & conſtructionem conjungit illa, *Nihil eſſe, quod Interſit aut Differat aliud ab alio.* Sed & hinc petenda eſt ratio locutionis, qua Seneca utitur Nat. Quæſt. I. præfat. *Quid illis & nobis intereſt, niſi exigui menſura corpuſculi?* Livius XXVIII. 9. *Id modo in decreto interfuit, quod M. Livii exercitum reduci, Neronis manere juſſerunt*, h. e. diſcriminis fuit. Vide & ipſum Sanctium ac Scioppium infra IV. 6. p. 690. De aſſumpta Verborum ejuſdem Significationis Conſtructione vide Me ſupra cap. 3. ad Verbum *Interdico.*

eſt, patronus an cliens fuat. Terent. Adelph. *Quid iſta, Æſchine, noſtra?* ſubaudi *interſunt*, vel *referunt*. Syntaxis eſt, *Æſchine, quid iſta ſunt inter noſtra negotia?* Donatus ad illud Terentii in Phorm. *Quid tua, malum, id refert?* ſubdit, *Et quære, quomodo dicatur, quid mea, quid tua? an deeſt* AD, *ut ſit, ad mea, ad tua?* Hæc Donatus, qui etiamſi omnino ſcopum non attigit, tamen contra Grammaticos, accuſativos, non ablativos eſſe indicavit. De verbo REFERT, aut potius REFERO, minus eſt dubitandum; ſemper enim activum eſt, etiam in *Mea refert, tua non refert*, ut, *hic puer patrem refert*, id eſt, repræſentat: *hoc rem tuam minime refert*: Sed accipe verum ſuppoſitum. Cicero Attic. *Quid refert una ſententia omnium?* » [pro quo vulgo dicunt, *Quid importat*, id eſt, af» fert; ut Lucret. 3. *Aut aliam quamvis cladem importare* » *pericli.* Et Cicero, *Detrimenta rebus publicis per homi-* » *nes eloquentes importata.*] Varro lib. 1. *Hæc varietas maxime refert.* Plinius lib. 7. cap. 6. *Inceſſus in gravida refert*: & lib. 11. cap. 51. *Multum tamen in his refert & locorum natura*: & lib. 16. cap. 33. *Neque terræ tantum natura circa has refert*: & cap. 39. *Infinitum refert lunaris ratio*: & lib. 17. cap. 24. *Refert & tempus anni*: & lib. 18. cap. 21. *Plurimum enim refert ſoli cujuſque ratio*: & capit. 31. *Longitudo in his refert, non craſſitudo.* Lucretius lib. 4. *Uſque adeo magni refert ſtudium, atque voluntas.* (5) » [Ubi ſubaudi *Quid*, vel *Aliquid*, ſicut » idem

(5) *Ubi ſubaudi, Quid.*] Immo aliquid amplius. Nempe *refert ſe ad magni momenti negotium.* Sic apud Terentium Phorm. IV. 5. 11. *Quid tua, malum, id refert?* CH. *Magni, Demipho.* h. e. propter quid refert ſe id ad tua negotia? reſpondente altero, refert ſe id ad mea magni momenti negotia. Sic *magni intereſſe*, Cicero Famil. II. 19. *Magni enim videbatur intereſſe, ad eam neceſſitudinem, quam nobis ſors tribuiſſet, conſuetudinem quoque accedere*, h. e. eſſe inter noſtra magni momenti negotia. Videntur hæc quidem ſic ſatis expedita. Poſſis tamen Genitivis hiſce etiam peculiarem in hac locutione dare Conſtructionem & Ellipſin,

Digitized by Google

» idem lib. 1. *Propterea magni quid refert ſemina quæque*
» *Cum quibus, & quali poſitura contineantur.* Plaut. Perſ.
» act. 4. ſc. 4. *Quid id ad me, aut ad rem meam refert,*
» *Perſæ quid rerum gerant?* Et mox; *Nunc ad illud ve-*
» *nies, quod refert tua.* Et ſc. 5. *Prius percunctari volo,*
» *quæ ad rem referunt*: idem Mil. act. 2. ſc. 1. *Quid me-*
» *miniſſe id refert ad hanc rem tamen?* Et Trucul. act. 2.
» ſc. 4. *Cui rei retulit te aſſimulare?* Ex quo loco appa-
» ret, nugari Verrium, cum *Refert* explicat *Rei fert*,
» quaſi *Re* ſit Dativus, non Ablativus.] Præterea autem hinc intelliges apertiſſime, errare Grammaticos, quum dicunt *mea*, *tua*, *ſua*, eſſe ablativos fœmininos, (6) quia ex illorum regula in oratione infiniti verbi dicendum

Ellipſin, ferme, uti fit, quando junguntur Verbis *æſtimandi*. Nam ſicuti, quum dico, *Ego id parvi facio*, aut *puto*, ſenſus eſt, *Ego id negotium facio*, aut *puto*, *negotium parvi momenti.* Ovidius in Epiſt. Deianiræ ad Herculem v. 10. de Jove, *cui nox, ſi creditur, una Non tanti, ut Tantus conciperere, fuit*, h. e. non fuit tanti momenti negotium, ut eâ unâ Tu tantus conciperis. Florus IV. 12. *Utinam vincere Germaniam tanti non putaſſet*, h. e. non putaſſet negotium tanti momenti. Sic quando dicitur, *illud noſtra refert magni*, id ita ſupplere queas; *Illud, quod ad*, [illegible], ſeu *tanquam exiſtens, aliquod magni momenti negotium, refert ſe ad noſtra negotia.* Alterutro certe modo, ſed mea ſententia, priore potius, ſupplenda hæc & accipienda videntur. Et ſic Plautus Bacchid. III. 4. 20. *Mea illud nihilo pluris referet.* Et Rudente IV. 3. 27. *Nihilo pol pluris tua hoc, quam quanti illud refert mea*, Locum Lucretii, quo uno hic nititur Scioppius, iterum deprehendo, parum integra fide ita citari, quum verſus iſti occurrant lib. 1. v. 759. & ita leganter, *Propterea magni quod refert, ſemina*, &c. Neutiquam ergo iſtic apparet *magni quid*, ſed abſolute ponitur *magni refert.* Et ita iiſdem fere verbis lib. I. v. 817. & 907. *Atque eadem, magni refert, Primordia ſæpe Cum quibus & quali poſitura contineantur. Jamne vides igitur, paulo quod diximus ante, Permagni referre, eadem primordia ſæpe Cum q.* &c.

(6) *Quia ex illorum regula &c.*] Nullam omnino vim, nullam rationem in hoc argumento perſpicere poſſum. Nam ſi *Mea*, *Tua*, *Sua*, eſſent Ablativi, quod tamen non ſunt, manerent utique etiam in Infinitis locutionibus, nec ulla ratio foret aut cauſa mutandi iſtic caſum. Perinde enim eſt, ſive dicas, *Tua refert, ut hoc cognoſcas*, ſive *Scio, tua referre, ut hoc cognoſcas.* Recte

 autem

cendum eſſet; *Dico*, vel *arbitror*, *meam referre*; *ajunt meam intereſſe*, non *mea*. Sed contra Plinius lib. 14. *Manifeſtum eſt, patriam ſolumque referre, non uvam*; & lib. 21. *Diximus & terram referre plurimum.* Dicimus itaque Latine, *Mea intereſt*, *noſtra refert*, *regis intereſt*; *cujus*, vel *cuja intereſt*, vel *refert*, ſubaudi, *officia*, *opera*, *munera*, vel *negotia*; & *Intereſt* ab *Inter*, non, a *Re*, componi diſerte indicant illi Horatiani verſiculi Satyr. 2. lib. 1.

Rem patris oblimare malum eſt ubicunque? quid inter Eſt in matrona, ancilla peccesſve togata.

Tum præterea, ſi verum eſſet, ablativum *Re*, in *intereſt*, & *refert*, (ego in *Intereſt*, *re*, non invenio) movere has tragœdias, illud *Re*, deberet produci. Sed Horatius dixit in arte:

Intereſt multum Davuſne loquatur, an herus.

Non igitur illic, *Re*, eſt, ſed *Inter*. At dices, *Refert* imperſonale, *Re*, producit, quia ſignificat, *res fert*. quam hoc falſum ſit, diſputavimus in Arte, quum de *Re* egimus in quantitate. » [Juvenalis quidem (7) perſpi-» cue corripit; *Sportula quid referat, quantum rationibus* » *addat.* Vulgo Itali dicunt, *Quanto importa la parte*, » id eſt, quantum refert, affert, apportat. Terent. » *Neſcit hoc lucri quantum ei damni apportet.* Ubi & *Im-* » *portat* dici potuiſſe, jam modo ex Lucretio, & Tul-» lio apparuit.]

CAP. VI.

autem Plinius utroque in loco. Nam *diximus & terram referre plurimum*, pro, diximus & terram prodeſſe plurimum, ſeu, pertinere & referre ſe ad iſtius rei rationes. In Finito diceretur *Terra quoque refert plurimum*, vel, ut dixit, *Plurimum refert ſoli cujuſque ratio.* Vide ipſum Sanctium pag. ſup.

(7) *Perſpicue corripit.*] Haud ita perſpicue. Nam *referat* habet hic vulgatam ſignificationem referendi aliquid in ſuas rationes. Vide locum, qui eſt in Satyra prima. Accedit, quod alibi paſſim producatur imperſonale hoc *refert*. Certe aliis locis probari debuiſſet contrarium.

Digitized by

Cap. VI.

De Verbo Infinito, ſeu imperſonali. Infinitum eſt Nomen Verbi, non determinatur a Verbis: pro omni caſu poteſt poni. Tempus eſt abire *Latine dicitur & uſitate.*

ANXIE torquentur Grammatici, dum, quæ verba infinitivum determinent, expiſcantur; ſed fruſtra ſudant, & nihil explicant. Quanto rectius Priſcianus, qui ex antiquis ſic diſputat: *Vim Nominis rei ipſius habet verbum Infinitum; unde quidam Nomen verbi hoc eſſe dicebant: dico enim*, bonum eſt legere, *ut ſi dicam*, bona eſt lectio. *Hæc ille.* Minervæ placet, Infinitum ſemper eſſe verbum, ſed ejus totum ſenſum & orationem ſumi pro aliquo caſuum. Aliquando vero Nomen verum eſt; ut, *Scire tuum*; *Noſtrum vivere.* » [Sic *Fieri* & » *Facere*, nomina ſunt, & *Factum* ſignificant, (1) *Quoad* » *ejus fieri poteſt*, id eſt, poſſibile eſt; *quoad ejus facere* » *potero*,

(1) *Quoad ejus fieri poteſt.*] Perperam has locutiones accepit Scioppius. Neutiquam enim Genitivus iſte regitur a *fieri* vel *facere*, tanquam veris Nominibus, quod neque ſenſus locutionis patitur, (nam quid tandem foret, *Quoad ejus factum potero?*) ſed a ſuppreſſo provocabulo *Aliquid.* Idem enim eſt, ac ſi diceretur, *Quoad aliquid ejus facere potero.* Gronovius pater in hiſce locutionibus maluit legi *Quod* pro *quoad.* Vide Eum ad Liv. XXVI. 32. *Se mandaturos Conſuli, quod ſine jactura reip. fieri poſſet, fortunis ejus civitatis conſuleret;* ubi ex MStis reſtituit τὸ *quod*, cum vulgo ederetur *quoad.* Similiter XXXIX. 45. *Id eos ut prohiberet, quod ejus ſine bello poſſet, prætori mandatum eſt.* Ubi itidem ſic primus edidit ex ſcriptis codicibus. Et notandum, hic jam omitti τὸ *facere* vel *fieri*, & manifeſte in iſta lectione τὸ *ejus* regi a *quod*, ſicuti ſæpiſſime regitur talis Genitivus a Pronominibus. Terent. Eun. I. 2. 122. *Quicquid hujus feci, cauſa virginis feci.* & V. 6. 10. *Quicquid hujus factum eſt, culpa non factum eſt mea.* Heaut. III. 3. 10. *At mihi fides apud hunc eſt, nihil me iſtius facturum.* Plautus Caſin. III. 2. 26. *Si quid ejus eſſet.* Mercat. IV. 3. 37. *Nihil hercle iſtius quicquam eſt*; ſcil. negotii, quod tu ſuſpicaris. Cæſar B. Gall. III. 4. *Quarum rerum a noſtris fieri nihil poterat.* Certum porro eſt, τὸ

» *potero*, pro, ejus rei factum.] Sed jam exemplis per omnes caſus ductis rem explicemus.

In recto dixit Horat. *Virtus eſt vitium fugere*, Ubi τὸ *Fugere* ſuppoſitum verbi eſt, ut ſit, *Fugere vitium*, id eſt, *Fuga vitiorum*, *eſt virtus*: ſic alibi, *Dulce eſt deſipere in loco*, id eſt, deſipere in loco eſt negotium dulce. I nunc, & dic, Verbum, *Eſt*, determinare infinitum. Attende diligenter verba Ciceronis 3. Officior. *Non enim falſum jurare pejerare eſt, ſed quod ex animi tui ſententia juraveris, ſicut verbis concipitur more noſtro, id non facere, perjurium eſt.* Vides hic, *Pejerare* & *perjurium* idem omnino eſſe: idem 3. Tuſcul. *Si autem caderet in ſapientem ægritudo, caderet etiam iracundia*: ſubdit deinde, *Etenim ſi ſapiens in ægritudinem incidere poſſet, poſſet etiam in miſericordiam, poſſet in invidentiam*: & paulo inferius ſic colligit; *Cadit igitur in eundem & miſereri, & invidere.* Hinc tu quoque collige, *Invidentiam* & *Invidere*, *Miſericordiam* & *Miſereri*, non differre. Ovid. 2. Metamorph. (2) *Poſſe loqui eripitur*, id eſt, poteſtas loquendi.

Pro

τὸ *Quod* ſæpe iſto ſenſu poni pro *Quantum*, Sueton. Nerone 31. *Quod ubique eſſet cuſtodiæ*, h. e. quantum captivorum. Cæſar B. Gall. III. 16. *Tum, navium quod ubique fuerat, unum in locum collegerat.* Sic *Quod in te uno fuit*, Plautus Capt. III. 4. 2. & alibi. *Quod in te eſt*, Terent. Heaut. IV. 8. 4. & Adelph. IV. 5. 58. *Quod poteris*, Eun. II. 1. 8. & Heaut. III. 1. 7. Simile eſt, quod ait Cæſar B. Gall. 1. 35. *Senatus cenſuit, ut, quicunque Galliam obtineret, quod commodo Reip. facere poſſet, Æduos defenderet.* Et ſic paſſim Cicero in Epiſtolis, quando quid alium rogat. Sed tamen alterum quoque ſatis probum eſt & frequens. Certe in optimis reperias Edd. *Quoad ejus facere poteris* apud Cicer. Famil. III. 2. *Quoad ejus fieri poſſit* V. 8. & de Invent. II. 6. & ad Heren. I. 2. Intellige in omnibus his locis *aliquid*: ſic nihil ſupererit hæſitationis. Sed & ſæpe, uti hic, integris locutionibus præmittitur hæc vocula *quoad.* Sic Cicero Famil. X. 24. *quod ipſe, quoad ego noſſe potui, humaniſſimi fuit ſenſus.* Pro Archia cap. 1. *Quoad longiſſime mens mea poteſt reſpicere ſpatium præteriti temporis.* Pomp. Mela. I. 8. *Nam gregibus, quoad poteſt, parcitur.* Plautus Aſinar. II. 2. 30. *Voce ſumma, quoad vires valent.*

(2) *Poſſe loqui &c.*] Adde Cicer.

Digitized by Google

Pro Genitivo. Cicero, *In ſpem venio tuum adventum appropinquare.* Plaut. Moſtell. *Nolo facere mentionem te has emiſſe.* Terent. Phorm. *Summa eludendi occaſio eſt mihi nunc ſenes, & Phædriæ curam adimere argentariam.* Virgil. *Sed ſi tantus amor caſus cognoſcere noſtros*: idem 3. Æneid. *Certa mori*: ut ante dixerat, *Æneas certus eundi.* Catul. *Surgere jam tempus, jam pingues linquere menſas.* Horat. *Indocilis pauperiem pati.* Pomp. Mela lib. 2. cap. I. *Famam habent, ſolere pro victimis advenas cædere.* Ovid. *Signa dedi veniſſe Deum.* Plinius lib. 7. cap. 55. *Puerilium iſta deliramentorum, avidæque nunquam deſinere mortalitatis, commenta ſunt.* Cicero, (3) *Haberemque in animo navem conſcendere.* Sic dicimus, *Tempus eſt venire, hora eſt abire*, pro *veniendi*, & *abeundi*; quod quia Græcorum more dici, & poëtis tantum concedi credit Valla lib. 1. cap. 25. Oratorum etiam exemplis confirmabo. Cicero Attico lib. 10. *Quamquam tempus eſt, nos de illa perpetua jam, non de hac exigua, vita cogitare*: idem 1. Tuſcul. *Tempus eſt jam hinc abire me*: idem 3. Naturæ Deorum, *Magnam moleſtiam ſuſcepit Chryſippus reddere rationem vocabulorum*: idem Verrin. 4. *Poteſtas erat ſeſe graviſſima levare infamia*: ibid. *Capit conſilium de amicorum & propinquorum ſententia, non adeſſe ad judicium*: » [& 14. ad Attic. 13. *Cum conſilium cepi legari a Cæſare*:] idem pro Quintio, *Te conſilium cepiſſe hominis propinqui fortunas funditus evertere*: idem pro Cæcinna, *Nullam eſſe rationem amittere hujuſmodi occaſionem*: idem in Topicis, *Sed jam tempus ad id, quod inſtituimus, accedere*: ad

cer. Famil. VI. 11. *Nec enim acciderat mihi opus eſſe*; de Offic. III. 29. *Si nihil malum eſſet, niſi dolere.* Lucretius IV. 769. *Præterea Meminiſſe jacet languetque ſopore.* Plaut. Perſa III. 1. 48. *Lubere per me tibi licere intelligo, Verum Lubere haud lubeat, ſi liceat, mihi.* Alia & longe majore numero per omnes caſus exempla vide apud pleroſque Grammaticos, Voſſium, Bangium, Urſinum &c.

(3) *Haberemque in animo &c.*] Locus hic non exhibet nobis exemplum Infinitivi pro Genitivo poſiti, niſi intelligi neceſſario quis putet *conſilium*, quod neutiquam eſt opus. Sed & alienum eſt, quod ſeq. pag. ex Cæſare lib. 5. de B. Gall,

ad Heren. 3. *Tempus eſt ad cæteras partes rhetoricæ orationis proficiſci.* Salluſt. *Non fuit mihi conſilium, ſocordia atque deſidia bonum otium conterere*: idem, *Quibus in otio vel magnifice, vel molliter, vivere copia erat.* Livius lib. 30. *Tempus eſſe, aut pacem componi, aut bellum gnaviter geri*: idem lib. 44. *Conſilium igitur cepit, transfoſſo pariete iter in urbem pateſacere.* Cæſar lib. 5. Gallic. *Reſpondit, non eſſe conſuetudinem populi Rom. ab hoſte armato conditionem accipere*: idem, *Conſilium capit, omnem a ſe equitatum noctu dimittere.* Curtius lib. 7. *Sed tempus, ſaluti ſuæ, tanta jam parta gloria, parcere*: idem lib. 4. *Cupido, haud injuſta quidem, cæterum intempeſtiva, inceſſerat, non interiora modo Ægypti, ſed etiam Æthiopiam inviſere.* Sueton. Calig. *Ita bacchantem atque graſſantem non defuit pleriſque animus adoriri.* Valer. Maxim. lib. 2. *Sed tempus eſt eorum quoque mentionem fieri.* Plinius lib. 13. in procemio, *Indociliſque naſci alibi.* Terentius Andr. *Poſt ubi jam tempus eſt promiſſa perfici.* Virgil. *Jam tempus agi res.*

(4) Pro Dativo, ſeu Accuſativo cum *Ad.* Horat. 1. Epiſt. *Fons etiam rivo dare nomen idoneus*: idem in Arte, *Tibia aſpirare, & adeſſe choris, erat utilis.* Virgil. *Et cantare pares & reſpondere parati.* Pom. Mela lib. 2. de quodam fonte, *potarique pulcherrimus.* Ovid. 1. epiſt. *Nec mihi ſunt vires inimicos pellere tecto*: idem 1. Metam. *Sedit extinguere*: ibid. *Fluctuſque & flumina ſigno Jam revocare dato.* Salluſt. Catil. *Et vos ſervire magis, quam imperare, parati eſtis.* » [pro, ſervituti magis, quam » imperio.]

Pro

Gall. adfert Sanctius; nam conſtructio hic & illic eſt Accuſativi; *reſpondit enim, accipere conditionem non eſſe conſuetudinem populi Rom.*

(4) *Pro Dativo ſeu Accuſativo cum Ad.*] Adde his Ovid. Metam. III. 596. *Quo non alius conſcendere ſummas Ocyor antennas, prenſoque rudente relabi.* Et V. 55. *Ille quidem jaculo quamvis diſtantia miſſo Figere doctus erat, ſed tendere doctior arcus.* Et v. 146. *Æthionque ſagax quondam ventura videre.* Et XV. 121. *animal natum tolerare labores.* Frequens hæc conſtructio eſt Horatio. Veluti

Pro accuſativo, ut illud Demoſthenis, *Non tanti emo pœnitere.* Plaut. Perſ. *Didici vera dicere.* Perſius, *Niſi te ſcire hoc ſciat alter.* Horatius, *Reddes dulce loqui, reddes ridere decorum*: idem, *Da mihi fallere, da juſtum, ſanctumque videri.* Terentius, *Juſſi ei dare bibere*: (5) idem, *Vultiſne eamus viſere?* Sic, *Cogis me flere, diſcedere, ridere*: item illa, *Pergis pergere? Tendit tendere, Abin abire?* pro accuſativo cum præpoſitione. Terentius Heaut. *Deſine Deos gratulando obtundere, tuam eſſe inventam*, id eſt, propter inventam gnatam. Plaut. Moſtell. *Mæſtus eſt, ſeſe has ædeis vendidiſſe.* Lucanus, *O faciles dare ſumma Deos, eodemque tueri Difficiles*, id eſt, ad dandum, & tuendum. Virgil. *Nam me diſcedere flevit*, id eſt, ob meum diſceſſum: » [idem, *Armari edice*, » id eſt, jube armaturam ut armentur.]

Pro ſexto caſu. Cicero 1. Tuſcul. *Hominum quanta ſit*

uti Od. I. 10. *Callidum, quicquid placuit, jocoſo condere furto.* Od. 12. *Blandum & auritas fidibus canoris ducere quercus.* Od. 15. *Conjurata tuas rumpere nuptias.* Ibid. *Celerem ſequi*, h. e. *ad ſequendum*, vel etiam *in ſequendo.* Huc referri etiam illud Terentii poſſit, Eun. I. 1. 3. *An potius ita me comparem, non perpeti meretricum contumelias*, pro, ut non perpetiar. Sic Ovid. in Epiſt. Hypſipyles v. 144. *Hiſcere nempe tibi terra roganda fuit*, h. e. ut hiſceret. Plautus Trucul. IV. 2. 26. *Dedi equidem hodie ei quinque argenti deferri minas*, h. e. ut deferrentur. Sic forſan Ovid. Arte 1. 681. *Fabula nota quidem, ſed non indigna referri*, h. e. ut referatur.

(5) *Idem &c.*] Diſertiora ſunt, in quibus Infinitum quaſi accuſativus regitur a Verbo, apud Salluſt. Jug. 31. *Pars eorum occidiſſe Tribunos plebis, alii quæſtiones injuſtas, plerique cædem in vos feciſſe, pro munimento habent.* Plaut. Pœn. I. 2. 100. *Ego amo hanc. At Ego eſſe & bibere.* Nepos Milt. 4. *Si animadverterent, auderi adverſus ſe tam exiguis copiis dimicare*, h. e. dimicationem, pugnam. Sic Virgil. Ecl. 2. 43. *Jamdudum a me illos abducere Theſtylis orat*, h. e. eorum abductionem. Cic. Famil. VIII. 14. *Si ſcribere oblitus es.* & XV. 15. *Ut ipſum vinci contemnerent.* Ovid. in Epiſt. Oenones V. 132. *Quæ toties rapta eſt, præbuit ipſa rapi.* Duriora ſunt & Elliptica. Plaut. Aulul. II. 4. 29. *Aquam hercle plorat, quum lavat, profundere*, h. e. propterea quod profundat. Ovidius Metam. XIV. 466. *neve hæc commenta putetis, Perpetiar memorare tamen*, ſcil. me ipſum, h. e. abdurabo animum ad hoc, ut ego ipſe id vobis memorem.

ſit mens, (6) *difficile eſt exiſtimare*: idem Oratore, *Eſſe igitur in oratione numerum quendam, non eſt difficile exiſtimare.* Sic, *dignus amari*, *Contentus ſcripſiſſe*, *Indignor ſervire malis.* Ovid. *O puer digniſſime credi, eſſe Deus.* Plaut. Epid. *Ego ſum defeſſus reperire, vos defeſſi quærere.* Salluſt. Jugurth. *Audito regem in Siciliam tendere*, id eſt, audito regis itinere.

Ex his jam liquet, Latine & uſitate dici, *Tempus eſt abire*, quod multi putarunt, tum græcam eſſe phraſin, tum poëtis tantum conceſſam. Liquet item, Infinitum non ſumi pro imperfecto; ut, *Dicere*, pro *dicebat*: nam intelligitur verbum aliquod. Vide *Cœpit* in Ellipſi Verborum. Verba Quinctiliani ſunt lib. 9. cap. 3. *At, quæ per detractionem fiunt Figuræ, brevitatis novitatiſque maxime gratia petuntur, quarum una eſt ea, quam libro proximo in figuras diſtuli, Synecdoche, quum ſubtractum verbum aliquod ſatis ex cæteris intelligitur; ut Cœlius in Antonium*: Stupere gaudio Græcus: *ſimul enim auditur*, cœpit. Hæc Fabius acute, niſi vocaſſet *Synecdochen*, quæ eſt Ellipſis. Melius Donatus in Hecyr. *Injurias viri omnes ferre. Figura*, inquit, *Ellipſis eſt.*

CAP. VII.

rem. At hæſito, quo referendum ſit, aut cujus caſus vicem ſuſtineat infinitivus apud Terent. Andr. II. 2. 31. *Etiam puerum inde abiens conveni Chremis Olera & piſciculos minutos ferre obolo in cœnam ſeni.* An *conveni* iſtic peculiarem habet ſignificationem, talemque, quæ aliquid a Verbo *Invenire* traxerit, atque adeo notet, *conveniens comperi?*

(6) *Difficile eſt exiſtimare.* Illud vero, ut & quod ſequitur, alieniſſimum eſt ab hoc loco. Nam infinitum hic ponitur pro Nominativo. Et ita mox in illo, *Indignor ſervire malis*, infinitum ſuſtinet vicem Accuſativi. At certiora ſunt, in quibus Infinitum cum Ablativo jungitur. Sic Livius XXVIII. 17. *Haud cuiquam dubio opprimi poſſe.* Tacitus An. IV. 36. *Comperto ficta in eum crimina.* Gellius VII. 3. *Capto jam fieri.* Horatius Od. 1. 12. de Caſtore & Polluce, *Hunc equis, illum ſuperare pugnis Nobilem*, h. e. ſuperando. Et Ode 15. *Celerem ſequi*, h. e. in ſequendo.

Digitized by Google

Cap. VII.

Cupio eſſe divitem, *Latine dicitur*; cupio eſſe dives, *Græce.*

Valla libro 3. cap. 23. Spero tibi eſſe bonus amicus; Credo tibi fuiſſe fidelis, *proprie dicitur*; *Per accuſativum vero non, niſi alterum accuſativum addas, qui antecedat infinitum, hoc modo*; Spero me tibi eſſe bonum amicum; credo me tibi fuiſſe fidelem. *Hoc dictum*, inquit Budæus in comment. ling. Græcæ, *improbare videtur illud Ciceronis* Pro Quinctil. *Ne, ut par quidem ſit, poſtulat, inferiorem eſſe patitur*: & ad Attic. lib. 10. *In Italia autem nos ſedentes quid erimus: nam medios eſſe jam non licebit.* Cæſar, *Tenuem ſectemini prædam, quibus licet eſſe fortunatiſſimos.* (1) Curtius, *Ad veſtras manus confugio, invitis vobis ſalvum eſſe nolo. Hæc Budæus.* Sed quia ex his, quæ ille adducit, multa pervertunt, aut invertunt Grammatici, planius hæc diſquiramus. Infinitum *Eſſe*, *Dici*, *Haberi*, *Fieri*, & ſimilia, quocunque caſu præcedente, poſtulant ſemper accuſativum, ſi modo reſpiciat præcedentem; qui autem præceſſit caſus, accuſativus erit expreſſus, vel ſubauditus; ut, *Cupio dici doctum*, *Præceptoris intereſt eſſe doctum*; *Licet vobis eſſe beatos*; *Utor amico cupienti fieri probum.* Barbare enim docet Aſcenſius in Vallam, *Miſerere volentis tibi eſſe amici*; &, *Damnor a nolente eſſe bono.* Quum vero dicimus, *Dicor eſſe felix*, *cupio dici doctus*, *non vacat tibi eſſe quieto*, Græco more dicitur, atque ita, ut Latinis canonibus defendi non poſſit, ut in *Helleniſmo* diſputabitur. Nunc autem quia & Laurentius, & Recentiores,

(1) *Curtius, ad veſtras &c.*] De hoc loco, qui occurrit VI. 9. 34. & in quo legitur nunc in optimis edd. *Salvus*, Vide omnino Urſinum To. 2. pag. 377. 378. Sed & apud Cæſarem B. Gall. VI. 36. reperio in ultimis edd. *fortunatiſſimis.*

res, hanc loquendi formam, *Cupio eſſe doctum*, Latine dici non poſſe arbitrantur, ex antiquiſſimis auctoribus comprobemus; & præter illa, quæ Budæus vere & apte in medium produxit, hæc attentis auribus conſiderare. Plaut. Ciſtell. ſc. 1. *Quia ego nolo meretricem dicier*: » [& Merc. act. 1. ſc. 2. *Vin' tu te mihi eſſe obſe-* » *quentem*:] (2) Cicero de opt. gener. orat. *Quare ſi quis, qui Thucydidio genere cauſas in forum dicturum eſſe profiteatur, is*, cæt. Virgil. 8. Æneid. *Hoc ſignum cecinit miſſuram diva creatrix, Si bellum ingrueret, Vulcaniaque arma per auras Laturam auxilio.* Curt. 8. *Octoginta talenta conſtituit daturum Alexander.* Terent. Andr. *Dicam aliquid jam inventurum*: ibid. *Ut dicam*, [additur in Terentio *Me*, & ita nihil huc pertinet hic locus, qui eſt IV. 1. 37.] *eſſe ducturum, patri*: ibid. *Nam pollicitus ſum ſuſcepturum*: idem Eunuch. *Is hodie venturum ad me conſtituit domum.* Horat. lib. 1. epiſt. 7. *Vir bonus, & prudens dignis ait eſſe paratum*: ibid. epiſt. 16. *Pulchra Laverna da mihi fallere; Da juſtum, ſanctumque videri*: idem 1. Serm. *An, ut ignotum, dare nobis verba putas*: idem, *Quo tibi, Tulle, ſumere depoſitum clavum, fierique Tribunum?*

(2) *Cicero de Orat.*] Hic locus, & pleraque quæ ſequuntur, nullam habent argumenti vim contra Vallam, quum tantum oſtendant ſæpe per Ellipſin omitti Accuſativum Pronominis, quod Valla nunquam negaverit. Cenſuit enim ille, quum dicatur uſitatiſſime *Cupio eſſe doctus*, non ſatis Latine ergo dici poſſe, *Cupio eſſe doctum.* Monuit hoc etiam Urſinus To. 2. p. 378. & quædam tantum probare id, quod probare contra Vallam debebant, ait. At inter hæc ipſa ab Urſino admiſſa reperiuntur etiam, quæ aliena ſint ab inſtituto contra Vallam argumento. Certe illud Lucani plane alienum eſt, *Conceſſa pudet ire via, civemque videri.* Nam quomodo tandem credimus Vallam, ſi aliter vellet, id elaturum fuiſſe. Nec enim voluiſſet dici, *Conceſſa pudet ire via, civiſque videri*, ſed retuliſſet ſine dubio *pudet* inter Verba, quæ, ut ait, *Nominativum recuſent.* Vide me not. ſeq. in fine. Deinde quid differt illud hanc in rem ab illo Martialis, *qui tanti putas fieri*, ſcil. te, *poëtam poſſe;* Hoc autem *prorſus alienum* ille cenſet. Ego vero non video, quare hoc magis, quam illud, ipſi ita videatur.

Digitized by Google

num? Varro ling. latin. *Quum hic liber id, quod pollicitus eſt demonſtraturum, abſolverit, finem faciam.* Lucan. 2. *Conceſſa pudet ire via, civemque videri.* Martial. 1. *Erras meorum fur avare librorum, Fieri poëtam poſſe qui putas tanti, Scriptura quanti conſtet.* Ovid. epiſt. *Eſt mihi ſupplicii cauſa fuiſſe piam.* Metamorph. 9. *Et me dignus eras, verum nocet eſſe ſororem.* Martial. *Eſſe ſat eſt ſervum, jam nolo vicarius eſſe.* Quinctil. lib. 7. *An huic eſſe procuratorem liceat*: & 3. *Procuratorem tibi eſſe non licet.* » [Cicero, *Civi Romano licet eſſe Gaditanum.* (3) Plaut. » apud Feſtum, *Licet vos abire curriculo*: idem Caſin. act. » 3. ſc. 5. *Redire me intro licet*; & act. 1. ſc. 1. *Non* » *mihi licet meam rem ſolum loqui.* Livius 42. (4) *Neminem eorum per Italiam ire liciturum*, ſubaudi *eſſe*, id eſt, » fore ut neminem ire liceat.] Terent. *Nam expedit, bonas eſſe, vobis.* Ovid. 13. Metamorph. *Non hæc ſententia tantum eſt fida, ſed & felix, quum ſit ſatis, eſſe fidelem*: idem in Nuce; *Nocet eſſe feracem*; ibid. *Nudam tamen expedit eſſe.*

Nec

(3) *Plautus apud Feſtum.*] Quæ Scioppius hic, & in ſuperioribus ex Plauti Mercat. annotat, aliena ſunt a Sanctii inſtituto. Nec enim ille hic ponit exempla, in quibus Accuſativus exprimitur ante Infinitum; ſed in quibus ſupprimitur ante, exprimitur vero poſt Infinitum. Magis proinde appoſitum eſt huic Sanctii conſilio, quod ait Terentius Phorm. V. 2. 1. *Noſtrapte culpa facimus, ut malos expediat eſſe*, h. e. ut expediat quibuſdam, ſe eſſe malos. Sic Liv. I. 37. *Nec geſturos melius ſperare poterant.* I. 58. *Cum mortua jugulatum ſervum nudum poſiturum ait.* Gell. IV. 15. *Propoſuit dicturum cauſas, quamobrem videatur eſſe arduum, res geſtas ſcribere.* Intellige in his *ſe eſſe*. Sed & ipſe Sanctius ſæpe in his a Vallæ ſententia refutanda longe recedit. Nunquam enim ille negaſſet, latine dici, *nocet eſſe ſororem*, & multa his ſimilia. Nam diſerte eodem loco tradit: *quædam Verba, immo pleraque, cum Nominativo jungi recuſant.*

(4) *Neminem eorum &c.*] Verba hæc Livii XLII. 36. variis conjecturis fuerunt tentata, quia non animadverſum, negationem compoſitam in conſtruendo & explicando a nobis ſæpe dividendam. Senſus enim eorum eſt, *non liciturum, quenquam eorum ire per Italiam*, ubi poſterius comma accipiendum pro Accuſativo qui Infinitum, *liciturum eſſe*, præcedit. Vide & ſupra II. 10. 1.

Nec profuerit Grammaticis, ex dogmate repetere, ſi præceſſerit dativus, dativum ſequi, aut accuſativum: longe enim falluntur; nam dativus ille non præcedit. In illo quippe, *Non licet tibi eſſe bono*, ſyntaxis eſt, *eſſe bono non licet tibi*, & eſt Græca loquutio, de qua in *Helleniſmo*. Imo ergo ſic ſtatuo, ubi fuerint diverſæ ſententiæ orationes, nos non poſſe loqui ſine accuſativo; Ut, *præclarum eſt eſſe poëtam*; *beatiſſimum eſt felicem mori*; *Melius eſt mori pauperem, quam divitem*. Cujus generis ſunt illa, quæ citavimus; *quantum eſt, eſſe Jovis fratrem*, &, *nocet eſſe ſororem*. Cicero Marcello 4. epiſt. *Denique ſi fuit magni animi non eſſe ſupplicem victori*. Sed & in hac parte Græcos jure ſuo non fraudaverim, & eorum phraſin imitantes. Lucanus; *Tutumque putavit, Jam bonus eſſe ſocer*: quod damnat Valla, ſed fallitur, ut mox dicetur. » [Vellejus 2. *Parum habebat ſumma ac-» cepiſſe, & ex equeſtri ordine Conſul creatus eſſe*, pro, ſe » conſulem creatum eſſe. Propertius, *Jurabo bis ſex » integer eſſe dies*, pro, me eſſe integrum: idem, *Viſu-» ram & quamvis nunquam ſperaret Ulyſſem*, pro, ſe viſu-» ram. Agellius libro 4. cap. 11. *Is cibus tranquillitatem » mentis quærentibus conſtat eſſe contrarius*. Ubi Henr. » Stephanus, non animadverſo Helleniſmo, (5) impe-» rite Solœciſmum agitat.]

CAP. VIII.

(5) *Imperite ſolœciſmum agitat.*] Hodie tamen etiam in accuratiſſimis edd. aliter plane is locus legitur. Nempe, *quod habet inflationem magnam is cibus, tranquillitatem mentis quærentibus contrariam*. In loco Propertii II. 7. 45. legitur *Viſura*, & id voluit quoque Scioppius. In Patavina tamen hujus Minervæ Ed. reperias, etiam deterius, *Viſurum*. Locutionibus his adde illud Horatii Od. 1. 2. *patiens Vocari Cæſaris ultor*, pro, *te vocari Cæſaris ultorem*.

Cap. VIII.

Gerunda a Paſſivo Participio in Dus *& in* Tus. *Gerunda Priſca in* Dum. *Gerunda in* Di *&* Do *regunt Accuſativum. Vox in* Dus *ſemper participium paſſivum eſt. Voces in* Di, *&* Do, *etiam Paſſivæ, niſi accuſativum expreſſum habeant.* Tempus eſt legendi librorum *uſitate dicitur.*

GErunda dicuntur a *gerendo*, vel *gerundo*, (1) quod a participio gerantur & gubernentur. Apud Livium ſæpe legimus, *Pro re bene gerunda*; & Servius in Virg. ſæpe

(1) *Quod a Paſſivo Participio gerantur.*] Ineptiſſima hæc eſt ratio. Longe rectius Cledonius, cujus verba hiſce Sanctianis ſeq. pag. ſubjecit Scioppius, ideo ſic dici ait, *quod nos aliquid gerere ſignificent.* Revera enim ipſam Verbi actionem, ejuſque actionis moram, ſeu tractum rei gerendæ, notant. Male etiam puto, *Gerunda* appellari hæc vocabula, licet a re gerunda vere dicantur, & licet Sanctium hic adeo ſequatur Voſſius Anal. III. 9. & Conſtruct. cap. 53. ut non tantum rectius ita vocari, ſed & contra analogiam *Gerundia* vulgo appellari affirmet. Ego vero potuiſſe nos facile utraque iſta appellatione carere cenſeo, ſed ſiquidem adhibenda erit alterutra, illam ab analogia appellationum in arte Grammatica uſitatarum alieniſſimam, hanc iſti analogiæ convenientiſſimam, pronuncio. Etenim Veteres Grammatici nonnulli hæc vocabula habuerunt pro peculiari Verborum modo, alii pro Nominibus Verbalibus Participio diverſis. Utrumque; ut ego quidem arbitror, male, quum ſint varii & veri Caſus Participii in *Dus.* Sed tamen hæc recepta Grammaticis horum Vocabulorum a Participiis diſtinctio, propter uſitatam in iis Caſibus Ellipticam conſtructionem, fecit, ut peculiari quoque appellatione fuerint inſignita. Et ideo a prioribus Modus ille dictus eſt *Modus Gerundi*, vel *Gerundivus*, plane ut *Modus Indicandi*, vel *Indicativus*, *Optandi*, vel *Optativus* &c. a poſterioribus vero Nomina *Gerundia*, plane uti Nomen *Participium.* Sed & ejuſdem formæ ſunt, *Adverbium*, *Præverbium*, *Proverbium.* Nulli autem unquam dixerunt vel Modus *Indicandus*, *Optandus* &c. aut Verba *Indicanda*, *Optanda* &c. vel Nomen *Particeps.* Ita liquet ſic ſatis, ni fallor, rectius cum Priſciano & Aliis dici *Gerundia*, quam cum Sanctio, & Voſſio, & Urſino To. 1. p. 613. *Gerunda*,

Digitized by Google

ſæpe dicit, *Gerundi modus*; quamvis aliquando per errorem ſcriptum ſit, *Gerundii modus*. » [Cledonius ait, » *Gerundii verbum ideo dici, quod nos aliquid gerere ſignificet; utpote, Legendi cauſa veni; Legendo mihi contigit* » *valetudo; Legendum mihi erit.*]

(2) Olim a Participio in *Dus* quatuor gerebantur voces,

(2) *Olim a Participio in Dus.*] De *Gerundiis*, ut appellantur, & eorum Conſtructionis ratione, abunde egimus ad lib. I. c. 15. pag. 120. &c. Quæ ſi reſpicias, Lector, & diligenter conſideres, facile te expedies, puto, ex iis difficultatibus, quibus impliciti ſunt Sanctius, & alii. Nam, quæſo Te, quæ ratio iſta eſt, ſtatuere, *à Participio in Dus*, quod utique Paſſivum eſt, & eſſe agnoſcitur a Sanctio, *geri vocabula, quæ Accuſativum regant*: eademque vocabula, *ſi expreſſum habeant illum Accuſativum*, *Gerunda* appellare, & iis Activi Verbi non modo conſtructionem, ſed & ſignificationem tribuere: ſi non habeant additum, tum vero pro participiis paſſivis accipere. Si tantum diſcriminis in ipſam naturam & ſignificationem vocabulorum inducere valet Accuſativus, prout iis additur, vel non additur, quid cauſæ eſt, quare non omnia, quæ Paſſiva ceteroqui ſunt, pro vere Activis item habeamus, ſi iis Accuſativus, ut ſæpe fit, reperiatur adjunctus? Si ex. gr. *Exigendus, da, dum*, eſt Participium vere Paſſivum, ut eſt, & tamen Genitivus ejus vel Dativus erit Activus, ſi dicam, *Exigendi*, vel *Exigendo ſponſiones*: quidni, licet *Exigor*, & *Exactus*, ſint vere item Paſſiva, tamen hoc quidem Activum habeatur in his Plauti Trin. II. 4. *Quas ſponſiones tu pronuper exactus es.* Verum ſicuti hoc non admitteret Sanctius, ſic nec alterum illud debuerat ſtatuiſſe, ſed potius indagaſſe conſtructionis rationem, quæ revera eadem eſt in utroque quod ad Accuſativum attinet, quippe junctum utrique per Ellipſin præpoſitionis κατὰ. Urſinus tamen To. 2. p. 386. opponit nobis, *Paſſiva* quidem hanc conſtructionem Ellipticam *recipere haud invita*, immo *exigere*, at *Gerundia ei reluctari*: atque adeo *nihil duri, nihil, quod ab auribus & conſuetudine ſermonis Latini abhorreat, invenire* in eo ſe affirmat, quando *exactus es* ſuppletur per *ſecundum quas ſponſiones exactus es.* At quis etiam ita, ut ejus verbis utar, locutus eſt? Sumamus quæſo etiam illud Horatii, quod jam ante expoſuimus, *ut qui Nunc Satyrum, nunc agreſtem Cyclopa movetur.* Certum eſt hoſce Accuſativos per Ellipſin expediendos. At quam abſonum eſt dictu, *movetur ſecundum, quod ad, Cyclopa?* Sed & ſenſus ad ſpeciem eſt Activus, æque ac Gerundiorum, ſcil. *movendo ſe exprimit* vel *agit Cyclopa*. Porro, quid tanti etiam diſcriminis, quod ad duritiem, eſt inter *Tu exactus es ſponſiones*. *Tu exigendus,*

Digitized by Google

ces, quæ accuſativum regerent, & a participio in *Tus* una

dus es ſponſiones, venio ad exigendū abs Te ſponſiones? Ovidius Faſt. IV. 418. quum ait, *pauca docendus eris*, quid diſcriminis in ratione conſtructionis inter Illud, & Hoc, *prodeo ad docendum pauca?* Si *docendus* accuſativum non regit, ſed per Ellipſin ſibi adſciſcit, quæ ratio aliter ſentiendi de *Docendum?* Si meum ergo Ellipſeos ſupplementum admittitur in *Docendus*, quidni & in *Docendum?* Quod vero in Gerundiis quibuſdam *negotiū* additur, non alia eſt cauſa, quam quia ſunt Participia Neutrius Generis, quæ requirunt Subſtantivum, cujus vicem, quando incertum illud eſt & non expreſſum, plerumque τὸ *negotium* ſupplet. Res manifeſta ex eo, quod mox adferemus, *debellato quod ad Carthaginienſes attinet?* An durius eo erit, ſi dicā, *debellando, quod ad Carth. att.?* An non manifeſte in utroque intelligitur *Negotio?* Ita vero annon integrum habemus meum Gerundiorum ſupplementum, conſuetudini vel analogiæ ſermonis Latini ſatis congruens? Sed, ajunt, eodem modo, atque adeo conſtructione, dici *ſpecto ludos*, & *Veni ad ſpectandū ludos*, & *Eo ſpectatum ludos*. At vero factū eſt idem, ſeu ſpecies illa juncti proxime Accuſativi, verum ratio & conſtructio eſt diverſiſſima. Ceteroqui poſſem itidem tradere, eodem modo dici, *Doceo pauca* & *Tu docendus es pauca. Exigo ſponſionē*, & *Tu exactus es ſponſionem*: quod tamen falſiſſimam eſſe, ipſi ultro agnoſcunt. Longe ſpecioſius foret, ſi dixiſſent Gerundia & Supina, prout formata ſunt a Verbis, quæ vel Accuſativum requirunt vel Dativum, ita ſibi eoſdem caſus eodem plane modo adſciſcere. Nempe dicimus, ut notum eſt, *Juvare aliquem, Servire alicui.* Hinc ergo Gerundia & Supina eodem conſtruuntur modo: *Paratus ſum ad juvandum Te, Patriam*, &c. Et *ad ſerviendum Tibi.* Unde Virgil. Æn. II. *Grajis ſervitum matribus ibo.* Neutiquam vero dicitur, *Ibo ſervitum matres*, pro, quod ad matres. Sed ratio diverſitatis eſt, quod Hæc Dativum ſolum requirentia ſunt Verba Neutra, ſub quibus non ita commode intelligi poteſt *Negotium*, at Priora ſunt Activa, *quæ τὸ Negotium* requirunt, quod tunc porro per Ellipſin Præpoſitionis in Objectum Accuſativo exprimendum plerumque definitur. Accedit, quod Dativus per Grammaticam omnibus vocabulis poteſt jungi, modo patiatur id ſenſus. Is autem idem eſt plane, ſive dicas *ſervire alicui*, ſive *ire ad ſerviendum*, vel *ſervitum alicui.* Denique, ut ſæpe diximus, Veteres multi non ſatis perſpexerant ſemper aut indagarunt rationes locutionum Grammaticas, & ideo ex locutionibus rectis ſæpe perverſas formarunt. Res manifeſtiſſima ex iis, quæ ſeq. Cap. diſputamus, ubi, quia in Activo recte dicitur, *Eunt damnatum reum, Eunt factum mihi contumeliam* oſtendimus præter omnem analogiam dixiſſe quoſdam in Paſſivo, *Reus itur damnatum, Contumelia mihi factū itur.* Videntur ſane illi minime intellexiſſe iſtius locutionis

una tantum; ut, *lectum libros.* Vox in *Dum*, ſive in recto,

nis rationem, & tantum quia ſolet Accuſativus, Activis Verbis additus, mutari in Nominativum Paſſivis præmittendum, convertiſſe ergo etiam illic Accuſativum Activæ locutionis (licet neutiquam ille regeretur ab *Ire*, ſed per Ellipſin eſſet adjunctus Supino) in Nominativum Paſſivæ locutionis, præmiſſum verbo *Itur*, cujus tamen Suppoſitum eſſe nequit. Simili abuſu, vel errore, quia recte, ſed per Ellipſin certiſſimam, dicitur *dormire totam noctem*, mox hunc Accuſativum, quaſi directe & proxime regeretur a Verbo *Dormire*, converterunt nonnulli in Nominativum, veluti *Tota mihi dormitur hiems.* Vide complura prorſus ſimilia in iis, quæ ſupra ad Caput Tertium paſſim notavimus. Sic ergo & in hiſce Gerundiis & Supinis quidam retinuerunt forſan ſimpliciter Conſtructionem Accuſativi in Activo uſitatam, non multum attendentes ad Analogiam eorum, quæ Accuſativum non admittunt, niſi per Ellipſin. Liquet illud ex quibuſdam locutionibus certiſſimæ Ellipſeos, per quam Accuſativus jungitur Verbis Neutris, vel certe Verbis, quæ non illum Accuſativum, ſed alium regunt, & tamen jungitur etiam Gerundiis & Supinis. Tale illud, *quam viam nobis quoque ingrediendum ſit*; quum *Ingredi viam* paſſim quidem, ſed pro *ingredi in viam*, dicatur. Sic illud a Voſſio allatum, *Acceſſerat potatum totam noctem*, ubi Accuſativus iſte additur Supino, quia & Verbo addi ſolet, ſed per eandem utrobique Ellipſin. Ita ergo nihil mirum eſt, Auctores plerumque Gerundiis & Supinis dediſſe eoſdem Caſus, quos Verbis addi ſolitos ſciebant, ut proinde, quum dicerent, *ſtudium juvandi vos* ſpecie conſtructionis in ipſo Verbo uſitatæ, non ergo dicere vellent *juvandi vobis*, ſicut *ſerviendi vobis.* Aliter vero Gerundia hæc expedire conatus eſt Scioppius Parad. Lit. Ep. 2. ubi recte ea ex arte Grammatica explodenda, & pro veris Participiis habenda cenſuit. Sed quam reddidit conſtructionis rationem, durior vere eſt & alienior. Vult enim, cum dicitur, *Ardet deſiderio diſcendi literas*, vel *literarum*, id accipi, quaſi diceretur plenius, *diſcendi diſcere literas*, vel *diſcendi diſcere literarum*, ut tum Accuſativus ille, tum Genitivus, proxime regatur a ſuppreſſo *diſcere*, quod ita Naturam modo Verbi retineat, modo Nominis induat. At vero durum eſt & abſonum, nulliuſque ſenſus, *legendum eſt legere*, *deſiderium diſcendi diſcere.* Vel, ſi quis in his ineſt ſenſus, is erit, vocabulum *Legere* eſt legendum, deſiderium diſcendi, quid ſit *Diſcere*, aut quo modo τὸ *diſcere* fieri debeat vel poſſit. Præterea vix putem in lingua Latina ferendam locutionem, *diſcere literarum*, pro *diſcere literas.* Enimvero largior lubens, Infinitum ſubire ſæpe vicem Nominis, & variorum Caſuum, in Conſtructionibus, ſed non aliter ac integra Oratio, quæ item, tanquam unum aliquod Nomen, per

Digitized by Google

recto, ſive in accuſativo; ut, *legendum eſt libros*, vel *le-*

per plerorumque caſuum conſtructionem alteri orationi ſeu vocabulo ſæpe jungitur. Quocirca etiamſi Infinitum Orationi aliquando ita ſe accommodet, ut ſpeciem Nominis præ ſe ferat, retinet tamen naturalem ſibi rectionem Accuſativi. Et proinde, licet non negem poſſe aliquando jungi Genitivum Infinitis, ſed Genitivum Agentis ſeu poſſidentis, ut dicatur, ſicuti *Scire tuum*, ſit *Scire Ciceronis*, pro ſcientia Ciceronis; tamen vel ſic non putem Accuſativum illum patientem, qui regitur a verbo, tum Finito, tum Infinito, mutari unquam a bonis Auctoribus in Genitivum, ut dicatur *Scire artis*, pro *Scire artem*, *diſcere literarum*, pro *diſcere literas*, & ſimilia. Jam quanto his commodius & expeditius, quum Gerundia, quæ exeunt in *Dum*, *Di*, *Do*, ſint vera Participia, Participia autem habeant naturam Nominum Adjectivorum, Adjectiva porro ſine Subſtantivo vel expreſſo vel intellecto poni nequeant, & denique quum Adjectiva neutra, quando ſine Subſtantivo occurrunt, & proinde ipſa ſpeciem quodammodo Subſtantivorum præferunt, ſemper tamen ſubaudiri ſecum velint τὸ *Negotium*; ejuſdem proinde vocabuli hic quoque ſtatuere Ellipſin? Ut adeo, ſicuti, quum occurrit *factum*, *facti*, intelligimus *Negotium*, ſic idem intelligamus, ſi quando legimus *faciendum*, *faciendi*. Et ita optima ratione dicetur, *Legendum eſt mihi aliquid negotium ejus generis, quod legi poteſt, deſiderium negotii literarum diſcendi.* Nihil etiam frequentius, quam τὸ *negotium* omitti ante Genitivum, qui ab eo regitur. Vide lib.II. cap. 3. & quæ illic notavi pag. 170. extremâ, ſed & confer phraſes, *Pudet me Fratris*, *Pœnitet me facti*, &c. in quibus Genitivos a vocabulo *Negotium* regi, nullum debet eſſe dubium. Supereſt tamen aliquid duri etiam hic in illis Gerundiis, quæ a Verbis Neutris deſcendunt, ut, *deſiderium ſtandi*, *eundi*, *convaleſcendi*; quippe in quibus vix videatur intelligi poſſe *negotium*, ſed ſi ita, multo certe minus Infinitum horum verborum. Quid enim eſſet *deſiderium ſtandi ſtare*, *convaleſcendi convaleſcere*? Ceterum hic obſervandum diligenter, Participia Paſſiva horum verborum vix occurrere, niſi in genere Neutro, & id indicio eſſe, ſumi hæc eodem modo, quo Imperſonalia eorundem Paſſiva, & in eorum ordinem revera eſſe referenda. Jam vero ſuperius pag. 272. 273. oſtendimus, illa etiam a verbis Neutris eſſe formata, ad exemplum aliorum, quæ ab Activis deducuntur, non habita juſta ratione perpetuæ ceteroqui Verborum conſtructionis, quæ Nominativum ante Paſſiva, imo omnia Verba, exprimi vel intelligi poſtulat, quum tamen nec Nominativus iſtis præmitti, nec Paſſiva a Neutris formari ſatis recte queant, certe id vix ferat ſignificatio verborum. Scilicet Imperſonalibus (Vide ſupra ad Lib. I. cap. 12. extr. & hoc Libro ad cap.I. pag. 262.) ſignifica-

legendum eſſe libros, regebat accuſativum. Varro 6. ling.

tur ipſa Verbi actio, non addito, quo tendat illa, & in quod objectum ſe exſerat. Nam *Amatur*, *Legitur*, *&c.* ita dicuntur, ut tantum deſignetur actio ipſa, non item certa res aliqua, quæ Nominativo exprimi debeat. Atque adeo ita etiam acceperunt hæc verba Veteres, tum Grammatici, tum Alii, tanquam ſi, cum nihil iis intendatur, niſi ſolius actionis ſignificatio, nullus etiam Nominativus cum iis intelligatur. Sic Varro de Re Ruſt. III. 9. *Ova, quæ incubantur, habeantne ſemen pulli, curator quatriduo, poſtquam incubari cœpit, intelligere poteſt.* Ubi infinitum hoc non conſtruitur perſonaliter, nam ſic dicendum foret, *poſtquam incubari cœperunt*, ſcil. *ova*, de quibus agitur: ſed imperſonaliter & quaſi ſine ſuppoſito, ut adeo manifeſte notet ea locutio, *poſtquam incubatio cœpit fieri*. Poſſit tamen pro ſuppoſito aut Nominativo haberi in Imperſonalibus Verborum Activorum incertum illud, quod non exprimitur, atque ita, cum dico, *Amatur*, idem foret, ac ſi dicerem, *Amatur aliquid negotium*. Porro autem, quia ſic uſu ipſo non deſignabatur illis niſi ipſa actio, hinc in eundem uſum Veteres etiam a Neutris formaverunt & adhibuerunt talia paſſiva, quæ ceteroqui proprie & ſecundum naturalem verborum ſignificationem & conſtructionem inde formari non poterant, nec debebant. Si quis ergo rogaret, *Quid agitur?* h. e. quid negotium agitur? reſpondebat alter, *Amatur*, *Statur*, *Vivitur*, h. e. amatur aliquid negotium, ſeu negotium, quod agitur, eſt amare, ſtare, vivere: Ut adeo ſi quid in his poſterioribus, *Statur*, *Vivitur*, & ſimilibus, intelligi poſſit, id foret quidem *negotium*. Sed adhibuiſſe ea videntur potius ex abuſu quodam Veteres, ut ipſi nihil prorſus in iis intelligerent, vel certe ea adhibendo, non attenderent ad aliquid, quod intelligi debeat, & tantummodo actionem ipſam deſignarent, idque eodem modo & forma, qua interrogati erant, & qua in verbis Activis commode ſatis reſpondere poterat. Vide, quæ notavimus ſupra ad Cap. 2. pag. 274. 275. & ad Cap. 4. init. Verum in Participiis paſſivis, & item quodammodo Imperſonalibus, ſi a Verbis vere Activis deſcendant, aliquanto commodius intelligitur *Negotium*, veluti quum dico, *Actum eſt*. Nam in eo revera *Negotium* intelligi, patet ex Terent. Phorm. V. 8. 20. *Hoc actum eſt*, h.e. hoc Chremetis negotium eſt actum plane & deſperatum. Clariſſimum enim ex τῷ *Hoc*, intelligi iſtic *Negotium*: Patet tamen illud etiam ex eo, quod pro *Actum eſt*, &c. dicitur etiam *Acta res eſt*, & proinde ſenſus illius eſt, Negotium, quod in manibus eſt, eſt negotium actum. Sic Terent. Heaut. III. 3. 3. *Acta hæc res eſt*. h. e. res hæc eſt res acta prorſus, ut nulla ſpes ſit reſidua. In Neutris Verbis Ellipſis iſta eſt durior & minus certa, veluti apud Liv. VII. 8. *Diu non perlitatum tenuerat Dictatorem*. Senſus enim eſt,

Digitized by Google

ling. Latinæ, *Quocirca radices ejus in Etruria, non in La-*

eſt, negotium non factæ diutino tempore perlitationis. Quid enim aliud dicemus ad phraſin hanc expediendam, niſi forſan & hoc Participium velimus eſſe Nomen Subſtantivum, ut Gerundia volunt eſſe? Sed inaniſſimum hoc foret & revera tali Participio deſignari ipſam & ſolam facti actionem, colligendum videtur ex tot ſimilibus locutionibus, quibus factum ſolo Participio declaratum pro cauſa alterius rei adfertur, & quibus tunc additur Subſtantivum etiam Perſonæ. Florus II. 6. 2. *Urebat nobilem Populum ablatum mare, raptaque inſulæ*, h. e. non ipſum mare aut inſulæ urebant, ſed negotium Ablati ſibi maris, ſeu, quod Ablatum ſibi eſſet mare. Tacitus Hiſt. I. 89. *Cæcinna jam Alpes trangreſſus exſtimulabat* Othonem, & II. 76. *An excidit tibi trucidatus Corbulo?* h. e. transgreſſio Cæcinnæ trans Alpes, & trucidatio Corbulonis. Ut ergo hiſce Participiis additur ſuum Subſtantivum, ſic & Adjectivorum Neutris, ubi cæteroquin uſitatiſſima eſt Ellipſis. Hinc Elliptice, & eodem ſenſu, dixit Idem Hiſt. II. 81. *Sufficere adverſus Vitellium videbatur Veſpaſiani nomen, & nihil arduum Fatis*, h. e. & quod nullum negotium eſſet Fatis arduum, ſi perficere id velint. Vide & ad ſeq. Caput. Sed tota res expedienda videtur diſtinguendo iterum inter Participia Activorum & Neutrorum. In his nihil magnopere neceſſe eſt, ut quidquam intelligatur, quamvis & nihil abſoni in eo ſit, ſi dicatur *perlitatum negotium*, vel *ſacrificium*, æque ac *perlitatæ res divinæ*. Sic enim Valer. Antias, *Si hæ res divinæ factæ, recteque perlitatæ eſſent*, ap. Gell. I. 7. Ad hæc autē Participia Neutrorū, & hunc eorum uſum, refero loca Livii. XXVIII. 11. *Poſt Aſdrubalis exercitum deletum, cedendoque in angulum Brutium, cetera Italia conceſſum, cui non videatur mirabile?* Hic enim *Conceſſum* notat, poſtquam evenit ab Annibale negotium factæ conceſſionis ceterâ Italiâ. Et ſic plane XXIII. 18. *Ubi ad mœnia acceſſere, ſolitudo viſa: metu conceſſum barbarus ratus, moliri portas parat*, h. e. metu factam ex Urbe conceſſionem. Porro ita I. 53. *Ea* (bellandi) *arte æquaſſet ſuperiores Reges, ni degeneratum in aliis huic quoque decori offeciſſet*, h. e. negotium, quod degeneravit in aliis rebus. Poteſt enim *degeneratus* accipi pro eo, qui degeneravit, ut *juratus, conſpiratus*, &c. Et ſic *negotium degeneratum* erit eodem modo explicandum. At in Activorum Participiis uſitatiſſimum jam eſt, ut intelligatur *Negotium*. Hinc tot ejus generis ſunt, quæ pro Subſtantivis vulgo habentur, *Dictum, Factum, Scriptum*, &c. ſed in quibus *Negotium*, ut per Ellipſin omiſſum, intelligi tamen debet. Supplementum hoc habemus apud Sueton. Cæſ. 80. *Quæ cauſa conjuratis maturandi fuit deſtinata negotia, ne aſſentiri neceſſe eſſet.* Et notandum eſt omnino, talia ab Neutris Verbis vix reperiri uſquam, quia hæc non habent Paſſiva Participia, niſi imperſonaliter conſtructa, & quia ſub iis vix poteſt intelligi *Negotium*, niſi quis velit in locutio-

Latio, quærendum eſt; ibidem lib. 8. *Quum, inquiunt, utilitatis*

nibus modo allatis ex Livio admittere *perlitatum negotium* pro *negotium perlitationis*, &c. Sed & de Activis quod diximus, manifeſtum eſt etiam ex aliis conſtructionibus. Tacitus Germ. 31. *Aliis Germanorum populis uſurpatum rara & privata cujuſque audentia, apud Cattos in conſenſum vertit, ſubmittere crinem &c.* Manifeſte intelligitur *negotium*, quod erat ſubmittere crinem. Vide & ſequens caput. Sed diſertiſſima ſunt, quæ legimus apud Livium I. 41. *Tum demum palam facto*, abſolute, ut intelligatur, *negotio mortui Tarquinii.* Et XXX. 25. *Veluti debellato, quod ad Syphacem Carthaginienſesque attinet.* Intelligi enim *negotio* patet vel ex τῷ *quod*. Jam vero ſicuti in hoc Participio Præterito, quod nonnulli perperam voluerunt referre ad Supinorum genus, (Vide infra ad cap. 9. ubi plura hujus locutionis dabuntur exempla) intelligitur id vocabulum, ſic & in Partic. Futuro, eadem utriuſque ratione, commode ſatis intelligi poteſt, & debet; veluti, *proficiſci ad debellandum*, (ſcil. *negotium*) *quod ad Syphacem attinet.* Nam *debellare*, licet origine ſua fuerit Neutrum, tamen uſu ipſo, etiam in hac locutione, conſideratur, ut vere Activum. In participiis ergo Neutrorum, quia ſemper imperſonaliter adhibentur, non opus eſt ſtatuere Ellipſin, aut intelligere *Negotium*, ut quod ſatis commode ſub iis intelligi nequit. Nam ſicuti Analogice non dicitur *Ire* aut *Currere negotium*, ſic neque *itum* aut *curſum*, neque *eundum* aut *currendum negotium*, dici poteſt aut dictum unquam fuit. Quando ergo dicitur *Conclamatum eſt*, *Perſeveratum eſt*, *Procurſum eſt*, *Eundum eſt*, im perſonales eæ ſunt ab Verbis Neutris locutiones, quibus tantum facta vel facienda, Verbi actio declaratur. Hæc de Neutrorum Gerundiis. At in Activis nulla prorſus eſt difficultas ſtatuendæ iſtiuſmodi Ellipſeos, maxime ſi eorum Gerundia vel ſola occurrant, vel addatur Genitivus alterius numeri, aut generis. Sed & ſi maxime ſequatur Accuſativus, vel ſic nihil item dubitandum, quin ille iis addatur per Ellipſin præpoſitionis κατὰ, uſitatiſſimam etiam Latinis, immo pene perpetuam, quando Accuſativus jungitur Nominibus, vel Verbis paſſivis. Ut adeo ſi dicam, *Ardet deſiderio diſcendi literarum*, idem ſit, ac *diſcendi negotii literarum: diſcendi literas*, idem, ac *diſcendi negotii, quod ad literas*, cujus Ellipſeos rationem uberius ſupra expoſui. Auctor Gallicus *Novæ Methodi*, in Notis Sect. 4. Cap. 1. §. 1. & 2. rejicit item ſententiam Scioppii, quod ad Ellipſin Infiniti, quam ille cum Voſſio ſtatuit in hiſce Gerundiis. Sed quia ipſi tamen nulla alia melior ſuccurrebat, eo etiam prolabitur, quo Voſſius primum prolapſus fuerat, ſed qui dein in lib. de Conſtruct. mutavit ſententiam; ſcil. ut cenſeat Gerundia non eſſe Participia, ſed potius Nomina Subſtantiva, quæ proinde recte regant alium Genitivum, neque hunc modo, ſed

litatis cauſa introducta ſit oratio, ſequendum, non quæ habebit

ſed & Accuſativum, quia ſimul ſint Verbalia Nomina, quæ rectione Verbi ſui retineant. Hic vero repetendum, quod ſæpius dixi, Accuſativum nunquam regi a Nomine, qualecunque illud tandem ſit. Quin immo, quod ad Caſus, auſim dicere, primitivas & naturales ipſis eſſe has eorum leges, ut Nominativus ſit initium Orationis, niſi poſt Paſſiva vel Verbum Subſtantivum repetatur: Genitivi nullus ſit uſus, niſi ſi regatur ab alio Nomine Subſtantivo: Dativus addi queat omni Orationi & ſententiæ, Verbis & Nominibus: Accuſativus vero præmittatur quidem Orationi Infinitæ, ut Nominativus Finitæ, regatur autem tantummodo a Verbis Activis, & Præpoſitionibus: quod poſterius etiam de Ablativo dicendum. Præterea habent utique hæc Gerundia ipſam plane Participiorum formam, habent etiam eandem prorſus ſignificationem: id quod adeo certum eſt, ut ipſe Urſinus To. 1. pag. 616. & 617. non modo tradat ejuſdem plane ſignificationis eſſe, ſed & affirmet, ſicuti Participium notat officium & neceſſitatem cum Temporis Futuri conſignificatione, ſæpe tamen etiam amittit hæc omnia, ſic plane & Gerundia in Nominativo potiſſimum illa itidem notare, at in obliquis Caſibus iſthæc quoque amittere, nec ferme amplius quid ſignificare, quam ipſum Verbi Infinitum. Utrumque ergo uſum, utramque ſignificationem, pariter & Participia illa & Gerundia habent. An ergo utraque quum ſint eadem & ejuſdem ſignificationis vocabula, erunt pro ſola conſtructionis diverſitate, modo verum Nomen Subſtantivum, modo Participium; An ſi quis eodem plane ſenſu dicat *legendi carminis*, ſeu *legendorũ carminum*, participia hæc erunt, ſi vero *legendi carminum*, vel *legendi carmina*, vera Subſtantiva? Sed, ait Auctor Methodi, *ſi Legendum ſit Nomen Adject. non differret a Legendus, da, dum, nec ſatis fuiſſet cauſæ inveniendo novo huic vocabulorum generi*. At vero negamus in his eſſe *novum vocabulorum genus*, cum illa quidem ſint omnibus literis ipſa & vera Participia paſſiva. Quæritur autem id ipſum, an recte ea Grammatici habuerint pro alio & *novo vocabulorum genere?* Ipſe Voſſius de Anal. III. 11. contra Saturnium diſputans, qui ex Supinis quoque diſtinctam vocum claſſem faciebat, non eſſe fruſtra multiplicandas res vel claſſes ſeu partes orationis, tradit; in quo eum ſequitur Urſinus quoque To. 1. p. 634. qui idcirco non deberent & ipſi ex Gerundiis itidem facere peculiaria vocabula formæ Participialis, *quæ Subſtantivi cujuſdam naturam referant*. Ceterum, quo uno nituntur maxime, qui ex Gerundiis *novum vocabulorum Genus* nobis cudunt, ſcilicet, quod aliquando iſthæc Gerundia differant, quod ad *Conſtructionem*, a reliquo iſtius Participii uſu, in eo nulla ineſt argumenti vis, quum Conſtructiones in Linguis, quæ omnes ſuis tem-

 poribus

bit ſimilitudinem, ſed quæ utilitatem: ibidem, *Sic enim omnes repudiandum eſt artes*. Lucr. lib. 1. *Multa novis ver-*

poribus fuerunt vernaculæ, pendeant ex vulgari uſu loquendi, inque eo quam maxime dominetur Caſus & Fortuna, quæ facit, ut una eademque conſtructio cum hoc verbo ſæpiſſime occurrat, cum alio, licet genuino germano, prorſus nunquam? Quid? Nonne ſimiliter ejuſdem Nominis Subſtantivi ſæpe unus Caſus eſt reſiduus, reliqui perierunt? Nonne ejuſdem Verbi unum Tempus frequentiſſimo eſt in uſu, aliud deſuetudine plane obliteratum? Adeo ut hodie diverſiſſimorum Verborum Tempora ſæpe in unum conjungantur, ut *Fero*, *Tuli*, quod potius eſt a *Tollo*: *Sum*, *Fui*, quod eſt a *Fuo*, vel *Fio*. Sed & in Conſtructione Poſitivus Participii Præſentis ſæpiſſime occurrit modo cum Genitivo, modo cum Accuſativo, at Comparativus & Superlativus cum ſolo Genitivo, nunquam cum Accuſativo, licet ejuſdem ſint naturæ, quo ille. Paſſim enim legas *Amans Patriæ*, & *Amans Patriam*, at vix uſquam *Amantior*, aut *Amantiſſimus Patriam*, ſed tantum *Patriæ*. Ne longe abeamus, & aliquid hic quoque de Supinis dicamus, ea certe, nullum eſſe debet dubium, quin ſint Nomina Subſtantiva quartæ declinationis. Atque plerorumque horum Nominum reliqui Caſus prorſus nulli comparent, & quorum comparent etiam omnes, eorum nulli tamen ita conſtruuntur, ut Supinum prius, ſeu ut ſolus Accuſativus, qui peculiari uſu frequentiſſime ſibi additum habet alium Accuſativum, adeo ut eum quoque regere videatur, certe regere vulgo credatur: cum tamen neceſſario alii Caſus ejuſdem ſint & eſſe debeant Naturæ ac Poteſtatis, qua ille. Quod ſi etiamdum hæſitas, reſpice quæſo ipſa hæc Gerundia in DUM, DI, DO terminata. Quæ qualiacunque tandem ſint vocabula, ſive Participia, ſive Subſtantiva, ſive quid peculiare, eandem certe debent habere vim & naturam. Et tamen cum crebro & paſſim occurrat Gerundium in DI, cum Genitivo alterius Generis vel Numeri conſtructum, nuſquam reperies eandem conſtructionem cum aliis Gerundiis vel aliis eorum Caſibus, ut, ſicuti dicitur *diſcendi litterarum*, *collocandi ſyderum*, *videndi Philumenæ*, itidem dicatur *diſcendo literarum*, &c. Ipſe Urſinus To. 1. p. 617. de Gerundiis tradit, Temporis notationem *in Nominativo ſervatam*, at *in reliquis caſibus eam fere obliteratam*, *ut non raro Vocabula nativam vim ſuam, cujus gratia inventa ſunt, uſu amittunt.* Quam quæſo dabis tot diverſitatum rationem, ſi non admittes hic Fortunam & Caſum? Quod ſi facis, mecum, opinor, agnoſces, nullam eſſe rationem, ut Participia illa Neutra habeantur vel peculiaria vocabula, vel certe non Participia, quia conſtructionem, olim magis vulgo frequentatam, ſed quam in eorum maſculinis & femininis nunc certe non amplius invenias, ſibi præcipue retinuerint, & quaſi vindicaverint: atque ita nunc

verbis præſertim quum ſit agendum : Idem, *motu privandum*

nunc a reliquo ejus Participii uſu, quod ad illam conſtructionem tantum, diſcrepare videantur. Satis hæc evertere & confutare mihi videntur abſurdam illorum ſententiam, qui tradunt, Gerundia eſſe vera Nomina Subſtantiva Verbalia, quæ proinde Genitivum natura ſua regant, & Accuſativum. Multis tamen eam denuo adſtruere & tueri conatus eſt Clar. Urſinus To. 1. p. 614. &c. & To. 2. p. 384. &c. ſed adeo ſibi parum conſtans, ut ſæpe vix ſciam, quid ſentiat. Agnoſcit Gerundia eſſe formæ paſſivæ; ſed negat inde inferendum, eſſe ergo & ſignificationis paſſivæ. pag. 385. Quin adeo ille a Paſſiva ſignificatione abhorrere videtur, ut etiam, quæ vulgo ab omnibus Paſſive exponuntur, ille *poſſe ea æque bene active exponi* cenſeat pag. 384. Scilicet illud Quintiliani, *Memoria excolendo, ut alia omnia, augetur*, exponit, *in excolere ipſam*; Et Virgilii, *ante domandum Ingentes tollunt animos* Equi exp. *ante domare ipſos*, Et ſic reliqua. Vide & To. 1. pag. 628. ubi *eviciſſe ſe* ait *nativam vim Gerundiorum æque Activam in iis* locutionibus *poſſe ſtatui, ac Paſſivam.* Quibus quid velit, profecto non perſpicio: nam Equi utique non domant alios, ſed domantur, & Memoria, quæ excolendo augetur, non excolit rem aliam, ſed excolitur. Sed &, ſi ita agatur, omnia Paſſiva hoc modo poſſim active exponi, etiam illud, *Glycerium amatur a Pamphilo*, h. e. Pamphilus amat Glycerium. Verum videtur contra me diſputans id potiſſimum agere, ut hæc Gerundia ab omni Paſſivo quam longiſſime removeat. At Idem contra Bangium diſputans, To. 1. p. 616. 617. contendit, Gerundia eſſe Participia Paſſiva, quæ & Tempus notent, & neceſſitatem ac officium rei faciendæ. Quin quum Bangius oppoſuiſſet, Gerundia contra communem Participiorum naturam in paſſiva forma active ſignificare, ille in eo *nihil tale* reperit, *quod naturæ Participii talis officiat.* Et To. 2. p. 387. probat Gerundia, cum Paſſive ſignificant, etiam *Paſſivorum more admittere Ablativum cum Præpoſitione A vel Ab.* At ſi ita, vera tunc utique erunt Participia Paſſiva. Sed diſtinguit To. 1. p. 617. ut nempe illa, *ſtandum eſt*, *amandum eſt*; quæ ceteroquin etiam pro Gerundiis habet, ſint Participia, æque ac Paſſivum Partic. in DUS, quia notant, quid fieri debeat, aut neceſſe ſit: aſt in reliquis Caſibus, aut ubicunque iſtam ſignificationem depoſuerint, ſint *Nomina Participialia*, ſeu, ut loquitur p. 619. *Subſtantivi naturam referant, & Accuſativus eadem vi ab illis, active notione præditis, regatur, qua ab ipſo Verbo activo regitur.* At mihi res parum conſentanea Analogiæ videtur, ut Subſtantiva regant vi ſua Accuſativum. Scio equidem, Urſinum & Alios tribuere Subſtantivis Verbalibus hanc vim, ſed repugnat hoc naturæ Syntaxeos Latinæ, in qua, ut ipſe Urſinus To. 2. p. 7. tradidit, *Accuſativus non regitur niſi*

dum eſt corpora quæque. Varro Ruſtic. [I. 21. ſed & adde

a Verbo activæ ſignificationis, vel vi hujus a Gerundio, Supino, aut Participio, vel a Præpoſitione, excluſis omnino *Subſtantivis.* Negari tamen nequit, reperiri apud Antiquiſſimos, atque adeo Plautum inprimis, Verbalia in IO, quæ additum ſibi habent Accuſativum. Sed quanto antiquioris eſt temporis, tanto propior Græcæ erat Latina Lingua, tantoque in ea frequentior tunc Græca illa Ellipſis Præpoſitionis κατὰ etiam in Subſtantivis. Poſteriores eam, quia durior erat, omiſerunt, ac tantum retinuiſſe videntur in Participiis, Gerundiis, & Supinis, quæ eam ſibi longo & continuo uſu quaſi propriam vindicaverant. Certe quod vere per Ellipſin Accuſativi aliquando jungantur iſtis Verbalibus Nominibus, liquet ex eo, quod etiam dixerint *Domum itio, Domum reditio.* Nam nemo, opinor, dicet, Accuſativum *Domum* a Nominibus iſtis regi, ſicuti neque a Verbis *Ire* & *Redire* regitur. Vide loca apud Voſſium, & inde apud Urſin. To. 2. p. 87. Deinde vero valde abſonum eſt, Vocabula, quæ ipſa ſunt Participia, ſine ulla vel unius literæ mutatione, affirmare, eſſe etiam Nomina Subſtantiva. Immo longe abſurdius mihi videtur, ſtatuere, vocabulum *Diſcendi* tanquam Nomen Subſtantivum per ſe regere Genitivum *literarum*, &c. quam quod Scioppius voluit regi hunc Genitivum ab Infinito *diſcere*, quum hæc Infinita etiam tanquam Nomina conſtrui tamen ſoleant. At quanto his concinnius & mollius eſt, *Diſcendi negotii literarum?* Exagitat Urſinus p. 394. hanc explicationem, quia durius foret hoc ſupplementum in eo, *Stoici Epicureis irridendi ſui facultatem dederunt.* Sed non animadvertit Vir Doctus, non eſſe hanc Gerundii, ſed, quam vocant *Gerundivam*, ſeu Participialem, locutionem ſine Ellipſi, in qua *Sui*, ut ſolent illa tria, *Ego, Tu, Sui*, Subſtantivi vicem ſuſtinet. Vide me infra ad hoc Caput in extremo; ſeu nota 15. Deinde vero dixiſſe videntur Veteres ad inſtar *Mei* vel *Tui irridendi, purgandi*, &c. etiam *Sui irridendi*, nihil diſtinguentes utrum hoc de pluribus dicatur, an de Uno, prout ſæpe ſimpliciter ſecuti ſunt in uno vocabulo aliorum ſimilium Conſtructionem, etiamſi ea ab illo Uno ceteroquin abhorreat. Rogat etiam, quare minus *licuerit Priſcis certo conſilio donare Gerundia activâ vi, quam Verba* (intelligit Deponentia) *& Participia Præt. Paſſiva.* At vero etiam horum omnium Conſtructio cum Accuſativis primitus fuit haud dubie Elliptica: quum utique ipſe Vir Doctus Tom. 1. p. 427. affirmet, *Omnia in OR primitus fuiſſe paſſiva.* Si ita, tunc omnibus Verbis in OR, atque adeo etiam Deponentibus, eorumque Participiis, Accuſativus primitus per Ellipſin, poſtea fere obliteratam, fuit additus. Sed tandem, ut rem abſolvamus, & veram Gerundiorum oſtendamus naturam, præmitto iterum, Ea eſſe varios Caſus Singularis numeri ab Neutro

Digitized by Google

de Caput 20. ubi ſæpius hæc locutio adhibetur] *Canes pau-*

tro Participii Paſſivi in DUS. Etenim eadem plane ſunt Vocabula, Gerundium *Amandi*, & Genitivus illius Participii. Et ſic in ceteris caſibus. Eadem porro utrorumque eſt forma. eadem origo, eadem denique ſignificatio. Ipſe Urſinus To. 1. p. 614. Gerundia in *Dum* ait notare id, quod fieri debeat aut deceat, atque adeo eſſe Participia, ſed tamen, quod mireris, diverſa a Neutris Participii Paſſivi in DUS: at reliqua Gerundia in DI, & DO, eſſe Nomina Participialia, quia ſimpliciter notent ipſam rem Verbi, quæ Infinito, vel Nomine Verbali in IO, ceteroqui declaratur, obliteratam vero habeant ſignificationem ejus, quod fieri debeat, aut deceat. Atqui in Participio illo utrumque itidē reperias. Notat enim, ut modo jam diximus p. 440. & illud quod fieri debet aut decet, ſed maxime in Nominativo & Accuſativo, at in reliquis Caſibus plerumque notat ſimpliciter rem quæ fit. Sic apud Ciceronem Fabricius dicitur miſſus ad Pyrrhum *de permutandis captivis*, quod ferme nihil aliud notat, quam *de permutatione captivorum*. Sed & hinc docet Urſinus ipſe, promiſcue hæc a Veteribus adhiberi, immo elegantiorem & uſitatiorem fuiſſe Paſſivi illius Participii conſtructionem in eodem illo ſenſu, quam Gerundii. Denique hinc ortum, ut Recentiores ideo illam Participii Paſſ. conſtructionem *Gerundivam* appellaverint, quia ſenſum eundem exhibet, quem ipſa Gerundia. Multum tamen diſcriminis reperitur inter Participii illius & Gerundii Conſtructionem: accedit, quod multa occurrant Verborum Neutrorum Gerundia, quorum Participia Paſſiva ordinariæ ſeu perſonalis conſtructionis nullo ſunt, & vix ullo poſſunt eſſe, in uſu. Quæ ergo illius diſcriminis ratio? Nulla alia, quam quod Gerundia ſint Verborum Paſſivorum, quæ *Imperſonalia* dicuntur, atque ab iis eandem acceperunt conſtructionem, in primis eam, unde Imperſonalia ſuum nomen habent, quæ non requirit magnopere ſuppoſitum ſeu perſonam Verbi. Imperſonalis ergo hæc conſtructio ipſam tantum Verbi rem ſeu actionem notat, nec definit aut dirigit eam in certum Suppoſitum vel Objectum. Cœpit autem a Verbis vere Activis ſeu Tranſitivis, in quibus per Ellipſin analogica conſtructio poterat facile conſtitui, ita tamen ut peculiare objectum actionis relinquatur in incerto. Nam quid eſt, quidve notat abſolutum illud *Amatur*, aliud, quam *Amatur aliquod negotium, aliqua res?* Plane ut in Activo, quando quis abſolute tantum dicitur *Amare*, non expreſſo ullo amoris objecto, intelligi poteſt & ſolet Accuſativus *aliquid*. Sed utraque in locutione, quia relinquitur in medio & obſcuro certum Actionis objectum, quod Paſſivi eſt Suppoſitum, idcirco illa Ellipſis non animadvertitur, & tantum ipſa Verbi actio deſignari iis locutionibus creditur, abſolute prorſus poſitis. De Activi abſoluto

luto uſu Vide me ſupra ad Cap. 2. pag. 174. & ad Cap. 4. p. 393. 394. Ceterum quia Activum ita abſolute poſitum, ut nullum oſtendat objectum neque in proximis, in quod tendat ſua actio, ſimile eſt Neutro, quod nullam actionem in objectum aliquod tranſeuntem notat; hinc ad exemplum Imperſonalis locutionis Activorum in Paſſivo, quæ nihil niſi ipſam Verbi actionem ſignificare videbatur, formarunt etiam ex Neutris ſimilem plane locutionem in Paſſivo, quæ itidem nudam tantum Verbi actionem notaret, licet ceteroqui Neutrorum ſignificatio & natura Paſſivam formam non reciperet, nec niſi per abuſum quendam accepiſſe aliquando reperiatur. Ut ergo idem eſt, ſive in Activo ad quæſtionem *quid agis*? reſpondeam, *Amo*, *Cano*, ſive *Curro*, *Pugno*, quum utraque meram verbi actionem ſine ullo ejus objecto notent; ſic & idem eſt, ſi in Paſſivo ad quæſtionem *quid agitur?* reſpondeam, *Amatur*, *Canitur*, & *Curritur*, *Pugnatur*. Nam & hæc pariter & eodem modo deſignant tantum actionem ipſam, ſine ullo actionis aut paſſionis objecto. Senſus enim omnium eſt, *Fit res* vel *actio amandi, canendi, currendi, pugnandi*. Eam ergo in ſignificationem quum formatæ ſint hæ Activorum in Paſſivo locutiones, adhibentur idcirco eæ ſine Perſona ſeu Suppoſito, quod in veris Paſſivis eſt ſubjectum paſſionis. Nihil itaque mirum etiam a Neutris formatas, quæ nullum plane objectum actionis, nedum paſſionis ſuppoſitum, admittunt vel deſiderant. Adhibetur autem ad has locutiones tertia perſona Paſſivi, & tantum in Singulari numero, quia earum locutionum origo prima ab Activis vere Verbis eſt repetenda, in quibus analogicæ & perſonales fuerunt, ſiquidem intelligebatur in iis *Aliquid* ſeu *aliquid negotium*. Verum quia hæc Ellipſis erat uſitatiſſima, & quia relinquebatur ita proprium actionis objectum in incerto & obſcuro per generale illud *aliquid*, (unde eleganter apud Plautum Curcul. II 3. 41. Paraſitus Domino dicenti, *jam edes aliquid* reſpondet, *nolo hercle aliquid: Certũ quam aliquid mavolo*) hinc perpetua fere tandem Ellipſi fuit prætermiſſum, & ſic iſta locutio accepit paulatim ſpeciem & nomen *Imperſonalis* conſtructionis. Quum vero hæc Ellipſis in illis Activorum Imperſonalibus jam eſſet pene perpetua, tum vero etiam ex Neutris formatæ fuerunt locutiones ſimiles, quæ nudam verbi actionem in ſe permanentem declararent, tanto magis, quoniam Neutra ab natura ſua non recipiunt paſſionem, nedum ut certum aliquod paſſionis ſuppoſitum requirant. Differunt ergo Imperſonalia Paſſiva Activorum & Neutrorum eo, quod illa admittant objectum vel ſuppoſitum, ſed generale, ut & quod objectum verum in incerto ab iis relinquatur, atque ideo per Ellipſin fere ſemper omittatur: Hæc vero nullum admittant. Non opus ergo, ut in hiſce ſtatuamus quoque Ellipſin ꝧ *Aliquid negotium*, ut abſque quo integer plane eſt, tum ſenſus in ejuſmodi Imperſonalibus Paſſivis Neutrorum, tum ipſa conſtructio, utpote in illis demum

Digitized by Google

demum vere Imperſonalis. Sed & hinc frequentiora tandem evaſerunt Imperſonalia Neutrorum, quam Activorum, quia hæc Elliptice feruntur tamen in aliquod objectū ſuæ actionis vel paſſionis, at Neutra minime, ut adeo per hæc commodius ſola & nuda Verbi actio imperſonaliter declaretur. Adhibetur autem Imperſonalis iſta Conſtructio per omnia Tempora Paſſiva Indicativi, Subjunctivi, Infinitivi & Participiorum, ſed ſemper tantum in Singulari numero; eoque cum diſcrimine, ut in Activorum Imperſonalibus poſſit & aliquando debeat intelligi *Negotium*, in Neutrorum id nunquam deſideretur. Dicitur ergo *Amabatur*, *Amabitur*, *Ametur* &c. ſed & *pugnabatur*, *pugnabitur*, *pugnetur*. Porro in Perfecto, *Amatum eſt*, *actum eſt*, *pugnatum eſt*, *perſeveratum eſt*, *conclamatum eſt* &c. Omnia hæc Imperſonalem habent conſtructionem & ſignificationem eodem plane modo, niſi quod ſub illis, quæ ab Activis oriuntur, intelligi poſſit *Negotium*, & aliquando debeat, ut modo dixi; ſub reliquis nec commode poſſit nec debeat. Vide me paulo ante pag 437. &c. Sed & hæc Participia, ab Activis formata, videntur eandem quoque conſtructionem Ellipticam cum Accuſativo habere, quam Gerundia. Veluti in illo Plauti, *Juſtam rem & facilem eſſe oratum a vobis volo*, h.e. Volo a vobis eſſe oratum negotium ad juſtam & facilem rem pertinens, ſeu juſtæ & facilis rei. Verum de hac locutione egi jam ſupra pag. 123. Sed & huc retulerim Imperſonalium Activorum Paſſiva, *Puditum eſt*, *pertæſum eſt*, immo & ad illorum exemplum *Veritum eſt*, cum Accuſativo, de quibus itidem jam egimus ſupra pag. 307. Hinc jam deſcendimus ad Partic. Paſſivum in DUS, cujus Neutrum Genus per omnes Caſus Imperſonaliter quoque conſtruitur, unde Grammatici hoc non animadvertentes fixerunt nobis *Gerundia*, ut peculiaria vocabula, ab ipſo Participio diverſa, quæ tamen ad quam Partem Orationis referre debeant, vix ſciunt. At vero genuina ſunt Participia, nec quidquam hic diſcriminis reperiemus, niſi quod in ceteris Participium illud perſonaliter conſtruitur in his Gerundiis imperſonaliter; ut & quod a Verbis Neutralibus Paſſivum hoc Participium,perſonaliter conſtructum, vix ſit aut eſſe poſſit in uſu, licet ejus Imperſonalis conſtructio in Neutro Genere & Singulari Numero frequentiſſimi ſit uſus, plane ut eorum Verborum tota Paſſiva conjugatio non datur, & tamen Imperſonalis illa conſtructio in tertia Perſona Singularis Numeri per omnia fere Tempora & Modos Verbi Finiti æque ac Infiniti ſic ſatis in Paſſivo frequentatur; at in Verbis Activis Participium illud, & ejus Perſonalis conſtructio longe ſit frequentior, quam illa Imperſonalis Gerundiorum. Quod vero Gerundia hæc revera ſint habenda pro locutionibus Imperſonalibus Verbi & Participii Paſſivi, liquet clariſſimum in modum ex eo, quod æque ac reliqua Imperſonalia adhibeantur tantum in Singulari numero & Tertia Perſona. Nā quando dicitur *irridendi Mei*,

Mei, *Tui* &c. perſonalis ea eſt conſtructio, æque ac *irridendi pueri*, *irridendæ puellæ* &c. Nominativus autem Gerundiorum manifeſto Tertiæ eſt Perſonæ, *pugnandum eſt*, *perſeverandum eſt*, æque ac in Præterito, *Pugnatum eſt*, *perſeveratum eſt*. Jam vero quam dabunt tandem rationem Grammatici, quare in illo Numero & Perſona tantum adhibita fuerint Gerundia, ſi nolint meam hanc ab natura Imperſonalis locutionis petitam admittere? Hæc porro Imperſon. conſtructio ut in Verbo Finito Neutralium nullum requirit ſuppoſitum, quod Nominativo exprimi debeat, ſic neque in hoc eorundem Participio ullum requirit Subſtantivum, quod ejus Suppoſitum eſt, & ejuſdem in eo naturæ, cujus Nominativus ille in Finito Verbo. At in Activorum Paſſivis utrumque Suppoſitum admitti poteſt, & primitus haud dubie expreſſum quoque fuit. Obſervare illud licet in Verbis, quæ vel minimam Activæ ſignificationis ſpeciem habent. Certe ſic Corn. Nepos Attico cap. 15. *Idem in nitendo, quod ſemel admiſiſſet, tanta erat cura, ut non mandatam, ſed ſuam rem agere videretur.* Ubi manifeſtum ex ſequenti *quod*, intelligi *negotio*, licet *niti negotium* directa conſtructione nunquam dicatur. Quæ & cauſa eſt, quare malint iſtic nonnulli *tuendo*, alii *tenendo*. Sed vulgatam lectionem tuentur MSti: & conſtruitur paſſim *Niti* etiam cum Infinitivo, quod ſpeciem quandam habet Accuſativi, licet revera tunc Præpoſitio *Ad* per Ellipſin debeat omiſſa ſtatui. In Verbis ergo vere Activis, res eſt certiſſima, ſub hiſce Partic. Paſſivis ſeu Gerundiis intelligi *negotium aliquod*, æque ac ſub tertia perſona Finiti Paſſivi, *Amatur*, *agitur*, &c. licet per Ellipſin plane perpetuam utrobique prætermittatur. Multo autem magis iſtius Ellipſeos ratio haberi debet, quando iſta Gerundii conſtructio in certum determinatur objectum, Genitivo vel Accuſativo expreſſum. Certum utique eſt, idem prorſus ſignificari, ſive dicam *ſtudiū diſcendæ linguæ*, ſive *diſcendi linguæ* vel *linguam*. Quæ ratio hujus diverſitatis, niſi quod prius ſolitæ eſt conſtructionis ut a Verbo Perſonali, at poſteriora Ellipticæ, vel certe ejus, quæ repeti debet ab Imperſonali Paſſivo, *Diſcitur*, *Diſcendum eſt*. In his autem ſicuti intelligitur *aliquod negotium*, tanquam eorum Suppoſitum, ſed quod ſemper per Ellipſin omittitur: ſic & in illis fit Caſibus obliquis. Aſt certo jam objecto actionis vel Suppoſito paſſionis, alio in Caſu aut Genere, addito, non alia illud ratione cum iſthoc Participio Neutro connecti poteſt, quam per Ellipſin uſitatiſſimam, ſcil. *diſcendi Negotii linguæ*, vel *negotii, quod ad linguam*. Haud facile quidquam in eo durius commonſtrabitur, quam in illo Salluſtiano (Vide ſupra p. 205.) ſimilis ferme conſtructionis, *non diffidentia futuri, quæ imperaviſſet*, h. e. non fecit hoc *diffidentia futuri negotii eorum*, vel *quod ad ea, quæ imperaviſſet*. Nemo, opinor, aliter hæc explebit. Quod ſi ita: quid cauſæ eſt, quare eadem locutio Futuri Partic. Paſſivi, *ſtudium audiendi*, *quæ ille dixiſſet*, non eodem modo debeat

aut

Digitized by Google

aut poſſit expleri, quo illud, *Futuri, quæ imperaviſſet?* Fateor poſſe dari locutiones, in quibus ſupplementum hoc videri queat abſonum: veluti *ſtudium audiendi aliquid.* Suppleri enim ſecundum hanc rationem debeat, *audiendi negotii quod ad aliquid negotium.* Ad quæ exclamaret, ſat ſcio, Urſinus quiſpiam, & abſurdi increparet *negotium quod ad negotium.* Sed cogitandum, Veteres pleroſque ipſos non ſatis inveſtigaſſe ſuæ linguæ & Ellipſeon in ea rationes, ut hodie plerique ſuas vernaculas non ſatis intelligunt, ſed ſecutos ſimpliciter uſum loquendi, quem reperiebant, atque ita conſtituta jam & recepta ſemel phraſi quadam Elliptica, ſimiles alias ad ejus exemplum ab iis formatas, & ita ſæpe, ut neutiquam attenderent ad ſupplementi duritiem, quia nunquam ſupplementum illud exprimebatur. Innumeræ idcirco ejuſmodi locutiones poſſunt formari, in quibus revera Ellipſis, ſed abſona, ſtatui debet: ut ſi quis dicat, *Varii eum varias docuerunt artes, ſed quod ad Philoſophiam. Hanc Ego docui illum.* Supplenda hæc neceſſario, *quod ad Philoſophiam Ego docui illum quod ad hanc ſcientiam.* At quam abſona eſt, dicent, illa repetitio *quod ad?* Non minus tamen vera eſt, Scriptoribus ad talia non attendentibus. Certe mea iſta ratio in Gerundiis explicandis longe expeditior eſt, & Analogiæ Syntacticæ magis congruens, quam quod fingere ſine ullo exemplo & maxima cum varietate debent alii; Nempe *Gerundia, quum Neceſſitatem vel officium notant, eſſe Participia, non minus, quam Participia in DUS.* Ceteroquin eſſe *Nomina Participialia,* immo *Subſtantiva* vera, quæ regant ſuo quaſi jure Genitivum, & tanquam *Verbalia*, etiam Accuſativum. Vide Urſinum To. 1. 616. 617. 618. Immo illa quoque in DUM eo differre ab Neutro Participii veri in DUS, quod Subſtantive ſemper ponantur p. 620. Eſſe itaque ſimul Participia, quod contra Bangium ex profeſſo aſſeritur p. 616. & Subſtantiva: quæ plus ſatis ſunt abſurda. Dein *Gerundia in DUM* Nominativi maxime Caſus, *qui ceterorum ſit thema*, ſi ſint *Verborum Activorum, eſſe* ipſa *Neutra a Maſculino Participii in DUS deflexa*, at ſi a Verbis Neutris ſint, tunc aliunde, quam ab illo Participio, derivari, nempe vel proxime *a Verbo ipſo*, vel potius *a Participio in NS.* Et tamen illa quoque priora eſſe a Neutris veri Participii diviſa. Vide Eum p. 619. & 620. Sed hæc varietas & confuſio maxima ſatis ſuperque convellit & confutat totam illorum de Gerundiis ſententiam. Quapropter operæ pretium feciſſe me puto longa ceteroqui ſatis hac diſputatione, quando Imperſonalium rationem denique conſtitui, & ſimul ex iis repetendam probavi Gerundiorum naturam & conſtructionem, quod ab aliis jam factum haud ſcio, nec ipſe antea ſatis perſpexeram. Sequitur vero inde *Gerundiorum* nomine & doctrina potuiſſe in arte Grammatica abſtineri, quum ad caput de Imperſonali Verborum Paſſivorum conſtructione verius pertineant.

paucos & acres habendum. Sed hæ phraſes, (3) quas Cicero non agnoſcit, quamvis ex ipſo & Cæſare aliquæ nobis falſo objiciantur, in deſuetudinem abierunt. Ab eadem antiquitate eſt illud; *Venit ad recipiendum pecunias.* Varro ling. lat. 8. *Ad diſcernendum vocis verbi figuras.* Multi hodie ſic loquuntur, & teſtimonio bonorum auctorum id ſe facere exiſtimant, ſed falſo: nam, (4) quæ afferuntur ex Cicerone teſtimonia, aliter jam leguntur; ut, *Ad orandum Deos*, pro ad orandos Deos. Val. Max. lib. 5. c. 2. *Super hoc ædem & aram Fortunæ Muliebri, eo loco, quo Coriolanus exoratus fuerat, faciendum curavit.* Alii legunt *faciendam.* [Et ita in multis legitur MStis.] Sed ex antiquitate *faciendum* poteſt retineri: ſic enim antiquiſſimi loquebantur. Livius lib. 7. cap. 5. *Ad conciliandum gratiam*: & lib. 26. *Ad urbem unam oppugnandum.* Sed utroque loco ex veteribus libris legit Carol. Sigonius, *conciliandam*, & *oppugnandam.* Neque obſtat illud Ciceronis in Hercule Prodici, *Ad eligendum, quam quiſque viam ſit ingreſſurus*: (5) nam ibi tota oratio eſt pro ſubſtantivo: ut ſi dicas, *Creditum eſt*, vel *credendum eſt*, *Romam eſſe caput mundi.* Recte itaque dicitur, *legendum eſt*, & *legendum eſſe*, ſed non, *legendum eſt*, vel *eſſe*, *libros*; quia illic eſt participium in neutrali terminatione, cujus ſubſtantivum eſt, *τὸ legere*;

(3) *Quas Cicero non agnoſcit.*] At vide ſupra ad lib. 1. cap. 15 pag 114 ex Cicerone & Plauto allata a me exempla. Adde etiam Marium Corradum de Lingua Lat. lib. 7. p. 279. Vechnerum Hellenolex. I. 33. & Gronovium Patrem Obſerv. I. 7. cæt.

(4) *Quæ afferuntur ex Cicerone &c.*] Sed tamen etiamdum in optimis & recentiſſimis editionibus legitur Famil. V. 17. *Moni tu: nullo loco deero, neque ad conſolandum, neque ad levandum fortunam tuam.* Catil. III. 8. *Quæ ad placandum Deos pertineret.* At hic plerique MSti *placandos* habent.

(5) *Nam ibi tota oratio &c*] Id vero manifeſto eſt falſum. Conſtructio eſt aperta & indubia, *ad eligendum viam vivendi, quam viam quiſque ſit ingreſſurus.* Verba ſunt Ciceronis de Offic. I. 32. non *IN Hercule Prodici*, ſed in loco, ubi mentio fit Herculis Prodicii.

Digitized by Google

gere; hic vero eſt Archaiſmus, & inuſitata loquutio. Illud vero Virgilianum lib. 11. *Pacem Trojano ab Rege petendum*, eſt in accuſativo, & ſubauditur *eſſe*, ut liquet ex præcedentibus. Sed ibi contendo, (6) legendum eſſe, *petendam*, non *petendum*, ex codice antiquiſſimo manuſcripto, qui aſſervatur Salmanticæ in collegio D. Bartholomei. Lucret. lib. 1. *Multa nobis rebus præſertim quum ſit agendum.* Sed ſic optime deeſſe poteſt *κτῇ*.

Proprie itaque dicenda verba *Gerunda* contendimus in *Di* & *Do*, ſi tamen expreſſum habeant accuſativum, ut, *legendi libros*, *legendo libros*: Aliter enim participia ſunt in neutrali terminatione, quorum ſubſtantivum eſt, *τὸ legere*, ut, *tempus eſt legendi legere.* Hiſpanice, *Tiempo es que ſe lea.* Importune hic ſolent crocitare Grammatici, eſſe quædam gerundia in *di* & *do*, quæ ſignificant paſſionem. Ego omnes has voces *dus*, *di*, *do*, *dum*, ſignificare paſſive aſſevero, ſi accuſativum non habent. Sed excutiamus, quæ ab illis ſolent afferri; non enim in illis explicandis inanis opera ſumetur. Ovid. 5. Faſt. de Arione; *Pretiumque vehendi cantat*, id eſt, vecturæ. Sueton. Claud. *Harpocratem, cui lectica per urbem vehendi jus tribuit.* In his (7) aut deeſt *ſe*, aut intelligitur Subſtantivum *τὸ vehere*, vel *vehi*, aut dicendum eſt, verbum *Veho*, peculiaris eſſe cujuſdam ſignificationis: nam *vector* eſt, qui vehit, & qui vehitur. Livius lib. 5. *Is, quum in pace inſtituiſſet pueros ante urbem luſus cauſa exercendique producere*, id eſt, exerci-

(6) *Legendum eſſe, petendam.*] Facilius ego crediderim MStis qui minus cognitam locutionem præferunt, quam qui uſitatam & cuilibet notam. Certe in Virgilio Nicol. Heinſius, qui longe antiquiores vidit & adhibuit codices, *petendum* retinuit; unde nullius dubitem, quicquid in contrarium contendat Sanctius, ſic legendum.

(7) *Aut deeſt Se.*] Vel potius *Sui*, ut paſſim loquuntur Auctores. Sic Cæſar, *recipiendi ſui facultatem liberam dederunt Bellovacis: Neque ſui colligendi hoſtibus facultatem relinquunt* &c. Vide ipſum mox Sanctium pag. 455. &c. Revera autem hæc paſſivo ſenſu ſumuntur, ut vere ſunt Participia Paſſiva.

ercitationis & luſus gratia, » [ut ſe exercerent, vel, ut exercerentur.] Cic. 1. act. in Verr. *Hæc totius Italiæ frequentia, quæ convenit uno tempore undique, comitiorum, judiciorum, cenſendique cauſa*, ſubaudi *cenſere*, [immo *Sui*] » [id eſt, cenſuræ, ut cenſeatur.] Varro Ruſtic. lib. 2. cap. 7. de equo, *Si faſtidium ſaliendi eſt*, ſubaudi *equas*, id eſt, ſalturæ vel coitus. Juſtinus lib. 17. cap. 3. de quodam regio puero, *Athenas quoque erudiendi cauſa miſſus*, id eſt, eruditionis, (8) ut ſit *erudiendi erudire*: Hiſpanice, *de la erudicion, o del enſeñamiento.* Idem poſſet dicere, ſi de aliquo Doctore loqueretur, *Athenas mittitur erudiendi gratia.* Ovid. de Nuce, *Sic ego ſola petor, ſoli quia cauſa petendi eſt*, id eſt, petitionis, (9) vel τȣ̃ peti. » [Tibull. 1. eleg. 10. » *Nec tibi celandi fas ſit*, id eſt, ne poſſis celare.]

In Dativo Plin. lib. 15. cap. 18. *Nam Alexandrinæ vix ſunt veſcendo*: & lib. 21. cap. 16. *Radix ejus veſcendo eſt*, id eſt, apta eſui: & lib. 34. cap. 25. *Ferrum rubens non eſt habile tundendo*, id eſt, tunſioni: & lib. 13. cap. 12. *Charta emporetica inutilis ſcribendo*, id eſt, ſcripturæ; idem lib. 31. cap. 6. *Utilis eſt bibendo, atque purgationibus.* Sic dicimus, *Maturuit nubendo puella*, id eſt, nuptui. Plaut. Epidic. *Epidicum quærendo operam dabo.* Sed hoc gerundum eſt, alia participia.

In Accuſativo falſo Grammatici citant ex Virgilio, *Inter*

(8) *Ut ſit erudiendi erudire.*] Immo vero exple, & expone, *erudiendi ſui*, ſenſu itidem plane paſſivo. At ſi de Doctore diceretur, tum vero itidem paſſive quidem accipiendum foret, ſed vel ita, ut Generale Suppoſitum, *alicujus negotii*, intelligatur, ut in Imperſonali *Amatur*, ſcil. *aliquid negotium*, quod tunc in incerto relinquitur, vel, ſi addito Genitivo aut Accuſativo actio Verbi certum in Objectum determinetur, veluti *erudiendi puerorum* aut *pueros*, tum vero ita, ut intelligatur & ſenſus ſit, *Negotii puerorum* aut *quod ad pueros*.

(9) *Vel τȣ̃ peti.*] Immo potius, *mei petendi*, h. e. quare petar: ut ſupra oſtendimus. Ita vero etiam Gellius III. 2. *Quod abeſſe a viro uſurpandi cauſa deberet*, h. e. ut uſurpetur, aut uſurpata ſit, ab alio ad uſucapionem Viri in ea interrumpendam. Vide & Rupertum ad Salluſt. Jug. 62.

Inter agendum capras, & ante domandum boves. (10) Ubi tantum legitur, *inter agendum*, & *ante domandum.* Cicero, *Hic autem locus ad agendum ampliſſimus, ad dicendum ornatiſſimus eſt viſus*, id eſt, ad actionem, & dictionem exercendam: idem primo Tuſcul. *Tum multitudinem pecudum partim ad veſcendum, partim ad cultus agrorum, partim ad vehendum*, id eſt, ad victum, cultus, & vecturam: » [idem, *Facilis ad credendum*, pro, cre» dibilis.] Vide paſſiva participia in neutrali terminatione, in quibus deeſt infinitum verbi. Salluſt. Jugurth. *Quum Jugurtha Tiſidium ad imperandum vocatur*, Qui locus graviſſimos viros, non ſolum Grammaticos, ſemper torſit. Cicero lib. 9. epiſt. 25. *Quare ades ad imperandum, ſeu parendum potius; ſic enim antiqui loquebantur*, quaſi dicat, antiqui dicebant, *imperare alicui pecunias*, id eſt, jubere ut pecunias ſolvat; ſic, *ades ad imperandum*, id eſt, » [ad accipiendum imperium] ut tibi aliquid imperetur. Sic Jugurtha vocatur ad imperandum τὸ *imperari*, id eſt, ut imperata faceret. » [Var» ro 1. ruſtic. 20. *Diebus paucis boves erunt manſueti, ad* » *domandum proni*, id eſt, ut domentur. Vellejus 2. » *Cives Romanos ad cenſendum ex provinciis in Italiam re*» *vocarunt*, id eſt, (11) ut cenſerentur.]

In ablativo etiam aſſerunt ſignificare paſſionem. Quinctil.

(10) *Ubi tantum legitur &c.*] Verum hoc, ſed intelligi tamen priore in loco, qui eſt in Ecl. IX. videtur τὰ *capellas*, vel plenius *negotium quod ad cap.* Nam verba ſunt: *paſce capellas, Et potum paſtas age, Tityre, & inter agendū Occurſare capro ... caveto.* Alter locus eſt Georg. II. 206. ubi manifeſte jam ſenſu paſſivo id accipitur. Verba ſunt, non tamen de Bubus, ſed de Equis, *namque ante domandum Ingentes tollunt animos*, h. e. antequam ſunt domiti.

(11) *Ut cenſerentur.*] Sic paulo ante pag. ſuper. ex Cicerone in Verr. *quæ frequentia Italiæ convenit undique cenſendi cauſa.* Suetonius Galba 8. *Ne ad geſtandum quidem unquam iter ingreſſus*, h. e. ut geſtaretur. Sall. Jug. 5. *quo ad cognoſcendum omnia illuſtria magis, magiſque in aperto ſint.* Obſequens de Prodig. cap. 121. *Ad immolandum bos ſacra injuſſa adnatavit per hoſtium claſſem, ſeque ad aras percutiendam obtulit*; h. e. ut cognoſcantur, ut immolaretur.

ctil. *Memoria excolendo, ſicut alia omnia, augetur.* Virgil. *Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis*: idem, *Uritque videndo Fœmina*: » [idem, *Fando aliquid ſi forte* » *tuas pervenit ad aures.* Ubi Grammatici, *Fando*, id » eſt, *dum dicitur*, *paſſiva ſignificatione*, *ſicut alibi activa*, » *Quis talia fando Temperet à lacrymis?*] Sed ego, ut dixi, ſemper ſignificare paſſionem aſſevero: quid enim eſt aliud, *deſeſſus ſum legendo*, quam *defeſſus ſum legendis libris*, quum in illo deſit τὸ *legere*? [At vide ad pag. ſeq.] Sic in *excolendo*, τὸ *excolere*; » [in *Fando*, τὸ *Fari* » ſeu *fato*, id eſt, dicto,] in *cantando* τὸ *cantare*, vel *carmine*: nam quæ inſcitia eſt, *Cantando* exponere cum Servio, id eſt, dum cantatur anguis? An alibi, quum dixit Virg. *Cantando tu illum*, intelligemus, dum *cantatur*? Deeſſe autem τὸ *Carmine*, ſatis indicant præcedentia.

Carmina vel cœlo poſſunt deducere lunam;
Carminibus Circè ſocios mutavit Ulyſſis;
Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis.

Vides hic Polyptoton, *Carmina*, *carminibus*, *Cantando*, » [aut ſubaudi *Cantu*. Lucil. 16. *Jam diſrumpetur me-* » *dius, ut Marſa colubras Diſrumpit cantu.*] Sic in illo, *Uritque videndo Fœmina*, id eſt, Taurus uritur, dum videtur fœmina, *videndo*, id eſt, in τῷ *videri*, id eſt, viſu ipſius fœminæ: nam τὸ *viſu* poteſt hic paſſive accipi; ut in illo Virgilii a paucis intellecto, *Incipe parve puer riſu cognoſcere matrem*, id eſt, dum fit riſus: riſum autem matris intelligo. Poſſet etiam dicere; *Ridendo cognoſcere matrem*; id eſt, dum illa ridet, ut dixit; *Urit videndo*, id eſt, (12) dum videtur, hoc eſt, facto viſu. Sic

(12) *Dum videtur, hoc eſt, facto viſu.*] Ita vero Sanctius impudens & ignarus in meā deſcendit ſententiam. Etenim Imperſonalis plane Conſtructionis eſt hæc interpretatio; ſiquidem *urit videndo* exponitur ab eo, non, dum videtur Fœmina, ſed ſimpliciter, dum videtur, h. e. fit viſus, a Tauro. Procedunt hæc in Neutrorum

Digitized by Google

Sic intellige illud Lucretii lib. 1. *Annulus in digito ſubter teneatur habendo*, id eſt, dum habetur, ut exponit Lambinus. » [Cæterum nihil eſt, quod planius faciat, » *Cantando, Videndo, Ridendo*, eſſe Participia, quam quod » (13) Præpoſitionem in illis ſubaudiri conſtat. Plaut. » Merc. *Quid ego hic in lamentando pereo?* Ter. And. » *In denegando queis eſt pudor.* Vide infra de Ablativo » abſoluto.]

Tempus

rum Gerundiis. Sic enim *anguis rumpitur cantando*, h.e. non, dum cantatur anguis, ſed, dum cantatur, ſeu fit cantatio. Sic *fando*, *excolendo*, h.e. dum fit illud, quod verbis *fari* & *excoli* denotatur. Adde Nepotem in Dione cap. 4. *Filium ejus ſic educari juſſit, ut indulgendo turpiſſimis imbueretur cupiditatibus*, h. e. dum ei indulgebatur continuo. In hiſce facile patior nihil intelligi, quod Suppoſiti vicem obtineat, æque ac in Imperſonalibus illis *Statur*, *Sedetur*, *Cantatur* &c. At minus diſerta in Gerundiis eſt Imperſonalis conſtructio Activorum, quando explicari debet perſonaliter, veluti, *Annulus in digito ſubter tenuatur habendo*, h.e dum habetur ille annulus in digito. Sic Virgil. Georg. II. 250. de terra pingui *ſed picis in morem ad digitos lenteſcit habendo*, h. e. dum habetur terra talis intra digitos. Hic verò intelligi neceſſario videtur *negotio* ſcil. illius *annuli*, illiuſque *terræ*. Similiter in aliis quibuſdam hujus formæ & Participii a Verbis vere activis orti locutionibus, ut apud Cicer. Famil. XII. 12. *De cujus voluntate aſſidue audiendo, mirifice te diligit*, ſcil. aliquo negotio. Senſus enim eſt; dum ab ipſo auditur aſſidue aliquid negotium de ejus voluntate. Sic & illud Terentii, *in denegando modo queis eſt pudor*, poſſis explicare & ſupplere, in denegando aliquo negotio, vel etiam abſolute cum reſpectu ad ſolam actionem, in facienda denegatione. Sic illa, *in expectando, in arrogando*, &c. quæ mox a me afferentur, abſolute exponi poſſunt. At *urit videndo Femina* exponerem Ego, *videndo negotio Sui*, h. e. dum videtur ipſa.

(13) *Præpoſitionem in illis.*] Sic Cæl. Famil. VIII. 6. *Quoniam de intercalando non obtinuerat.* Gell. III. 7. *In expectando eſſe* V. 19. *Quod in arrogando jureretur.* Lib. VI. 14. *Donec conferti abibant, peditum labor in perſequendo fuit.* X. 13. *Ille quidem in recuſando perſtabat.* XXV. 14. *Ab revocando ad incitandos hortandoſque verſus milites.* XLII. 17. *Se daturum venenum, quod nec in dando, nec datum, ullo ſigno deprehendi poſſet.* Terent. Eun. V. 2. 54. *In cognoſcendo tute ipſe aderis.* Scil. ſororem tuam. Nam accuſativus in hoc & quibuſdam aliis locis, intelligi videtur. Aliquando etiam exprimitur, ut apud Varron. de Re Ruſt. III. 9. *In ſupponendo ova obſervant, ut ſint numero imparia.*

Tempus eſt legendi librorum, uſitate & eleganter dicitur; ſed quæ ſit cauſa hujus loquutionis multi adhuc, iidemque doctiſſimi, ignorant. Ego hanc eſſe cauſam aliquando arbitratus ſum: Participia omnia & participialia verba, quum tranſeunt in nomina, amittunt verbi conſtructionem, & more nominum genitivum regunt; ut *Amans uxorem*, participium eſt, *amans uxoris*, nomen; ſic *tempus legendi librorum*, id eſt, tempus eſt lectionis librorum. Poſtea vero mutavi ſententiam, & regulam hanc generalem ſemper eſſe contendo; In adjectivo nomine, ſeu participio, ſemper deeſſe ſubſtantivum, *negotium*, aut infinitum verbi; ut, *legendum eſt*, ſubaudi *negotium*, vel *legere*; *Tempus eſt legendi*, ſubaudi *negotii*, vel *legere*. Hiſpani, *Tiempo es que ſe lea.* Sic *tempus eſt legendi librorum*, ita ut *librorum*, regatur a *legere*, [vel potius a *negotii*] quaſi dicas, tempus eſt lectionis librorum; ſed ſi dicas, *Tempus eſt legendi libros*, (14) jam non participium eſt, ſed verbum participiale. In cæteris vero omnibus, vox in *Dus*, ſemper ſignificat paſſionem, & participium eſt adjectivum. Nunc autem, quia Grammaticis non ita frequens uſus videtur eſſe hujus formæ, *legendi librorum*, varia teſtimonia proponam. Cic. 2. Invent. *Fuit exemplorum eligendi poteſtas*: & 5. Phil. *Antonio facultas detur agrorum ſuis latronibus condonandi.* Sic enim legit Budæus. Idem Cic. de Divin. *Dolebis tandem Stoicos noſtros Epicureis irridendi ſui facultatem dediſſe*: & 5. Fin. *aut eorum, quæ ſecundum naturam ſunt, adipiſcendi*; idem de univerſ. *Reliquorum ſiderum quæ cauſa collocandi fuerit*, &c. » [Lu» cretius 5. *Timentes, ne quod ob admiſſum fœdè, dictum» ve ſuperbè, Pœnarum grave ſit ſolvendi tempus adactum,* » pro, ne tempus jam advenerit ſolvendi graves pœnas.] Sueton, Auguſto, *Permiſſa jocandi licentia, diripiendique pomo-*

(14) *Jam non Participium eſt &c.*] Quaſi conſtructio tali modo variata mutaret naturam vocabulorum eorundem; ſed hæc multis refutavi jam ſupra pag. 440. &c.

Digitized by Google

pomorum, & *obſoniorum*, & *miſſilium*. Plaut. Cap. *Nominandi tibi iſtorum magis erit, quam edundi copia.* Cæſar 4. Gall. *Venerunt* (15) *purgandi ſui cauſa*: ibid. *Sui liberandi facultas daretur*: libro 6. *Purgandi ſui cauſa ad eos legatos mittunt*: ibid. *Ut mercatores recipiendi ſui facultatem non haberent.* Livius libro 21. *Nec enim vereor, ne quis hoc me veſtri adhortandi cauſa magnifice loqui, exiſtimet.* Plinius in Epiſt. *Quum illorum videndi gratia me in forum contuliſſem.* Terent. Heaut. *Date creſcendi copiam, novarum qui ſpectandi faciunt copiam*: ſic enim diſpungendus eſt locus, qui hactenus torſit Grammaticos, & Budæum. Varro libro 2. cap. 1. Ruſt. *Aliquod fuit principium generandi animalium.* Gellius lib. 5. cap. 10. *Evathlus orandi cauſarum cupidus.* In hac loquendi phraſi dubitavi aliquando, an, quemadmodum dicimus, *veni*

(15) *Purgandi ſui cauſa.*] Nihil huc pertinent hæc & ſimilia, in quibus ipſum Participium adhibetur perſonaliter conſtructum cum Pronomine, quod vicem Subſtantivi prorſus obtinet. Dicitur ergo *Purgandi ſui* eadem conſtructione, qua diceretur *purgandi Filii*, &c. Vide me ſupra I. 2. pag. 19. & II. 13. N. 10. Voſſius in his τὸ *Sui* accipit, ut plurale, quia de pluribus agitur, qui ſe *purgare, liberare, recipere*, voluerint, atque adeo eaſdem putat eſſe Conſtructiones, *purgandi ſui*, & *purgandi civium*. Vide Eum de Conſtruct. cap. 53. At mihi τὸ *Sui*, ut forma æque ac *Mei* & *Tui*, ſic & in Conſtructione, eſt Singulare, licet referatur ipſo ſenſu ſæpe ad plures. Nec enim facile reperies, *Venerunt purgandi ſuorum cauſa*, ut ſæpe *purgandi illorum*, aut *purgandorum ſui*, ſed ſemper fere *purgandi ſui*, quaſi ſinguli ſe ſingulatim voluerint purgare. Sic & *Qui* Ablativus Singularis ſæpe etiam de Pluribus dicitur, licet ejus Plurale frequenti ſatis ſit in uſu, veluti apud Plautum Capt. V. 4. 6. *Quaſi patriciis pueris aut monedulæ, aut anates, aut coturnices dantur, quicum luſitent*, pro *quibuſcum*. Rud. IV. 4. 66. *Ubi ſunt ſigna, Qui parentes noſcere hæc poſſit ſuos, Quibuſcum parva Athenis periit.* Ubi vides ad idem Plurale, *Signa*, referri, atque adeo promiſcue adhiberi, *Qui* & *Quibus*. Si quis tamen in his, Sanctio & Voſſio ſuffragari, ac τὸ *Sui* accipere tanquam prorſus Plurale, malit, non multum equidem refragabor, maxime quũ & Livius dixerit *Veſtri adhortandi.* Verum vix dubito, quin Livius & Alii, in τοῖς *Veſtri, Sui*, non tam cogitaverint Conſtructionem hanc Gerundi cum Genitivo Plurali, quam ſpectaverint eandem terminationem & ejuſdem Caſus ac Numeri ſpeciem, tanto magis

 quia

veni cauſa videndi puellarum, poſſimus etiam dicere, *Videndi puellæ*: nam grammaticorum regula eſt, Si Gerundum habet accuſativum pluralem, ut, *legendi libros*, poterit habere & genitivum pluralem, ut, *legendi librorum.* At ego quærebam, cur non poſſet etiam habere genitivum ſingularem? Terentius tandem in Hecyra 3. 3. 12. me admonuit, (16) utroque modo poſſe dici. Verba ſunt Pamphili de Philumena, *Ego ejus videndi cupidus recta conſequor*, id eſt, cupidus videndi videre eam, vel ejus Philumenæ. Et in Phorm. *Ut neque mihi ejus ſit amittendi, nec retinendi copia* (17) loquitur de amica: » [de qua tamen ibid. *Ni mihi eſſet ſpes oſten-* » *ſa hujus habendæ.*] Ovid. 2. Triſt. *Et ſpem placandi dantque adimuntque tui*: Ibid. *Olim placandi ſpem mihi tolle tui*, de Fœmina. Plaut. Trucul. Scena; Num tibi jam; II. 4. 19. *Quoniam tui videndi eſt copia*, loquitur de meretrice. Itaque ſive de muliere, ſive de homine, dicas, *cupidus ſum videndi tui*, vel *videndi*: Paſſivum enim eſt participium adjectivum, id eſt, *videndi videre.* Unde non poſſum improbare illam lectionem, quæ circumfertur in epiſtola Acontii apud Ovid. *Sit modo placandæ copia parva tui*, (18) quum legendum ſit, *placandi.* Nam

quia paſſim *Mei & Tui*, qui vere Genitivi ſunt Singularis Numeri, ſic conſtructi occurrant. Aſt alia jam eſt conſtructio, & huc pertinens, illa, qua Terentius dixit *ejus* Philumenæ *videndi*, quod mox Sanctius adferet.

(16) *Utroque modo poſſe dici.*] Diſertiſſime ita in l. 22. Cod. de adminiſtr. Tutor. *Accedit, quod ipſius pecuniæ fænerandi uſus vix diuturnus eſt.* Prioris vero generis locutionem etiam Dictys Cret. lib. IV. cap. 8. adhibet, *qui peterent eorum, qui in bello ceciderant, humandi veniam*, ubi Vide Mercerum.

(17) *Loquitur de Amica.*] Verum id quidem, ſed intelligi iſtic poteſt, *ejus*, *quid* vel *quod velis*, quod præceſſit. Verba ſunt Pherm. I. 3. 22. *Cui de integro eſt poteſtas etiam conſulendi, quid velis, Retinere, amare, amittere: Ego in eum incidi infelix locum, ut neque mihi ejus ſit amittendi, nec retinendi, copia.* Sequentia quoque ex Ovidii 2. Triſt. non *de Femina* dicuntur, ſed de Auguſto & ad Auguſtum, ut recte monuit jam Urſinus Inſtit. Gramm. To. 2. pag. 393.

(18) *Quum legendum ſit Placandi.*] Utrumque putem recte dici.

Nam genitivi *mei*, *tui*, *ſui*, *noſtri*, *veſtri*, non admittunt adjectiva. Tum deinde paſſim dicitur *placatio tui*, *cura veſtri*, *amor noſtri.* De hoc gerundo, quum habet genitivum pluralem, meras nugas egit Laurent. lib. 1. cap. 27. *Quoties*, inquit, *oporteat loqui per relativum, neceſſe eſt loqui per hoc gerundium, ut hic dies attulit initium dicendi quæ vellem*; *non autem*, *dicendorum quæ vellem.* Sed contra ſentit Cicero, ut ſupra citavi, *Aut eorum quæ ſupra naturam ſunt adipiſcendi.* Sueton. Aug. *Reparandarum claſſium cauſa, quas tempeſtatibus.* &c. ibid. Tib. *Et repurgandorum tota Italia ergaſtulorum, quorum domini*, &c. Val. Max. lib. 2. *Finem profecto fruendarum opum*, *quibus*, &c. Livius lib. 32. *Rerum ſuarum*, *quas poſſent*, *referendarum ſecum dominis jus fiebat.*

ci. Vide me ſupra ad I. 2. pag. 19. Certe ſi *placandæ tui* ferri nequeat, dicendum tunc foret, *Mei*, *Tui*, *Sui*, non eſſe Pronomina, ſed Adjectiva, ſub quibus intelligatur *Negotii.* Sed tamen quia hæc pendent ex ipſo uſu, & quia alia adhuc deſiderantur exempla ſimilium *τοῖς placandæ tui*, ſæpius autem occurrant *videndi*, *fenerandi* &c. cum Femininis constructa, nolim reluctari Sanctio & Heinſio, reponentibus in Ovidio *placandi.* Miror etiam, Sanctium hic dicere, *Genitivos Mei &c. non admittere adjectiva*, quum ſupra II. 13. pag. 252. 253. recte illis jungi Genitivos Adjectivorum, ipſe lectorem docuerit.

Cap. IX.

Supinum in UM *admittitur*, *in* U *excluditur.*

(1) EX numero Gerundorum eſt etiam Supinum: geritur enim a participio in *Tus*, ut cætera a participio

(1) *Ex numero Gerundorū &c.*] *Gerundia* & *Supina* promiſcue appellabant Grammatici Veteres & confundebant. Paſſim enim *Gerundiis* adſcribunt etiā *Supina* in UM & U deſinentia: ſed & ſæpe *Supinis* ea, quæ ceteroqui proprie dicuntur *Gerundia.* Ita Priſcianus lib. 8. p. 822. & 823. *Supina* exponit, ſed Exempla omnia ſunt Gerundiorū, quæ illic *Supina* ſemper vocat. At p. 808. &c. de *Gerundiis* agit, & iis Supina quoque accenſet. Proprie tamen & accurate quū loque-

cipio in *Dus*, & dicitur *Supinum*, quia ſupine, hoc eſt negli-

loquerentur, diſtinguebant illa, & priora quidem *Gerundia*, at hæc in UM & U exeuntia, potiſſimum *Supina* dicebant, non quod, ut ait Sanctius, *ſupine aut negligenter agant, ac pene otioſa ac ſupervacanea ſint*, nec, ut Voſſius de Anal. III. 11. quod ſint a Præteritis formata, rem jam geſtam ſignificantibus, *poſt quam rem geſtam liceat nobis eſſe ſupinis atque otioſis*, ſed quod, ut cenſet Priſcianus pag. 811. *a Paſſivis Participiis, quæ quidam Supina nominaverunt, naſcantur*. Vere enim omnia paſſiva videntur primum dicta *Supina*, quia hujus Vocabuli ſignificatio convenit Patienti, & alium Agere ſinenti. Sentit autem Sanctius, unum modo eſſe Supinum in UM deſinens, quia regere videtur Accuſativum. Alterum in U exiens, quod item vulgo Supinum eſſe exiſtimatur, demonſtrat ille, eſſe potius certum Nominis Subſtantivi caſum. At Scioppius Parad. Liter. Ep. 2. & Voſſius Anal. III. 11. & Conſtruct. 54. ut & Urſinus To. 1. p. 634. oſtenderunt clariſſime, utrumque æque eſſe Nomen Subſtantivum quartæ declinationis. Tanto magis miror Voſſium, quod priore loco Supinis annumerat quoque Nominativos Participii Paſſivi, *Puditum eſt*, *ventum fuit*, &c. Et acceſſit illi in eo etiam Gallicus Novæ Methodi Auctor, adſcribens ideo Supinis Nominativum, Dativum, Accuſativum, & Ablativum, ſed diverſarum Declinationum, ſcilicet, quia *Amatum eſt*, & ſimilia, in hunc cenſum referri volebat. At vero nihil prorſus commune habent illa cum iis, quæ proprie ut *Supina* memorantur a Grammaticis in Paradigmate Conjugationum. Hæc enim Subſtantiva ſunt, illa Participia Paſſiva, eo uſu adhibita, quo Imperſonalia Paſſiva. Quapropter quo modo in Præſenti dicitur ſimpliciter *Amatur*, eodem modo dicitur in ſenſu Præterito *Amatum eſt*. Nec probari poteſt contrarium ex illis Livii, de quibus ſupra jam egimus p. 437. &c. *Diu non perlitatum tenuerat Dictatorem*. Nam in his vel Imperſonalem ineſſe Conſtructionem, vel intelligi Subſtantivum aliquod, atque adeo conſtrui hæc revera, non ut Subſtantiva, ſed ut Adjectiva, patet ex aliis locis, in quibus etiam Participia alterius generis cum ſuis Subſtantivis tali modo occurrunt, aut ita, ut illis Participiis loco Subſtantivi addatur Infinitum, vel integra Oratio. Liv. XXVII. 45. *Auditum modo in acie alterum exercitum adveniſſe, haud dubiam victoriam facturum*. Subſtantivi vices manifeſte hic ſuſtinet infinitum *adveniſſe*, cui adjectum videmus, ut Adjectivum, τὸ *Auditum*. Plane ut *Nunciatum* apud Eund. XXVII. 37. *Liberatas religione mentes turbavit rurſus nunciatum, Fruſinone infantem natum eſſe quadrimo parem*. Similiter XXVIII. 12. *Haud procul aberant, cum ex obviis auditum, poſtero die omnem exercitum proficiſci, metu omni liberavit eos*. Scilicet *auditum* illud

negligenter agat, & pene otioſum, ac ſupervacaneum ſit:

Iud *Proficiſci liberavit eos*, eadem conſtructionis ratione, ac ſi dixiſſet, *auditus ille rumor.* Sic ergo & in eo quod ait VII. 12. *tentatum per dictatorem, ut ambo patricii Conſules crearentur, rem perduxit ad Interregnum*, pro Subſtantivo capienda eſt omnis illa ſententia, quæ ſequitur τῷ *ut*: quaſi ſcriptum eſſet, *Negotium, ut ambo Patricii Conſules crearentur, tentatum* &c. Porro autem, *ſi* τῷ *tentatum* hic eſſet Supinum, haberemus ejus etiam Ablativum, non quidem *tentatu*, ſed *tentato*, & ſic plures haberemus Supini terminationes, quam quas memorant, & duos quidem diverſæ formæ Ablativos. Nam pro eo, quod dixit illic Livius, potuiſſet eodem plane ſenſu dixiſſe, *Tentato per dictatorem, ut ambo Patricii Conſules crearentur, res ad interregnum perducta eſt.* Sic enim idem I. 41. *Tum demum palam facto, Servius &c. regnavit*; h.e. palam facto negotio mortis Tarquinii, ſeu, mortuum eſſe Tarquinium: ubi videas velim Gronovium Patrem. XXXIV. 31. *Ibi permiſſo, ſeu dicere prius, ſeu audire mallet, ita cœpit Tyrannus.* Cicero Famil. III. 5. *Tibi de noſtris rebus nihil ſum ante mandaturus per literas, quam deſperato, coram me Tecum agere poſſe.* Tac. Ann. IV. 36. *Abſolvitur comperto, ficta in eum crimina.* XI. 10. *In cujus tranſgreſſu multum certato, pervicit Bardanes.* cap. 26. *Nec ultra exſpectato, quam dum Claudius proficiſceretur, cuncta nuptiarum ſolennia celebrat.* Vides hoſce Ablativos eſſe ejuſdem plane naturæ & uſus, cujus ſunt Nominativi *Tentatum, perlitatum &c.* Et tamen nemo illos pro Supinis, aut Nominibus Subſtantivis Verbalibus unquam habuit, ſed ut ſunt, pro Ablativis Abſolutis veri Participii. Unde conſequitur, neque Nominativos in illum, ſed in hunc cenſum, eſſe referendos. Quin immo eadem locutio uſitata etiam eſt in veris Adjectivis: Liv. XXVIII. 17. *Haud cuiquam dubio, opprimi poſſe.* Vide & Gronovium Patrem Obſerv. I. 17. init. Sed & in Maſculinis Participiorum & vulgarium Adjectivorum. Sueton. Calig. 8. *In caſtris natus, patriis nutritus in armis, Jam deſignati Principis omen erat*: ubi Conſtructio eſt, *Caligula ita natus, erat omen*: plane ut *Negotium diu non perlitatum tenuerat, & Tentatum negotii, ut ambo &c. perduxit rem.* Tacitus Hiſt. I. 89. *Cæcinna jam Alpes tranſgreſſus exſtimulabat eum.* h.e. quod Cæcinna tranſgreſſus erat, id exſtim. II. 82. *Sufficere adverſus Vitellium videbatur Dux Mucianus, Veſpaſiani nomen, & nihil Arduum fatis.* Ubi plane Adjectivum *Arduum* ponitur, ut illa Participia, hoc ſenſu, negotiū illud, quod nihil ſit fatis arduum. Sic denique Ann. VI. 47. *Nullæ in eos Imperatoris literæ dabant ſuſpicionem, fieri ea &c.* q. d. id ipſum negotium, quod nullæ literæ erant miſſæ, dabat &c. Verba autem Plauti, quæ itidem refert ille Methodi Auctor in hunc cenſum, *Juſtam rem & facilem a vobis oratum volo*, ſupra jam

ſit: nam orationes, quæ poſſunt fieri per hanc vocem cre-

jam I. 15. pag. 123. 124. explicuimus, & ita, ut in iis τὸ *Oratum* nil aliud eſſe, quam Participium, demonſtraverimus. Jam vero, ſiquidem Participia ſunt illi Nominativi, longe utique diverſi ſunt generis & naturæ ab illis, quæ in Paradigmate Conjugationum appellantur *Supina*, quippe quæ ſunt vera nomina Subſtantiva, alterum Quarti Caſus, alterum Sexti, ſed ejuſdem declinationis; & proinde a ſuis præpoſitionibus more nominum recta. Sanctius atque alii accipiunt illud in U etiam ita aliquando, tanquam ſit Dativi caſus: Veluti *Horrendum auditu* pro *auditui*. Sed hæc quoque revera Ablativi eſſe caſus clariſſime oſtendit Voſſius Conſtruct. 54. extr. dum in eo caſu addi Adjectivos hiſce locutionibus probat. Nec enim dici *Horrendum ipſi auditu*, ſed *ipſo auditu*, intellecta præpoſitione IN. Sic mox ex Quinctiliano adfert ipſe Sanctius, *Verba etiam ipſo auditu acerba*, ex Plinio, *parvum dictu, ſed immenſum æſtimatione*, ex Livio, *id dictu, quam re facilius*. Vide pag. 465. Accedit Priſcianus, qui lib. 8. p. 811. diſerte talia per Ablativum exponit, quum ait, *Quid enim eſt miſerabile viſu, niſi viſione?* In priore, quod eſt Accuſativi caſus, ſubauditur præpoſitio *AD* vel *IN*. Plautus Trucul. IV. 2. 27. *Dedi equidem hodie ei quinque argenti deferri minas, Præterea unam in obſonatum.* Potuiſſet dixiſſe, *præterea unam argenti minā dedi obſonatum*, h. e. ut inde obſonet, ſicuti pater dicitur, *collocare filiam nuptum.* Sic Lucretius I. 792. *Nam quodcunque ſuis mutatum finibus exit*, (h. e. ut mutetur ſeu mutet ſe) *continuo hoc* (exire mutatum) *mors eſt illius, quod fuit ante, Quapropter, quoniam, quæ paulo diximus ante, IN commutatum veniunt, conſtare neceſſe eſt. Ex aliis ea, quæ nequeant convertier unquam*, h. e. veniunt, ut ſe commutent, vel ut commutentur. Hinc jam liquet, Supina non tam, vel certe non tantum, ad *motum*, ſicuti plerique tradunt, ſed ad *finem* quoque ſignificandum adhiberi. Nam *Eo ſpectatum* dicitur, pro, *eo ad ſpectatum*, h. e. ut ſpectem. Sic Plautus Aulul. III. 3. 9. *Coctum ego, non vapulatum, conductus fui.* Salluſt. Hiſtor. III. *Nec ego vos ultum injurias hortor.* Non eſt in his verbum, quod motum aliquem ſignificet, ſed quod actionem, quæ ſibi certum quid habeat propoſitum, tanquam ſuum finem. Nam quod Sanctius mox ait, *etiam in illis eſſe motum, conduxi te cantatum*, &c. & quod Urſinus To. 1. pag. 638. *in ipſo fine ineſſe quandam motus ſignificationem, qui nos moveat ad agendum*, immo To. 2. pag. 407. *quum in his quæſtio ſit QUO, ſignificationem motus ad aliquid, ceu locum, ab his non abeſſe*; illa vero videntur longe abeſſe a proprie loquendo, quod tamen in explicanda rerum & verborum natura facere debemus. Diverſa plane res eſt motus ad locum & finis actionis animo conceptus. Longe quoque petitum eſt, quod Voſſius de Anal. III. 12. occulte motum

Digitized by Google

crebrius ad alias tranſferuntur; ut, *diſcedo lecturus*, *diſcedo ad legendum*, *diſcedo ut legam*, *diſcedo lectum*. Tum præterea, quum raro inveniatur, rarius Accuſativo junctum reperitur. Virgilius, *Suſpenſi*, *Euripylum ſcitatum oracula Phœbi Mittimus*: idem, *Venimus huc laſſis quæſitum oracula rebus*. Terentius, *Cur te is perditum?* Semper jungitur verbis motum ſignificantibus; & motus etiam eſt in illis; *Collocavit filiam nuptum*; *Conduxi te cantatum*, *Admitte me ſpectatum.*

Amatu,

motum ſignificari etiam ad locum, in hiſce, *dare nuptum*, & ſimilibus, tradit, quia quæ nubit, *datur alteri*, *ut eam domum ducat.* Quanto naturalius eſt, ſtatuere in hiſce actionis finem, qui declaretur ipſo Supino? Verum iſta oriuntur apud Viros Doctiſſimos ex nimio recepta ſemel tuendi ſtudio. Jungitur autem hiſce Accuſativis, *ultum*, *ſpectatum*, & ſimilibus, plerumque alius Accuſativus, qui creditur ab iſtis tanquam Nominibus Verbalibus, quæ Verbi ſui rectionem retineant, proxime regi. Sed repetendum hic, quod ſæpe jam monui, intercedere in his Ellipſin præpoſitionis κατὰ, & vocis *Negotii*, ut adeo ſi dicam, *Eo ſpectatum ludos*, idem ſit, ac ſi dicerem, *Eo ad ſpectatum negotii, quod ad ludos attinet.* Rationem explicuimus abunde & ſæpe jam in ſuperioribus, ac contra Urſini, qui & hic ſeſe nobis opponit, exceptiones vindicavimus. Quare autem hæc conſtructio ita frequentetur cum Accuſativis *ſpectatum* &c. non item cum Ablativis *ſpectatu* &c. aut aliis caſibus, ejus nulla poteſt certa dari ratio, niſi quæ ex Fortuna & Caſu eſt petenda, ſicuti aliquando faciendum, quum alibi jam ſæpius, tum proximo ſuperiore capite pag. 440. 441. probavimus, multis eam in rem allatis exemplis; & de hac ipſa conſtructione ultro affirmat etiam Urſinus To. 2. p. 85. meræ fortunæ eam adſcribens. Inde ergo colligendum, non directam hanc, ſed Ellipticam potius eſſe conſtructionem, quum in Ellipticis magis dominetur caſus & fortuna, quam in directis. Sed & reperimus alia quædam Nomina alterius declinationis, aſt pauca valde, eodem modo conſtructa, ut illa Supina in UM, quæ Accuſativum tamen ſibi non adſciſcunt. Nam ut *cantatum conducere*, *cantatum ire*, dicimus, ſic & *venum dare*, *venum ire*, *peſſum dare*, *peſſum ire*, in quibus æque ac in illis Supinis intelligitur præpoſitio AD, quum vera ſint Nomina, ſed ſecundæ Declinationis, certe *Venum*. Denique multi Ablativi illius formæ etiam in alia conſtructione, ſed manifeſta Nominum Subſtantivorum, reperiuntur, licet alii Caſus iſtorum Nominum interierint, vel certe nobis vix uſquam occurrant, Veluti *arceſſitu*, *allegatu*, *natu*, *promptu*, *mandatu*, &c.

Amatu, *lectu*, *auditu*, mire conturbant grammaticos; mihi partim ſunt dativi quartæ inflexionis, partim ablativi, quibus modus ſignificatur. (2) Dativi exempla ſunt; *Mirabile viſu*; *Horrendum auditu*, id eſt, oculis, & auribus; nam dativus quartæ antiquitus frequentior erat in U, ut Gell. teſtatur lib. 4. cap. 16. Virgil. 8. *Altiſſima viſu*: idem, *Mirabile viſu*, id eſt, oculis: nam ipſe alibi dixit, *Oculis mirabile monſtrum.* Valer. Maxim. lib. 5. *Ergo quod auditu novum eſt.* Plaut. Bacch. *Iſta lepida ſunt memoratu*: ubi aliqui legunt, *memoratui.* Sed altius hæc expendamus. Si terminatio in U ſupinum verbum eſſet, (3) aliquando haberet *a*, vel *ab*. Deinde

&c. quod cui rei adſcribemus, niſi Fortunæ, aut Oportunitati conſtructionis?

(2) *Dativi exempla ſunt.*] At vide, quæ in proximis ſuperioribus p.460. hac de re jam notavi, & pag. ſeq. ipſe Sanctius habet. Speciem Dativi præfert quidem ille verſus Lucretii II. 408. *Omnia poſtremo bona ſenſibus & mala tactu.* Neque tamen ulla nos neceſſitas cogit omnino, pro Dativo etiam illud accipere.

(3) *Aliquando haberet A vel AB.*] Vix perſpicio ſatis rationem hujus argumenti. Nam primo non mutat naturam vocabulorum, ſive præpoſitio illis præmittatur expreſſa, ſive per Ellipſin, ob frequentiſſimum eorum in tali Conſtructione uſum, pene perpetuam omittatur. Deinde occurrunt ſane præpoſitiones etiam ante hæc vocabula in U exeuntia, ut oſtenderunt Scioppius, & Voſſius. Eo autem ipſo evadunt vocabula illa minime verba Supina, ſed vera Nomina Subſtantiva. An ergo voluit forſan Sanctius, ſi vocabula hæc eſſent Verba Supina, & paſſivæ quidem naturæ, tum conſtrui etiam debere, ut Paſſiva ſolent, ſequente A vel AB cum alio Nomine, quod nunquā tamen fiat. Certe ipſe ea, non Verba, ſed Nomina eſſe recte ſtatuit. Et tamen ejuſdem ſunt naturæ hæc in U exeuntia, cujus illa in UM, licet Uſus quodammodo ea diſtinxerit, dum his Accuſativum ſæpe addidit, quem illis non addidit. Ceterum multo minus perſpicio, quid ſibi velit Urſinus To.1. p. 634. ubi Supina eſſe vera Nomina a Saturnio probatum, & inde ab Sanctio, Scioppio, & Voſſio id hauſtum ac repetitum affirmat, additque, *ut nullum plane mihi dubium ſit, quin, ubi lib. III. cap. 9. Minervæ Sanctii legimus hanc primam afferri rationem, cur nullum ſit Verbum Supinum in V. quia aliquando haberet A vel AB. exciderit negativa, quod non advertit Cl. Perizonius.* Fateor id me non advertiſſe, atque etiam hunc non advertere. Certe necdum perſpicio, ubi negativa in hiſce Sanctii verbis ſit reponenda. Judicet Lector.

Digitized by Google

inde videmus, hanc vocem ſuſcipere adjectivum. Plautus Stich. *Tuo arceſſitu venio huc.* » [nec dubium eſt, » quin recte quoque dicatur, *crebris tuis arceſſitibus* » *huc veni*, ſicut narratibus; Ovidius 6. Metamorph. » *Tempeſtiva meis veniet narratibus hora.*] Quinctil. lib. 8. *Rebus atrocibus verba etiam ipſo auditu acerba magis conveniunt.* Plinius lib. 20. *Cepæ ſativæ olfactu ipſo caligini medentur.* Gellius lib. 12. *Eos verſus aſſiduo memoratu dignos puto.* Tacitus libro 20. *Copias recenti lectu auctas.* Livius 37. *Et eodem armatu Cares.* Stat. 9. Theb. *Longo defeſſa redibat venatu.* Quod etiam teſtimonium indicat, hanc terminationem jungi verbis motum vel locum ſignificantibus, & ſic dici, *Venio venatu*, ut, *venio agro*, *venio de venatione.* Plaut. Menæch. *Obſonatu redeo.* Statius, *Quem tu venatu rediturum in limine primo Operiens.* Cato Ruſtic. *Primus Cubitu ſurgat, poſtremus cubitum eat.* Præterea junctura ipſius orationis indicat eſſe nomen. Livius lib. 31. *Id dictu, quam re facilius.* Plinius lib. 7. cap. 1. *Parvum dictu, ſed immenſum æſtimatione.* Si *Dictu* ſupinum eſt, etiam *æſtimatione* ſupinum erit. Cic. in Piſon. *Quis enim te auditu, quis ullo honore, quis denique communi ſalute dignum putavit*; idem pro Cluent. *Quam levia genere ipſo, quam falſa re, quam brevia reſponſu.* Curtius lib. 4. *Id conſilium non ratione prudentius, quam eventu felicius fuit*: idem lib. 8. *Quis cætera auditu majora, quam vero, ſuſtinere poſſe credebat?* Val. Maxim. lib. 9. *Nec ipſa verba relatione familiaria, quam dictu faſtidienda ſunt.* Tacitus lib. 1. *Lucos viſu, ac memoria deformes.* Delirant igitur, qui dicunt, hoc ſupinum ſignificare paſſionem, niſi velis dicere, nomina etiam aliquando hanc paſſionem ſignificare: nam quum dicis, *Laude & amore dignum*, poteris exponere, ut ametur, & laudetur. Sed oſtende obſecro hanc tuam paſſionem in his & ſimilibus. Cic. *Perpeſſu aſpera.* Livius 10. *Migratu difficilia*: idem in procemio; *Unde fœdum inceptu, quod vites, fœdum exitu*, id eſt, ut exeat, vel

vel ſine ipſo: idem lib. 1. *Eo tempore in Regia prodigium viſu eventuque mirabile fuit*: idem vigeſimo quinto, *Conſilia audacia prima ſpecie læta ſunt, tractu dura, eventu triſtia.* Sed opponit Laurentius, *ſi eſſent hæc nomina, haberent alios caſus.* O plumbeum pugionem! quid illa? *In promptu, natu major, noctu, diu, ſponte, aſtu, impete, vitatu, petitu, ſuppetias, inficias*, & mille hujuſmodi? Sed quid mirum, ſi concedamus & alios caſus? quum legamus ſemper, *Nuptui dare*, & (4) *veno exercere*, & *poſita veno*, apud Tacitum lib. 16. *Prædæ, & diviſui eſſe*, apud Livium lib. 3. Denique illud, quod Supinum ultimum vocabant, ablativus, vel dativus eſt, per quem bonum explicamus; ut ſi quæras, quo pacto aliquid ſit mirabile, reſpondebo, viſu, auditu, dictu, memoratu, exitu: » [vel certe Præpoſitio, *ab*, ſubau- » ditur, ut ſenſus ſit, quod ad viſum, auditum, di- » ctum, memoratum, vel exitum pertinet.]

(4) *Veno exercere &c.*] At hoc non eſt, quod *Supinum* Grammatici dicunt, ſed manifeſte Nomen Subſtantivum ſecundæ Declinationis, quum Supina omnia ſint quartæ. Sed & *nuptui, diviſui*, & ſimilia nullam habent Supini ſpeciem. In Ablativo autem Supinorum intellexerim præpoſitionem, non ſemper AB, ut mox vult Scioppius, ſed ſæpe IN. ſic illud Plinii, *parvum dictu, ſed immenſum æſtimatione*, ſupplendum eſt utique omnino per Præpoſ. In. Sic quando Seneca ait Epiſt. xc. *Facilis victu ſapiens fuit*, h. e. facile vivit, &, ut mox loquitur, *expeditiſſimus.* Manifeſta autem in his Ellipſis τ̃ IN.

CAP. X.

Singula participia eſſe omnium temporum, & Tempus Verbi, cui junguntur, adſignificare Participium Activum cum Verbo Subſtantivo. Fit Nomen. Legendum eſt *non eſt Gerundium, ſed Participium: Ejus Uſus per omnes Caſus.*

ULTRA ea quæ a me ſuperius diſputata ſunt lib. I. cap. 15. animadvertendum eſt, Participium activum

vum ſæpe jungi (1) verbo ſubſtantivo. Cic. in Orat. *Eſt enim, ut ſcis, quaſi extrema pagina Phædri, his ipſis verbis loquens Socrates.* Auctor in Salluſt. *Unus enim ſatis es materiæ habens.* Cic. de amicit. *Quid enim erat Africanus indigens mei*: idem 1. de divin. *Eſt apud Platonem Socrates dicens Critoni ſuo familiari*: idem lib. 6. epiſt. *Nam ſi quiſquam eſt timidus in magnis periculoſiſque rebus, ſemperque magis adverſos rerum exitus metuens, quam ſperans ſecundos, is ego ſum.* Liv. lib. 20. *Illa longa oratio, nec ad vos pertinens ſit.* Terent. Eunuch. *Peregrinus eſt, minus potens quam tu, minus notus, amicorum hic habens minus*: idem, *Primus eſſes proferens.* Gell. lib. 5. cap. 9. *Quum antea non loquens fuiſſet.* Jungitur ſæpius aliis verbis; ut, *Vidi legentem*: *Diſcedens legebam.* Fit nomen, (2) quoties caſum verbi non habet; ut *Virtutis amans*, unde formantur comparativa & ſuperlativa.

Ama-

(1) *Verbo Subſtantivo.*] Sic Sall. Jug. 31. *Si dediticius eſt, veſtris juſſis obediens erit.* Gell. V. 10. *Eloquentiæ diſcendæ cupiens fuit.* Sed & cum aliis Verbis. Liv. I. 27. *Quid petentes venerint.* Sall. Jug. 22. *Legari in Africam maturantes veniunt.* Sueton. Galb. 4. *Somniavit Fortunam dicentem.*

(2) *Quoties caſum Verbi.*] Atqui ex ſententia utique ipſius Sanctii ſæpiſſime etiam Nomina, quæ dicuntur *Verbalia*, habent caſum Verbi ſui. Quapropter ſi quid diſcriminis inveniri queat inter uſum horum vocabulorum, ut poſſint dici modo vera Participia, modo vera Nomina, quærendum id foret potius in adſignificatione Temporis, cui Uſus diverſam conſtructionem, licet utramque etiam Nomini convenientem, videtur accommodaſſe. Nam *amans virtutem* adhibetur ad notandum non modo rem ipſam, ſed & præſens illud temporis momentum, quo quis virtutem amat; At *Amans virtutis* uſurpatur ad perpetuum virtutis amorem in homine aliquo ſignificandum. Vide ſupra ad I. 15. pag. 119. Quod autem Participia vere certum Tempus per ſe adſignificent, & proinde non ſint omnium Temporum, ſatis probavimus ſupra d. l. pag. 128. &c. Unum modo addemus ad defendendum Ciceronem; cujus auctoritas in his nullo ſuo merito ſic ſatis ab Auctore Novæ Methodi in Notis Sect. IV. cap. 3. hac occaſione labefactatur: id quod tanto ſuſcipiemus libentius, quoniam nobiſcum plane ſentit. Dicit enim pro Domo, *Non tulit, UT Interdicatur. Quid ergo? ut Interdictum ſit. O cœnum &c.! Hanc tibi legem Clodius ſcripſit, ut Interdictum ſit, cui non Eſt interdictum.* Videmus diſtinguere

 Cice-

Amaturus jungitur omnibus verbis, & temporibus, etiam futuris. Vide ſupra libr. 1. cap. 15. pag. 131. &c.

Amatus jungitur omnibus verbis; ut, *amatus erat*; *comitatus eſt patrem*, vel *a patre*. Supra lib. 1. cap. 15. pag. 132. &c.

Amandus jungitur omnibus verbis, & temporibus, etiam futuris: ut *Lectio legenda erit*. Valla lib. 1. cap. 26. negat poſſe dici; *Timeo te verberandum fore*. Sed fallitur. Cicero ad App. lib. 3. *Quaſi divinarem tali in*

Ciceronem tanquam diverſa, *interdicatur*, & *interdictum ſit*, quæ Auctor ille ejuſdem eſſe ſignificationis, etiam quod ad Tempus, vult, licet forte alterum ſit frequentioris uſus. Certe neminem eſſe ait, qui non videat, *Velitis, ut interdictum ſit*, eandem habere vim notandi Præſentis Temporis, quam illa Terentii, *Utinam aut hic ſurdus, aut hæc muta facta ſit*, in quibus τὸ *facta ſit* ponatur pro *fiat*. At vero & Ego neminem eſſe putem, qui, ſi modo animum attendat, non perſpiciat eſſe aliquod Temporis diſcrimen inter iſtas locutiones, quas Cicero ita diſerte diſtinguit, ut & inter *facta ſit* Terentii, & *fiat* ejus interpretis. Nec enim voluit Davus apud Comicum, uti tunc fierent demum ſurdi aut muti, nam nihil eum id juvaret, quippe quum jam dicta eſſent, quæ nolebat audita ab hero; ſed uti, antequam iſta dicerentur, eſſet jam factus vel herus ſurdus, vel mulier muta. Similiter non recte poterat proprie loquendo rogari populus, ut ei, cui nondum erat interdictum, hoc ipſo momento temporis jam *ſit interdictum*: Sed recte quidem, ut ei *interdicatur*. Scilicet Præſentis quidem Temporis eſt *ſit*, at *interdictum* Præteriti. Sæpiſſime autem Participium cum verbo alterius Temporis conjungi, ſervata tamen ſingulis ſui Temporis ſignificatione, abunde ſupra probavimus, & agnoſcit ipſe Auctor in hiſce locutionibus, *dicturus fui* &c. Quidni ergo & in aliis, ac proinde etiam in *interdictum ſit*? quod cum duo Tempora ſignificet, differre utique debet ab *interdicatur*, quod unius eſt Temporis. Non diffitear tamen, potuiſſe ea dicentem, quæ Cicero arguit, defendi, ſed non aliter, quam ut in ea locutione intelligatur τὸ *deinceps*, hoc ſenſu, ut ei jam ſtatim ab hoc tempore ſit deinceps interdictum. Cur ergo Cicero eum ita exagitat? Quia in legibus, quam maxime poteſt, proprie & ſine ambiguitate ulla loqui earum Auctores debent. Manet illud certum, recte diſtinxiſſe Ciceronem inter iſtas locutiones.

Digitized by Google

in officio fore mihi expetendum aliquando ſtudium tuum. Livius lib. 37. *Aut ſub pellibus habendos milites fore* : & lib. 6. *Eo quoque enim mittendos fore legatos* : & lib. 8. *Non id Corneliæ magis familiæ, quam urbi Romæ, fore erubeſcendum.* Vide ſupra libro 1. cap. 14. pag. 114. & cap. 15. pag. 140. &c.

In Rectis plerumque jungitur verbo ſubſtantivo; ut, *legenda eſt lectio*; *legendæ ſunt epiſtolæ*; ſic etiam, *legendum eſt*, *tacendum eſt*, ſubaudi τὸ *legere*, τὸ *tacere*, ut jam diximus. Neque, *legendum eſt*, recte dicitur Gerundum nominativi, non magis, quam *lectum eſt*; in utroque enim deeſt τὸ *legere*, & utrumque participium eſt paſſivum in recto caſu, & in accuſativo erit, ſi dicas, *legendum eſſe*, *lectum eſſe.*

In Genitivis pendet a Nominibus genitivum regentibus; ut, *tempus eſt legendæ lectionis*, & *legendarum lectionum*, & *legendi* τοῦ *legere.*

In Dativis; ut, *Terentianæ comœdiæ conferunt expoliendæ linguæ*, & *ſcribendis fabulis.* Liv. *Si Reſp. ſolvendo æri alieno non eſſet*, &, *tu ſolvendo non eras*, ſubaudi, *æri alieno aptus*, vel *idoneus.*

In Accuſativis dicimus, *Cenſeo reddendam pecuniam*, vel *reddendas pecunias eſſe*, vel *fore*; &, *veni ad ſolvendam pecuniam*, vel *ſolvendas pecunias.*
„ [Cæſar 1. belli Civil. *Miſericordia civium, quos*
„ *interficiendos videbat*, ſubaudi *eſſe*, vel *fore*, id
„ eſt, interfectum iri.] Inepte præcipit Valla lib. 1. cap. 72. eſſe quædam verba, quæ huic voci juncta præpoſitionem recuſent; qualia, *loco*, *conduco*, *mando*, *curo*, &c. ut, *curavi mittendas literas*; *locavi faciendam domum*; cum aliis verbis requiri præpoſitionem, ut, *Veni ad ſalutandam matrem*, vel *propter ſalutandam.* Ridiculum profecto eſt, quærere de nomine Adjectivo, quando cupiat aut reſpuat præpoſitionem : ſequitur enim ſemper ſuum ſubſtantivum, ut, *vidi hominem doctum*, vel *ad hominem doctum accedo.* Itaque nullum erit verbum, cui ego hanc vocem in

Dum, cum præpoſitione, aut ſine illa, non adjungam; ut, *veni ad ſalutandam matrem*; & *veni iterandam viam*; & *trado tibi puerum docendum*, vel *trado tibi pecunias ob docendum puerum*, *curavi mittendas pecunias*, vel *curavi rem ante mittendas pecunias*. Horat. *Hæc porcis comedenda relinques*. Itaque primus accuſativus verbi non habebit præpoſitionem, ſecundo autem neceſſario eſt adhibenda.

In Ablativis ſemper a præpoſitione pendet, ſed frequentius ſubintellecta; ut, *Sudas in componendo carmine*, vel *componendis carminibus*. Valla loco citato, *Cavendum*, inquit, *ne id verbum ſignificet motum*, *quale eſſet*, *Revertor ab arando*. Fallitur longe. Cicero in Bruto, *Iidem traducti a diſputando*, *ad dicendum inopes reperiuntur*: idem, *a dicendoque deterrent*: idem 2. Orat. *Ipſe a dicendo refugiſti*. Quæ exempla, ſive ſint, ut iſti aſſerunt, Gerundi ablativi, ſive ſint hujus Participii, ſubintellecto ſubſtantivo, non liberant ab errore Vallam. Cicero in Verrem; *Non videor omnino a defendendis hominibus ſublevandiſque diſcedere*: idem 3. Orat. *A regendis civitatibus totos ſe ad cognitionem rerum tranſtulerant*.

Cap. XI.

De his formis, Amaturum eſſe, Amatum ire, Amatum iri, *&* Amaturum *abſolute*.

Sustulimus ex conjugationibus has voces, (1) *Amaturum eſſe*, vel *fuiſſe*, & *amandum eſſe*, vel *fuiſſe*, & *ama-*

(1) *Amaturum eſſe.*] Haud putē ſatis recte hoc quidem ex conjugationibus ſuſtuliſſe Sanctium. Certe videntur ipſi Veteres id habuiſſe in paradigmate ſuo conjugationum. Unde factum, ut id, tanquam omni Generi ac Numero reſpondens, æque ac *Amare* & *Amaviſſe*, adhibuerint. Vide quæ diſputavimus ſupra pag. 105. 106. & 112. Scioppius quidem in extremo hujus Capitis Ellipſin in ea locutione ſtatuit, quaſi intelligeretur *Negotium*. Et ſine dubio fuit hæc locutionis iſtius origo. Sed ut uſus ſæpe alias per

Digitized by Google

amatum ire, vel *iri*, quia hoc Syntaxis eſt, non Analogiæ: ineptum enim & præpoſterum fuerat, in verbis conjugandis, de Syntaxi præcipere; & quemadmodum dicis, *homo doctus eſt*, *mulier pudica eſt*, ſic dices, *homo eſt amaturus*, vel *amatus*, vel *amandus*, *mulier eſt amatura*, *amata*, *amanda*. Sic vero ſe res habet; Duo activa participia, adjuncta verbo ſubſtantivo, totam perficiunt cujuslibet verbi activam, & duo paſſiva totam paſſivam. Sic *Amans ſum*, *Amans eram*, *amans fui*, &c. & in infinitivo, *Amantem*, vel *amantes eſſe*, *fore*, vel *fuiſſe*. Rurſus, *Amaturus*, *amatura*, *amaturum*, *ſum*, *eram*, *fui*, *ero*; *Amaturi*, *amaturæ*, *amatura*, *ſumus*, *eramus*, *erimus*; & infinitivo, *Amaturum*, *amaturam*, *amaturum*, vel *amaturos*, *amaturas*, *amatura*, *eſſe*, *fore*, vel *fuiſſe*. In paſſiva, *Amatus*, *amata*, *amatum*, *ſum*, *eram*, *fui*, *ero*; in infinito, *amatum*, *am*, *um*; *amatos*, *as*, *a*, *eſſe*, *fore*, vel *fuiſſe*. Sic, *amandus*, *a*, *um*, *ſum*, *ero*, *fui*; in infinito, *Amandum*, *am*, *um*, vel *amandos*, *as*, *a*, *eſſe*, *fore*, vel *fuiſſe*. Dicam adhuc planius, (2) *Amatus*, *a*, *um*, *ſum*, vel *fui*, non eſt tempus præteritum in

per abuſum ac errorem a vera origine & analogia deflexit, ita & huic Ellipſi ac ſupplemento repugnant verba Quadrigarii apud Gellium. I. 7. *Dum ii conciderentur*, *hoſtium copias ibi occupatas futurum*. Nec enim ſtatui iſtic ulla ratione poteſt ea conſtructio; aut dici, hoſtium copias eſſe negotium futurum ibi occupatas. Quid ergo? Manifeſte *futurum eſſe* ponitur hic eo dem plane modo, & eadem conſtructione, qua *fore*. Cujus nulla poteſt reddi ratio, niſi quod forte in paradigmate conjugationum id habuerint, & acceperint tanquam indeclinabile infinitum, æque ut *amare*, & *amaviſſe*. Unde & Gellius ait, iſta *Amaturum* &c. *indefinito modo* dicta, *qui neque in numeros*, *neque in perſonas*, *neque in genera diſtrahitur*, *ſed omnia iſthæc una eademque declinatione complectitur*; & proinde illa iſtic *neque virilis eſſe generis*, *neque neutrius*, ſed adhiberi tanquam *verba ab omni neceſſitate Generum abſoluta*. Rectius tamen poſteriores iſtam periphraſin, animadverſo, Neutra exempli tantum loco in paradigmate poſita, per ſua Genera & Numeros variarunt.

(2) *Amatus ſum.*] Hæc ſatis refutata ſunt ad lib. I. cap. 15. pag. 132. Nam revera *Amatus* eſt Participium, & proinde adſignificat

in paſſiva, non magis, quam *amandus*, *a*, *um*, *ſum* vel *fui*; Verba enim in *Or* nullum habent præteritum: Sed *amatus ſum*, præſentis vicem ſupplet, *amatus fui*, præteriti, *amatus eram*, imperfecti, *amatus fueram*, pluſquamperfecti, &c. Utimur tamen jam promiſcue, *Amatus ſum*, vel *fui*, pro præterito, quod magis ex natura verbi ſubſtantivi accidit, quam ex vero præterito. Itaque *Amatus ſum*, duæ ſunt voces, non una.

Idem fere dicendum de *Amatum ire*, & *Amatum iri*, de quibus neſcio, quas tricas inculcat Laurentius lib. 1. cap. 28. Quid ſit tenendum, paucis accipe. Hoc verbum *Eo*, ut notum eſt, motum ſignificat, ut, *eo piſcatum*; aliquando tamen ita ſupinis adjungitur, ut res una eſſe videatur, neque ulla motus vera ſignificatio perſpiciatur, ut, *Credo carmina lectum iri*, id eſt, legi; *cur te is perditum*, id eſt, perdis. (3) Denique *lectum ire*, aut

gnificat Tempus aliquod. Id vero eſt Præteritum. Nec tamen propterea ſentimus, *Amatus ſum*, eſſe unam vocem.

(3) *Denique lectum ire.*] Immo vero Grammatice omnes hæ locutiones ſunt Præſentis Temporis, & præſentem motum notant, licet res ipſa, quæ in iis ſignificatur illo vocabulo, quod Supinum dicitur, Futura ſit. Etenim, *cur te is perditum*, denotat, cur id agis, cur ei rei operam das, ut te perdas? ubi ea res, *perditio* ſcil. *ſui*, eſt quidem Futura, ſed tamen illa operæ datio in eam rem eſt Præſens, & proinde verbo Præſentis Temporis, *Ire*, enunciatur. Sic *credidi vos læſum iri*, non eſt ſimpliciter Præteriti Temporis, ut ait Sanctius, ſed potius tria iſtic tempora deſignantur, duo Grammatice, unum ſenſu & reipſa. *Credidi* notat Præteritum, *Iri* durationem Temporis ex Præterito uſque in Præſens; vel potius Præſens Tempus in re temporis præteriti, ſeu præſentem motum & initium ad vos lædendos illo tempore, quo eum motum fieri credidi. *Iri læſum* conjunctim ſignificat *Futuram parari læſionem.* Non ergo interpretanda erant illa verba ſimpliciter per *Credidi vos lædi*, ſed potius, credidi, ab hominibus id tunc jam agi, ut vos lædant, iri ad læſum vos ſeu veſtri, & ſic rationem ac viam veſtri læſus, h. e. futuræ veſtræ læſionis, tunc iniri. Et ita ſe res habet in omnibus, quæ ſequuntur. Miror vero Voſſium, qui de Anal. III. 17. recte omnino interpretatur locutiones *ire cænatum*, *ire perditum*, & ſimiles, eaſque variis exemplis oſtendit notare

Digitized by Google

aut *iri*, non ſunt tempora futuri, aut præſentis, ut pu-

notare ſemper Præſens tempus, at Paſſivas locutiones *iri perditum* &c. vult haberi pro Futuri temporis locutionibus. *Etſi autem*, inquit, *Ire amatum*, *ceteraque ejus generis*, *ſunt Præſentis temporis*, *non tamen exiſtimandum*, *Amatum iri*, *Præſentis quoque eſſe. Nam ea Futuri eſſe* &c. Scilicet Vir Summus non diſtinguit inter Tempus Grammaticum, ſeu Analogiam locutionum, ac Tempus rei Futuræ, quod ex ſenſu & ſignificatione, non verbi ſolius, ſed totius locutionis pendet. Eadem enim eſt ratio Grammatica τοῦ *Ire perditum*, & *Iri perditum*. Utraque phraſi denotatur conſilium & initium, quod Præſens eſt, Rei Futuræ, quæ res Futura eſt Finis actionis Præſentis. Sic in illo Livii, *In ſpem erecta civitas erat*, *in Africa eo anno debellatum iri*, res quidem futura erat *debellatio*, ſed tunc jam ſperabant, in eo ſtatu eſſe hoc bellum, ut *conſilium jam nunc recte ineatur*, & præparentur omnia ad debellandum. Explicitâ ſic hujus locutionis analogiâ, patet jam liquido, accuſativum ſequi in conſtructione ipſum Supinum, ſed per Ellipſin Præpoſitionis, unde proxime regitur ille Accuſativus. Ordo enim eſt, ex. gr. credidi, iri ab aliis ad læſum Vos, ſeu quod ad Vos. Et ſic reliqua etiam quando duplex Accuſativus per appoſitionem aut aliter additur: ut in illis Lactantii paulo poſt a Sanctio memoratis, *Et Erythræam ſe nominatum iri prælocuta eſt*, in quibus conſtructio eſt, non, *ſe iri nominatam* ſed, *iri nominatum ſe Erythræam.* Sic ſi quis dicat, *ſpero vos iſtic optime doctum iri illam artem*, ordo horum eſt, *ſpero iri doctum vos illam artem*, duplici Ellipſi ejuſdem Præpoſitionis. Verum hic difficultatem pariunt nonnulla Auctorum loca, quæ alium ordinem videntur ſuadere. Scilicet Catonis apud Gell. X. 14. *In illa contumelia*, *quæ mihi per hujuſce petulantiam factum itur.* Quinctil. IX. 2. *Reus parricidii damnatum iri videbatur.* Plaut. Rud. IV. 7. 16. *Mihi iſthæc videtur præda prædatum irier.* Scioppius Parad. Ep. 2. omnia hæc loca immutat, legendo *Quam*, *Reum*, *iſthac præda*, opponentibus ſe tamen Voſſio de Conſtruct. cap. 54. & Nova Methodo. Quin & ipſe Gellius ſuis in interpretando locutionibus ſatis ſuperque ſignificat, locum illum Catonis non eſſe corruptum. Voſſius autem non tam rationem ſeu originem harum locutionum, quam ſignificationem explicat, dum ait, *contumelia factum itur* idem eſſe, quod *contumelia fit*: nam *ire factum* poni aliquando ſimpliciter pro *facere*, & *iri factum* pro *fieri*, quia quod factum itur, plerumque etiam fit. At Nova illa Methodus rationem quoque earum locutionum non eſſe difficilem redditu, ſecundum ipſa Grammatices principia, cenſet. Nempe *iri* hic eodem modo conſtrui & ſumi, quo ſumeretur *duci*. Eſſe enim *Eo* verbum Activum, & proinde habere etiam Paſſivum. Immo ex ſententia ipſius Scioppii poſſe etiam

putant, ſed ponuntur aliquando pro præſenti, aliquando

Eor recte dici. At vero ſi maxime Activum ſit *Eo*, non tamen vel ſic, neque ex Scioppii, neque ex aliorum ſententia, erit ejus Generis, ut varios recipiat Accuſativos, *Eo reum*, *Eo contumeliam* &c. ſed ut tantummodo Cognatum admittat, ſcil *viam* vel *iter*. Et proinde in Paſſivo poſſet quidem ex ſententia Scioppii dici *Eor*, ſed non aliter, quam ſi loqueretur ipſa *Via* vel *Iter*. Immo in hiſce locutionibus *Iri damnatum* &c. vult Scioppius ſemper intelligi *viam* ante τὸ *iri*. Rectius ſane, quam qui analogice & Grammatice cenſent dici poſſe, *Reus*, vel *contumelia*, *itur*. Quid ergo? Καταχρησις ſeu Abuſus hic eſt, haud dubie primum ex incuria loquendi ortus, & eodem modo expediendus, quo pag. 305. & ſeq. immo per totum Caput tertium, Neutra in Paſſivum verſa explicuimus. Etenim quum ait Horatius, *Magna minorve foro ſi res certabitur unquam*. Ovid. *Certatam lite Deorum Ambraciam*. Cicero, *Ne victoria quidem plauditur*: Alii paſſim, *Triumphantur hoſtes*: ex abuſu dicta ſunt hæc omnia, dum, quia in Activo recte quidem, ſed figurate per Ellipſin, poterat dici *triumphare hoſtes victos*, *certare aliquam rem in foro*, *plaudere victoriam*, ea nonnulli, non animadverſa ratione harum locutionum, ſimpliciter tranſtulerunt in Paſſivam formam, mutando Accuſativo in Nominativum. Et proinde, ſicuti *Certare aliquid in foro*, *Triumphare Medos*, ſignificat certare propter aliquid, triumphare de Medis: ſic *Certatur illa res*, *triumphantur Medi*, denotabit re ipſa, certatur propter illam rem, triumphatur de Medis. Jam ſimili pene abuſu, & eodem plane ſenſu, dixerunt illi, *Reus iſte itur damnatum*, h. e. propter iſtum reum itur ad damnationem, *contumelia itur factum*, pro, contumelia eſt, ad quam faciendam itur, ſeu propter quam itur ad factum. Similis porro hiſce videtur etiam hæc, abuſiva item, licet frequentiſſima, locutio: *Petrus dicitur id feciſſe*, vel *eſſe doctus*, pro quo Analogia Linguæ Latinæ poſtularet, *dicitur*, *Petrum id feciſſe*, vel *Petrum eſſe doctum*. Sed & hic quum Activum eſſet, *Dicunt Petrum eſſe doctum*, in Paſſivo ſimpliciter, & ad exemplum etiam Græcorum, Accuſativos mutarunt in Nominativos; Ut adeo, *Petrus dicitur eſſe doctus*, idem ſit, quod, *De Petro dicitur, eum eſſe doctum*. Vide infra IV. 11. in Helleniſmo. Hujuſmodi exemplis & rationibus abuſus iſtarum locutionum & vera lectio in Catone & Quintiliano aſſeri debet. At Plautum nullus dubito, recte emendatum a Scioppio, niſi quis malit cum Salmaſio τὸ *Iri* iſtic accipere poſitum pro *Ire*, quod ego tamen faciendum non putem. Ceteroquin enim, ſicuti *Contumelia itur factum*, quod ad ſenſum, revera idem eſt, quod, *contumelia mihi fit*, vel potius *fiet*, *Reus itur damnatum*, idem, quod, *Reus damnabitur*, ſic ergo & *præda itur prædatum* deberet ſimiliter ſignificare,

do pro præterito; ſæpius pro futuro; *Credidi vos læſum iri*, id eſt, lædi, Præteriti eſt; *Spero carmina lectum iri*, id eſt, legi, Futurum eſt. Quæ diximus, teſtimoniis comprobemus. Terent. Andr. *Tu tibi in meam vitam laudem is quæſitum, ſcelus*, id eſt, quæris: ibid. *Cur te is perditum*, id eſt, perdis. Salluſt. Catil. *Et dum paucis ſceleſtis parcunt, bonos omnes perditum eant*: idem Jugurth. *Ne ignoſcendo malis bonos perditum eatis*: idem de Rep. ord. *Dignitate alios, alios civitate, everſum irent.* Plaut. Aulul. *Ut me, meoſque perditum ires liberos*, id eſt, perderes: idem Caſin. *Argentum ſi quis dederit, ultro ibit nuptum*, id eſt, nubet: idem Ciſtell. *Eunt depreſſum, quia nos libertinæ ſumus*, id eſt, deprimunt: Idem Bacchid. *Et me ires conſultum male*, id eſt, male conſuleres. Plinius in Paneg. *Ereptum alienas pecunias eunt*. Tacitus lib. 15. *Contumelias ultum ibat*. Exempla Infiniti; Quinctil. libro 12. cap. 1. *Ultum ire ſcelera*, id eſt, ulciſci. Plaut. Ciſtell. *Qui mihi magis potueritis ire honorem habitum, neſcio*: idem Bacchid. *Deſiſtas tantopere ire oppugnatum*. Idem Milite, *Mihi amanti ire opitulatum*. Salluſtius Jugurth. *Quippe cui Romæ omnia venum ire in animo hæſerat*: ibid. *Cum maxima cura ultum ire injurias feſtinat*, id eſt, ulciſci. Mart. lib. 3. *Gaudes ducentas nuptum ire poſt mortes*, id eſt, nubere. In Paſſiva; Cicero 1. de divin. *Remigem quendam vaticinatum, madefactum iri minus triginta diebus Græciam ſanguine*, id eſt, madefieri. Ter. Hecyr. *Quum interea rumor venit, datum iri gladiatores*. Plaut. Rud. *Mihi iſthæc videtur præ-*

re, *præda prædabitur* paſſive, atque ita etiam a Voſſio exponitur. Sed tamen Plautus plane aliud voluit. Nempe *præda hæc ibit ipſa prædatum*, ſeu *prædabitur*, activo ſenſu. Sequitur enim confeſtim, *ut cum majore dote abeat, quam advenerit*. Præda ergo futura erat prædatrix; ſcil. majoris iſtius dotis. Hæc autem ſententia effertur verbis Plauti, ſed ita demum, ut correcta ſunt a Scioppio: Scilicet *videtur mihi irier prædatum iſthac præda*, h. e. iri ab hac præda prædatum, ut præda ſit, quæ eat prædatum; vel, iri ab aliis prædatum per hanc prædam, ut illa auctior abeat, quam advenerit.

præda prædatum iri. (4) Cic. 2. de invent. *Si illud concedatur, id non conceſſum iri oportet.* Plin. 2. epiſt. *Quæ abſolutiora mihi videbantur, non fuit alienum judicio tuo traditum iri.* Lactant. lib. 1. *Et Erythræam ſe nominatum iri prælocuta eſt.* Itaque in Activa, *Gaudes nuptum ire*, præſentis eſt; *gaudebis nuptum ire*, futuri; *gaviſa fuit nuptum ire*, præteriti. In paſſiva, *Dictum iri oportuit*, præteriti temporis eſt; *Dictum iri oportet*, præſentis; *Dictum iri oportebit*, futuri. Ex his collige, hanc eſſe periphraſim, in qua verbum *Eo* non ſignificat, ut dixi, proprie motum, ſed velut coire cum ſupino: ſic Græce διὰ φροντίδος ἔχει, pro φροντίζει, *honorat*; παίζεις ἔχων, pro παίζεις, *ludis*; εἰμὶ ὤν, pro *ſum*; & multa hujuſmodi. Sic Latine, *facere verba*, pro *loqui*; *fac nos miſſos*, pro *mitte*, & ſimilia. Nunc expendamus locum Ciceronis in epiſtol. 1. lib. 5. Verba Metelli ad Ciceronem ſunt, *Exiſtimaram pro mutuo inter nos animo, & pro reconciliata gratia, neque me abſentem ludibrio læſum iri, nec Metellum fratrem ob dictum, capite ac fortunis per te oppugnatum iri.* Cui reſpondet Cic. *Scribis ad me, te exiſtimaſſe, pro mutuo inter nos animo, & pro reconciliata gratia, nunquam te a me ludibrio læſum iri*: & inf. *Quod ſcribis, non oportuiſſe Metellum fratrem tuum ob dictum a me oppugnari*, &c. Vides, *oppugnatum iri*, & *oppugnari*, (5) nihil omnino inter ſe differre, quandoquidem

(4) *Cic. 2. de inv. &c.*] Hæc duo Ciceronis & Plinii loca aliter leguntur. In Cic. cap. 9. *Quod ſi id concedatur, illud non conceſſum iri*, abſque illo *oportet*. At apud Plinium Ep. II. 5. pro *traditum iri* in optimis jam edd. reperias *tradi*. Sed hæc monuit jam Voſſius de Anal. III. 17. neſcio tamen unde exhibens in utroque loco *ire* pro *iri*, & male ex eo a quibuſdam colligi addens, hanc phraſin *Conceſſum ire* &c. eſſe etiam Futuri temporis. De proximo ſuperiore Plauti loco ex Rudente egimus in Superioris Notæ extremo.

(5) *Nihil omnino inter ſe &c.*] Immo differunt revera. In priore loco dicitur, *Exiſtimaram neque me læſum iri, neque illum oppugnatum iri*, ubi *Exiſtimaram* eſt temporis Præteriti, in quo Præſens fuit illud *iri*, ibatur autem ad *lædendum* & *oppugnandum*, quæ res tunc adhuc erat Futura, at

Digitized by Google

dem ad, *læſum iri*, & *oppugnatum iri*: reſpondet Cicero per *læſum iri*, & *oppugnari.*

Gellius lib. 1. c. 8. docet, apud antiquos in uſu fuiſſe hanc vocem, *Amaturum* in infinito, ſine numeris, generibus, aut perſonis, ita ut purum verbum, non participium, deberet appellari, ut Gracchus; *Credo ego inimicos meos hoc dicturum.* „ [Varro 1. Ruſt. 68. *Penſilia, ut uvæ, mala, & ſorba, ſi non demſeris ad edendum, ad abjiciendum deſcenſurum ſe minitantur.* Valerius Antias, *Si res divinæ factæ eſſent, omnia ex ſententia proceſſurum eſſe.* In talibus autem niſi ſit Syllepſis numeri, generis, aut utriuſque, Ellipſin conſtituere licet, (6) quaſi ſubaudiatur, *Negotium*, id eſt, Res, credo inimicos eſſe negotium talia dicturum; *Omnia ſunt hominum tenui pendentia filo*, ſubaudi, *negotia*, ut Negotia hominum dicatur Homines; ſicut Cicero dixit *Calliſthenis negotium*, pro Calliſthene.]

at in poſteriore loco, *non oportuit illum oppugnari*, Præteriti prorſus eſt temporis illud *oportuit*, at *oppugnari* Præſentis eſt, & ſimpliciter rem oppugnationis Paſſivæ denotat. Utroque autem in loco illa *oppugnatio* conſideranda eſt, ut tunc jam præterita, quando iſta ſcribebantur, licet adhuc futura eſſet, vel nondum facta eſſet, quando Metellus ita *exiſtimaverat.*

(6) *Quaſi ſubaudiatur Negotium.*] De iſtac infiniti Futuri periphraſi & ejus ratione ac uſu egi jam ſupra *ad* I. 14. init. & hoc Capite, nota I.

Cap. XII.

De Præpoſitione.

Præpositio eſt vox expers numeri, quæ caſibus præponitur, & in compoſitione reperitur. Proprium itaque eſt præpoſitionis, anteire caſum nominis: nam ſi ſecus fiat, figura eſt anaſtrophe, neque propterea natura præpoſitionis mutatur. Contra ſentit J. Scaliger de cauſis ling. Lat. adducitque illa trita, *Mecum, tecum, ſecum, tranſtra per*, &c. ſed falſo: Rectum enim

nim erat, *cum me*, *cum te*, &c. Præpoſitio inter particulas principatum obtinet, propterea quod caſus regat, quum cæteræ omnes caſum regere non poſſint, etiamſi aliter Grammaticis videatur. Putidum autem commentum eſt, Verbum regere caſum aliquem media præpoſitione, ut ſi dicas, *Abſtineo me a pecuniis*, quum omnis ablativus neceſſario a præpoſitione regatur, ut jam diximus. Et in hac oratione, *Omnes ibi erant præter Catonem*, nonne monſtri ſimile eſt dicere, Catonem regi a Verbo *erant?*

Ex numero præpoſitionum, quas Grammatici pertinaciter aſſerunt, aliquas ſuſtulimus, ſupra lib. I. quum de earum natura egimus.

Quapropter, *quamobrem*, præpoſitionis eſt Anaſtrophe; Grammatici vocant conjunctiones; ſed *quapropter*, id eſt, *propter qua*, vel *propter quæ*; ut, *ſi qua*, *ne qua*, ſunt accuſativi antiqui. *Quamobrem*, cur in ſingulari ſit conjunctio, & in plurali non item, ut, *quas ob res, non video*; „ [alioquin & *hanc ob rem*, conjunctio erit, „ quo Lucretius utitur lib. 6. *Frigidus hanc ob rem ſit* „ *fons in luce diurna.*]

Quocirca, id eſt, *circa quod*, eodem modo per anaſtrophen dicitur, ubi *d* aufertur, euphoniæ gratia. (1) Sic Cæſar Scaliger: mihi tamen τὸ *Quo*, eſt accuſativus pluralis, id eſt, *circa quæ*, ut mox dicetur in Conjunctionibus.

Am, regebat olim accuſativum, ut, *Am terminum*, unde *ambire*, *ambarvalia ſacra*; tunc tantum in compoſitione reperitur.

Præ-

(1) *Sic Cæſar Scaliger &c.*] Non adeo male forſan: ſed tamen poſſit *Quo* hic accipi etiam pro Dativo vel Ablativo, ut in *Quoad.* Nam *Quo*, *Eo*, &c. pro *Qua*, *Ea*, dictum olim, tradit quidem Sanctius cap. 14. at Ego pluribus refutavi, & veriſimiliorem vocularum originem protuli. Accedit tamen ad firmandam Scaligeri ſententiam, quod eodem modo dicatur *idcirco*, niſi quod A ſit in O mutatum, quod in particulis fieri ſolet. Nam ſic *Citra Citro*, *Ultra Ultro*, *Intra Intro*, ergo & *Circa Circo.*

Digitized by Google

Præpoſitiones caſu deſtitutæ mihi adverbia non ſunt, ſed confugiendum ad ellipſin: deeſt enim caſus rectionis, ut in illo Virg. *Longo poſt tempore venit*, id eſt, in longo tempore poſt id tempus. Vide Ellipſin Præpoſitionum, [& ſupra ad II. 9. pag. 207. 208.]

Cap. XIII.

De Adverbio. Nullum caſum regit, niſi pro nomine accipiatur.

ADverbium videtur dici quaſi *adverbum*, quia verbis, velut adjectivum, adhæret, ut, *bene dormit, graviter diſputat, lente ambulat*; & eſt proprius Modus in verbis, non ut grammatici putabant, comminiſcentes Imperativum, Subjunctivum, &c. quos nos ex conjugationibus ſuſtulimus ſupra lib. 1. cap. 13. [At vide iſtic Notas.] Junguntur & adverbia aliis partibus, ut, *bene doctus*, *bene mane*, *valde velociter*. Sed hic etiam modus, quo aliquid fit, aut eſt, ſignificatur.

Adverbia, niſi pro Nomine accipiantur, nullum caſum regunt; ut, *Crurum tenus*, *Tenus* non eſt præpoſitio, quum genitivum habet, ut, *ſatis vini*; „ [ſubauditur enim, *fine*, ut integrum ſit, *crurum fine tenus*. „ Salluſt. *Fine inguinum ingrediuntur mare*, ubi ſupplendum *tenus*. Vide Ellipſin, *Finis*.]

O, dicunt regere tres caſus; ut, *O vir fortis*, *atque amicus*; *O curas hominum*; *O Cæſar invicte*. Sed quum dicunt, ait Cæſar Scaliger, O eſſe optandi, tantum abeſt, ut aſſentiar, ut etiam, (1) *utinam*, putem eſſe interjectio-

(1) *Utinam putem eſſe interjectionem.*] Immo vero eſt ejuſdem naturæ, cujus *ut* & *uti*. Quibus τὸ *nam* additur, ut aliis etiam Particulis, veluti *quidnam*, *undenam*, *numnam*, apud Ter. Ad. III. 5. 42. immo & Nominibus; Plaut. Aulul. III. 2. 13. *quid tibi meisnam in ædibus erat negotii?* Bacch. V. 1. 27. *Quid tibi ex filionam ægre eſt?* Etiam extra interrogationem, certe in deliberando & dubitando. Cic. in Bruto cap. 6. *Mihi crebro in men-*

Digitized by Google

jectionem. Neque enim modum ullum apponit verbo; idem enim eſt, *Amarem*, & *utinam amarem*. Et, *O mihi præteritos referat ſi Jupiter annos*, idem eſt, heu, quare mihi non refert Jupiter? Neque omnino vocandi ullum adverbium ſit; nihil enim detorquet, aut addit, aut tollit a Nomine. *Hæc ille*. Vide quæ ſupra lib. 1. cap. 17. dicta ſunt.

Quo, & *Unde*, ſunt qui dicant regere accuſativum; quia dixit Horat. *Quo mihi fortunam, ſi non conceditur uti?* & Cic. *Quo mihi Martis ſignum pacis amatori?* Horat. *Unde mihi lapidem, quorſum eſt opus? unde ſagittas?* Juven. *Unde tibi frontem, libertatemque parentis?* (2) Sed in his deeſt verbum *Paro*, vide in Ellipſi.

En, & *Ecce* non regunt accuſativum, vel nominativum. Vide Ellipſin verborum.

mentem venit vereri, ecquodnam curriculum aliquando ſit habitura tua induſtria. Sic ergo & in Optando rem futuram, ſed prorſus incertam, adhibetur. Porro ante τὸ *utinam* ſemper integra adhuc ſententia intelligenda eſt, uti oſtendimus I. 13. 1. pag. 88. 92. 93.

(2) *Sed in his deeſt Verbum Paro.*] Vel aliud quid, quod ex ſenſu cognoſci poteſt. Vide Urſinum inſtit. Gram. Tom. 2. p. 438. & Me infra ad IV. 5.

CAP. XIV.

De Conjunctione, contra omnium fere opinionem.

CONJUNCTIO neque caſus, neque alias partes orationis, ut imperiti docent, conjungit: ipſæ enim partes inter ſe conjunguntur, ut nomen nomini, nomen verbo, &c. Sed conjunctio orationes inter ſe conjungit; ut, *Cæſar pugnat, & Cicero ſcribit.* At vero quum dicis, *Cicero ſcribit, & vigilat*, duæ ſunt orationes in Zeugmate figura: item; *Cicero, & filius valent*, figura ſyllepſis eſt; ut, *Valet Cicero, & valet filius.* Vide ſupra lib. 1. cap. 18. Sed Vide ibi etiam Notam 1.

Neque huic aſſertioni obſtat, quod Valla lib. 3. cap. 1. &

& omnes Grammatici mordicus tenent, Conjunctionem ſemper jungere ſimiles caſus, exceptis paucis, ut *Emi drachma, & pluris.* Nec enim conjunctio inventa eſt, ut ſimiles caſus jungeret. Sed demus ita eſſe, nonne ſimilia junguntur in illis, *emi drachma, & pluris*, quum deſit *pretio*? Vide Ellipſin: Idem Valla lib. 3. cap. 17. *magna auctoritate es vir*, vel *magnæ auctoritatis*, & ſubdit, *Cæterum in eadem oratione non eſt utendum genitivo & ablativo, niſi velimus illud Plinianum ſequi* lib. 7. Nat. H. cap. 2. Choromandarum gentem ſilveſtrem, ſine voce, ſtridoris horrendi, hirtis corporibus, oculis glaucis, dentibus caninis. *Hæc Valla*: qui etiam paulo inferius adducit contra ſe duo Ciceronis teſtimonia, quæ vel non intelligit, vel non admittit; ut, *Lentulum noſtrum eximia ſpe, ſummæ virtutis adoleſcentem*: & *Scipio Africanus id ætatis, atque his rebus geſtis.* Hic ſudat Valla, & nihil explicat. Idem alibi lib. 3. cap. 26. majores nugas nectit, dum Conjunctionis officium putat eſſe, ſimiles caſus conjungere; quum, ut dixi, (1) orationes tantum conjungat. Et hanc meam ſententiam ipſa Vallæ

(1) *Orationes tantum conjungat.*] Verum eſt, conjungere Orationes, etiamſi diverſiſſimæ ſint conſtructionis. Diverſos etiam Caſus junxit per Conjunctionem Gellius III. 16. *Cum faceret eodem nomine & ejuſdem argumenti Comœdiam.* Sall. Jug. c. 61. *Facile Numidæ perſuadet, cum ingenio infido, tum metuenti &c.* Ovidius Heroid. V. 15. *Sæpe ſuper ſtramen fœnoque jacentibus alto.* Diverſiſſimam in verbis & in integra oratione Conſtructionem per Conjunctiones conjunctam videre licet apud Liv. I. 1. *Satis conſtat &c. Caſibus deinde variis Antenorem cum multitudine Henetûm veniſſe in intimum maris ſinum, Euganeiſque pulſis Henetos Trojanoſque eas tenuiſſe terras, &, in quem primum egreſſi ſunt locum, Troja vocatur.* Cap. 46. *Criminandi Servii apud Patres, creſcendique in curia, ſibi occaſionem datam ratus eſt, & ipſe juvenis ardentis animi, & domi Uxore Tullia inquietum animum ſtimulante.* Sic Florus III. 20. *Tandẽ etiam totis imperii viribus contra Mirmillonem conſurgitur: pudoremque Romanum Licinius Craſſus aſſeruit.* Sall. Jug. 79. *Græci optionem Carthaginienſium faciunt, uti vel illi, quos finis populo ſuo peterent, ibi vivi obruerentur; vel eadem conditione ſeſe, quem in locum vellent, proceſſuros.* Et cap. 101. *Bocchus cum peditibus, quos Volux. Filius ejus, adduxerat, neque in priore pugna, in itinere morati,* ad-

læ teſtimonia confirmant; quibus etiam adde Cicer. de Nat. Deorum, *Itaque plectris ſimilem linguam noſtri ſolent dicere; chordarum, dentes; nares cornibus iis, qui ad nervos conſonant in cantibus.* Vides vocem *Similem* nunc genitivo, nunc dativo conjungi. Horat. *Aut ob avaritiam, aut miſera ambitione laborat*: idem, *Hoc ego commodius, quam tu, præclare Senator, Millibus atque aliis.* Martial. lib. 12. *Si te rure coli, virideſque pigebit ad aras.* Ter. *Nam qui mentiri, aut fallere inſuerit patrem.* Cic. *Me, ut ſibi eſſem legatus, non ſolum ſuaſit, verum etiam rogavit.* Salluſt. Catil. *Imitari bonos, quam invidere, malebant.* Cic. 4. Epiſt. *Ne aut tibi exire ex urbe neceſſe ſit, aut mihi accedere.* „ [Plaut. Pœn. prolog. *Si quid mandare vultis, aut* „ *curarier*: idem Aſin. *Ut meque, teque, atque ingenio no-* „ *ſtro decuit.* Livius 28. *Una & trajeciſſe me audiſtis, &* „ *molientem hinc Annibalem, & obſideri Carthaginem*: ubi, „ *molientem*, non *moliri* dixit.] Cæſar 3. Civil. *Nulla fuit civitas, quæ non Cæſari pareret, atque imperata faceret.*

De Quamvis, Licet, Quanquam, Etſi.

LAURENTIUS VALLA anxie torquetur in explicanda differentia harum particularum, *Quamvis*, *Licet*, *Quanquam*, *Etſi*. &c. & tandem nihil agit.

Quamvis factum eſt ex *Quantumvis*, & *Quantumvis* ſunt duæ voces, ex *volo*, & accuſativo *Quantum*. Hinc poteris expiſcari, quo in loco, aut quam in partem ſcriptionis, ſedem habeat: eſt enim veluti concedentis, „ [ut deſit, (2) *Fac ut*, *dato*, ſeu *poſito quod*, *tantum*, *quan-* „ *tum*

adſuerant. Val. Max. I. 1. 2. *Pont. Max. flaminem Martialem urbem egredi paſſus non eſt: religionique ſummum Imperium ceſſit.* Vide & quæ notavi ad I. 18.

(2) *Fac ut &c.*] Vel potius *etiamſi*, aut *licet*. Veluti in illo Virgilii, *Quamvis multa &c.* pro quo plenius diceretur, etiamſi exiret victima tam multa, quam multa ut exeat, vis. Hinc conjunctim apud Cicer. ad Atticum XVI. 7. *etſi quamvis.* Ubi male in quibuſdam edd. hæc commate ſeparari puto. Nexus enim eſt, mirabar *te adeo mutaſſe ſententiam, ſed arbitrabar, non ſine cauſa te id feciſſe, nam certe approbator fuiſti, etſi quamvis non fueris ſuaſor meæ profectionis.* Et ita mox pag. 485. *licet quamvis.* Cum quo conferendum eſt omnino, quod legi-

Digitized by Google

ſi tum vis;] neque unquam reperietur vox *Quamvis*; ubi tu non poſſis ſubſtituere *Quantumvis*. Virgil. *Quamvis multa meis exiret victima ſeptis*, id eſt, quantumvis. Horat. *Ille quantumvis ruſticus*, *inquit*. Apud Horatium ſemper legitur in primo præſenti; ut, *quamvis conſpicitur*; *quamvis eſt monitus*; *quamvis fingeris ad rectum*; *quamvis ſatis tibi conſulis*. (3) Alii cum ſecundis temporibus jungunt: Cic. *Quamvis ille felix ſit*, *ſicut eſt*. Virgil. *Quamvis ille niger*, *quamvis tu candidus eſſes*. Itaque ſicut utimur, *amaſti*, pro *amaviſti*, ita *quamvis*, pro *quantumvis*.

Licet, verbum purum putum; ut, *Per me licet*, quod Hiſpane melius explicatur, *Sea præſupongamos*. Eſt etiam concedentis, ut, quum quis dicit: *Veniam ad te?* (4) alius reſpondet, *licet*. Hinc *libri licent*, *ſervi licent*, id eſt, venduntur. Hiſp. *Andar en venta*, *Eſtar en almoneda*, ita

legimus apud Cicer. de Haruſp. reſp. cap. 9. *Quam volumus, licet amemus nos ipſi, tamen nec numero Hiſpanos, nec robore Gallos &c. ſuperavimus*. h. e. licet non tam amemus, quam volumus. Patet inde ratio & ſignificatio propria τȣ̃ *quamvis* etiam cum τῷ *licet* conjuncti. Neutiquam vero *Quamvis* eſt factum ex *Quantumvis*. Vide, quæ mox dicam ad Vocem *Quanquam*.

(3) *Alii cum ſecundis &c.*] Neque *ſemper* Horatius primis, h. e. Indicativis temporibus, neque Alii ſemper ſecundis, h. e. Subjunctivis jungunt. Etenim Horatius Od. IV. 6. *Filius quamvis Thetidos Marinæ Dardanas turreis quateret*. Et Serm. II. 4. *Nam quamvis referas memori mihi pectore cuncta*, *Non tamen &c.* Et ſic alibi. Sæpius tamen ille primis jungit temporibus, ſed & id faciunt quoque Alii, licet hi frequentius ſecundis; Ovid. III. Faſt. *Mœnia conduntur*, *quæ*, *quamvis parva fuerunt*, *Non tamen expediit tranſiluiſſe Remo*. Vide & Voſſium de Construct. cap. 67.

(4) *Alius reſpondet, licet.*] Et hinc ſimpliciter etiam pro affirmatione & promiſſione in reſpondendo adhibetur. Plautus Amph. I. 3. 46. IUP. *Nunquid vis?* ALC. *Ut actutum advenias*. IUP. *Licet*. Capt. V. 1. 29. *Sed quæſo ut hominem jubeas arceſſi*. HE. *Licet*. Et ſic alibi ſæpius. Sed inprimis Rud. IV. 6. ubi per totam Scenam reſpondetur hoc vocabulo, adeo ut Trachalio diſcedens dicat, *DI illum infelicem cum ſua Licentia*. *Ita meas replevit aures*, *quicquid memorabam*, *Licet*. Eſt autem τὸ *Licet* ſeu *Liceo*, formatum vel ex Græco Δίω, ut voluit Voſſius, D in L mutato, quod

Hh ſæpiſ-

ita ut cuilibet liceat emere, *Emas licebit.* Unde hæ duæ voces eleganter conjunguntur, *quamvis licet.* Cicero 3. legib. *At duo Gracchi fuerunt, præter eos,* (5) *quamvis enumeres multos licet,* &c. Itaque in hoc ſenſu dices, *licet, licebit, liceat*: & quamvis ſono conjunctionis efferatur, vera tamen verba ſunt, in quibus deeſt, *ut*: nam *licet facias*, eſt idem quod, *licet ut facias*; (6) unde non poteſt

ſæpiſſime fit in derivationibus: atque adeo notat tunc *jus eſt*; quia, quidquid mihi licet, id quaſi jure meo facio, etiamſi ſit iniquiſſimum. Unde apud Florum III. 17. *Equites R. interceptis vectigalibus peculabantur ſuo jure rempublicam.* Vel, quia hæc origo minus convenit in ſignificationem venditionis & emptionis, quam Uſus tribuit Verbo *Licere* & *Liceri*, forſan ergo ab *Lacio* rectius illud derivaveris, A mutato in I, ut etiam fit in omnibus hujus Verbi Compoſitis, veluti in *Allicio*, *Elicio* &c. ut adeo videantur veteres dixiſſe pariter *Lacere*, & *Licere*, ſicuti, *Tergere* & *Tergére*, *Fervere* & *Fervére*, *Jacere* & *Jacére*, *Stridere* & *Stridére*, ac mutata, ut hic, primæ Syllabæ vocali, *Sidere* & *Sedére.* Hinc ergo & in Compoſitis & *Lacio* modo ex Secunda, modo ex Tertia Conjugatione, formantur Præterita & Supina, veluti *Elicio*, *elicui*, *elicitum*, quaſi ab *Eliceo*, at *Pellicio*, *pellexi*, *pellectum.* Atque ita res, quæ in auctionem mittitur, & oculis emptorum ingeritur, diceretur proprie *licere*, h. e. invitare & allicere emptorem, vel potius ſe præbere cuilibet empturo: *Liceri* autem ille, qui ita allicitur, jamque hamum vorat, & pretium promittit. Sed & ita, *Hoc licet mihi*, primitus notaret, Hoc mihi, quaſi invitatione tacita, ſe præbet & permittit. Hinc jam *Licet* crebro ponitur pro *Poſſum.* Salluſt. Jug. 14. *An quoquam adire mihi licet, ubi non majorum meorum hoſtilia monumenta ſint?* Plautus Aſin. II. 4. 13. *Cui, non licet,* (h. e. non poſſum) *ullam rem præcipere, quin eandem centies imperem.* Aulul. II. 8. 11. *Feſto die ſi quid prodegeris, profeſto egere liceat*, h. e. poteris, ſeu, res ita erit, ut hoc Egere tunc Te ad ſe quaſi invitet, tibi ſe præbeat. Verum ſi quis tamen prius præferat etymon, nequaquam refragabor multum, quippe qui utrumque in medio relictum volo.

(5) *Quamvis enumeres.*] h. e. licet ut enumeres tam multos, quam vis. Vide paulo ante n. 2. Pro *licet* hoc in ſenſu uſurpabant Poëtæ etiam *licebit.* Unde Ovid. Met. II. 58. *Placeat ſibi quiſque licebit, Non tamen ignifero quiſquam conſiſtere in axe Me valet excepto.*

(6) *Unde non poteſt jungi Primis præſentibus.*] Aliter tamen locuti ſunt ſæpe JCti veteres. Vide exempla apud God. Stewech.

Digitized by Google

teſt jungi Primis præſentibus: non enim dices; *Licet es doctus, hoc non intelliges*: ſed, *licet ſis doctus*. Horat. *Licebit ter injecto pulvere curras*.

(7) *Quamquam* fuit accuſativus *quantum quantum*, ut *Tan-*

wech. de part. L. L. & Voſſium de Construct. cap. 67. Sed quæ tamen probari nequeunt, cum analogia & ratio conſtructionis poſtulet, ut Secunda tempora ſeu Subjunctiva ſequantur in hoc uſu τὸ *Licet*.

(7) *Quanquam fuit accuſativus.*] Accuratius hic agit Auctor noſter de particula *Quam*, ejuſque origine ac uſu, ideo & ego in hunc locum diſtuli meæ ſententiæ explicationem. Cenſet ille *Quam* & *Tam* eſſe contracta ex *Quantum* & *Tantum*. Ego vero e contrario a *quam* & *tam* derivari puto *Quantus* & *Tantus*; plane ſicuti ab iiſdem *Quando* & *Tandem*. Quid ergo & unde illæ ipſæ particulæ? Nempe τὸ *Quam* eſt accuſativus pronominis relativi, & adhibetur cum ellipſi præpoſitionis κατὰ, ſed ita frequenter in hoc Elliptico uſu, ut prorſus jam, æque ac *Quod*, ſpeciem præferat peculiaris voculæ, unde idcirco aliæ dein derivantur. Nam primo quia habet quandam ſignificationem intenſionis relativæ, quæ aliquando cum interrogatione eſt conjuncta, format ex ſeſe Adjectivum *Quantus*. Deinde quia adhibetur ſæpiſſime etiam ad denotandum tempus, veluti fit in *poſtquam*, *antequam*, *intraquam* &c. (de cujus conſtructionis ratione vide me ad II. 9. pag. 207.) hinc ortum videtur τὸ *Quando*. Atque ita forte etiam ab Ablativo *Qua*, quia & is ſæpiſſime ita abſolute adhibetur ad notandam rei qualitatem, ſeu rationem & viam, qua quid fiat, deductum eodem plane modo τὸ *Qualis*. Niſi malis eſſe hoc & *Talis* ab οἷος τοῖος; vel ab ἡλίκος τηλίκος, pro quo Dores dixere ἁλίκος; ταλίκος; quod Ego tamen haud malim, quippe qui longe præfero priorem a *Quâ* derivationem. Obſtare his videbitur forſan vocula *Tam*, ut quæ ad certum caſum in Lingua Latina referri nequit. Aſt vero eſt ea pura puta Græca, Accuſativi Τὴν, pro quo Dores dixerunt τὰν, id quod Latina forma aliter pronunciari haud potuit, quam per illud *Tam*. Novimus autem ex Lingua Græca Latinam prorſus eſſe deſumptam: & proinde ſicuti in Græca ſibi reſpondent in hac relatione ἣν & τὴν, unde & ἡνίκα & τηνίκα, q. d. καθ᾽ ἣν ὥραν, κατὰ τὴν ὥραν, ſic in Latina *quam* & *tam*. Et cum enclitica δὲ, ut ἥνδε, τήνδε, ſic *Quamde*, quomodo antiquos dixiſſe pro *Quam* exemplis idoneis probat Feſtus etiam ex Lucretio, qui diſerte lib. I. v. 640.

Tanquam, tantum quantum : ut Ovidii illud, *Tam felix eſſes*,

640. de Heraclito, *Clarus ob obſcuram linguam magis inter inanes, Quamde graves inter Graios, qui vera requirunt.* Et hinc ortum denique crediderim *Quando*, quod Feſtus *in XII.* etiam *cum E litera ultima ſcribi*, ait. Huic vero reſpondiſſe videtur *Tandem*, pro quo item promde olim putem dictum *Tamde.* Feſtus *Tame* pro *Tam* in carmine poſitum ait, & Lipſius Epiſt. Quæſt. III. 20. ibi legendum cenſet *Tamde.* Sed nihil videtur in Feſto mutandum. Nam ſicuti ille *Tame*, pro *Tam*, poſitum ait *in carmine*, haud dubie, Saliari, ſic Scaurus in lib. de Orthographia de Adverbio *Quum* agens, ait, *Antiqui pro hoc Adverbio* Cume *dicebant, ut Numa in Saliari carmine.* Voſſius in Etymol. Voce *Tamen*, putat *Tandem* dici per contractionem ex *Tamen demum.* Sed alienum hoc eſt & abſonum. Vocula *Dem*, ex enclitica δὴ formata, addi ſolet & aliis Pronominibus ſine ulla ſignificationis mutatione, niſi quod eam videatur aliquantulum intendere. Sic *Tantundem* eſt plane tantum, *Idem*, plane is ipſe, *Totidem*, plane tot. Literam autem M in his eſſe adſcitam & a poſterioribus demum additam, ex multorum vocabulorum extremo liquet. Nam ita ex ἑπτὰ fecerunt *Septem*, ex Δέκα *Decem*, ex ἔτι *item*, in quo ipſo hæc Litera iterum abjicitur, quando componitur cum hac vocula *Dem.* Nam *itidem* dicitur pro *itemdem.* Sed & patet illud, quod dixi, ex antiquiſſima inſcriptione L. Scipionis, ubi M in aliquot vocabulorum extremo omittitur, tanquam litera olim minus, at a poſterioribus magis frequentata, vel certe adſcititia, & ideo addi modo, modo omitti, ſolita. Denique colligitur id ex eo etiam, quod ſola hæc conſonans in metro, ſequente vocali, eliditur. Hæc vera eſt origo horum vocabulorum, de qua ut tanto minus dubites, ſciendum eſt primo, Græcos tres habuiſſe formas Vocum, in earum initio tantum diſcrepantes, & ſe invicem reſpicientes, quarum prima relationem potiſſimum, altera interrogationem, tertia reſponſionem vel affirmationem exprimat. Nempe οὗ, ποῦ, τοῦ : ᾗ, πῇ, τῇ : ὅτε, πότε, τότε : ὅσος, πόσος, τόσος : οἷος, ποῖος, τοῖος : ἡνίκα, πηνίκα, τηνίκα : ἡλίκος, πηλίκος, τηλίκος &c. Deinde Iones, aliquando & Dores, ſed hos rarius, pro Π in ſecunda forma adhibuiſſe K : Denique Latinos Veteres ex hiſce tribus formis recepiſſe tantum duas, nempe ſecundam & tertiam, ſed ita, ut illi ſecundæ tribuerint etiam uſum primæ, ſeu uſum quoque relationis, tanto magis, quoniam una tertia, etiam apud Græcos, utrique pariter, h. e. relationi & interrogationi, congruere ac reſpondere debebat. Inde ergo ſunt *Quam*, *Tam* : *Quum*, *Tum* : *Quot*, *Tot* : *Qualis*, *Talis* : *Quantus*, *Tantus* : Quorum priora habent ſimul

eſſes, *quam formoſiſſima vellem*, id eſt, tantum eſſes felix,

ſimul vim Relationis & Interrogationis, poſteriora modo congruunt Relationi, modo reſpondent Interrogationi. Porro ſicut poſteriora manifeſte ſunt Græca tertiæ illius formæ, *Tam*, τὴν; *Tum*, τὸν; *Tot*, τόσοι: Sic priora ſunt formæ apud Græcos ſecundæ, ſed illius, quæ Ionica eſt potiſſimum, *Qua*, κῆ vel κᾶ: *Quam*, κὴν, vel κὰν: *Quum*, κὸν: *Quoti* & *Quot*, κόσοι. *Cujus* & *Cujas* vel *Cujatis*, Adjectiva a Κοῖος. Unde *Quojus*, quod paſſim apud Plautum occurrit. Sic Mercat. V. 2. 23. *Neſcio quoja vox ad aures mihi advolavit.* Ciſtell. Act. III. v. 2. *Quojam eſſe oportet te.* Videtur ergo diverſæ eſſe originis a Genit. *Cujus*, qui eſt a *Quis*, licet & Hic eodem modo (*Quojus*) ſcriptus quoque apud Plautum occurrat. Quin ex hac ipſa obſervatione diſcere poſſumus veram diſtinctionem inter pronomina, Interrogativum, *Quis* Maſc. *Quis* Femin. *Quid* Neutrum; & Relativum, *Qui*, *Quæ*, *Quod*. Etenim prius illud eſt ex Græco Τίς formatum, at poſterius ex Κὸς pro Πὸς. Neque obſtat nobis, quod illud Κὸς Ionicum, vel Commune Πὸς, non reperiatur amplius in Græca Lingua per omnes caſus: Sufficit enim reperiri adhuc in quibuſdam, licet ſub ſpecie Adverbiorum, veluti Πῶ, Πῆ, & Ionice Κῶ, Κῆ. Nam veri hi ſunt caſus Genitivi & Dativi iſtius Pronominis, unde patet ſatis, fuiſſe etiam illud olim in uſu. Sed ob literatum eſt poſtea, quum ceteroquin in omnibus aliis Pronominibus, Adverbiis, &c. Secunda illa & Interrogandi forma fuerit ſervata. Cujus rei ratio eſt, quia hic Græci habebant aliud Pronomen, quod loco illius in interrogando adhibere poterant & ſolebant, nempe Τίς. Latini vero, qui ex tribus illis formis in unam Secundam contulerunt ſimul uſum relativum & interrogativum, hic quoque eam receperunt, in Voce *Qui* ex Κὸς, obſoleto poſtea, formam, ſed eam adhibuerunt itidem maxime in uſum Relationis, quum ex Græco Τίς in uſum Interrogationis admiſiſſent *Quis*, Τ Græco, ut ſolet a Latinis, æque ac Π, in Q mutato, ſicuti liquet ex Πὶ Τι, unde Latini ſuum *QuinQue* derivarunt. Ceterum in obliquis Caſibus, etiam ad interrogationem, adhibuerunt illa, quæ ab Relativo *Qui* deſcendunt. Nam in obliquis hic rurſus in unam voculam confuderunt Latini ſimul relationis & interrogationis vim, & eas quidem voculas potiſſimum, quæ ex ſecunda illa apud Græcos forma manifeſte ſunt derivatæ, ſeu quæ ſunt a Voce *Qui* declinatæ. Etenim a *Quis*, præter Genitivum & Dativum, *Cujus* & *Cui*, quos utrique, *Qui* & *Qui*, cenſeo communes, habemus tantum *Quem*, *Quid*, *Qui*, & *Quibus*, ſed pro quibus a *Qui* formarunt olim *Quum*, quod reſiduum eſt ſub ſpecie Conjunctionis, tum *Quod*, etiam in uſum interrogandi adhiberi ſolitum, ut apud

Digitized by Google

lix, quantum es formoſiſſima: ubi deeſt, *κατὰ*, id eſt, *circa*

Terentium, *Quodnam ob facinus?* denique *Quo* & *Queis.* Nam hoc poſtremum quoque eſſe a *Qui* formatum, ut *illis* ab *illi*, docet nos Feſtus in V. *Ques*, quæ ipſa vox olim fuit Nominativus pluralis voculæ *Quis*, ſed locum ſuum tandem ceſſit Pronomini Relativo, *Qui*, æque ac *Quis* Femininum ſingulare τῷ *Quæ.* Ut adeo Relativum illud, ex ſecunda apud Græcos forma deductum, prævaluerit tandem prorſus etiam in interrogando ſupra τῷ *Quis*, in pleriſque certe caſibus. Omnia enim reliqua cujuſcunque Generis & Caſus, etiamſi ſint Interrogativa, manifeſte tamen declinantur abs τῷ *Qui*, ut *Qui*, *Quæ*, *Qua*, *Quorum*, *Quarum*, *Quos*, *Quas.* Sed & ipſum *Qui* ſingulare olim etiam in interrogando fuit adhibitum. Plautus Curcul. I. 2. 51. *Qui me in terra æque fortunatus erit, ſi illa ad me bitet, Palinure?* Quin & in Dativo a *Qui* dixerunt olim *Quoi*, quod frequens apud Plautum & Lucretium, & ſine I, *Quo.* Nam ſine dubio Dativus eſt *Quo* in hiſce, *Quo tendis? Quo cum perveniſſent*, apud Livium I. 57. *Quo ſecures attuliſti?* apud Petronium pag. 38. *Martis vero ſignum quo mihi pacis auctori?* Cicer. Famil. VII. 23 In prioribus intelligitur *Loco*, in poſterioribus *Uſui* vel *Negotio*, per cujus Ellipſeos rationem refertur id ad omne Genus & Numerum. Sic Plautus *digniſſimi, quo cruciatus confluant*; Cicero *Me ad eam Partem venturum, quo te maxime velle arbitrabor.* Vide plura apud Urſinum To. I. pag. 394. qui tamen minus recte hinc ſe expedit. Eodem plane modo *Huc* Dativus quoque eſſe videtur, eliſa itidem litera I, ex *Huic*, ſicuti ejuſdem fere eſt ſignificationis, immo & uſus, cujus *Eo*, *Quo.* Unde &, ſicuti hæc in Adverbii ſpeciem tranſeuntia componuntur cum *Ad*, ut dicatur *adeo*, *quoad*, ſic & illud, quippe a quo ortum *adhuc.* Nam particulæ hæ *Eo*, *Quo*, *Huc*, *Illuc*, in Compoſitione conſiderantur, ut Adverbia, quæ origine quidem ſua certi ſunt Caſus Pronominum, ſed eorum naturam & conſtructionem uſu ipſo jam quaſi abjecerunt. Plane ut ſimilia habemus in *Præmodum*, quod apud Gellium VII. 7. & *Poſtmodo*, *Interdiu*, quæ paſſim occurrunt, & in quibus itidem voculæ cum Præpoſitionibus compoſitæ reperiuntur, ſed alio, ſi originem earum ſpectes, Caſu, quam quem Præpoſitio ceteroqui requirit. Neutiquam ergo opus eſt fingere cum Voſſio in Add. ad Anal. IV. 5. & Urſino To. I. p. 394. & 920. & To. II. pag. 436. immo ipſo Sanctio in fine hujus Capitis (ubi itidem me videas velim) ſine ullo conjecturæ illius documento, *Adeo*, *Quoad* dici pro *Ad ea*, *Ad quæ*, vel *qua*, ſcil. *loca*, vel *tempora*, vel *negotia*, quum nullo prorſus probetur exemplo, τῷ A neutrum Plurale mutatum

Digitized by Google

circa quantum, vel *in quanto*: item illud, *Tam deeſt ava-*

ro

tatum uſquam in O. Nam *Ambo* & *Duo*, quæ Sanctius infra memorat, non habent Pluralem terminationem, ſed Dualem Græcorum, quæ in O definit. Vide & infra hoc Capite ad vocem *Adeo*, & V. 4. ad vocem *Factum*. Ceterum Latini plerumque abjecerunt Græcum illud I in Dativis & Ablativis, nec tantum in Declin. ſecunda, ſed & in quarta ac quinta. Hæc omnia hic ſimul exponere volui ad conſtituendam non originem tantum, ſed & analogicam earum vocularum & pronominum ſignificationem. Repugnat tamen his Urſinus, haud dubie, quia nova hæc illi & inaudita accidebant, atque ipſe aliter antea docuerat. Nam pro omni ratione & refutatione dicit tantum, To. I. pag. 921. & 953. *Tam* & *Quam* eſſe ex *Tantum* & *Quantum* contracta, idque ſe meæ ſententiæ præferre. Sed probare Vir Doctus debuiſſet, unde ergo *Tantus* & *Quantus* eſſent derivata, ſed & oſtendere, unde, ſi non ex Græciſmo & Græcis voculis, ſit ortum, quod in reſpondendo ad relationem ita adhibeatur litera T, veluti ad Quam, Quantus, Quando, Quot, Quoties, Quum, &c. *Tam*, *Tantus*, *Tandem*, *Tot*, *Toties*, *Tum*. Non ſufficit dicere, quod facit de poſtrema hac Vocula To. I. p. 939. *TUM eſſe ab articulo Græco Τὸ, Perizonio credat, qui volet. Mihi a Quum eſt, cui redditur.* Nam Ego quid tali argumento poſſum reponere aliud, quam, *qui nolet, ne credat*. Nec enim id agitur, ut huic aut illi credamus, ſed ut verum indagemus & amplectamur. Jam quod ad Conſtructionem attinet, eadem fere eſt horum ratio, ſive *quantum* occurrat, ſive *quam*. Illud ſupplendum eſt, *κατὰ quantum negotium*, hoc, *κατὰ quam rem*. Eodem utriuſque ſenſu. Sed tamen magis invaluit vocula *Quam*, quam *Quantum*, ſicuti longe frequentior eſt uſus Pronominis Relativi *Qui*, quam *Quantus*, ut adeo neutiquam omnibus in locutionibus τὸ *Quantum* adhiberi ſoleat aut poſſit, in quibus adhibetur τὸ *Quam*. Sic recte dicis abſolute non *Quantum Doctiſſimus*, ſed *Quam doctiſſimus*, & ſignificas hominem doctiſſimum, quouſque, ad quam rem uſque, quis eſſe poteſt. Sic quum dicis, *Doctior eſt, quam Cicero*, dicis doctiorem eſſe, præ ea re & ratione, ad quam rem & rationem doctus eſt Cicero. Sic *præquam* (de quo vide ad II. 7. 2. pag. 191. ut de *poſtquam* ad II. 9. 5. pag. 207.) & ſimiliter *præterquam*. Nam quum Terentius ait, *verbum ſi mihi unum, præterquam, quod te rogo, faxis*. h. e. præter eam rem ſeu rationem, juxta quam eſt id negotium, quod te rogo. Ergo *Quanquam eſt doctus*, idem eſt, ac ſi dicerem, ad quemcunque ille modum eſt doctus. *Quanquam animus meminiſſe horret*, h. e. ut ut, quaqua, ſeu quacunque tandem ratione, animus id meminiſſe horret. Propertius I 19. *Quamvis te longæ remoren-*

pro quod habet, quam quod non habet, id eſt, tantum, quan-

tu- fata ſenectæ, h. e. etſi ad eam, ad quam vis, rationem te remorentur, tamen &c. Vel breviter etiamſi te tam remorentur, quam vis. Patet hinc etiam vis *Tanquam*, Plaut. Caſ. V. 2. *Tenebræ ibi erant, tanquam nox.* h. e. erant ibi tenebræ ad eam rationem, ad quam eſt nox. Et dictiſſim Terent. Adelph. V. 3. 63. *Tam excoctam reddam atque atram, quam carbo eſt*, h. e. atram ad eam rationem, ad quam eſt carbo, ſeu breviter, atram tanquam carbo. Sic & Plautus Pœn. II. 38. *Tam crebri ad terram accidebant, quam pira.* Potuiſſet & hic dixiſſe *Crebri ad t. acc. tanquam pira.* Terent. iterum Adel. IV. 1. 18. *Quum fervet maxime, tam placidum, quam ovem, reddo.* Idem foret ſenſus, ſi dixiſſet, *placidum reddo, tanquam ovem.* Quomodo loquitur Phorm. I. 2. 15. GE. *Noſtin' ejus natum Phædriam?* DA. *Tanquam te.* h. e. tam novi eum, quam Te novi. Sed & frequentiſſime in his per Ellipſin etiam ſupprimitur verbum, *poteſt fieri.* Id quod fit pene, quotieſcunque cum particulis intenſionis conjungitur τὸ *quam*, ut *nimis, mire, ſane quam.* Plaut. Cap. I. 2. *quod ego nimis quam cupio*, h. e. quod ego tam, ſeu eam ad rationem, nimis cupio, ad quam cupere poſſum, aut illud Cupere fieri poteſt, Gell. V. 24. *Eſt in prædicandis doctrinis ſuis ſane quam venditator*, h. e. eſt ſane eam ad rationem venditator, ad quam poteſt eſſe. Et hinc etiam additur ſæpe τὸ *poteſt.* Plaut. Truc. IV. 2. 42. *Quam poteſt, uno verbo eloquar.* Men. prol. 6. *Conferam, quam potero, in verba pauciſſima*, h. e. ad quam rationem potero. Potuiſſet dixiſſe, *conferam in verba quam pauciſſima.* Sed plenius paulo maluit loqui, & ita docet nos, quid in illa conciſiore locutione intelligatur. Quod autem ita explicandæ ſint hæ locutiones in vocula *Quam*, liquet ex iiſdem plane locutionibus & conſtructionibus voculæ *Quantum*, a Sanctio hic allatis, & eodem prorſus modo ac ſupplemento expediendis. Sed & ne dubites τὸ *Quam* eſſe in his pronomen Accuſativi caſus, eandem tibi locutionem in alio genere ejuſdem pronominis & caſus oſtendam Ter. Eun. II. 1. *Munus noſtrum ornato verbis, quod poteris, & iſtum æmulum, quod poteris, ab ea pellito.* Ubi *quod poteris* ſignificat, ad quod negotium; & proinde idem eſt τῷ *quam poteris*, Vide ſupra ad Cap. 6. n. 1. Quin immo τὸ *Quam* revera eſſe in illis locutionibus Accuſativum Pronominis, ut dixi, manifeſtum eſt etiam ex illo ipſo *Quantum*, de quo modo egimus, quod diverſi quidem Generis, ſed ejuſdem eſt conſtructionis, ac inſuper palam eſt Accuſativus, in Adverbii quandam ſpeciem adhibitus, æque ac, *multum, plurimum, nimium, minimum*, & ſimilia. Quid ergo rationis in eo, ut *Quantum* fateamur eſſe Accuſativum, at *Quam* negemus, licet eodem modo conſtruantur & in eundem

eundem ſenſum, & Hæc palam omnibus ſuis literis eadem ſit vox, quæ eſt Accuſativi Feminini a *Qui?* Denique patet res etiam clariſſime ex compoſitis, *quamvis*, & *quamlibet*. Nam alteræ partes manifeſta ſunt Verba, nec componuntur vel conjunguntur niſi cum Pronominibus relativis, aut Adjectivis electionem notantibus, veluti *Uter*. Inde enim dicitur *Utervis* & *Uterlibet*, æque ac ab Relativis *Quivis*, *Quilibet*, *Quantuſvis*, *Quantuslibet*, *Qualislibet*. Adde his Adverbium Relativum *Ubi*, unde *Ubivis*. Cum aliis voculis non ita componitur illud *Vis*. Magis autem frequentantur in his locutionibus illi caſus, qui per Ellipſin tanquam Adverbia videntur adhibita, ut *Quamvis*, *quidvis*, *quavis*, *quovis*, *quantumvis*, *utrumvis*. Jam quæ dementia eſt, negare *Quam* in *Quamvis* eſſe Accuſativum, cum *Quem* in *Quemvis*, *Quid* in *Quidvis*, *Quantum* in *quantumvis*, eſſe fatearis, æque ac *cui* in *cuivis* & *cuilibet* eſſe Dativos. Accedit jam, quod eadem prorſus ſit conſtructionis ratio. Nam ſicuti apud Ciceronem Fam. II. 17. dicit Bibulus, *quidvis ſe perpeti malle, quam videri eguiſſe*, &c. eoque ſignificatur, ſe malle perpeti negotium, quid tandem vis, ut perpetiatur: Et Verrina II. 54. *Quidvis facere ejuſmodi in rebus quamvis callide, quamvis impudenter*, ubi ſicut *quidvis facere* eſt facere negotium, quid tandem vis, ut talis homo faciat; ſic *quamvis callide* eſt, tam, ſeu ad eam rationem callide, ad quam rationem, callide ut id faciat, vis. Sic Terent. Heaut. I. 1. 84. *Malo me dignum quovis deputem, ſi id faciam*, h. e. quo ut me dignum deputem, vis. Et V. 1. 55. *abeat potius quovis gentium*, h. e. in locum gentium, quovis ut abeat. Sic Hec. IV. 1. 25. *Quamvis cauſam hunc ſuſpicari, quam ipſam veram, mavolo*, h. e. ſuſpicari aliam, quam tandem vis. Adelph. II. 4. 15. *Quamvis etiam maneo otioſus hic*, h. e. maneo etiamdum hic tam otioſus, quam otioſus ut maneam, vis, aut velle potes. Præceſſerat ibi, Sannionem properare in Cyprum, reſpondente Eo, *ne tam quidem*, quod non aliter explicare & explere poſſumus, quam in hunc ſenſum, non ad Eam quidem rationem propero, ad quam rationem Tu me properare dicis vel putas. Ceterum voculæ *Vis* & *Libet* in hiſce locutionibus conſiderantur & conſtruuntur, ut vera Verba, quod & revera ſunt. Liquet illud clariſſime ex verbis Ciceronis ſupra p. 484. jam a me allatis, *Quam volumus licet amemus nos ipſi*. Eadem enim iſtic eſt ratio ✠ *quam volumus*, quæ ✠ *quam vis* in ſingulari & ſecunda perſona. Sic & pro Cœlio cap. 3. *Quis enim eſt, qui iſti ætati non poſſit, quam velit petulanter, maledicere?* h. e. tam petulanter, quam pet. velit. Potuiſſet etiam dixiſſe *quamvis petulanter*, quod foret, tam petulanter, quam vis, ut petulanter videatur maledictum. Sed & hinc ſeparantur aliquando hæc verba a ſuis Pronominibus. Veluti apud Plau-

Digitized by Google

tum Sticho IV. 2. 47. *Quicumvis depugno multo facilius, quam cum fame.* Nempe quia Præpoſ. *Cum* Ablativis Pronominibus, *Me*, *Te*, *Se*, *Quo*, *Qui*, *Qua* poſtponi ſolet, ideo etiam hic, quaſi vocula *Vis* ad Pronomen nihil pertineret, niſi per conſtructionem, non autem per compoſitionem quandam, dicitur pro *cum quivis*, ſeparato Pronomine & Verbo, *quicum vis*. Senſus autem eſt, cum eo, quicum, vis, ut pugnem. Sic Salluſt. Or. 2. a: Ceſ. init. *Cujus rei lubet periculum facere,* pro cujuſlibet rei, ſeu rei, cujus rei ut periculum faciam, tibi lubet. Simili ſenſu Plaut. Trin. IV. 2. 137. *Dum ille ne ſis, quem Ego eſſe* (te) *nolo, ſis mea cauſa, qui lubet* h. e. is, qui ut ſis, tibi lubet. Cæſar B. Gall. IV. 28. *Quantasvis magnas copias Germanorum ſuſtineri poſſe*, h. e. tam magnas, quantas vel cogitatione tua vis eas eſſe. Martialis Epigr. XIV. 1. *Quo vis cunque loco, potes hunc finire libellum*, h. e. loco, quocunque vis finire. Patet ex hiſce, ſeparata eſſe vocabula, quæ videntur pleriſque in unum coaluiſſe: & conſtrui ea tanquam Verbum & Pronomen relativum: atque adeo τὸ *Quam* in *Quamvis* eſſe Accuſativum Femininum τοῦ *Qui*, æque ac *Quantas* Accuſativus eſt in *Quantasvis*, *Qui* Ablativus in *Quivis* &c. Jam vero ſi *Quam* in relativis iſtis Conſtructionibus cum Verbo, Nom. Adjectivo, aut Adverbio, eſt verum Pronomen, tum utique eadem eſt ratio τοῦ *Tam*, quod illi reſpondet, & quod a Græco τὴν vel τὰν manifeſte olim fuit formatum, quum vocula illa τὰν Latine non aliter potuerit ſcribi, quam *Tam*, M, ſolita Latinis Accuſativi terminatione, in locum Græcorum N ſubſtituta. Quæ quum ita ſint, non debebant hæc ita temere rejici ab iis, qui nihil utique ſpecioſius habent, & tantum clamant, *Quam* & *Tam* eſſe contracta ex *Quantum* & *Tantum*, ſine ulla rationis ſpecie, niſi quod vulgo id ita hucuſque traditum & creditum fuerit. Non negaverim tamen, ipſos Veteres, etiam Optimos Auctores, ut ferme fit longiore paulatim locutionum progreſſu, hiſce voculis minus accurate aliquando uſos, ſeu ita, ut difficulter conſtructionem & ſenſum analogicum invenias, & certe ut duriſſima evadat Ellipſis. Tale eſt, quando conſtruitur *Quamvis* cum indicativo, ut apud Ovidium Ponto. 1. 2. *Felicem Niobem, quamvis tot funera vidit.* Sed ſciendum, ſicuti quando conſtruitur τὸ *Quamvis* cum Subjunctivo, intelligitur τὸ *Licet*, ſic cum Indicativo conſtructum deſiderat *Etſi*. Vide ſupra Nota 2. & 3. Senſus ergo eſt, etſi Niobe vidit tot funera, ad eam rationem, ad quam vis illam vidiſſe. Eadem eſt ratio τοῦ *Quanquam*, pro *Quamquam*, in conſtruendo. Nam ſi dictum fuiſſet, *quanquam vidit*, ſupplendum foret, etſi vidit tot funera, ad quam rationem potuit vidiſſe. Sed & voculæ *Quam*, in comparationibus maxime, reperias ſæpe conciſas valde locutiones, longiſque ac longe petitis explendas ſupplementis. Horridiora

Google

quantum. Et eſſe has particulas conſciſſas, (8) indicat illud Livii lib. 9. *Quantum Romæ terrorem fecerat, tam lætam famam in Samnium ad hoſtes tulerat.* Deinde, quem-

ridiora ea ſunt ſæpe, fateor. ſed & idcirco, ſeu elegantiæ majoris gratia, omiſſa ſunt. Nam ſi uteremur integris ſemper & plenis locutionibus, quam maxime incomta & prorſus abſona foret Latina oratio: Veluti apud Ovidium Metam. VI. 195. *Major ſum, quam cui poſſit Fortuna nocere*, h. e. Major ſum præ ea magnitudine, ad quam eſt ille magnus, cui poſſit &c. Si jam dicas, *quam ut poſſit Fortuna mihi nocere*, ſenſus erit, ad quam magnitudinem vel menſuram eſt illa magnitudo, ut poſſit &c. Durius etiam eſt, quod ex Cicer. Verrin. III. adfert Sanctius. *Quod iis plus frumenti imperabatur, quam quantum exararant*, ſi ſupplere velis, hoc modo id facere debeas, *plus ea re & menſura, ad quam rem eſt tantum frumenti negotium, quantum frumenti negotium exararant.* Similiter Verrina V. *Sexies tantum, quam quantum ſatum ſit, ablatum eſſe*, h. e. *Sexies tantum negotium ejus rei vel menſuræ, ad quam rem eſt negotium tantum, quantum negotium ſatum ſit.* Vides, quam aliena ab aurium voluptate & orationis concinnitate ſint hæc ſupplementa, ſed & idcirco etiam præciſa ſunt, ut dixi, retenta tantum illa vocula, in qua vis tranſitionis in comparando conſiſtit, ſed quæ vis non niſi per illa ſupplementa explicari plane, & ut oportet, poteſt. Sed & ipſum, quod ita conciſæ ſunt hæ locutiones, indicio eſt manifeſto, minus concinnas & jucundas auribus accidere illas, quum integræ ſunt. Quamobrem ſupplementa illa non debent a nobis rejici, tanquam minus vera, quia forte aures noſtræ & elegantia ſermonis ab iis abhorrent. Vide hac de re, ſeu de illa ſupplementorum neceſſitate, licet duriorum, agentem etiam Sanctium initio lib. IV. cap. 2. & quæ Nos ibi annotavimus.

(8) *Indicat illud Livii.*] Inane prorſus hoc eſt argumentum, ad probandum, *Tam* eſſe ex *Tantum* contractum, quia in iſthoc Livii loco reſpondeat τῷ *Quantum*. Nam ſic & *Quaſi* ex *Quantum* deberet eſſe ortum; quia reſpondet τῷ *Tantidem* apud Plautum Mercat. II. 2. 44. *Decrepitus ſenex Tantidem eſt, Quaſi ſit ſignum pictum in pariete*, pro *quanti eſt.* Sed & ſic ſæpe ſibi invicem reſpondent *Quo* & *Tanto*, *Quanto* & *Eo*. Terent. Phorm. II. 2. 14. *Quo magis novi, tanto ſæpius*, ſcil. id feci. Adde quod in loco Livii proprie non *Quantum* & *Tam* ad ſe invicem referantur, ſed *Quantum*, h. e. quam magnum & *Tam lætum.* Neque vero quidquam in eo ſitum eſt, quod *Quantum* eodem ſenſu & conſtructione occurrat aliquando, quo *Quam*, ad probandum magis, Hoc eſſe ex Illo contractum, quam, quæ noſtra eſt ſententia, Illud ab Hoc eſſe ortum.

Digitized by Google

quemadmodum paſſim dicimus, *Quam familiaris, quam proxime, quam maximum, quam plurimum, quam poteſt*: ita dixit Plautus Amph. *Neſcio quantum tu familiaris ſis, niſi actutum hinc abis.* Liv. lib. 25. *Simul altitudinem muri, quantum proxime conjectura poterat, permenſus.* Plinius in epiſtol. *Dedit enim mihi, quantum maxime potuit, daturus amplius, ſi potuiſſet.* Columell. 12. cap. 21. *Exploratum habeat, quantum plurimum ſalſæ aquæ vinum, quod fecerit, ſine offenſa guſtus pati poſſit.* Terent. Eunuch. *Comprehendi jube, quantum poteſt*: idem Phorm. *Quantum poteſt, nunc conveniendus Phormio eſt.* At, dices, ſi vocula *Quam* ſignificat *Quantum*, quid eſt illud, quum poſt eandem invenis iterum *Quantum*? Cic. 5. Verr. *Sexies tantum, quam quantum ſatum ſit, ablatum eſſe*: & 4. Verr. *Majorem pecuniam Prætori pollicetur, quam quantam tu dediſti*: idem 3. Orat. *Ut majus quiddam de Lucio Craſſo, quam quantum a nobis exprimeretur, ſuſpicetur.* Et 5. Verr. *Pluris Senatum æſtimaſſe, quam quanti eſſet annona.* Plaut. Merc. III. 1. 15. *Oratio ædepol pluris eſt hujus, quam quanti empta eſt.* Cicero 3. Verr. *Quum ex agris tres fratres conſortes profugiſſent, quod iis plus frumenti imperabatur, quam quantum exararant*: idem 2. Orator. *Si te intelligerem plus conatum eſſe ſuſcipere reipub. cauſa muneris, quam quantum præſtare potuiſſes*, cæt. Et 3. Orator. in princ. *Ac mihi quidam veteres illi majus quiddam animo complexi, plus multo etiam vidiſſe videntur, quam quantum noſtrorum ingeniorum acies intueri poteſt.* Cato in ruſticis, *Qui oleam emerit, amplius quam quanti emerit, omnis pecuniæ centeſima accedet.* Reſpondeo, in uſu eſſe vocem *Quantusquantus.* Terent. Adelph. *Tu quantusquantus es, nihil niſi ſapientia es.* Cicero Attic. lib. 12. *Sed quantiquanti, bene emitur, quod neceſſe eſt.* Addo inſuper, in omni comparatione deeſſe particulam *Præ*, ut, *doctior Cicerone*, ſubaudi *præ*; & *Cicero limatior eſt, quam Salluſtius*, vel *quantum Salluſtius*, deeſt *præ*, ut ſit, *præ quam*, vel *præ eo, quantum*

tum Salluſtius. Plaut. Amph. *Satin' parva res eſt voluptatum in vita, atque in ætate agunda, præ quam quod moleſtum eſt*, id eſt, (9) præ eo, quantum: idem Aulul. *Sed hoc etiam pulchrum eſt, præquam ubi ſumptus petunt*, id eſt, præ eo, quantum eſt, ubi ſumptus petunt. Sic dicimus, *Præ ut.* Ter. Eunuch. *Præ ut hujus rabies quæ dabit.* Plaut. Aulul. *Parum etiam, præ ut futurum eſt, prædicas*: idem Mercator. prolog. *Præ quam res patitur, ſtuduit elegantiæ.*

Etſi, coaluit ex duabus partibus, *etiam* & *ſi*; deinde vero aſſumit ſocias: nam dicimus conjuncte, *Tametſi*, & *tamen etſi*; » [quoniam (10) priſce *Tam* ſignificabat » *Tamen*, teſte Feſto, quod non ſemel apud Plautum le» gitur.] Terent. Andr. *Ibo, etſi hercle ſæpe jam me ſpes hæc fruſtrata eſt*, id eſt, etiam ſi. Disjuncte etiam has voces

(9) *Præ eo quantum.*] Immo ſupple, *præ ea re, ratione, menſura, juxta quam rem eſt id negotium in vita, quod moleſtum eſt.* Vide & ſupra II. 7. 2. Similiter illa Terentii, *præ ut hujus rabies quæ dabit*, accipienda ſunt, ac ſi dictum eſſet plenius, *præ eo, ut ſunt illa, quæ dabit hujus rabies.* Plautus Merc. II. 4. 2. *Nugas maximas fuiſſe credo, præut quo pacto Ego diverſus diſtrahor*, h. e. nihili illud fuiſſe credo præ eo, ut eſt hoc, quo pacto Ego diſtrahor. Nihil autem hæc omnia juvant Sanctium, ad expediendas illas locutiones, in quibus *Quam* ponitur ante *Quantum*, *Quanti* &c. & tamen illud *Quam* accipi vult pro ipſo *Quantum*, ut ex quo ſit contractum. Sumamus verba Ciceronis, *Pluris Senatum æſtimaſſe, quam quanti eſſet annona.* Nihil huc facit *Quantusquantus*, quod plane aliud notat, atque illud *Quam quanti*, vel *Quantumquanti.* Sed & quam abſonum eſt ſupplementum Sanctii, *pluris, præ eo, quantum quanti eſſet?* Quanto rectius & facilius hoc meum, *pluris præ ea re, ad quam rem eſt pretium tantum, quanti pretii eſſet annona.* Vide Me paulo ante pag. 491.

(10) *Priſce Tam ſignificabat Tamen.*] Haud dubie *Tamen* eſt ortum a *Tam*, & intendit tantummodo ejus ſignificationem. Nam ſi recte illius uſum conſideres, nihil aliud notat, quam καὶ τὸν, *vel ſic*, Veluti in illis Terentii, ubi mirifice Auctor, & neſcio quo ſenſu, illud *Tametſi* ſeparat, *Metuit hic nos, tametſi ſedulo diſſimulat*: Idem enim eſt, ac ſi diceretur *Metuit hic nos tamen, etſi &c.* & ſenſus eſt, etſi hic ſedulo diſſimulat, vel ſic nos metuit. Sic *obtundis tametſi intelligo*, pro, *etſi intelligo, tamen obtundis*, h. e. vel ſic obtundis, etſi intelligo.

Digitized by Google

voces legi aliquando neceſſe eſt. Cic. In partitionibus, *Et, ſi incidet imprudentiæ cauſa*, &c. Terent. Phormio. *Et, ſi tibi res ſit cum eo lenone, quo cum mihi eſt, tum ſentias.* Ibidem hoc modo uſus eſt dictione hac *Tamet ſi*, ubi aliqui legunt, *Tamen etſi. Metuit*, inquit, *hic nos tamet ſi ſedulo diſſimulat*: idem Andr. *Obtundis, tamet ſi intelligo*: & multis aliis in locis. Aliquando huic voci reſpondet aliud *Tamen*. Cic. *Tametſi cauſa poſtulat, tamen quia poſtulat, non flagitat, præteribo.* Vide infra, *Etſi quamvis*, in extremo hujus Capitis. [Vide & ſupra Not. 2.]

Acutius quam par eſt, diſtinguit Valla has particulas, *Etſi, quamvis, quamquam*, & alia; at Cicero hæc parum curat, apud quem *Etſi quamvis* conjuncte lego, ut paulo inferius dicetur.

De Quandoque.

Quandoque particula nunquam ſatis intellecta fuit a Grammaticis: nihil enim minus ſignificat, quam quod illi ſomniant. Abſciſſa eſt ex *Quandocunque*, & ubi eſt vox *quandoque*, apte poteris ſubſtituere *Quandocumque*. Hor. in Arte, *Indignor, quandoque bonus dormitat Homerus*, id eſt, quandocumque dormitat. Idem Ode 1. & 2. l. 4. Carm. Colum. in fine operis, *Quandoque arabitur*, id eſt, quotieſcunque. Perſ. Satyr. 4. *Qui, quandoque jugum pertuſa ad compita figet*, &c. *Ingemit.* Cic. in Somnio apud Macrob. ſecundo Somnii cap. 11. *Ita quandoque ab eadem parte Sol, eodemque tempore iterum, defecerit, expletum annum habeto*: in vulgatis Ciceronis operibus legitur, *quandocumque*. Quam lectionem Macrobii tuetur Aldus Manutius Pauli F. plures ex Pandectis locos adducens in confirmationem. Sueton. Julio, *Tabula ænea in monumento inventa eſt, conſcripta literis, verbiſque Græcis in hanc ſententiam; quandoque oſſa Capys detecta eſſent, fore, ut Julo prognatus manu conſanguineorum necaretur.* Itaque *Quandoque* ſæpius duas

orationes

orationes ſeparatas poſtulat, ut vox *Quandocumque*; ſed aliquando utraque vox cum una oratione reperietur; dum tamen (11) futurum aliquod tempus, & veluti quandam conditionem, deſignet. Horat. *Garrulus hunc quando conſumet cumque*, id eſt, quandocumque, Hiſp. *algun dia*. Juven. Satyr. 5. *Pulſandum vertice raſo Præbebis quandoque caput, neque dura timebis Flagra pati*. Tacit. 1. Annal. *Serviendum eſſe fœminæ, duobuſque inſuper adoleſcentibus, qui Remp. interim premant, quandoque diſtrahant*. Hiſp. *que al preſente la opriman, y deſpues la dividan*: idem 6. Annal. *Poſtremo Græcis verbis in hanc ſententiam alloquutus; Et tu Galba quandoque deguſtabis imperium*, id eſt, quandocumque, Hiſp. *algun dia*, aliquando. Apud Ciceronem bis invenitur hæc vocula lib. 6. epiſt. 20. *Ego me Aſturæ diutius arbitror commoraturum, quoad ille quandoque veniat*: & 3. Tuſcul. non longe a principio: *In eundem cadit ut ſerviat, ut victum ſe quandoque eſſe fateatur*: ubi Lambinus edidit, *aliquando eſſe ſe fateatur*, (12) ex fide manuſc. Non raro hæc vox

(11) *Futurum aliquod tempus.*] Sic quidem & Plinius Paneg. 10. *Ut quandoque inter poſteros quæreretur, an illud jam Deus feciſſet.* & cap. 28. *Ex his quandoque naſcentur, quibus alimentis opus non ſit.* Sueton. Aug. 94. *Fuerunt, qui interpretarentur, non aliud ſignificare, quam ut is ordo, cujus inſigne id eſſet, quandoque ei ſubjiceretur.* Sed & cum Præteriti Temporis verbo reperitur, & ita, ut Præteritum deſignet. Liv. IX. 10. *Quandoque heice homines injuſſu P. R. Quiritium fœdus ictum iri ſpoponderunt, atque ob eam rem noxam nocuerunt, ob eam rem hoſce homines vobis dedo.* Ubi ſimpliciter ponitur pro *Quoniam*, *Quandoquidem*, quod antea iſtic edebatur, ſed præter MStorum ſententiam. Quin ſæpe antiquiſſimos τὸ *que* addidiſſe pronomini relativo, & inde derivatis, atque huic ipſi *Quando*, oſtendit Gronovius Pater allatis exemplis ad Liv. I. 24. ut adeo hæc vocula non ex *Quandocunque* ſit abſciſſa, ut ait Sanctius, non magis quam *Quinque* ex *Quicunque*, *Ubique* ex *Ubicunque*, ſed ſimpliciter a *Quando* deducta; & poni poſſit, ubicunque hoc ipſum poteſt; maxime tamen adhibeatur de Futuro, ſed aliquando etiam de Præterito, & Præſenti.

(12) *Ex fide Manuſc.*] At Vide iſtic (occurrunt autem hæc verba Tuſcul. quæſt. III. 7.) Victorium, & Gebhardum, & reperies fide MStorum ferme omnium niti illud *Quandoque*.

Digitized by Google

vox in duas partes dividitur, ut, *Quandoque*, pro, & *quando*, ut ſi dicas, *Quando ego te videbo, quandoque complectar*. Liv. lib. 1. *Inde ordine alii rogabantur, quandoque pars major eorum, qui aderant, in eandem ſententiam ibat, bellum erat conſenſu fieri ſolitum*, cæt. Hor. Satyr. 6. lib. 2. *O rus, quando ego te aſpiciam? quandoque licebit Ducere?* Cic. 2. Div. *Vident ex conſtantiſſimo motu Lunæ, quando illa e regione Solis facta incurrat umbram terræ, quandoque eadem Luna ſubjecta Soli*, cæt. Prædictarum autem trium acceptionum exempla quam plurima in Pandectis reperiuntur, in quibus obſervandis acri judicio eſt opus: nonnulla tamen ordine adſcribam. Primæ autem hæc accipe, l. 2. D. ſolut. matr. *Dotis actio filiæ non erit ademta, quandoque ſui juris filia fuerit facta.* l. ſi fundus, 13. D. de reb. eor. qui ſub. tut. (13) *Quandoque domino, prædium cum fructibus vindicanti, doli non inutiliter opponitur exceptio* l. quod pupillæ. D. quando dies leg. ced. *Quod pupillæ legatum eſt, quandoque nupſerit*. cæt. l. & per jusjurandum 13. D. de acceptil. *Quandoque ei creditum fuerit, tenetur.* lib. 3. tit. 15. Inſt. §. 1. *Et quandoque nobis non eadem res, ſed aliæ ejuſdem naturæ & qualitatis, redduntur, inde etiam mutuum appellatum eſt*: alii legunt, *Quoniam.* Secundæ acceptionis hæc erunt, D. lib. 1. tit. 7. l. 22. de adoptionib. *Cæterum ſi fidei ejus committat, ut quandoque reſtituat, non oportet admitti fideicommiſſum.* l. ſi fundus 13. D. de rebus eor. *Quandoque domino prædium cum fructibus vendicanti, doli non inutiliter opponitur exceptio.* l. continuus 127. §. item qui, D. de verb. *Liberatur, qui ſe daturum ſpopondit, ſi quandoque tradit.* (14) Tertiæ acceptionis, l. in

(13) *Quandoque domino.*] Locus hic ipſe mox inter exempla ſecundæ acceptionis denuo ponitur, & ſane in una illic oratione reperitur *Quandoque.*

(14) *Tertiæ acceptionis.*] Nihil minus, ut jam monuit Doctiſſ. Dukerus de Latin. JCtorum p. 416. Etenim diſertiſſime in iſtac lege aliter accipitur hæc vocula, quam vult Sanctius. Quum enim opponatur voculæ *Tum*, quæ certum temporis momentum deſignat, neceſſario ipſa ergo

in ſubſtit. 31. D. de vulg. & pupil. *Quæritur quiſquis heres, quandoque fuerit, intelligatur.*

De Quod.

Quod particula, prima linguam Latinam poſt Ciceronis aureum ſæculum auſa eſt deturpare. Hæc Ariſtotelis & Platonis Dialecticam, & utramque Philoſophiam, peſſime dilaceravit; hæc Juris utriuſque diſciplinam barbarorum traditionibus & commentariis excarnificavit; hæc etiam in Sacræ Theologiæ commentarios & Latinas verſiones ita impetum fecit, ut peritiſſimos alioqui viros in ſummum barbariæ barathrum detruſerit. Quo magis iraſcor Eraſmo Roterodamo, qui, quum in Latinam linguam Novum Teſtamentum vertere tentaverit, hanc peſtem, quæ linguam Latinam peſſum dedit, neſcierit aut non potuerit evitare. Sæpe enim repetit, *dico, quod*; aut, *Dixi vobis, quod ego ſum.* At dices, fidi eſſe interpretis, verbum verbo, ut Horatius inſinuat, reddere. Fateor libentiſſime id, & Horatium id ſentire aſſevero; ſed idiotiſmos, & quaſcumque peculiares cujuſvis linguæ proprietates, nemo ſanus in aliam linguam, verbum ex verbo reddens, recte transfundet. An ferenda ſunt illa, quæ ſummus Theologus paſſim in ſcholis inculcabat, *Hoc argumentum tangit de cuſpide in album*? &, *O valeat me Deus?* Quid ſi velis Hiſpane dicere, *Saltar fuera del coro*, ſicuti Latine dicitur, *extra chorum ſaltare*? ut loquacem ſatis concionatorem dicentem nuper audivi. Cur non vertimus Græcorum articulos, aut duas negationes, quæ

go denotat incertum & laxius ſumptum tempus, atque adeo poſitum eſt pro *aliquando*, ſeu *quandocunque*. Verba ſunt, ſed quæ nimis recte diſtinguuntur, *In Subſtitutione Filio ita facta*, Quiſquis mihi ex ſupraſcriptis Heres erit, idem Filio Heres eſto; *quæritur, quiſquis heres quandoque fuerit, intelligatur: an quiſquis Heres TUM erit, quum Filius moriatur.* Tollenda omnino major diſtinctio poſt *intelligatur*. Senſus enim eſt, quæritur, utrum

 in

quæ apud illos magis negant? & (15) cur non dicimus, *utor libris, quibus habeo*, quod Græcis eſt frequentiſſimum? Cur Genitivos temporis in ablativo convertimus, ut, *Imperante Cæſare*? Particula græca, ὅτι, invexit hæc tanta mala, quæ vertentibus Græca Latine, aut omnino eſſet omittenda, aut aliter, quam per *quod*, *quia*, *quoniam*, eſſet explicanda. Nonne vides, quam fœde Boetius tranſtulerit principium ſecundi Poſteriorum, dum inquit, *Quærimus autem quatuor, quia, propter quid, ſi eſt, & quid eſt*: nam prima quæſtio, quæ Græcis eſt ὅτι, ſignificat rem ita eſſe, ut, Solem deficere. Cicero multa tranſtulit e Græcis, ubi particula, ὅτι, paſſim occurrit, (16) nuſquam tamen apud Ciceronem apparet.

iis verbis intelligatur, quiſquis Heres aliquando ei fuerit quocunque tempore, an vero ille tantum, quiſquis Heres TUM erit, QUUM &c.

(15) *Cur non dicimus.*] Sic tamen aliquando etiam Latinos loqui docet ipſe infra, ubi agit de *Helleniſmo*.

(16) *Nuſquam tamen apud Ciceronem &c.*] Exiſtimat ergo Sanctius barbare loqui, qui dicant, *Scio quod, Dico quod, Credo quod*, & ſimilia: ac proinde Auctorum loca, in quibus eæ locutiones occurrunt, vel conjecturis vel contortis explicationibus pervertit: nonnulla etiam ſuſpecta habet, tanquam adulterina: immo vero ipſos etiam Senecam, Plinium, & æquales, omni in his auctoritate exuit. Interim ipſe, quod jure mireris, qui eas locutiones, ut barbaras plane, tanto ſtudio hic damnat, cavere ſibi tamen ab illis in hac eadem diſſertatione non potuit, dum in ejus extremo ait, *Adde, quod multi illorum Græce ſcripſerunt.* Cujus utique eadem eſt ratio, ac ſi Lectorem ſuum moneret, *Dic inſuper, quod multi &c.* In contrariam itaque ſententiam abierunt Manutius ad Cicer. Famil. VII. 28. Henr. Stephanus de Latin. falſo ſuſp. Voſſius de Conſtruct. cap. 20. & 62. ſed maxime Scioppius, qui de his accuratiſſime egit in Auctario Mariangeli Ep. 6. Quibus accedit Clariſſ. Auctor Novæ Methodi, ut & Vorſtius, qui illas quoque phraſes in Latinitatem *falſo ſuſpectam* retulit cap. 24. Ut adeo viderentur jam illuc, unde ejectæ pedem tulerant, quaſi poſtliminio reſtitutæ. At vero Vir Summus, cujus ego auctoritati in hoc literarum genere quamplurimum ſane tribuo, Joh. Fred. Gronovius eas prorſus iterum exploſit, atque adeo, ut ad Plaut. Aſin. I. 1. 37. *Nunquam magis ſe traduxiſſe* dicat *Scioppium, quam cum congeſtis aut male intellectis Auctorum locis vincere voluit*, Scio quod, *ut vulgus uſurpat, Latine dici, moneatque tirones*,

ret. Quo ſolo argumento barbare loqui omnes aſſevero,

nes, ab hac Barbarie ſibi caveant. Similiter ad Phædr. fab. 83. in Notis Schefferi, *aut corrupta*, *aut aliter* pronunciat *accipienda*, *quæ in hanc rem congeſſerit Scioppius.* Quid faciam? Durum profecto contra tantam Viri auctoritatem & tam præciſam ſententiam calcitrare. Et tamen, ut verum fatear, prorſus ego quidem cum Scioppio, &c. hic ſentiam. Nam nimis certe multa & clara in hanc rem ſunt Auctorum loca, quam ut ea omnia vel corrupta eſſe poſſint, vel eorum conſtructio non facile a quovis perſpici potuerit. Præterea juſta ſatis huic locutioni ſubeſt ratio, de qua deinceps videbimus. Nunc primum loca ipſa, & ea quidem, quæ apud alios non inveni, memorabimus. Cic. Amic. 2. *Quærunt quidem multi, ſed ego id reſpondeo, quod animadverti, te dolorem, quem acceperis amiciſſimi viri morte, ferre moderate.* In his perinde utique eſt, ſive *Reſpondeo quod animadverti*, ſive *Dico quod animadverti*, ſcripſiſſet Cicero. Videtur autem certa ratione hic ita locutus, ne Infinitos cumulando & aggregando orationem minus redderet concinnam. Dicendum enim ceteroqui fuiſſet, *ſed ego id reſpondeo, me animadvertiſſe, te dolorem moderate ferre* &c. Confer etiam locum ex Offic. I. 12. mox pag. 501. a me adferendum. Fateor tamen, Voculam *Id*, quæ adeſt, parere hic aliquid ambigui, quaſi τὸ *Quod* habendum ſit pro Accuſativo, qui regatur proxime a Verbo *Animadverti*, & quaſi reliqua tunc per expoſitionem ejus, quod animadverſum ab illo ſit, apponantur. Sed non opus eſt, propterea ad talem Appoſitionem confugere in loco tam plano, quum τὸ *Quod* etiam, quando ſpeciem Conjunctionis præfert, revera tamen ſit Pronomen Relativum, quod ante ſe requirit neceſſario nomen Subſtantivum & Pronomen Δεικτικὸν, ut mox oſtendemus. Diſertior tamen eſt locus, qui ſequitur Ibid. cap. 17. *Sæpe querebatur, quod homines omnibus in rebus diligentiores eſſent, ut capras & oves, quot quiſque haberet, dicere poſſet, amicos quot haberet, non poſſet dicere: & in illis quidem parandis adhibere curam, in amicis eligendis negligentiores eſſe.* Hic locus valde eſt, ut dixi, diſertus & notabilis, ſi quidem in eo a τοῦ *Querebatur* ſimul dependet *Quod* cum Verbo Finito, *quod eſſent dilig.* & Infinitum dein cum ſuo Accuſativo, *Homines adhibere curam* & *negligentiores eſſe*: Ut adeo hic utriuſque eadem ſit ratio, & τὸ *Quod* cum Finito manifeſte ponatur eodem ſenſu, quo mox Infinitum. Petron. *Quod verberatus ſum, neſcio.* Phæd. fab. 83. *Scio, quod virtuti non ſit credendum tuæ.* Ubi Gronovius ex conjectura malit *Quam.* fab. 63. *O ſi maneret condito ſenſus patri, Quam graviter ferret, quod voluntatem ſuam interpretari non potuiſſent Attici*, pro, *Atticos non potuiſſe interpr.* Qui locus jam a nemine, quod ſciam, tentatur. Liv. III. 52. *Scituros, quod ſine*

Digitized by Google

ro, qui *Dico quod*, *Credo quod*, *ſciendum eſt quod*, paſſim

reſtituta poteſtate redigi in concordiam res nequeant. Ubi item legit *quam* Vir Summus, ſed nulla alia ratione, quam ſuæ auctoritatis, & quia MSS. quidem habeant *que*: XLII. 33. *P. Licinius Coſ. SCtum recitari juſſit, primum, quod bellum Senatus Perſeo juſſiſſet: deinde, quod veteres Centuriones quam plurimum ad id bellum ſcribi cenſuiſſet: Nec ulli, qui non major annis quinquaginta eſſet, vacationem militiæ eſſe.* Ubi jam relinquuntur intacta. Manifeſte tamen τὸ *Quod* bis poni pro Infinito patet ex eo, quod tertia pars hujus SCti per Infinitum exprimitur XLV. 41. *quam feliciter remp. adminiſtraverim, & quod duo fulmina domum meam per hos dies perculerint, non ignorare vos arbitror*, ubi tamen itidem ex hypotheſi ſua ſcribere nos jubet Vir Summus, *& quæ duo.* Florus I. 23. *quando ſenſiſſent, quod irrigarentur ejus opera.* Suetonius Cæſ. 86. *Neque curaſſe eum, quod valetudine minus proſpera uteretur.* Tito 8. *Recordatus, quod nihil cuiquam illo die præſtitiſſet.* Auguſto 43. *ut oſtenderet, quod erat bipedali minor.* Ovid. Pont. I. 8. 26. *queror, ô jucunde ſodalis, Accedant noſtris ſæva quod arma malis.* IV. 14. 3. *In quibus, excepto, quod adhuc utcunque valemus, Nil me præterea quod juvet, invenies.* Nam perinde eſt, ſive dicam, *excipio, quod valeo*, ſive *credo, quod valeo.* IV. 11. 21. *Adde, quod, (atque utinam verum tibi venerit omen) Conjugio felix jam potes eſſe novo.* IV. 14. 45. *Adde, quod, Illyrica ſi jam pice nigrior eſſem, Non mordenda mihi turba fidelis erat.* III. 1. 25. *Adde metus, & quod murus pulſatur ab hoſte, Tinctaque mortifera tabe ſagitta madet*, ubi τὸ *Quod*, ſpecie Conjunctionis, cum ſequentibus, ita ſubjicitur verbo Activo, ut ſubjicitur Accuſativus *Metus.* Quocirca non video, quomodo hæc aliter explicari queant, ac illa, *Scio quod*, *Dico quod.* Et tamen in Ovidio metri certi ratio τὸ *Quod* mutari in *Quam* vel *Quum* non patitur. Similia vero his etiam illa Plauti Merc. III. 4. 10. *Id illi vitium maximum eſt, quod nimis tardus eſt.* IV. 1. *Parumne hoc eſt malæ rei, quod amat.* Ciceronis de Senect. Cap. 18. *Multa in noſtro collegio præclara, ſed hoc in primis, quod, ut quiſque ætate antecellit, ita ſententiæ principatum tenet.* Flor. II. 6. 47. *Parva res dictu eſt, quod illis diebus ager invenit emptorem.* Gellii II. 18. *De Epicteto, quod is quoque ſervus fuit, recentior eſt memoria.* Denique & hoc Cœlii Fam. l. VIII. 14. *Propoſitum hoc eſt, de quo ſunt dimicaturi; quod Pompejus conſtituit non pati Cæſarem aliter Conſulem fieri, niſi exercitum tradat.* Ubi plane τὸ *Quod* reſpondet Græcorum Ὅτι in lemmatibus Capitum. Sed exemplorum ſatis: quibus tamen adde tot alia, quæ videri poſſunt apud modo laudatos Viros, alioſque, in primis illa Martialis, & Horatii apud Linacrum, de quibus infra, Catonis Priſci ex Plinio, Fuſci Arellii ex Seneca Rhetore, & ipſius Ciceronis Offic.

Digitized by Google

ſim blaterant. Lege libellum Ciceronis de Univerſitate,

ſic I. apud Mariangelum. Nunc porro rationem Conſtructionis indagemus. Cenſet Sanctius, *Vocem Quod, niſi Relativa ſit, locum apud Latinos non habere.* Recipimus ſane illud, quia & in illis locutionibus, quas explodit, Relativam eſſe contendimus. Immo vero etiam ipſum Ὅτι, quod cauſam dediſſe huic corruptelæ Linguæ Latinæ queritur Sanctius, nihil eſſe niſi Pronomen Relativum, etſi ab eo nunc ſcriptura diſtinguatur, oſtendit accurate Doctiſſ. Auctor Novæ Methodi, quum de Lingua Græca agit, lib. VIII. c. 9. Et quis dubitet eſſe Relativum, quum ſæpe pronomen, ad quod refertur, tum in Græca, tum in Latina exprimatur? veluti fit in primo illo Ciceronis loco, *Sed ego id reſpondeo, quod animadverti, te ferre* &c. h. e. reſpondeo id negotium, juxta quod negotium animadverti. Et de Offic. I. 12. *Equidem illud etiam animadverto, quod, qui proprio nomine perduellis eſſet, is Hoſtis vocaretur.* Ubi τὸ *Quod* ita refertur *ad Illud*, ſicut *Qui* ad *Is*. Manifeſte autem dicitur, *animadverti, quod vocaretur*, pro, *eum ita vocari.* Denique in diſerto illo Martialis loco, de quo infra p. 508. 509. *Hoc ſcio, quod ſcribat nulla puella tibi*, h. e. ſcio hoc negotium, ſecundum quod nulla &c. Hæc enim eſt conſtructionis & ellipſeos in his ratio. Statuendum enim hic eſſe ſupplementum vocabuli, ad quod referatur pronomen relativum, patet ex eo, quod, ut dixi, ſæpe præmittitur expreſſum pronomen, cui utique ſubintelligi debet Subſtantivum *negotium*. Jam in ipſo Ὅτι, ſeu *Quod*, ſubaudiendam eſſe præpoſitionem vel κατὰ vel διὰ, h. e. *ad*, *juxta*, manifeſtiſſimum ex eo, quod ſæpe pro ſolo ὅτι, cum habet ſpeciem Conjunctionis, legatur καθότι, διότι, id quod jam obſervarunt Lexicographi, & ex ſacris quoque ſcriptoribus oſtendit Novæ Meth. Auctor. Quando ergo dicitur, *id ille vitium maximum eſt, quod nimis tardus eſt*, conſtrue & ſupple, id vitium, juxta quod vitium (καθότι pro καθ' ὅ, τι) nimis tardus eſt, eſt illi maximum. *Parumne hoc eſt malæ rei, quod amat?* Supple, eſtne hoc negotium, juxta quod negotium ille amat, (h. e. quod negotium in illius amore conſiſtit) negotium parum malæ rei? Sed &, quando Phædrus ait fab. I. *Calumniari, quod arbores loquantur.* Fab. 73. *Indignari cœperant, quod dignitatem feminæ æquaſſent ſuam.* Quando paſſim legitur, *Lætor, gaudeo, doleo, quod hoc factum ſit.* Quando Livius dicit XXXIV. 57. *Mirari ſe, quod Romani æquum cenſeant, ei leges dicere.* XXXVIII. 10. *Eo tandem Legati, mirante Conſule, quod morarentur, venerunt:* in his eadem utique ratio eſt & analogia Syntaxeos, quæ eſt in controverſis locutionibus. Et ne dubites, loca illa Livii tentavit ideo quoque Vir Summus, maluitque, ſed ex conjectura, utrobique *quid* pro *quod* legere: Verum ita tamen Livius etiam XXXVI. 41. *Magis mirari ſe,*

ſtate, qui integer ex Platonis Timæo verſus eſt, nuſquam invenies *Quod*, quum tam ſæpe ibi occurrat particula ὅτι. Quid igitur, dices, facit Cicero? Audi Æſchili verſionem a Cicerone tertio Tuſcul.

Οὐκων

quod non jam in Aſia eſſent Romani. Quem locum quare idem ultro profiteatur ſe *ferre*, quum priores non ferat, fateor ejus differentiæ rationem me non percipere: quamvis neque recuſem illud *Quid*, ſi habeant MSti, certe in loco XXXVIII. 10. Ita porro etiam Cicero ad Brutum ep. 17. vel potius Brutus in ea epiſtola, *Scribis, mirari Ciceronem, quod nihil ſignificem unquam de ſuis actis.* Et Plautus Bacchid. IV. 9. 150. *Vos nunc ne miremini, quod non triumpho.* In his autem omnibus intelligitur, propter id negotium, juxta quod &c. Ad hunc vero modum etiam illud, *Scio jam, quod filius meus amet*, & reliqua, exponenda ſunt ac ſupplenda. Nam, quod Sanctius diverſas plane putat locutiones, & haſce rejicit, admittit vero illas, *Miror quod*, *Gaudeo & Gratulor quod*, &c. in eo nihil ineſt rationis. Eadem enim eſt analogia & conſtructio voculæ *Quod*, ſive dicam *ſcio hoc negotium, quod filius meus amet illam*, ſive *Miror*, vel *Gaudeo propter hoc negotium, quod filius* &c. Similiter vero *Scio quam*, quod præfert Gronovius Pater, & *ſcio quod*, eadem prorſus conſtructionis ratione dicuntur. Nam illud eſt, *ſcio rem, vel rationem, juxta quam amet filius*; hoc, *ſcio negotium, juxta quod amet* &c. Tantummodo uſus vulgi fecit aliquod tandem diſcrimen in ſignificatione, dum illud *Quam* adhibuit maxime ad nexum, qui ſimul ſignificet intenſionem modi, Hoc ad eum, qui ſignificet ipſum rei negotium, ſæpe tamen etiam Modum, unde promiſcue aliquando ponitur, *Quod* & *Ut*. Sic ergo ſatis jam probatas puto has locutiones Uſu & Ratione. Sed tamen vel ſic nemini auctor ſum iis temere vel paſſim utendi. Nam elegantia Linguæ Latinæ abhorrere tandem cœpit ab illa longiore circumlocutione, quum poſſet rem ipſam per infinitum breviter enunciare, cujus uſus propterea longe longeque eſt frequentior. Sufficiat demonſtraſſe, poſſe tamen & illam adhiberi, ubi occaſio non ſit aliena, maxime uti vitetur concurſus plurium Infinitorum. Si qui tamen vel ſic hæc tam liquido probata repudient, malo ſuo Genio relinquendos cenſeo. Mihi ſufficit cum alios Doctiores, tum nominatim Urſinum To. II. pag. 373. mihi aſſentiri, ubi diſerte in his *cetera omnino ſtandum meo judicio* putat, *niſi quod de loco Cicer. ex Amic. cap. 2. leviter diſſentiat*, ſed in quo uno loco nihil eſt ad totam rem vel accipiendam vel rejiciendam momenti.

Digitized by

Οὔκουν Προμηθεῦ τοῦτο γινώσκεις, ὅτι
Ὀργῆς νοσούσης εἰσὶν ἰατροὶ λόγοι.
Atqui Prometheu te hoc tenere exiſtimo
Mederi poſſe rationem iracundiæ.

Eraſmus, aut Laur. Valla, dixiſſent, *Igitur o Prometheu hoc ſcias, quod iræ infirmitatis ſunt medici rationes*, vel *ſermones*. Poſſem innumera tibi recenſere Ciceronis exempla, verſa ex Platone, Demoſthene, Ariſtotele, Xenophonte, & aliis tum philoſophis, tum poëtis; ſed tute ipſe hoc melius expiſcaberis, ſi puræ Latinitatis cura te tangit. Quo poſito, fœdiſſimam calumniam Ciceroni objectam contundemus. Antonius Majoragius glorioſe, ut ſibi videtur, de Cicerone triumphat, dum in ſuis Antiparadoxis, quæ contra Ciceronis Paradoxa effutiit, ignarum philoſophiæ, atque totius dialectices expertem, Ciceronem demonſtrare conatur. At quibus argumentis? diſputatio ab ipſius Paradoxorum titulis longe diſſentit: nam in quarto Paradoxo, cujus Titulus ſic habet, ὅτι πάντες οἱ μωροὶ μαίνονται, nullum argumentum adduci contendit, quod propoſitam quæſtionem poſſit comprobare. Sed Majoragius non vidit, Lemmata illa ab imperitis Grammaticis eſſe præfixa. An Cicero tam putide reddidiſſet Latine? *Quod ſolus ſapiens dives ſit*; &, *Quod omnes ſtulti inſaniant*. Inſanior profecto, qui tales titulos præfixit. Quartum illud Paradoxon, ſi titulus eſſet præfigendus, hoc ſonat; ὅτι πάντες οἱ σοφοὶ πολῖται, καὶ πάντες οἱ μωροὶ φεύγοντες, id eſt, *omnes ſapientes eſſe cives, & omnes ſtultos exules.* Sed, ut de hujuſmodi titulis in univerſum dicamus, quamvis longiori aliquanto, quam ſolemus, ſermone, ſic habeto; omnes titulos ad Martialis epigrammata, ad Horatii odas, » [itemque in Valerio Max.] non ſolum eſſe alienos, ſed ſæpe ab auctoris ſenſu alieniſſimos. Plinio peſſime ſunt diſpoſiti. Aldi Manutii, Pauli F. qui

Digitized by Google

nuper in Officia & Paradoxa commentarios edidit, non poſſum in illis titulis non accuſare oſcitantiam, qui tales nugas adſcribat Ciceroni. Vox igitur *Quod*, niſi relativa ſit, ut aiunt Grammatici, locum apud Latinos non habet. Relatio eſt in illo Ciceronis, *Quod epiſtolam conſciſſam doles, noli laborare*: nam ordo & ſenſus eſt, *Noli laborare circa id, quod*, vel *ex eo, quod*, vel *propter id, quod.* Sic Martial. *Non miror, quod potat aquam tua filia, Baſſe*, id eſt, non miror de eo, quod, vel propter id, quod; deeſt Græce κατὰ; id eſt, ob id quod; » [nam in talibus, *Quod*, referri ad *Id*, vel » hic Plauti locus docet, Capt. act. 3. ſc. 4. *Filium tuum* » *quod redimere ſe ait, id neutiquam mihi placet.*] Donat. in Hecyr. act. 1. ſc. 3. *Quod me accuſas, deeſt*, inquit, *In eo, ut ſit; In eo quod me accuſas. An quod, id eſt, propter quod?* Hæc Donatus. Denique Latine dicitur, *Miror quod*, barbare, *dico quod, credo quod.* Sed contra meum hoc præceptum, non ſolum æmuli, ſed amiciſſimi, graviſſimos auctores opponunt. Ter. Andr. act. 1. ſc. 4. *Audivi, Archillis, quod jam dudum Lesbiam adduci jubes.* Reſpondeo, inique feciſſe Ant. Goveanum, qui, dum nimis religioſe verſus Terentii ad normam reducere conatur, Latinitatem perderet. In omnibus antiquis ſic legitur, *Audivi, Archillis, jam dudum Lesbiam adduci jubes*, & conſtat verſus, ſi ſic metiare, *Audi-vi Ar-*&c. Muretus in illo loco auctor eſt, a Goveano additum eſſe *Quod.* Ex epiſtola 17. ad Brutum citantur hæc: *Dolet mihi, quod tu non ſtomacharis*; ſed nullo ſenſu. (17) Doctiores

(17) *Doctiores ita legunt &c.*] In optimis Edd. cum antiquiſſimis, tum recentiſſimis, ut & in MStis, teſte Manutio, legitur, *quod tu nunc ſtomacharis*, ſenſu perſpicuo, & quem Brutus (nam is hanc epiſtolam ſcripſit ad Atticum de Cicerone) hiſce verbis exprimere voluit, vel debuit. Etenim incuſaverat multis Ciceronem, idque apud Atticum, amantiſſimum ut omnium ſuorum, ita maxime Ciceronis. Ideo credit & dolet, Atticum nunc ſtomachari haud dubie, propter illas Ciceronis reprehenſiones. Immo ideo quoque rogat Atticum, ut ſibi perſuadeat, nihil

Digitized by Google

ſtiores ita legunt, *Dolet mihi, tu non ſtomacharis, amantiſſimus tum tuorum omnium, tum Ciceronis*: quaſi dicat, ſi mihi dolet, cur tu ſaltem non ſtomacharis? Eſt & alius locus Ciceronis circa finem lib. primi de Officiis, themate, *Sed ab his*; (cap. 43.) *Idque hoc argumento confirmari poteſt, quod, ſi contigerit ea vita ſapienti*, &c. (18) Sed tota periodus fœde dilacerata eſt, & ſine ſententia, quod miror aut Lambinum, aut Aldum, aut quemquam doctiorum, non animadvertiſſe. Totum autem locum ſic lego, & reſtituo, *Id quod hoc argumento confirmari poteſt; ſi contigerit ea vita ſapienti, ut omnium rerum affluentibus copiis ditetur, quamvis omnia, quæ cognitione digna ſint, ſummo otio ſecum ipſe conſideret, & contempletur, tamen ſi ſolitudo tanta ſit, ut hominem videre non poſſit, excedat e vita princeps omnium virtutum neceſſe eſt, illa ſapientia, quam Σοφίαν Græci vocant*, &c. Ovid. lib. 5. de Triſtibus eleg. 1.

Si

nihil tamen neque de ſua in Ciceronem voluntate propterea eſſe remiſſum, ſed tantum aliquid, ſeu multum, de judicio. Ita vero patet, nihil in his mutandum. Certe frigeret plane illud *Dolet mihi*, ſi non ſequeretur *Quod*, quo declaratur, quid doleat Bruto. Sed & miror, Sanctium hanc locutionem non ferre, qui pag. ſup. diſerte ait *Latinè dici, Miror quod*: & in ſeqq. itidem *Latine dici, Quod verum dicis, iraſcor*: immo a Plinio, *eleganter dici, Gaudeo & gratulor, quod Filiam deſtinaſti Fuſco*. An ergo, ſi illa recte dicuntur, minus Latinum erit, *doleo, quod filiam deſtinaſti Fuſco?*

(18) *Sed tota periodus fœde dilacerata eſt*] Vulgatam tamen tuentur poſtremæ Edd. id quod indicio eſt, hunc locum ſic in MSS. reperiri, & proinde genuinum eſſe; ac recte adhiberi ad probandam phraſin, de qua agitur, ſi vere ad eam pertinet, ut ex Sanctii ipſius ſententia facit. Sed & longe turbatior eſt ſenſus & nexus in Sanctii emendatione, quam in Vulgata, quæ hæc eſt, *Placet igitur aptiora naturæ eſſe ea officia, quæ ex Communitate, quam ea, quæ ex Cognitione ducuntur: idque hoc argumento confirmari poteſt, quod, ſi contigerit ea vita Sapienti, ut in omnium rerum affluentibus copiis, quamvis omnia, quæ cognitione digna ſunt, ſummo otio ſecum ipſe conſideret & contempletur, tamen, ſi ſolitudo tanta ſit, ut hominem videre non poſſit, excedat e vita. Princeps &c.* nam hinc nova incipit Periodus. Nexus eſt, *confirmari id hoc argumento, quod Sapiens excedat*,

Digitized by Google

Si quis delicias, laſcivaque carmina, quærit,
Præmoneo nunquam ſcripta quod iſta legat.

(19) Nihil hoc pentametro vidi putidius, magiſque barbarum. Quis enim dicet *iſta*, in hoc ſenſu? Quis, *præmoneo nunquam quod*? Ejuſdem farinæ eſt cum illo apud Virgilium, *Quantum omnis mundus gaudet cantante Sileno.* Et vero multa barbara inſerta fuiſſe Catullo, Tibullo, Propertio, & aliis, docet Joſephus Scaliger, & alii. Citatur ex Cornelio Gallo in quodam lyrico carmine, cujus initium eſt, *Lidia bella*:

Sæva non cernis, quod ego langueo?

Sed oden illam alicujus inepti eſſe cenſet Jul. Scaliger 6. lib. poëtices, quod mihi placet. Solus Plautus uno in loco me male habet; Nec Lambini in illo loco explicationem admitto, utpote duriſſimam: imo mihi placet, ut verſiculus, una mutata literula, corrigatur. Locus eſt in 1. Scen. Aſinariæ; *Equidem ſcio jam, filius quod*

(19) *Nihil hoc pentametro &c.*] Etiam Heinſius illud uncis includit, & proſcribit, ut *non ſatis Latinum.* Sed tamen non tantum MSti id habent ſine ulla extraordinaria varietate, ſed & nexus requirit iſtius ſententiæ carmen. Sequitur enim continuo, *Aptior huic* (qui ſcil. quærit delicias &c.) *Gallus, blandique Propertius oris*: *aptior* ſcil. quam *iſta ſcripta* mea. Quapropter Ego, fateor, accedere non poſſum illis, qui carmen hoc plane rejiciunt per unicam Latinitatis cauſam ex præjudicio ortam. Nam quæ etiam Sanctius reprehendit, inania ſunt. Ut *iſta* hic adhibetur pro *hæc*, ſic mox ibid. v. 38. *Quod quærar, illa* (Fortuna) *mihi pleno de fonte miniſtrat, Nec mea ſunt, Fati verba ſed iſta mei*, h. e. Hæc meorum carminum verba. Solet autem vocula *Quod* etiam cum Subjunctivo poſt verba *dicendi*, *monendi*, &c. conſtrui. Sic Cicero, *cum ſcripſiſſet, quod me cuperet ad Urbem venire.* Cato apud Plinium, *Dicam, quod bonum ſit*, hoc, non illud, facere. Ennius, *utinam mortem oppetam, prius quam eveniat, quod in paupertate mea ſenex graviter gemam.* Vide Voſſium de Latin. falſo ſuſp. c. 24. p. 237. & Urſinum To. II. pag. 374. & Terentium in Adel. in Nota proxima ſeq.

Digitized by Google

quod amet meus iſtam meretricem e proximo, Philænium. Ego lego, *Equidem ſcio jam, filius quom amet meus. Quom*, vel *qom*, pro *quum* ſæpe utitur Plautus. Et Lambinus in 1. Amphit. ſcena, In illo, *Ægite pugni, jamdiu eſt, quod ventri victum non datis* : *quum*, inquit, edendum curavi, (20) nam, *Quod*, ferri non poteſt. Alia multa mihi ſolent objici, ſed ea vel male intellecta, vel ab auctoribus non valde Latinis deprompta. Primi generis ſunt illa Horatii Satyr. 2. libro 2.

Rancidum aprum antiqui laudabant, non quia naſus
Illis nullus erat, ſed credo hac mente, quod hoſpes
Tardius adveniens vitiatum commodius, quam
Integrum edax dominus conſumeret.

Hic non dicit Horatius, *Credo quod*, ſed *hac mente laudabant, quod* : nam verbum, *Credo*, parentheſi debet includi, quaſi dicat, *ut credo.* Lambinus ſic exponit, rancentem aprum antiqui laudabant, non quod odoratu carerent, ſed quod exiſtimarent. &c. Ex Virgilio Æneid. 11. citatur, *Dicite Æneæ, quod* : ſed peſſime intelligitur,

Vadite,

(20) *Nam, Quod, ferri non poteſt.*] Sic tamen optimæ habent Edd. etiam poſt Lambinum, & paſſim ita loquuntur Veteres. Sed & ſicuti in ſuperioribus intelligitur *Negotium*, ſic in his *Tempus*, hoc ſenſu, jam diu eſt Tempus illud, ad quod tempus non datis, h. e. diutino jam tempore non datis. Sic autem loquutos Veteres patet ex Plauto Trin. II. 4. *Minus XV. dies ſunt, quod pro hiſce ædibus minas XL. accepiſti.* Ter. Ad. III. 2. 1. *Nunc illud eſt, quod, ſi omnes omnia ſua conſilia conferant, atque huic malo ſalutem quærant, auxilii nihil adferant.* Cic. Famil. VI. 2. *Non eſt pro malis temporum, quod moleſte id feras*, ubi jam intelligitur iterum *Negotium.* VII. 13. *Neque eſt, quod pertimeſcas.* Livius I. 28. *Si unquam ante alias ullo in bello fuit, quod Diis immortalibus gratias ageretis, heſternum id prælium fuit.* Et ſic aſibi paſſim. Immo & in his pro *Quod* ponitur aliquando Infinitum. Petronius, *Nunc erat à torva ſubmittere cornua fronte.* Virg. *Si mihi ſuſceptum fuerit decurrere munus.* Sed & in Aſinaria Plauti nihil mutandum cenſeo. Debuerat ſane præjudicium contra hanc phraſin (*ſcio quod amet*) conceptum cedere MStorum conſenſui.

Digitized by Google

Vadite, & hæc memores Regi mandata referte;
Quod vitam moror inviſam Pallante perempto,
Dextra cauſa tua eſt:

Dextra tua eſt in cauſa, quod non moriar. Thomas Linacer, alioqui doctiſſimus, ſupine confirmat, Latine dici, *Dico quod*, *aſſero quod*, lib. 5. circa finem & lib. 9. cap. de Conjunctionum ellipſi, pag. 427. *Adhibetur tamen ſæpiſſime*, inquit, *eadem Conjunctio*, *Quod*. Martial. lib. 11. *Hoc ſcio, quod ſcribit nulla puella tibi.* Horat. 2. Epiſt. 2.

Si tibi nulla ſitim leniret copia lymphæ,
Narrares medicis; quod quanto plura paraſti,
Tanto plura cupis.

Senec. in natur. quæſt. lib. 3. *Miramur, quod acceſſionem fluminum maria non ſentiant; æque mirandum eſt, quod detrimentum exeuntium terra non ſentit*: item lib. 2. *Nos putamus, quod quia nubes colliſæ ſunt, ideo fulmina emittunt.* Plinius ad Servianum, lib. 6. ep. 26. *Gaudeo, & gratulor, quod Fuſco Salinatori filiam tuam deſtinaſti.* Auct. in Salluſt. *Credo, quod non omnes tui ſimiles incolumes in urbem veniſſent.* Hactenus Linacer. Nunc ſex adductis teſtimoniis ordine reſpondebo. Primum eſt Martial. lib. 11. Epigram. 65. ſic:

Neſcio, tam multis quid ſcribas, Fauſte, puellis,
Hoc ſcio, quod ſcribat nulla puella tibi.

τὸ *quod* relativum eſt, quaſi dicat; Tu multa ſcribis puellis, quum ſis pædico, ut videlicet te oſtendas puellarum amatorem, ſed (21) ego ſcio, quid ſit, propter quod

(21) *Ego ſcio quid ſit.*] Hunc ſenſum expreſſit forſan Martialis Verſu Hexametro per *quid*. At hic, ubi *quod* adhibet, aliud quid

Digitized by Google

quod nulla tibi reſcribit; quia pueros amas. Secundum eſt Horatii epiſt. 2. libro 2.

Si tibi nulla ſitim finiret copia lymphæ,
Narrares medicis: quod, quanto plura paraſti,
Tanto plura cupis, nulline faterier audes?

(22) Vides oſcitantiam Linacri, qui non intellecta Horatii ſententia, peſſime loquutum poëtam aſſerebat. Latinum non eſt, *Fateor, quod verum dicis*; at dicitur Latine, *Quod verum dicis, iraſcor*: nam hic relatio eſt, ibi nulla. Tertius locus Senecæ nihil contra noſtram doctrinam; nam τὸ *quod*, bis poſitum, nomen eſt, & deeſt præpoſitio κατὰ vel διὰ, ut ſit διὰ τί? Quartus etiam Senecæ (23) gloſſema puto: nam Senecæ de fulminibus alia ſententia eſt. Habes hunc locum lib. 2. cap. 32. Natur. Quæſt. Si tamen Senecæ verba eſſe contendas, contendam ego quoque, non fore difficile, comprobare, non pure loquutum ibi Senecam. Quintus locus

quid proinde notare voluit. Nempe ſimpliciter rem ipſam, *nullam puellam ei ſcribere*, quod abunde erat cauſæ, quare *neſcire* ſe diceret Martialis, *quid*, vel propter quid, *tam multis ergo puellis ſcribat* Fauſtus. Locus hic certiſſimum clariſſimumque exhibet exemplum iſtius locutionis, quam Sanctius, & tot Alii, negant ac rejiciunt.

(22) *Vides oſcitantiam Linacri.*] Nullam ego hic oſcitantiam Linacri deprehendere queo, ſed ſummam ſane Sanctii. Manifeſte utique Horatius utitur tali locutione: *Fateor, quod verum dicis*, ſeu *fateor, quod plura cupio.* Nam quæ alia eſſe poteſt Horatii ſententia aut conſtructio? Nuſquam certe in hocce loco τὸ *Iraſcor* occurrit. Reliqua loca Linacri aſſerere nihil attinet, quandoquidem Senecæ, Plinii &c. auctoritatem in his defugit Sanctius. Quam recte, viderit ipſe. Mihi enimvero in controverſia de phraſi & Syntaxi Latina certiſſimum videtur malæ cauſæ argumentum, ſi quis Scriptorum id ætatis auctoritatem plane repudiet, & ſimul complura auctorum ſuperioris ætatis loca conjectando, & ita corrigendo, (an vitiando?) ad ſuam hypotheſin conformet.

(23) *Gloſſema puto.*] Nulla ratione. Nam Seneca loquitur ibi non tam ex ſua, quam ex vulgari Romanorum ſententia, vulgari

Digitized by Google

locus Plinii (24) eleganter dicitur. Sextus locus Ciceronis barbarus omnino eſt, mirorque, non ſolum Linacrum, ſed & (25) Quinctilianum, & Vallam, & cæteros, qui has putidas & barbaras oratiunculas, (quæ nomine Salluſtii & Ciceronis circumferuntur) non viderint ab aliquo ſciolo & barbaro eſſe compoſitas. Hoc ſatis indicarunt Pet. Victorius (Var. Lect. XV. 3.) & Sebaſtian. Corradus in ſua Quæſtura, (p. 115. &c.) & Alii. Quo exemplo monemur, ut ad ſecundi generis teſtimonia tranſeamus. Si Senecæ contra nos adferantur teſtimonia in hujuſmodi negotio, quid negotii erit reſpondere, Senecæ Latinitatem multis partibus claudicare? Plinius epiſt. 11. lib. 2. dixit, *Adnotatum eſt experimentis, quod favor & miſericordia acres & vehementes primos impetus habent.* Sed pro me reſpondebit Politianus in 1. epiſt. *Optaret*, inquit, *alius*, *ut oratorem Plinium ſaperem*, *quod hujus & maturitas*, *& diſciplina*, *laudatur*: *Ego contra totum illud aſpernari me dicam Plinii ſeculum.* Audeamus igitur jam ridere Laurentii Vallæ præceptionem lib. 2. cap. 17. *Verbis*, inquit, *opinionis & ſcientiæ damus indicativum*, *cum quod*, Opinor, quod pater aut mortuus eſt, aut graviter ægrotat; Et eodem lib.cap.20. *Volo quod ſcribas, non autem, quod ſcribis.* Egregium vides dicendi magiſtrum. Sed aliquid dicendum eſt de Latinitate Digeſtorum, quorum auctores omnium judicio Ciceroni æquiparantur. Lib. 1. tit. 6. l. 1. de His, qui ſui vel alieni &c. *Alia diviſio ſequi-*

gari Etruſcorum oppoſita. Vide locum.

(24) *Eleganter dicatur.*] Si eleganter dicitur, *Gaudeo*, *quod hoc feciſti*, *Iraſcor*, *quod verum dicis*, pro *Gaudeo te hoc feciſſe*, *Iraſcor te verum dicere*, tum æque Latina & elegantia ſunt, *Miror*, *quod mare non ſentit*, *dolet mihi*, *quod Tu ſtomacharis*, & ſimilia.

(25) *Quinctilianum.*] Sint ſane orationes illæ non ab Cicerone ac Salluſtio compoſitæ, quod lubens conceſſerim; quia tamen citantur nominatim jam a Quinctiliano IV. 1. & IX. 7. tanquam illorum orationes, liquet inde clariſſimum in modum, eſſe ergo antiquas prorſus, & Quinctiliano ipſo aliquanto antiquiores, nec proinde adeo barbaras earum phraſes debere dici.

Digitized by Google

ſequitur, quod quædam perſonæ ſunt ſui juris, quædam alieno juri ſubjectæ : & eodem lib. tit. 21. l. 1. *Hujus rei fortiſſimum argumentum eſt, quod lege Julia de vi nominatim cavetur* : & lib. 15. l. 30. *Sciendum eſt generaliter, quod, ſi quis ſe ſcripſerit fidejuſſiſſe, videri omnia ſolemniter acta.* Ad hæc & alia multa, quæ poſſunt objici ex Pandectis, reſpondeo primum, vocem illam, *Quod*, in Plantini Pandectis inter has [ ] virgulas ſignari; & Taurellum præfatione admonere, quidquid inter ea ſigna contineatur, neque in Pandectis Florentinis, neque in aliis, inveniri, ſed a recentioribus additum. Deinde certius & melius reſpondebo, non tanti mihi eſſe iſtorum judicium, qui Juriſconſultorum dictionem cum Ciceroniana comparant. Ubi tu obſecro in Pandectis tot floſculos, tot figuras verborum, & ſententiarum, tot tropos, periodos, cola, commata, & illuſtria lumina oſtendes? Imo vero ſi juriſperiti his dicendi generibus uterentur, dicerem, illos neſciſſe leges conſcribere. Adde, quod multi illorum Græce ſcripſerunt : ac demum ſæculum illud Juſtiniani Latinam linguam non poliebat. Multa in Pandectis invenio, quæ Latinis auribus non placerent; Sit exempli gratia titulus 11. lib. 1. ubi multa, quæ a genuina Latinitate abhorreant, inveniuntur. Satis ſuperque Juris ſcriptoribus gloriæ tribuemus, ſi inter ſui ſeculi homines eos dicamus præſtantiſſimos.

De Quidem.

Quidem particula, male accepta eſt a Grammaticis, & aliis aliarum rerum Auctoribus. Qui ſe putant Latine loqui, ſæpe librorum capita ſic diſtinguunt; *Quod vera ſit ſententia Ciceronis*; *quod nulla ſint verba Neutra*: ſic etiam videas in principio librorum, *Libri de Dialectica longe quidem utiliſſimi.* Non video poſt antiquam illam venerandam vetuſtatem, qui apte & ſuo loco hac particula, *Quidem*, utatur : (26) nam Latine non dices, *Præ-*

(26) **Nam Latine non dices.**] **Haud ſcio quid ſibi velit omnis hæc**

Præceptor quidem tuus eſt doctiſſimus. At dices eleganter, *Præcep-*

hæc diſputatio contra uſum particulæ *Quidem*, ſine ſubſequente adverſativa; cum loca quampluríma ex Cicerone & optimis auctoribus in promptu ſint, in quibus abſolute ponitur poſt omnis generis vocabula. Quidni ergo recte dicatur, *Præceptor quidem tuus eſt Doctiſſimus?* quum Cic. Famil. IV. 3. *Servius quidem tuus in ingenuis artibus ita verſatur, ut excellat.* VI. 6. *quod me quotidie Cæſar magis amplectitur, familiares quidem ejus, ſicut neminem*, ubi manifeſte & ſimpliciter pro *certe* ponitur. Petron. *Eudoxus quidem in cacumine excelſiſſimi montis conſenuit.* Idem, *Miſerere, quemadmodum quidem ſoles.* Et, *Nam ſine cauſa quidem ſpiritum impendere, ne vos quidem exiſtimo velle.* Sic paſſim *Et quidem.* Terent. Andr. V. 6. 3. *Et quidem ego*, ſcil. ſcio, quid tibi obtigerit. Heaut. IV. 5. 27. *Et quidem jubebit poſci.* Cicero Famil. X. 22. extr. *Literas tuas vehementer exſpecto, & quidem tales, quales maxime opto.* Valer. Max. IX. 6. ext. 1. *Et quidem cum illorum opprobrio.* Sueton. Cæſ. 45. *Et quidem fluxiore cinctura.* Tacit. Germ. 44. *Clauſa ſub cuſtode, & quidem ſervo.* Porro, quidni momentum aliquod addat affirmationi? quam id faciat in negatione, unde τῷ *Ne* ſæpiſſime additum reperitur ad vehementius negandum. Sed tamen plerumque ab ea vocula ſeparatur, interpoſita alia, in quam emphaſis negationis recidit. Neque vero id perpetuum adeo, ut nonnulli volunt. Nam & apud Ciceronem, Alioſque, conjunctim reperitur *Ne quidem*, æque ac *Et quidem.* Vide Turſellinum de Particulis L. L. a Cl. Schwartzio nuper denuo editum c. 122. Sed tamen rarius eſt illud, & magis emphaticum, ſi ſeparetur. Quin & in affirmatione paſſim ſine ulla adverſativa occurrit τὸ *Quidem* cum particulis *ſi*, & *quando*: adeo ut propter frequentem hunc uſum hodie quaſi coaluiſſe cum iis credatur: ſicuti revera coaluit cum *Ego* vel *Et* in *Equidem*, quod omnium conſenſu affirmationem aliquam ſignificat. Unde autem hanc ſignificationem habere potuit, niſi ex Simplice *Quidem*? Imo ne de hujus certo in affirmationibus uſu atque Emphaſi dubitemus, ſæpiſſime occurrit junctum cum aliis affirmandi particulis, quæ ita per Pleonaſmum ſecum invicem ſignificationem ſuam communicant. Cic. Famil. I. 5. *Et Catoni quidem profecto reſiſtimus.* Ep. 8. *ſunt quidem certe in amicorum noſtrorum poteſtate*, ubi vide Manutium. XVI. 22. *Spero ex tuis literis tibi melius eſſe, cupio quidem certe.* Gallus VII. 3. *Ut cauſa Rhodienſium aut æqua judicaretur, aut quidem certe ignoſcenda.* Apud Terentium Andr. I. 2. 24. reſpondetur ad Interrogationem per *Sane quidem*, ſcil. volo te id facere. Plura vide ab ipſo Sanctio allata paucis paginis poſt. Denique quidni ſine adverſativa poni queat, quum ſæpe ipſa vim habeat adverſandi, vel ex contrario aliquid affirmandi. Cic. pro Marc. 9. *Sed niſi*

hæc

Præceptor quidem tuus eſt doctiſſimus, ſed ignavus, at ignavus, tamen ignavus. Elegantem hujus voculæ uſum multis Ciceronianis exemplis explicabo; plura, qui volet, facile inveniet. Cic. 5. de Finib. *Tantam vim virtutis, tantamque auctoritatem honeſtatis, ut reliqua, non illa quidem nulla, ſed ita parva ſit, ut nulla eſſe videatur*: ibid. *Illa enim, quæ ſunt a nobis bona corporis numerata, complent ea quidem beatiſſimam vitam, ſed ita, ut ſine illis poſſit beata vita exiſtere*: ibid. *Quum autem progrediens confirmatur animus, cognoſcit ille quidem naturæ vim, ſed ita, ut progredi poſſit longius*: idem 1. Offic. *Altera eſt res, ut quum ita ſis affectus animo, ut ſupra dixi, res geras, magnas illas quidem, & maxime utiles, ſed ut vehementer arduas plenaſque laborum*: De univerſitate, *Ita totum animal movebatur illud quidem, ſed immoderate, & fortuito*: De amicitia, *Qui negligendi quidem non ſunt, ſed alio quodam modo colendi*: ibid. *Novitates autem ſi ſpem offerunt, non ſunt illæ quidem repudiandæ; vetuſtas tamen ſuo loco conſervanda eſt.* Quum hæc & alia hujuſmodi diſcipulis indicarem, quædam mihi objecta ſunt, quæ aliter ſe habere videntur: ſed ea, ne alios fallant, huic diſceptationi inſeram, & locos integros apponam, ut intelligas, a longe petendam adverſantem particulam, quæ voculæ *Quidem* debeat reſpondere. Cicero 1. de Orat. *Si quis eſt, qui hæc putet arte accipi poſſe, quod falſum eſt: præclare enim ſe res habeat, ſi hæc accendi ac commoveri arte poſſint;*

hæc urbs ſtabilita tuis ſit conſiliis, vagabitur modo nomen tuum longe lateque, ſedem quidem ſtabilem, domiciliumque certum non habebit; ubi manifeſte ponitur vel pro *Vero*, vel pro *At certe.* Sic Fam. I. 7. *Cui quidem literæ tuæ perjucundæ fuerunt, mihi quidem humanitas tua admirabilis viſa.* h. e. *mihi vero*, vel *certe.* De Offic. I. 12. quum enumeraſſet præcipuos Romanorum hoſtes, ſubjicit, nonnullorum deſcriptionem, *Pœni fœdifragi, crudelis Hannibal, Reliqui juſtiores; Pyrrhi quidem de captivis reddendis illa præclara.* h. e. Pyrrhi vero, vel Pyrrhi certe. Nep. Con. 2. *Hunc adverſus Pharnabazus habitus Imperator, re quidem vera exercitui præfuit Conon*, h. e. re autem vera. Similiter Hann. cap. 2. Vide & Turſellinum, atque ejus locupletatores dicto Capite.

poſſint; inſeri quidem, & donari ab arte non poſſunt omnia: ſunt enim illa dona naturæ: quid de illis dicet, quæ certe cum ipſo homine naſcuntur, linguæ ſolutio, vocis ſonus, litera, vires, conformatio quædam, & figura totius oris & corporis? Neque hoc ita dico, ut ars aliquid limare non poſſit: neque enim ignoro, & quæ bona ſint, fieri meliora poſſe doctrina, & quæ non optima, aliquo modo acui tamen, & corrigi poſſe; quaſi dicat, (27) inſeri quidem hæc arte non poſſunt: Idem lib. 7. epiſt. 24. *Amoris quidem tui, quoquo me verti, veſtigia: vel proxime de Tigellio: ſenſi enim ex literis tuis valde te laboraſſe. Amo igitur voluntatem, ſed pauca de re*: quaſi dicat, amor quidem tuus notus eſt, ſed de re ipſa pauca dicam: idem lib. 2. epiſt. 3. *Meam quidem ſententiam aut ſcribam ad te poſtea pluribus, aut, ne ad eam meditere, imparatum te offendam, coramque, contra iſtam rationem, meam dicam; ut aut te in meam ſententiam adducam, aut certe teſtatum apud animum tuum relinquam, quid ſenſerim, ut, ſi quando, quod nolim, diſplicere tibi tuum conſilium cœperit, poſſis meum recordari: brevi tamen ſic habeto.* Horatius lib. 2. epiſt. 1.

Multa quidem nobis facimus mala ſæpe poëtæ,
Ut vineta egomet cædam mea, quum tibi librum
Sollicito damus, aut feſſo; quum lædimur, unum
Si quis amicorum eſt auſus reprehendere verſum;
Quum loca jam recitata revolvimus irrevocati;
Quum lamentamur non apparere labores
Noſtros, & tenui deducta poëmata filo;
Quum ſperamus eo rem venturam, ut, ſimulatque
Carmina

(27) *Inſeri quidem hæc arte non poſſunt.*] Hiſce non declarat Sanctius adverſantem particulam longe eſſe petendam, ut reſpondeat voculæ *quidem*, niſi addatur, *ſed accendi & commoveri arte poſſunt*; quod videtur excidiſſe, certe deſiderari, in Sanctiana illius exempli expoſitione. Eodem tamen modo Salmanticenſis Editio & Patavina. Plenius & uberius expoſuit locum Ciceronis mox pag. 517.

Digitized by Google

Carmina reſcieris nos fingere, commodius ultro
Arceſſas, & egere vetes, & ſcribere cogas.
Sed tamen eſt operæ pretium cognoſcere, quales
Æditnos habeat virtus.

Virgil. 4. Georg. de Eurydice,

Illa quidem, dum te fugeret per flumina præceps,
Immanem ante pedes hydrum moritura puella
Servantem ripas alta non vidit in herba:
At Chorus æqualis Dryadum.

Sed objiciet aliquis illa Ciceronis, & aliorum. Cicero, *Et æthera quidem ipſum, ſive cœlum appellare libet.* Virgilius, *Ac me tunc quidem*; & alia innumera, ubi particula reſpondens non invenitur. Reſpondeo, eſſe diviſas per Tmeſin duas voculas, ut, (28) *æthera quidem*, pro, *& quidem*, ſive *equidem*: *nos quidem*, pro *equidem nos*, & ſic in aliis multis. Adhuc video eſſe, qui objiciant, ſine ulla reſponſione, aut compoſitione, inveniri particulam *Quidem*: nam Latine dicitur, *qui quidem*, *hanc quidem*, *illa quidem*, ſine ullo addito. Reſpondeo, poſt *Quis*, *Quæ*, *Quod*, *Hic*, *Ille*, recte opponi *quidem*, ſine adverſante; ut, *quæ quidem*, *ille quidem*. Sed ſi contendas aliquid ſignificare, dicam contra Grammaticos, neque hic, nec alibi, hanc particulam, *Quidem*, affirmationem ſignificare, ut ipſi putant; (29) ſemper enim fere eſt, quod *ſaltem*, Hiſpane, *Alomenos*; *Una por una*; *Alo que puedo juzgar.* Ut ſiquis roget ita, *Venitne huc Petrus?*

(28) *Æthera quidem.*] Sic quidem & reliquæ edd. ſed videtur voluiſſe Sanctius, *ut*, *& æthera quidem*, Et mox, *Et nos quidem.* Verum tamen nullam hic reperio Tmeſeos conſtituendæ aut fingendæ cauſam. Quin ſi maxime compoſita hæc eſſent, & per Tmeſin ſeparata, vel ſic pateret ex iis vis & uſus quoque Simplicis abſolutus.

(29) *Semper enim fere eſt, quod ſaltem.*] Immo idem eſt, quod *certe*, ſi nulla ſequatur adverſans particula. Ita mox in illo Terentii, *illa quidem noſtra erit*, h. e. ſive mihi paratæ ſint lites, ſeu minus, illa certe noſtra erit, quod unum nunc agimus & deſideramus.

Petrus? reſponde, *Minime, quod quidem viderim.* Terentius Phorm. *Mihi paratæ lites, quid mea? illa quidem noſtra erit.* Ex Terentio & Cicerone aliqua mihi objiciuntur, ſed (30) loci corrupti ſunt. Terent. Adelph. *Occidunt me quidem, dum nimis ſanctas nuptias ſtudent facere; in apparando totum conſumunt diem.* Sed aliter legendum locum eſſe, jam multi viderunt: ſic, *Occidunt me, qui, dum nimis ſanctas nuptias ſtudent facere*, &c. Cic. de Senectute, *Ille autem, Cæpione & Philippo iterum conſulibus, mortuus eſt, quum ego quidem, quinque & ſexaginta annos natus, legem Voconiam ſuaſiſſem.* Dictio *Quidem*, inquit Lambinus, *abeſt ab omnibus veteribus libris.* Cicero lib. 1. de divinat in calce: *Quumque animi hominum ſemper fuerint, futurique ſint, cur ii quidem, quid ex quoque evenerit, perſpicere non poſſint.* Lamb. legit, *Cur ii quid ex quoque*, &c. Objicitur & illud, quod paſſim in epiſtolis Ciceronis legitur, *Si vales bene eſt, ego quidem valeo.* Sed error Grammaticorum eſt pudendus, qui has notas neſcierunt interpretari. S. V. B. E. E. Q. V. id eſt: *Si vales bene eſt, ego quoque valeo.* Nec deſunt qui ſic interpretentur: nam lib. 10. epiſt. 34. & lib. 12. epiſt. 15. *Si valetis, liberique veſtri valent, bene eſt; ego quoque valeo.* Cicero Paradox. 5. *Qui legibus quidem non propter metum parent.* Alii melius, *Qui ne legibus quidem propter*, &c. Paradox. 6. *Hæc quidem utrum abundantis an egentis ſigna ſint?* Lambin. & alii legunt, *Hæc utrum abundantis*, &c. Aliquando tamen

(30) *Loci corrupti ſunt.*] Nulla eſt ratio corrigendi hæc loca, niſi diſſentiant MSti, aut metrum. Adeſſe enim & abeſſe iis in locis poteſt τὸ *Quidem.* Apud Terentium nihil, niſi metri forſan ratio, exigere poſſit, ut removeatur. In Ciceronis loco de Senectute retinuere eam voculam ultimæ edd. Et quidni? cum ibidem paulo ante, cap. 4. bis legatur, *quum quidem ille admodum ſenex ſuaſor legis Cinciæ fuit.* Et, *quum quidem, me audiente, Salinatori dixit.* In Libro de Divin. video abeſſe Voculam a pleriſque edd. Si ita volunt MSti, bene eſt; ceteroqui nulla erat ratio expungendi eam, quum, fatente ipſo Sanctio, poſt Pronomina frequentiſſime ponatur.

men (ne quid diſſimulem) nulla eſt particula, quæ adverſans reſpondeat: ſed ſi oculate perſpicias, aliquo modo præceſſit. Cicero lib. 15. epiſt. *Fateor ea me ſtudioſe ſequutum, ex quibus mira gloria naſci poſſit: ipſam quidem gloriam per ſe nunquam putavi expetendam*; quaſi dicat, gloriam quidem nunquam expetivi, ſed ea, ex quibus gloria naſcitur: idem lib. 12. epiſt. 19. *Sed hoc ex re & tempore conſtitues; mihi quidem uſque curæ erit quid agas, dum, quid egeris, ſciero.* Proprietas & elegantia Latini ſermonis ignoratur, ſi particularum differentia & vis ignoretur. Sed Laurentius dum hæc ſcrutatur, miras tenebras offudit.

Si adverteret Laurentius, multas particulas, inter quas aſſignat differentias, conjuncte legi, deſineret fortaſſe has tricas. Adverte igitur has particulas conjungi ſimul inter ſe: *Etſi quamvis*: *Quamvis licet*: *Ergo igitur*: *Poſthoc dein*: *Deinde poſtea*: *Mox deinde*: *Tandem denique*: *Quia enim*: *Quidem certe*: *Extemplo ſimul*: *En ecce.* Item alia fortaſſe.

Etſi quamvis. Cicero Attic. 26. epiſt. 7. *Etſi quamvis non fueris ſuaſor & impulſor profectionis meæ, approbator certe fuiſti.* [Vide ſupra Not. 2.]

Quamvis licet. Cic. lib. 3. leg. cap. 10. *At duo Gracchi fuerunt, & præter eos,* (31) *quamvis enumeres multos licet, quum deni crearentur, nonnullos in omni memoria reperies pernicioſos Tribunos.* Laurentius Valla libro 2. cap. 21. *Quamvis licet reclament Grammatici, non dubitabo,* &c.

Ergo

(31) *Quamvis enumeres multos licet &c.*] Vide hic omnino, quæ notavimus ſupra Nota 5. Ceterum Ciceronis hic locus vitii eſt ſuſpectus. Legerim lubens, *At duo G. f. & præter eos, quamvis enumeres multos licet, quum deni crearentur, non Multos in omni memoria reperies Pernicioſos Tribunos, Leves, etiam non Bonos, fortaſſe plures*, ſcil. reperies. Certe ea fuit mens & ſententia Ciceronis, qui Tribunatum pl. iſtic excuſat & defendit. Abeſt quidem ab antiquiſſimis edd. prius *non*, idque probat Manutius, qui poſtrema dein ſic legi vult, *Leves etiam nunc, Bonos fortaſſe plures*, at

Ergo igitur. Ridendi ſunt Grammatici, qui inter *Ergo* & *Igitur* miras conſtituunt differentias. Ego dico, *Ergo* eſſe ſextum caſum ab Græco ἔργον, id eſt, *opus*, vel *res*, quaſi dicas, *Re vera.* Particula *Igitur*, (32) proprie ſignificat *Deinde.* Hiſpane, *en conſequencia, tras eſto.* Plaut. Amphit. I. 1. 55. *Seſe igitur ſumma vi viriſque eorum oppidum expugnaſſere*: idem Epid. III. 3. 3. *Sed qui perſpicere poſſent cor ſapientiæ, igitur perſpicere ut poſſint cordis copiam*: ibid. III. 4. 63. *Quid tibi negotii eſt meæ domi igitur?* Qua etiam forma dixit Terent. Adelph. *An non hæc tibi juſta videntur poſtea?* Sed Apulejus, puriſſimus Latinæ linguæ Scriptor, has particulas ſolet ſæpiſſime copulare. Lib. 2. Aſini: *Ergo igitur Fotis erat adeunda*: ibid. *Ergo igitur ſenex ille*: idem lib. 3. *Ergo igitur jam & ipſe poſſum*: & lib. 4. in princip. *Ergo igitur quum in iſto cogitationis ſalo fluctuarem*: & lib. 5. *Ergo igitur ſi poſthac peſſimæ illæ lamiæ*: & lib. 7. *Ergo igitur ſi perdideritis in aſino virginem*: ibidem paulo poſt legitur vox, *Ergo*, ſola, *Fotis ergo prolatis erutiſque rebus*;

at nullo profecto ſenſu: Certe longe meliorem præfert Vulgata Lectio. Sed neque video, quî Cicero dicere potuerit aut voluerit, *nullos* omnino repertos unquam *Pernicioſos Tribunos.* Quid enim? an Apulejus Saturninus, an tot alii, qui cædes & tumultus violentos in foro excitarunt, an ipſe P. Clodius non fuit ex Ciceronis ſententia Pernicioſus Tribunus? Deinde illud *Plures* videtur declarare, præceſſiſſe *Multos.* Gebhardus ſenſum vulgatæ olim lectionis juvare vult addito ſigno interrogationis, ſed quæ plane iſtic friget, & languet, nec refutatione eſt digna, quippe a propoſito Ciceronis prorſus aliena, qui probare voluit, non, *repertos aliquos pernicioſos*, ſed, *repertos non multos*, at *leves & non bonos*, *plures fortaſſe repertos.*

(32) *Proprie ſignificat deinde.*] Sed & reſpondet aliquando τῷ *Quum.* Pl. Caſ. II. 2. 40. *Quum otium mihi erit, igitur tecum loquar*, h. e. *tum*, ut exponit id etiam Feſtus. Neque vero Apulejus modo, ſed & Plautus, & maxime Poëtæ, ſæpe dixerunt *Ergo igitur* conjunctim. Et ſic *Itaque ergo*, Liv. I. 21. *Igitur deinde*, Pl. Sticho I. 2. 29. *Igitur tum*, Moſt. I. 2. 51. *Igitur tum demum*, Amph. I. 2. 11. *Igitur demum*, Moſt. II. 1. 33. & alibi.

bus : ſed rurſus paulo poſt, *Ergo igitur ancipiti malo laborabam* : & lib. 9. *Ergo igitur ſummo pavore perculſum Myrmecem* : ibid. *Ergo igitur Græce ſubjiciens miles* : & lib. 10. in calce, *Ergo igitur non de pudore jam, ſed de ſalute ipſa ſollicitus* : & lib. 11. *Ergo igitur imperiis iſtis meis* : ibid. *Ergo igitur me quoque oportere* : ibid. *Ergo igitur cunctis affatim præparatis.* Vide Feſtum, *Igitur.*

Poſt deinde. D. de orig. Juris l. 2. *Poſt hoc dein de Autorum ſucceſſione dicemus* : ibid. *Poſt aliquot deinde annos* : ibid. *Poſt deinde.*

(33) *Deinde poſtea.* Plaut. Menech. & Cic. pro Milon. *Deinde poſtea ſe gladio percuſſum eſſe ab uno de illis.*

Mox deinde. Tibul. lib. 1. eleg. *Et ſimulat tranſire domum, mox deinde recurrit.*

Poſt tum. » [Varro 5. de ling. Lat. *Cenſores inter ſe » ſortiuntur, uter luſtrum faciat; poſt tum conventionem » habet, qui luſtrum conditurus eſt.* Ita legitur in veteri » codice.]

Tandem denique. Apul. lib. 3. aſin. in fine, *Tandem denique reverſus ad ſenſum præſentium, arrepta manu Fotidis* : idem lib. 10. *Tandem denique rupta verecundia, ſic alter alterum compellat* : idem lib. 4. *Tandem itaque aſinali verecundia ductus.*

Quoque etiam. » [Plaut. Perſ. act. 4. ſc. 9. *Ego faciam te quoque etiam ipſum, ut lamenteris.*]

Quia enim. Terent. Phor. *Quia enim in illis fructus eſt* : idem Milite, *Quia enim loquitur laute*; idem Hecyr. *Quia enim qui eos gubernat animus.* Plaut. Epid. *Quia enim mulierem illam* : idem Amph. (34) *Quia enim ſero advenimus.*

Quidem

(33) *Deinde poſtea.*] Sic & Livius XLI. 24. Val. Max. IX. 1. exter. 5. Gell. XV. 12. & XVII. ult. Similiter *inde deinceps* Liv. I. 44. *Tum deinde* II. 8. *Mox deinde* XXXIV. 9.

(34) *Quia enim ſero advenimus.*] Et IV. 2. 24. *Quia enim te macto infortunio.* Sic Curcul. III. 79. & Trucul. II. 2. 11. Sed & *certe*

 enim

Quidem certe. Terent. Andr. *Mea* (35) *quidem hercle certe in dubio eſt vita*: idem Phorm. *Nam tua quidem hercle certe vita hæc expetenda.* Cic. Lentulo, *Illud quidem certe noſtrum conſilium jure laudandum eſt*: & lib. 2. ad Q. Frat. *Agebatur quidem certe nihil*: idem pro Quint. *Qui ut ſumma haberem cætera, temporis quidem certe vix ſatis habui.*

Quippe quia. Terent. Heaut. *Quippe quia magnarum ſæpe id remedium ægritudinum eſt.*

Quia nam? Virgilius, *Cælicolæ magni*, (36) *quia nam ſententia vobis verſa retro?* idem, *Heu, quia nam tanti cinxerunt æthera nimbi?* Plaut. Trucul. *Quia nam arbitrare?*

Nam cur. Plaut. Curcul. *Nam cur me miſeram verberas?* Sed hic poteſt eſſe anaſtrophe, ut in illo Virgilii Georg. 4. *Nam quis te, juvenum confidentiſſime, noſtras Juſſit adire domos.*

Extemplo ſimul. Livius lib. 17. *Extemplo ſimul pares eſſe cœperint, ſuperiores erunt.*

En ecce. Apul. lib. 1. Metam. *En ecce præfamur veniam*;

enim pro *ideo*, vel *profecto*, apud Plautum Amph. II. 2. 26. *Nempe enim hi ſunt, qui* &c. apud Plinium Panegyr. cap. 62. *Namque enim*, apud Plautum Trin. I. 2. 23.

(35) *Quidem hercle certe.*] Sic Plautus Amph. I. 1. *Ædepol profecto.* Aulul. II. 2. 38. *Certe ædepol equidem.* Caſ. I. 55. *Quidem pol certe.* Curc. I. 3. 5. *Verum hercle vero.* Moſt. III. 5. 58. *Hercle næ.* Similiter aliæ quoque particulæ, *ſed vero*, *ſed verum*, *ſed autem*, *namque enim*, *quoque etiam*, *ubi quando* &c.

(36) *Quia nam ſententia &c.*] In τῷ *quianam* eandem habet vim & rationem τοῦ *Nam*; quam habet in *quiſnam*, h. e. vim interrogandi. Jungitur autem ipſis potiſſimum interrogandi particulis; veluti *Quis*, *Cur*, *Unde.* Sæpe tamen iis etiam præmittitur. Ita paſſim *Nam quis*, *Nam quid*, *Nam quamobrem*? Plautus Amph. II. 1. 2. Et V. 33. *Nam cur iſtuc dicis*, Sic Aſin. I. 1. 29. *Nam quouſque?* Aulul. I. 1. 5. *Nam qua me nunc cauſa extruſiſti ex ædibus?* Aliquando etiam in medio Interrogationis ponitur, aliiſque jungitur vocabulis. Plautus Aulul. II. 1. 17. *Quis ea eſt nam optuma?* Vide & ſupra ad Cap. 13.

by Google

niam: & lib. 11. *En ecce priſtinis ærumnis abſolutus Lucius, de ſua fortuna triumphat.*

Olim quondam. Terent. Eunuch. *Olim iſti fuit generis quondam quæſtus apud ſæculum prius.*

Ideo conjunctionem vocant; ego duo nomina voco, quorum cuilibet ſubſtantivum & præpoſitio deeſt. Cic. *Nec ideo eſt Gaditanorum cauſa deterior.* Syntaxis eſt, (37) nec ob id negotium in eo negotio eſt cauſa deterior.

Adeo duas partes facit Feſtus: ejus verba ſunt; *Adeo duas habet ſignificationes; nam quum prima acuta effertur, idem ſignificat, quod* accedo; *ut quum dicimus,* Adeo prætorem; *quum autem ſecunda,* (38) *id eſt, quod* uſque eo. *Non quidem ſecundum rationem: quia* Ad *præpoſitio accuſativis accommodata eſt; ſed vetuſta quadam loquendi conſuetudine.* Hæc Feſtus. His tu adde, *Quo, eo, illo,* &c. ut, *Quo tendis? Eo tendit oratio.* Ter. *Quum illo advenio*; id eſt, ad

uæ

(37) *Nec ob id* &c.] Vix reperio quidquam, quo expediam rectius hoc *Ideo*, niſi ſi placeat id poſitum accipere pro *indeo*, eliſa litera N. Illud autem ita contractum foret ex *in eo* vel *indu eo*, quum Veteres *indu* dixerint, ut notum, pro *In*. Porro N ita eliditur etiam in *Moſtellum* ex *Monſtrum*, in *Ignis*, quod creditur dictum quaſi *Ingenis*, & forſan in *Ubi* & *Ibi*, quæ ſane ejuſdem videntur originis, cujus ſunt *Unde* & *Inde*. Atque ita conſtructio certe foret optima, quaſi diceretur, *Nec in eo*, ſcil. negotio, nomine, *cauſa Gaditanorum eſt deterior*. Poſſis etiam ſuſpicari compoſitam hanc vocem ex *id* & *eo*, eaſque coaluiſſe in unam, propter continuum earum uſum in interrogando & reſpondendo, dum rogabatur, *Feciſtine id eo?* h. e. ea de cauſa, & reſp. *id eo* ſcil. feci. Poſtea vero quum jam ita coaluiſſent continuo hoc uſu, videtur paulatim τὸ *Id* amiſiſſe ſuam ſignificationem, & ſic per Abuſum, aut originis inſcitiam cœptum tandem hoc *Ideo* adhiberi etiam, ubi *Id* locum habebat nullum. Plane uti ſupra ad I. 14. pag. 105. & 106. & ad III. 11. initio, oſtendimus clariſſime, Futurum Infiniti *Amaturum eſſe* ſimili abuſu ex Paradigmate ſumptum, & ad omnia Genera & Numeros adhibitum.

(38) *Id eſt quod &c.*] Scripſit Feſtus, *idem eſt, quod.*

Digitized by Google

quæ tendis? vel quæ ad? vel quæuſque? quaſi ſit, ad quæ loca uſque? (39) Nam mihi ſunt accuſativi plurales; ut, *quouſque*, id eſt, ad quæ; ut ſit accuſativo, *quos*,

(39) *Nam mihi ſunt Accuſativi Plurales.*] Non mihi, qui prorſus putem, *Eo*, *Quo*, *Illo*, eſſe Dativos ſingulares, neglecta litera I, quæ a Græcis prioribus adſcribebatur, poſterioribus ſubſcribebatur. Sic fere res ſe habet in *Huc*, quod quidem pro *Hoc* Neutro videri poteſt dictum, æque ac *Iſtuc*, *Illuc*, & in Interrogatione *Iſtuccine*, ſed & pro *Huic*, ſicuti *Hoc* pro *Hoic*, & *Honc* pro *Hunc* in antiquiſſima inſcriptione L. Scipionis, & *Quoi* pro *Cui* paſſim apud Plautum & ſimiles. Vide ſupra, quæ notavi ad vocem *Quanquam*, pag. 486. & infra IV. 4. 30. Similiter *Alio*, itidem in Dativo obſoleto, tanquam Adverbium, Liv. I. 56. *Alio ratus ſpectare Pythicam vocem.* Salluſt. Jug. 19. *Alio properare tempus monet.* Hinc *Aliorſum* æque ac *Quorſum & Horſum.* Denique ſic *Quocunque*, *Quovis*, & quæ controverſiam hanc ferme decidunt, *Utro*, *Utroque*, quippe quæ ejuſdem ſunt conſtructionis, cujus *Eo*, *Quo*, &c. & de duobus ſingularibus dicuntur. Livius I. 11. *Utroque coloniæ miſſæ*, pro in utrumque locum, pagum Antemnatem & Cruſtuminum. Et cap. 24. *Tamen in re tam clara Nominum error manet, Utrius Popul. Horatii, utrius Curiatii fuerint: utroque trahunt Auctores*, h. e. utrumque ad populum. Certe nullum in his locum invenit plurale *Utraque*. Et notabile, quod omnia hæc vocabula Dativum ceteroqui habeant in I exeuntem, *Ei*, *Quoi*, *Illi*, *Iſti*, *Alii*, *Utri*, *Utrique*. Id quod valde me mea in ſententia confirmat. Siquidem in illis I, quod Græci apponere vel ſubſcribere ſolebant, plane rejicitur, ut ſit in Dativis ſecundæ Declinationis, in His vero retinetur ſolum I & eliditur O. Videtur autem in illis rejectum denique τὸ I, ut majorem Adverbii ſpeciem, cujus uſum ſic ſatis jam habebant, præ ſe ferrent, quum pleraque Adjectiva, Adverbii ſpeciem præferentia, in O deſinant. Accedit, quod hæc omnia, licet duplicem vel peculiarem in quibuſdam caſibus videantur, ex uſu vulgi, recepiſſe declinationem, tamen vel maxime ad formam Secundæ & Primæ, in Maſculino & Feminino, declinentur, & declinata olim fuerint. Hinc ergo orta primum illa in Dativo terminatio in O, dein tamen ferme obliterata: at in Accuſativo & Ablativo inde habemus conſtanter *Eum*, *Eam*; *Eo*, *Ea*, *Quum*, (pro quo tamen ex altera Declinatione prævaluit dein *Quem*) *Quam*, *Quo*, *Qua*, & ſic in reliquis. Nam & ſæpe hæc, *Eo*, *Quo*, &c. occurrunt nobis, ut Ablativi, ne quis putet me ſemper illa pro Dativis velle accipi. Res hæc videtur ſic ſatis manifeſta & analogiæ conſentanea, niſi quis unum obſtare dicat, quod Dativus in ſignificatione motus ad locum adhiberi non

quos, *quas*, *quæ*, vel *quo*; ſic *Eos*, *eas*, *ea*, vel *eo*, ut *duo*, & *ambo*. Sic *quocirca*, id eſt, circa quæ, » [*quoad* » id eſt, ad quæ, ſupple, loca, tempora, vel negotia.]

Deinceps non id ſignificat quod Grammatici aſſerunt, ſed quod Hiſpanis dicitur, *Arreo*, quaſi dicas ſeriatim, » [ſeu conſequenter, per ordinem:] nam proprie ad ſeriem ſpectat, Græce ἐφεξῆς. Cic. 3. de legibus in princ. *Deinde etiam deinceps poſteris prodebatur*: idem 2. divin. *Tum vero ea, quæ Acroſtichis dicitur, quum deinceps*

non ſoleat. Certe in Nominibus propriis locorum, non Dativus ita nobis occurrit, ſed conſtanter Accuſativus, veluti *tendo Romam*, *Athenas*, *Carthaginem*, *Vejos*, non *Romæ*, *Athenis*, *Carthagini*, *Vejis*. Verum in multis videtur alia olim, alia poſtea, invaluiſſe conſtructio. Dein videntur primum *Quo*, *Eo*, in Dativo notaviſſe, *quem in uſum*, *cui rei* ſcil. inſerviet illud, ut apud Ciceronem, *Martis ſignum quo mihi Pacis auctori?* Et paſſim apud JCtos, *quo bonum* eſt hoc vel illud facere. Vide omnino infra IV. 5. 6. & conſidera iſtic etiam Ciceronis verba à Scioppio allata: *non quæro, unde hæc habueris, ſed quo tibi tantum opus fuerit*, pro, quam ad rem. Et ſic ſæpe Salluſtius, *quo intenderat* ſcil. animum, in Jug. cap. 64. 74. &c. Accedit, quod ſæpe Dativi ad deſignandum rei vel actionis finem reperiuntur adhibita, ut oſtendimus infra IV. 4. 9. & 12. Hinc jam porro etiam pro, quem ad locum, poſita *Quo*, *Eo*, ad prioris ſignificationis inſtar, arbitrer. Neque obſtat compoſitio ꝑ *Eo*, *Quo*, *Huc*, cum Præpoſ. *Ad*. Nam ex ipſius Feſti verbis conſtat ſatis, in hac voce *Adeo*; illud *eo* neutiquam habitum a veteribus pro Accuſativo, quum diſerte dicat compoſitionem hanc non eſſe factam *ſecundum rationem*, ſcil. Grammaticam, ſecundum quam Præpoſitio *Ad* Accuſativo jungatur, cui proinde hic non erat juncta. Deinde vero componuntur Præpoſitiones non tantum cum Verbis & Nominibus, ſed & cum Adverbiis & ipſis Præpoſitionibus. Vide Voſſium de Analog. IV. 23. Sic *Exadverſum*, *Derepente*, *Præut*, *Deſub ipſis Alpibus*, quod apud Florum occurrit. Componuntur etiam cum aliis Nominum Caſibus, quam quos ceteroqui regunt. Neque cum Nominativo tantum, veluti *Proconſul*, *Cumalter*, de quo vide Feſtum; ſed & cum Obliquis, ſic *Præmodum* pro admodum, Vide Gellium II. 7. *Poſtmodo*, *Adprime*, Denique etiam abſolute & ſeparatim ponuntur inter Dativum & Verbum, Cicero pro Sulla cap. 8. *Me meum genus ſuo ante non ponere gaudeat*. Vide ſupra ad cap. 5. not. 2. Ita vero nihil in eo hæſitationis eſſe debet, quod *ad* cum *eo*, *quo*, *huc*, quæ pro Adverbiis ab ipſis Gram-

ceps ex primis verſus literis aliquid connectitur, ut in quibuſdam Ennianis. Livius lib. 1. *Ita duo deinceps reges, alius alia via, ille bello, hic pace, civitatem auxerunt.* Hiſp. *Uno tras otro.* Cic. 2. Nat. D. *Poſſe ex iis* (literis) *in terram excuſſis annales Ennii, ut deinceps legi poſſunt, effici.* Cæſar. 1. Civil. *His perfectis collocatiſque, alias deinceps pari magnitudine rates jungebat.*

Protinus, ſeu *Protenus*, idem enim ſunt, id eſt, *porro tenus.* Hiſp. *Adelante, o continuadamente*, id eſt, quod non ſit diſcretum: differt enim a *Deinceps*, quia illud proprie in diſcretis cernitur, hoc in continuis. Quod apte ſignificavit Virgil. quum de Sicilia loqueretur, quæ olim Italiæ conjuncta fuerat; *Quum protinus*, inquit, *utraque tellus una foret*: idem, *Protenus aërii mellis cæleſtia dona Exequar*: idem 1. Eclog. *En ipſe capellas* (40) *Protenus æger ago.*

Grammaticis jam olim fuerunt habita, longoque uſu eam ſpeciem & vim acceperunt, legatur compoſitum; dicaturque *adeo*, *quoad*, *adhuc*; nihilo certe magis quam in hiſce, *exinde*, *deinde*, *proinde*, *perinde*, *perquam*, *præterquam*, *præquam*, *Interibi* apud Plautum, *Inibi* apud Gellium III. 1. & ſimilibus. Sæpe autem dicitur *Uſque adeo*: ſic *Adeo uſque dum* apud Plautum Amph. I. 2. 10. & Aſin. II. 2. 62. Et *Uſque adeo, donec perpulit* apud Terent. And. IV. 1. 38. *Uſque adeo ego illius ferre poſſum ineptias & magnifica verba, Verba dum ſint*, Eun. IV. 6. 3. Similiter paſſim apud Plautum & Terentium occurrit *Uſque adhuc.* Verum hæc nihil mutant naturam τ *Eo*, *Huc*, *Quo*, quum dicatur etiam frequentiſſime, *Eouſque*, *Quouſque*, *Hucuſque*, & τὸ *Uſque* paſſim etiam abſolute poſitum reperiatur.

(40) *Protenus æger ago.*] Sic Scipio apud Gell. IV. 8. *Eamus nunc protenus Jovi O. M. gratulatum.* Cic. Divin. I. 24. *Præcepiſſe ut pergeret protenus, quid retro atque a tergo fieret, ne laboraret.* Fam. III. 6. *Petiit a me, ut Laodiceam protenus irem.* Liv. XXIII. 18. *Quod non ex Cannenſi acie ad urbem Romam protenus duxiſſet.*

FRAN-

Digitized by Google

FRANCISCI SANCTII MINERVA.

PARS SECUNDA.

Digitized by Google

LIBER QUARTUS.

In Quartum Librum rejicimus illa, quæ ſubtilioris ſunt conſiderationis, & maxime cauſas Latini ſermonis aperiunt.

Cap. I.

De Figuris Conſtructionis, & Ellipſi.

FIGURÆ Conſtructionis ſunt Anomalia, ſive inæqualitas partium, quæ fit per Defectum, per Exſuperationem, per Diſcordiam, per Inverſum Ordinem. In Endia ſeu Defectu, Ellipſis & Zeugma; in Exſuperantia, Pleonaſmos; in Enallage ſeu Diſcordia, Syllepſis; in Ordine perturbato Hyperbaton. Sunt igitur quatuor Figuræ: nam Antiptoſis, Prolepſis, Syntheſis, Appoſitio, Evocatio, Synecdoche, & cæteræ, monſtroſi partus ſunt Grammaticorum.

ELLIPSIS eſt Defectus dictionis vel dictionum ad legitimam conſtructionem; ut, *Paucis te volo*; *Noctuas Athenas*. Terent. *Egone illum, quæ illum? quæ me? quæ non?* ubi Donatus, *Ellipſis eſt, & Apoſiopeſis*; quaſi dicat, ſi ad Grammaticam ſpectes, Ellipſis eſt vocum; ſi vero ad Rhetoricam, Apoſiopeſis, id eſt, retinentia & abruptio ſermonis.

Cap. II.

Doctrinam ſupplendi eſſe valde neceſſariam.

SED antequam ad hoc præclarum munus accedo, illud videtur refutandum, quod ab illis Latini ſermonis

Digitized by Google

nis imperitis jactari conſuevit, (1) nihil eſſe ſupplendum. Nam

(1) *Nihil eſſe ſupplendum.*] Nihil imperitius aut inſulſius dici poteſt, ſi ſpectetur Analogia L. Latinæ, aut ratio Grammatica quæratur Conſtructionum & Significationum. Quin & aliis utique omnibus in Linguis homines paulatim in loquendo omiſerunt, quæ vel ex continuo phraſium uſu, vel ex ſenſu ipſo, facile intelligi poterant. Fecerunt hoc ſimul brevitatis & venuſtatis cauſa. Diſerte Suetonius Aug. 86. de Præpoſitionibus & Conjunctionibus, *quæ detractæ adferunt aliquid obſcuritatis, etſi GRATIAM augent.* Neque tamen ſemper *Obſcuritatem* adferunt Ellipſes, ſed plerumque ſuppleri facile poſſunt, etiamſi ſint aliquando longiſſimæ, ut liquet ex exemplis mox a Sanctio, & ſupra a Me ad III. 14. pag. 491. allatis. Patet etiam ex iis, quanto brevius & ſimul venuſtius ac concinnius loquamur per Ellipſin, quam ſi plenius omnia abſque eâ efferre velimus. Sed haud facile quiſquam amplius negabit, ut opinor, Ellipſes, earumque in Lingua Lat. frequentem uſum. Controverſia tantum oritur nunc plerumque de ſingulis locutionibus & conſtructionibus, utrum eæ quoque Ellipticæ ſint, nec ne. Etenim vidimus ſupra ad III. 3. quam multa ſint Verba Accuſativum ſibi junctum habentia, quæ a Sanctio, Scioppio, &c. pro Activis accipiuntur, Accuſativum proxime & abſque Ellipſi regentibus, quæ tamen vere Neutra ſunt, & Accuſativum per variam Præpoſitionum Ellipſin ſibi adſciſcunt. Sed & ſæpe mihi in ſuperioribus diſputandum fuit contra Urſinum, qui meam phraſium expoſitionem Ellipticam ſubinde rejecerat, nec admittere volebat Ellipſes, niſi quarum Supplementa apud ipſos Veteres alicubi reperirentur. Vide Me ſupra ad I. 13. pag. 199. & I. 15. pag. 123. & I. 16. pag. 147. 148. 149. Longe rectius mox Sanctius noſter Ellipſes ſtatuit, quas in aliis locis *ipſa Antiquitas* aliquando *ſupplevit, aut ſine quibus Grammaticæ Ratio conſtare non poteſt.* Et infra IV. 13. diſputans contra eos, qui negabant Ellipſin Præpoſ. κατὰ ante Accuſativum, *enixeque poſtulabant ſibi tradi teſtimonia, ubi hæc Præpoſitio ponatur expreſſa*, pronunciat pag. 737. *Iniquos ſane, qui velint ſibi in L. Latina oſtendi, quod Auctores, ut minus elegans, ſoleant ſubterfugere.* Et profecto innumeræ reperiuntur in Veteribus Ellipſes, quarum Supplementa nuſquam invenias. Quando uni Verbo junguntur duo Accuſativi, alter perſonæ, alter rei, veluti *Doceo te Muſicam* & ſimilia, accipitur id communiter ita, ut Accuſativus Rei per Ellipſin ſtatuatur additus. At ubi uſquam reperitur ejus ſupplementum, *Doceo te quod ad Muſicam?* Et ideo haud dubie Urſinus inclinavit quidem in eam partem, ut *nihil obſtare* dicat contra Sanctium, *quo minus Unum verbum diverſo reſpectu duos Accuſativos regat*; Sed tamen vel hac ratione ea, quod Accuſativus ille Rei eadem Ellipſi jungatur

Nam ſi ſupplendum eſt, *Ego amo Dei*, & *ego amo Deus*, erunt

jungatur etiam Paſſivis, agnoſcere hic Ellipſin debuit, cujus tamen ſupplementum nuſquam ipſe reperit. Vide Eum To. 2. p. 282. Quin ipſe alibi To. 2. p. 70. diſerte ſatis tradit eadem, quæ Ego toties contra eum diſputare debui: *Neque*, ait, *ſi durius ſonat alicubi hæc ſupplendi ratio, ideo tanquam abſurda vel ἀσύστατος reſpuenda eſt, quoniam Auctores cauſarum Linguæ ſuæ ignari vel incurioſi, licentius non raro locuti ſunt.* Revera enim iſtac de cauſa multæ occurrunt nobis Ellipſes, quæ durioribus & inconcinnis atque ab uſu loquendi abhorrentibus, ſed Grammaticæ tamen conſtructionis, locutionibus ſunt explendæ. Declarat eas nobis ipſe Verborum ſenſus, & analogica conſtructionum ratio. Quando Livius ait XXIV. 17. *Plus duo millia Hoſtium eo die cæſa traduntur, Romani minus quadringentis*: facile oſtendetur aliunde ſupplementum voculæ *Quam* poſt *Plus*. At quum *Plus* & *Minus* ſint Adjectiva certi Generis, Numeri, & Caſus, manifeſtum eſt, ad veram & Grammaticam conſtructionem conſtituendam multa eſſe adhibenda, quorum integram locutionem haud ita facile quis oſtendet. Eſt enim ea hujus fere ſenſus, *Millia Hoſtium* uſque ad negotium *plus* præ ea menſurâ, ad quam ſunt *duo* millia, *traduntur cæſa*, *Romani* ad negotium *minus* præ *quadringentis* traduntur cæſi. Nolim cum quoquam litigare de ipſis ſupplementi verbis, ſed tamen ſimile quid neceſſario ſuppleri debet, ut *Plus*, *Minus*, *Quam*, ſuam reperiant ex analogia Grammatica conſtructionem. Sueton. Vitell. 13. *Nec cuiquam minus ſinguli apparatus quadringentis millibus nummorum conſtiterunt*, h. e. *nec c. ſ. a. conſtiterunt millibus nummorum* uſque ad negotium *minus* præ *quadringẽtis* millibus. Ordo iſtius conſtructionis fere eſt ſervatus a Cæſare B. G. II. 7. *A millibus paſſuum, minus duobus, caſtra poſuerunt.* Plautus Epidico IV. 2. 10. *Duodecim Diis plus, quam in cælo eſt, Deorum immortalium, Mihi nunc auxilio adjutores ſunt*, pro, Dii, uſque ad negotium *Deor. imm. plus* in vel a *duodecim Diis* præ ea menſura, ad quam *eſt* illud negotium *in cælo, ſunt mihi adjutores. Duodecim Diis* Ablativi ſunt non comparationis ſed incrementi ipſius, quo ſuperatur unum ab altero. Sic in contrarium in Perſa IV. 6. 2. *hic ſunt ſexaginta minæ*; *Duobus nummis minus eſt*, h. e. negotium in vel a *duobus nummis minus* præ ſexag. minis *eſt*. Durior etiam eſt hæc conſtructio in Accuſativo, ut apud Terentium Heaut. III. I. 42. *Ancillas ſecum adduxit Plus decem.* Adelph. II. 1. 46. *Plus quingentos colaphos infregit mihi*, h. e. *infregit mihi colaphos* uſque ad negotium *plus* præ ea menſura, ad quam eſt τὸ infringere *quingentos* colaphos. Nam ita aliquando Caſus Nominum in altera parte Periodi ponuntur, ut neceſſe ſit, ipſum quoque Verbum, ut hic *Infringere*, ad Ellipſin ſup-

erunt Latinæ phraſes; quia illic deeſt, *præceptum*, hic autem, ſupplendam repeti. Sic apud Sueton. Tiber. 34. *Dimidiatum aprum affirmans omnia eadem habere, quæ totum*, pro, *quæ totum habere* illi affirment. Flor. II. 18. *Tanti eſſe exercitum, quanti Imperatorem, vere proditum eſt;* h. e. *quanti imperatorem eſſe* conſtat, deprehenditur, vel ſimile quid. Poſſis tamen illa Terentii etiam brevius exponere per Appoſitionem & Ellipſin copulæ, veluti, *infregit colaphos quingentos*, & negotium colaphorum *plus* eo. Sic enim paſſim, quaſi per parentheſin, *non amplius*, *non minus*, poſitum reperitur: Virgil. Eclog. 3. *Tres pateat cœli ſpatium, non amplius, ulnas*, h. e. pateat in tres ulnas, at non in amplius negotium. Livius I. 32. *Et non minus tribus puberibus præſentibus diceret* &c. Salluſt. Jug. 105. *Cum mille, non amplius, Equitibus*. Florus in præfat. *A Cæſare Auguſto in ſeculum noſtrum, haud multo minus, anni ducenti.* Cicero Famil. XII. 1. *Adhuc ulta eſt injurias ſuas Reſp. nihil amplius.* Et IX. 25. *Obtemperare cogito præceptis tuis, hoc amplius*, ſcil. cogito, *navicularum habere aliquid.* Et cum copula, Nepos Alcib. 11. *Nam ea, quæ diximus, de eo prædicarunt, atque hoc amplius, ſuperaſſe* &c. Liquet itaque ex his, crebro talia occurrere, quæ expediri nequeunt ex analogia Syntaxeos Grammaticæ, niſi majorem in iis Ellipſin ſtatuamus, cujus tamen nuſquam apud Veteres integrum reperietur Supplementum. Quando Plautus ait Mercat. II. 4. 13. EV. *Tute heri ipſus mihi narraſti.* CH. *Satin' ut oblitus fui, Me tibi narraviſſe?* EV. *Haud mirum factum eſt*: mira eſt Ellipſis in illo *Satin'* &c. quaſi diceretur, *Satiſne* (h. e. vere ne) *hoc ita eſt factum, ut Ego oblitus fui?* Sic ferme τὸ *Satin'*, Bacchid. III. 3. 87. *Satin', ut quem tu habeas fidelem tibi, neſcias*, h. e. ſatisne ita ſe res habet, ut neſcias &c. Suppleri hæc ita poſſunt. At quod tandem dabitur ſupplementum phraſeos, *Minime gentium*, quæ tamen Elliptica eſt certiſſime, & tantum per Uſum vel Abuſum orta ex aliis locutionibus, *Quovis gentium*, *Ubivis gentium*, *Nuſquam gentium?* at hæ ſuppleri tamen poſſunt, licet earum ſupplementa nuſquam itidem occurrant expreſſa. Sed & vulgaria ſunt multa & uſitatiſſima, quæ nuſquam integre dicta invenientur. Nam ubi illud *Ens*, quod infinitis in locis intelligitur ab omnibus, exprimitur? Quin ipſe Urſinus To. I. pag. 12. multa tradit Adjectiva *ita abſolute poni, ut ne addi quidem Subſtantivum intelligendum communis uſus ferat*, & complura alia, addit, *non temere, niſi Ellipsice, Subſtantivo ſuo ſuppreſſo, dicta legas.* Temere ergo rejicit alibi Vir Doctus Ellipſes, tantum quia earum ſupplementa nuſquam reperiantur. Immo vero receſſerunt aliquando Ellipticæ locutiones a primitiva conſtructione & ſignificatione, *ut jam vix amplius*,

autem, *quæ præcepit.* Quibus apte poterit reſponderi, illos

plius, fatente ipſo Urſino To. II. p. 328. *cauſa ejus*, ſeu ratio, *agnoſcatur.* Probat illud ipſe ex phraſi *Videor mihi videre* &c. & addit, *quod in aliis, idem & hic uſu venire, ut longius tandem a prima origine ſua uſus Verbi hujus deflexerit.* Sed & hinc factum ſæpe, ut Nomina per Ellipſin adhibita, ſuppreſſis vocabulis, unde totus pendebat ſenſus, acceperint paulatim aliam & a prima valde remotam ſignificationem, atque adeo pro Adverbiis jam a pleriſque habeantur. Talia ſunt *oppido, vero, numero, modo, admodum, propemodum*, &c. Etenim *oppido* fuit Dativus, & res *Oppido bona* dicebatur a Ruſticis, quæ tam bona erat, ut vel ad dominum in oppido habitantem, vel ſimpliciter in Oppidum judicaretur deferenda ad opulentos illic emptores. Et ſolet ita Dativus per Ellipſin jungi aliis Nominibus. Sic enim dicitur quoque *Homo frugi*, & forſan *Res Mancipi*, &c. Vide Me infra cap. 4. ad Vocem *Bonæ*. Certe illud ita accipere malim, quam ut Feſtus ait, *ortum eſſe hoc verbum ex ſermone inter ſe confabulantium, quantum quiſque frugum faceret, utque multitudo ſignificaretur, ſæpe reſpondebatur*, quantum vel oppido ſatis eſſet. *Hinc in conſuetudinem venit, ut diceretur* oppido *pro valde multum. Itaque ſi qui in aliis rebus eo utuntur, ut puta, ſi qui dicant* Oppido didici, ſpectavi, ambulavi, *errant, quia nulli eorum ſubjici poteſt*, quod ſatis eſt. Atqui non tam hæc vocula adhibetur, ut ſignificet *valde multum*, ſed tantum, ut ſignificet *valde, plane, penitus.* Plaut. Bacchid. IV. 8. 12. *oppido interii miſer.* Et v. 28. *Jam illorum ego animam amborum exſorbebo oppido.* Moſtell. III. 2. 118. *Qualibet perambula ædes oppido tanquam tuas.* Curcul. I. 2. 44. *oppido ſervata ſum* Rud. 1. 3. 25. *Hæc, quod induta ſum, ſunt meæ opes oppido*, h. e. opes meæ conſiſtunt plane in hoc ſolo, quod ind. ſum. Cicero Famil. XIV. 4. *præterquam oppido pauci.* Livius XLII. 29. *Oppido adoleſcens ſacerdos lectus.* XXXIX 47 *Nec enim multa ſolum, ſed etiam pleraque, oppido quam parva erant*, ſcil. quæ objiciebantur. In hiſce neutiquam exponi poteſt hæc vocula per *valde multum*, nec poteſt hiſce ſubjici, *quod ſatis eſt*, atque adeo temere, ut jam monuit Voſſius in Etymologico, Feſtus eos, qui aliter, quam ipſe cenſet, loquantur, *errare* affirmat. Manifeſtum ergo, notare hanc vocem *valde plane*. Quod vero ex Chariſii lib. 2. adferunt Voſſius & alii, quaſi etiam notaret *illico, ſtatim*, id illi minus recte ita tradunt. Verba Chariſii ſunt: *Oppido pro Vero aut Statim. Plaut. Bacch. Reddidi aurum omne oppido.* Poſterior interpretatio Chariſii, quam nunc arripiunt plerique, eſt falſa, at prior ferri utcumque poteſt, ut liquet ex inſpecto Plauti loco, quem illi neſciviſſe videntur. Etenim Adoleſcens in Bacchid. III. 6. 1. ait, *Reddidi Patri omne aurum.* Hoc dein IV. 4 30. narrat Servo, *Patri omne cum ramento reddidi*, tum Servus, *Reddidiſti?*

Digitized by Google

illos communi ſenſu carere. Ego illa tantum ſupplenda

didiſti? ille, *Reddidi.* Servus *Omnene?* ille *Oppido.* Hic *oppido* non ſignificat *ſlatim* aut *illico*, ſed *prorſus*, *penitus*, *omne cum ramento*, ut paulo ante dixerat. Poſſis tamen etiam exponere per *Vero*, quod itidem in reſponſione affirmativa, ut mox videbimus, adhiberi ſolet. Sed & liquet ex his, quam longum ea vox paulatim a prima ſua ſignificatione & conſtructione receſſerit, quum primo per Ellipſin ſignificarit non, *tam Multum*, *quod vel oppido ſatis eſt*, ſed, *tale*, *quod Oppido deſtinari debeat*, *Oppido ſit idoneum.* At abſolute dein adhibita ea vox Adverbii ſpeciem, quod nihil *oppidi* ſignificat, accepit. Similiter *Vero* & *Verum*, quæ modo pro Adverbiis, modo pro Conjunctionibus, habentur, origine ſua nihil aliud fuerunt, niſi Adjectiva Ablativi & Accuſativi caſus, per Ellipſin ad quid affirmandum vel confirmandum adhibita, intellecto Subſtantivo *Negotio*, *Facto*, *Modo*, vel Simili. Hinc ſimpliciter reſpondendo inſerviunt, ſi quid affirmandum ſit. Terent. Eun. III. 1. 12. *Rex te ergo in oculis geſtare? Vero.* Plautus Perſa IV. 6. 10. *In collum impone. Vero fiat.* Idem Menæch. IV. 9. 37. & 49. *Ita vero* ſimpliciter pro affirmatione poſuit. Sic *Verum.* Plaut. Men. V. 7. 35. *Liberem Ego Te? Verum.* Aſin. IV. 1. 45. *Captiones metuis. Verum.* Et paſſim Terentius. Hinc ad aſſeverandum pro *certe*, *ſane*, adhibetur τὸ *Vero*, Cicero de Offic. III. 23. *An alteri cedat alter.* reſp. *cedat vero.* de Senect. cap. 2. *Gratiſſimum nobis feceris, ſi* &c. reſp. *Faciam vero.* Sed & paſſim jungitur emphatice prorſus Pronominibus, *Ego vero*, *Ille vero* &c. tum particulis, *Immo*, *Hercle*, *Tum*, *Age*, aliiſque. At frequenti uſu obliterata tandem omni Nominis Adjectivi & Ellipſeos ſpecie, utrumque abſolute adhibitum ſignificationem Conjunctionis adverſativæ accepit. Non minus abſolute *Numero* apud antiquiſſimos occurrit pro *nimis cito.* Vide Feſtum, & ibi Scaligerum ac Dacerium. Atque ita Plautus Men. II. 2. 13. *Numero huc advenis ad pranditum: Nunc* demum *obſonatu redeo.* Et Mil. Glor. V. 7. ubi quum Miles dixiſſet *perii*, reſp. *Haud etiam:* (h.e. nondum) *numero hoc* dicis. Notat etiam *in tempore*, *tempeſtive.* Plaut. Amphitr. I. 1. 25. *Numero mihi in mentem fuit Diis advenientem gratias agere*, h. e. oportuno tempore, ante quam ſerum eſſet. Significatio & Ellipſis eſt manifeſta: at quo Supplemento abſolutam & unicam hanc vocem ad iſtam redigemus ſignificationem? Crediderim Ego, dixiſſe primitus Veteres, *Numero citius*, vel *Numero juſto citius*, vel *numero temporis juſto.* Divinent alii, quod melius ſit. Satis nunc habeo oſtendiſſe Ellipſes certiſſimas, quarum tamen Supplementa nuſquam reperimus. Sed omnium maxime turbat nos *Modo*, quod varia ſignificat, ſcil. *ſaltem*, *ſolum*, *paulo ante*, *nunc nunc.* Certa hæc ſunt, nec probatione indigent. At quum ſit origine ſua Ablati-

da præcipio, quæ veneranda illa ſupplevit antiquitas, aut

vus Nominis *Modus*, quam excogitabimus rationem iſtarum ſignificationum, aut quæ Supplementa Ellipſeos, quam tamen ſtatuere neceſſe eſt? Putem ſæpe referri ad tempus, ſæpe etiam ad alias res. Quũ dicitur *Modo venit*, expoſuerim id, *hoc temporis modo* ſeu momento, h. e. paulo ante. Proximum enim tempus eo notari arbitror ex Plauto Amph. II. 2. 60. *ita uti dudum dixeras. AM. Dudum? quamdudum illud factum eſt? AL. tentas: jamdudum, pridem, Modo. AM. Quî iſtuc potis eſt fieri, quæſo ut dicis; Jamdudum, Modo?* Videmus hinc diſcrepantiam ſignificationis τῦ *Modo* a *Dudum*, licet agatur iſtic de tempore unius tantum diei, in quo tamen ſpatio *Modo* longe minus notat, quam *Dudum*. Videtur etiam notare tempus Futurum, ut liquet ex *Poſtmodo*. Livius XXVIII. 19. *Utrum in pugna, an poſtmodo cremata Urbe inter verbera &c. exſpirarent.* Ovid. Arte I. 486. *Inſequere, & voti poſtmodo compos eris.* Res maniteſta plane ex Horatio Od. I. 28. *Negligis immeritis nocituram Poſt modo te natis fraudem committere?* h. e. an nihil facis comm. fraudem nocituram immeritis, paulo poſt ex te natis? At quum jam dicitur *modo ait, modo negat*, ſenſus eſt, *hoc modo temporis ait, altero negat.* Nam ſic plane Quinctil. II. 14. de vocabulo *Rhetorica*: *Namque uno modo ſit Appoſitum, Ars Rhetorica, ut Navis Piratica: altero Nomen rei, qualis eſt Philoſophia, Amicitia.* Alii dixiſſent forſan, & eodem quidem ſenſu, *Modo ſit Appoſitum, modo Nomen rei.* Quum porro dicitur, *Vide modo*, apud Cœlium Famil. Cic. VIII. 2. *Dic, modo*, Plaut. Capt. III. 4. 38. *Multo modo*, Amphit. I. 3. 22. h. e. *ullo modo, quovis modo.* Difficilius eſt commodi aliquid Supplementi invenire, quando pro *ſolum* ponitur, niſi forte etiam tum illud *modo* pro *quovis modo* per extenuationem dictum quis putet. Sed videtur ſimul intelligi *tantum*: nam ſi dicam, *non modo indoctus, ſed & arrogans eſt*, ſenſus eſt, *non tantum modo quovis*, vel *modo hoc, eſt indoctus.* Hinc ſæpe conjungitur *Tantummodo.* Utcunque hoc ſit, certum eſt, intelligi Ablativum Adjectivi, quo ſenſus perficiatur. Sic paſſim *ſine modo, impenſius modo;* ſcil. *juſto*, apud Salluſt. Jug. 47. & 75. Sed & ita *Propemodum* per ſe nihil notat, niſi quid addatur. Eo autem ſenſu, quo paſſim occurrit adhibitum, recte dixeris *prope juſtum modum, prope aliquem modum*, h. e. ferme. Denique, ut *Modo* varia ac diverſa prorſus notat per varias Ellipſes, ſic *Admodum* abſolute & Elliptice poſitum notat non diverſa modo, ſed & contraria, ut modo intendat ſignificationem, modo imminuat, h. e. modo idem quod *plane, omnino*, ſignificet, modo quod *ferme, circiter, non omnino*, immo idem quod *propemodum*, modo etiam ſimpliciter affirmet & comprobet alterius dicta. Cicero Famil. V. 19. *Superiores literæ tuæ me admodum dele-*

aut ea, ſine quibus Grammaticæ ratio conſtare non poteſt.

delectarunt. de Offic. I. 42. *Nihil proficiunt, niſi admodum mentiantur,* h. e. uſque *ad* plenum mentiendi *modum.* At Livius XL. 59. *Armorum magnam vim tranſtulit, nullam pecuniam admodum,* h. e. nullam fere, ſeu *nullam ad aliquem modum.* Sic XLIII. 11. *Exactio admodum menſe Februario.* Cæſar B. Gall. V. 40. *Turres admodum CCXX. excitantur,* h. e. circiter. Mela II. 7. *Fluvius in media admodum natus inſula.* Plaut. Epid. I. 2. 1. *Rem tibi jam elocutus omnem, atque admodum meorum mœrorum ſummam edictavi tibi.* Et Mercat. II. 3. 65. *Horum illa nihil quidquam facere poterit admodum,* h. e. *ad aliquem modum,* ut loquitur Pomponius de Orig. Juris initio, *Aucta ad aliquem modum civitate.* Jam in affirmando ponitur pro *ad hunc modum, quo dicis.* Terent. Hec. III. 5. 8. *Advenis modo?* reſp. *admodum,* h.e. advenis hoc temporis modo vel momento? reſp. ad hunc modum res eſt. Plautus Pſeud. IV. 7. 54. *Herus tuus? Ita dico. Miles? Ita loquor. Macedonius? Admodum.* Et alibi ſæpius. Ita vero habemus vocabula, quæ per ſe ſola analogice nihil ſignificant, ſed quorum ſenſus ex iis, quæ ſubintelliguntur, conſtitui debet, at quid ſubintelligatur, ex recepta per Uſum ellipticum ſignificatione divinari debet, quum ſupplementa Ellipſeos nulla aliunde poſſint erui. Nihil itaque mirum, reperiri certas plane Ellipſes, quas tamen nunc ex analogia Grammatica expedire & ſupplere neſcimus. Quando VEL ita emphatice adhibetur, ut apud Suetonium Cæſ. 21. *Cujus vel præcipua opera paulo ante Bibulum impugnaverat.* cap. 51. *Ne provincialibus quidem matrimoniis abſtinuiſſe, vel hoc Diſticho apparet.* Terent. Eun. III. 1. 5. *Vel Rex ſemper maximas mihi agerat gratias.* Heaut. III. 3. 7. *Vel heri in vino quam immodeſtus fuiſti;* & alibi paſſim apud alios quoque Auctores: in illis certa eſt Ellipſis, (Vide Sanctium infra cap. 7. & Me illic Nota 15. ut & c. 15.) & præmitti aliquid, immo integrum comma, intellectu ſaltem debet, quo referatur τὸ *Vel*: ſed quid aut quæ verba in ſingulis locutionibus explendis requirantur, divinatu foret difficillimum, quum ſine dubio ipſi Auctores paulatim conſideraverint non Analogiam voculæ Grammaticam aut Ellipſin, ſed ſolam emphaſeos vim, quæ uſu ipſo huic voculæ jam erat tributa, æque ac nos vulgo nunc facimus in loquendo, neſcientes Ellipſin, & tantum Emphaſin ſpectantes. Quod vero integra aliquando commata per Ellipſin fuerint ſuppreſſa, probatum vide infra cap. 5. ad *Hoc dico,* & ad *Facio,* & ſupra ad I. 13. p. 91. in illis Terentii, *Æque quidquam nunc quidem,* pro, Nihil. Similiter apud Terent. Hec. III. 3. 18. *Mater conſequitur; jam ut limen exirem, ad genua accidit:* Supple omnino, *quum in eo eſſem jam, ut limen exirem,* &c. Et Cæſarem B. Gall. II. 11. *Tantam eorum multitudinem noſtri interfecerunt, quantum fuit*

poteſt. Nulla linguarum eſt, quæ in loquendo non amet brevitatem: atque eo feſtivius quidque dicitur, quo plura relinquuntur intelligenda. *Aliud eſt*, inquit Fabius, *Latinè, aliud Grammaticè loqui.* Excutiamus unum aut alterum poëtarum verſiculum. Virgil. 4. Æneid. *Nec venit in mentem, quorum conſederis arvis?* Grammaticus diceret; Nec venit tibi, ô Dido, in mentem recordatio illorum hominum, in quorum hominum arvis tu conſederis? Terentius Heaut. *Vel me monere hoc, vel percontari, puta. Rectum eſt, ego ut faciam, non, ut deterream.* Grammaticè dicetur; O Menedeme, vel tu puta me monere tibi hoc negotium, vel tu puta me à te hoc negotium percontari: quia ſi hoc negotium, quod negotium ego abs te rogo, rectum negotium eſt, ideo te illud ego negotium rogo, ut ego idem negotium faciam; at vero ſi hoc negotium, quod negotium tu facis, rectum negotium non eſt, hac quoque de cauſa illud negotium ego à te rogo, ut ego te ab illo negotio deterream. Quid inſulſius & alſius? Horatius quaſi noſtras partes agens, & Ellipſin amplectens, dixit lib. 1. Satyr. 10. *Eſt brevitate opus, ut currat ſententia, neu ſe Impediat verbis laſſas onerantibus aures.* In comparativis ſæpè multa deſiderantur; ut, *Digitorum medius eſt longior.* Syntaxis eſt; Ex numero digitorum medius digitus eſt longior, (2) quam cæteri digiti ſint longi. Horatius, *Si meliora dies, ut vina, poëmata reddit.* Syntaxis; ſi dies reddit poëmata meliora, quam antea

diei ſpatium. Atqui nullus eſt juſtus relationis nexus inter *multitudinem cæſorum, & ſpatium diei.* Videtur ergo ſupplendum, quod illic dicitur, hoc modo; tantam multitudinem interfecerunt, quanta interfici potuit in tanto diei ſpatio, quantum fuit ab eo diei tempore ſpatium diei reliquum.

(2) *Quam cæteri digiti* &c.] Immo adhuc amplius quid requiritur ſupplementi, ut plena ſit conſtructio. Nempe *præ ea re, vel menſura, ad quam rem cæteri &c.* niſi quis brevius malit, ſine τοῦ *Quam*, nempe, *eſt longior præ cæteris digitis*, ut illud, quod mox ex Curtio adfertur, *Mare Ponticum dulcius ceteris.*

tea erant bona, ut dies reddit vina meliora, quam antea &c. Contra noſtros Grammatiſtas ſentit Quinctilianus lib. 9. cap. 3. quum inquit, *Quæ per detractionem fiunt figuræ, brevitatis novitatiſque maximè gratia petuntur*, &c. Jam verò quid leporis habebunt tot Proverbia, ſi integra referantur? *Lupus in fabula. Ad fractam canis. Ne ſutor ultra crepidam. Poſterioribus melioribus. Inter cæſa & porrecta. Manum de tabula*, & mille hujuſmodi. Multa etiam Grammaticæ ratio nos cogit intelligere, quæ ſi apponerentur, latinitatis elegantiam diſturbarent, aut ſenſum dubium facerent; hinc fit, ut præpoſitiones ſæpè ſupprimantur, & ſæpius participium ENS; ut, *Nate, meæ vires, mea magna potentia ſolus*, ſupple *ens*; (3) *Annibal peto pacem*, ſubaudi *ens*: quæ omnia imperiti ad appoſitionem, aut evocationem referunt. Alia rurſus videmus deſiderari, (4) quæ ſine vitio ſuppleri nequeunt, & tamen Grammatica neceſſitas ſupplebit; qualia ſunt, *tuas ſpes non curo, quibus me allicis: tua contemplor ora, quorum aſpectu delector: vim mihi intuliſti, cui reſiſtere nequeo: tuam vicem doleo, quæ me excruciat; ſuſtuli duos liberos, unum hic, alterum Salmanticæ*. Cic. *Præſtantiſſimum jus eſt augurum, eorum, quæ ſunt in rep.* Idem, *Unum cœlum eſſet, an innumerabilia.* Curtius, *Mare Ponticum dulcius cæteris.* Pleraque autem ſubaudiri, quæ apertè dicere non poſſumus, docet Servius 2. Georg. 98. in illo, *Tmolus & aſſurgit quibus, & rex ipſe Phanæus*: adducitque ex Salluſt. *Sertorio triplices inſidiæ poſitæ erant, prima*, &c. Vide eundem Servium in illo Virgilii Ecl. 3. *Biſque die numerant ambo pecus, alter & hædos.* Liceat jam nobis per Grammaticos, theſauros Ellipſeos aperire, ſine quibus injuriam facit

(3) *Annibal peto.*] Vide me ſupra ad l. 2. Nota 7. & infra cap. 4. N. 27.

(4) *Quæ ſine vitio* &c.] Scilicet Grammatico, ut liquet ex exemplis. Nam non ſine vitio diceretur *ſpebus*, *orium*, *vi* in Dativo, *Vicis* in Nominativo: & ſic in reliquis.

Digitized by Google

facit Latino ſermoni, qui ſe Latinum audet nominare.
» [Aſconius Pedianus, non Grammaticus ſolum inſi-
» gnis, ſed etiam in primis locuples Latini ſermonis
» Auctor, paſſim in Cicerone Ellipſes notat, quidque
» ſubaudiendum ſit, admonet; veluti in Divin. *Quam*
» *illa primarum*, ſubaudi *partium*. *Multum ſubmitte-*
» *re*, ſubaudi *vocem*, vel *geſtum*. Sic in 2. Verrina,
» *Qui ſe omnia mea cauſa debere arbitrabantur* : Locu-
» tio pro plena habetur; ſed ſi quæras, quod inte-
» grum eſt, deeſt *facere*, ut ſit, *Omnia facere debere*.
» *C. Verrem Romilia.* Romilia eſt nomen tribus, abla-
» tivi caſus, ut ſit, *ex Romilia*. Sic alibi ait, *L. Clau-*
» *dium Palatina.* Et 3. Verrina, *Poſcunt majoribus*
» *poculis*, poſcunt à pincerna, id eſt, petunt, ut ſub-
» audiatur *bibere*. Ibidem, *Sartis tectiſque dominata*
» *eſt* : addidit, *que*, ut eſſet plenum dictum : nam
» *Sarta tecta* dicuntur. Et 4. Verr. *A quo mea longiſ-*
» *ſime ratio.* A quo, à qua re, à quo negotio, ac-
» cuſationis ſcilicet. Rurſum 3. Verr. *Obtigit tibi con-*
» *ſularis*, ſubauditur *Provincia*. Et 4. Verr. *Duci juſ-*
» *ſit*, in vincula, vel in carcerem, intelligimus : *qui*
» *cives Romani erant*, ſubauditur *dabantur*; *ſi Siculi*
» *eſſent*, ſubauditur *rei*; *tum ſi eorum legibus dari opor-*
» *teret*, ſubauditur *judicia* : *qui Siculi*, ſubauditur, erant
» judices : *ſi cives Romani eſſent*, ſubauditur, rei. Sic
» Terentius, *Hic in noxa eſt : hic ad defendendam cauſam*
» *adeſt : cum ille eſt, hic præſto eſt : tradunt operas mu-*
» *tuas.* Hæc Aſcon. qui in verbis illis Terentii, *cum*
» *ille eſt*, ſupplendum monet, *reus*. Etiam Donatus in
» illud Hecyr. act. 2. ſc. 2. *Ego ſum animo leni natus*,
» ſic annotat, *Hoc non eſt plenum : nam cum dicimus*,
» ſum animo leni, *ellipticως profertur*. Et mox ſcena pro-
» xima, *Quod me accuſat nunc vir, ſum extra noxam*,
» ibidem Donatus, *Deeſt*, In eo, *ut ſit*, in eo quod me
» accuſat. Et Eunuch. act. 5. ſc. 2. *Deſinas* : Ibi Do-
» natus : *Deeſt*, Fac, *ut ſit*, Fac deſinas : Et Adelph.
» act. 3. ſc. 2. *Nunc illud eſt, quod ſi omnes omnia ſua*
» con-

Digitized by Google

» *conſilia conferant*, *auxilii nihil afferant*: ibidem Donatus; *ſignificat*, nunc tale negotium eſt, nunc tale periculum eſt.]

Cap. III.

Regulæ generales. Ellipſis Cognati Nominativi, *Accuſativi*, *& Infinitivi*, [ſed de his Vide Notas] *tum Ejuſdem Nominis*. Ex numero. *Pronominum* Ego & Tu. *Pronominis reciproci. Ejuſdem Nominis diverſo caſu. Genitivi.*

PLATO in dialogo de Ente aſſerit, ſine Nomine & Verbo nullam effici poſſe orationem: multa enim nomina, ut, *leo*, *canis*, *capra*, nihil indicant; quemadmodum nec multa verba, ut, *currit*, *ambulat*, *movetur*. Idem docet Ariſt. 2. Periher. (1) Quare Verbum ſine ſuppoſito nihil ſignificabit.

(2) *Curritur*, *ſedetur*, *ſtatur*, deeſt *curſus*, *ſeſſio*, *ſtatio*, vel potius, *currere*, *ſedere*, *ſtare*. Sic in omnibus, quæ Grammatici peſſimè vocarunt *Imperſonalia paſſivæ vocis*. Vide ſupra cap. 1. lib. 3.

Idem intellige in verbis quæ dicuntur Naturæ; ut, *pluit*, *ningit*, *luceſcit*, ſubaudi, pluvia, nix, lux. (3) Vide cap. 1. lib. 3.

Idem in illis quinque, *miſeret*, *tædet*, *pudet*, *piget*, *pœnitet*. Eſt enim, teſte Priſciano, *miſeret me tui*, (4) miſericordia

(1) *Quare Verbum &c.*] At vide Me ſupra ad III. 1. pag. 273. 276.

(2) *Curritur*, *ſedetur*, *ſtatur &c.*] Vide quæ notavimus ad III. 1. pag. 263. & III. 2. 273. 274. denique III. 8. 2. Ubi oſtendimus, hæc ex abuſu quodam à Veteribus ita adhibita, tanquam non vere perſonalia, h. e. ſine ullo reſpectu Nominativi, qui vel expreſſus, vel per Ellipſin ſuppreſſus, præcedere debeat, & proinde tanquam ſola per ſe ſenſum aliquem perficientia.

(3) *Vide Cap. 1. Lib. 3.*] Tu vide iſtic pag. 263. ubi aliter hæc reperies expoſita.

(4) *Miſericordia tenet me tui.*] Immo vero ſenſus eſt, miſeria, vel

Digitized by Google

ricordia tenet me tui: & *tædet me ciborum*, tædium ciborum tenet me. Verba igitur activa ſunt, in quibus intelligitur miſericordia, tædium, pudor, pigritia, pœna. Vide cap. 3. lib. 2.

(5) Jam igitur ſi in paſſiva intelligitur nominativus cognatus, illud etiam ſequitur, & Priſcianus ipſe fatetur, ut accuſativus cognatus intelligatur in verbis, quæ Grammatiſtæ vocant *abſoluta*, quum mera ſint activa; ut, *curro*, *ambulo*, *ſedeo*, ſupple, *curſum*, *ambulationem*, *ſeſſionem*, &c. Sed hic accuſativus pleonaſmi fugiendi cauſa non apponitur; ſed cum adjectivo neceſſariò adhibetur: ut, *hilarem vitam vivis*; *bonum certamen certavi*. Itaque omnia verba ſunt activa, aut paſſiva: nam teſte Ariſtotele, omnis motus aut actio eſt, aut paſſio, nihil medium eſt. Vide ſupra cap. 1. lib. 3.

Porro nomen verbi cognatum duplex eſt: nam *lectio*, & *legere*, verbalia ſunt à Lego, ſicut *amare*, & *amatio*

vel malum tuum, miſeret me, ſeu facit me miſerum, tui in vicem. Quomodo Terent. *Menedemi vicem miſeret me*, ſcil. calamitas, ſeu miſeria ejus. Vide me ſupra ad II. 3. Not. 4. Nam æque in his poteſt alienus Nominativus perpetuo intelligi, ac in quibuſdam Verbis alienus Accuſativus. Veluti quum *Merere* in militia ſimpliciter dicitur pro *merere ſtipendium*, & ſimilia. Vide me pag. 310. At *Tædet me ciborum* explicandum per ſupplementum τοῦ *Negotium*, quaſi dictum eſſet, *Negotium ciborum tædet me*, plane eâdem Ellipſi, qua dicitur, *Venit in mentem ejus rei*, &c. Vide ad II. 3. pag 170. & III. 3. ad verbum *Pœnitet*, ut & cap. ſeq ad voces *Mentio* & *Negotium*.

(5) *Jam igitur ſi &c.*] Cum in paſſivis Imperſonalibus non intelligatur Nominativus Cognatus, uti ſupra variis in locis Nota 2. deſignatis jam monuimus, nulla eſt conſequentia, quæ hinc elicitur. Sed & illud ipſum, quod hinc elicitur, falſum eſſe demonſtravimus pag. 271. & ſeqq. ut & p. 301. 302. ubi rationem Accuſativi Cognati, quando occurrit, per Ellipſin plerumque explicandi, dedimus. Sed & agnoſcenda eſſe in Grammatica arte Verba vere Neutra, ad cap. 2. & maxime 3. libri III. clariſſime docuimus. Infiniti quoque Cognati Ellipſin, quam pene perpetuam in Neutris ſtatuunt Sanctius & Scioppius, refutavimus ad idem Cap. 3. ad verba *Invideo*, & *Officio*.

Digitized by Google

amatio ab Amo. Itaque dicimus, *curro curſum*, vel *currere*, & *curſus curritur*, vel *currere curritur* : nam eodem Priſciano teſte, Infinitum ipſum *Nomen verbi* ab antiquis dicebatur. Itaque *bonum eſt legere*, & *bona eſt lectio*, nihil omnino differunt. Idem docet Euſtathius primo Iliad. pag. 654.

Quando igitur nomen tibi verbale defuerit, aptiſſime recurres ad infinitum ipſius verbi, ne cogaris rem agentem oſtendere, quæ nihil agat, aut cauſam ſine effectu; nam ſi Cato vivit, *vitam vivit*, vel *vivere* : & *placet placere* : & *vadit vadere* : *pergit pergere* : & *caret carere*, &c. (6) Hoc apud Hebræos non eſſet difficile probare, qui, *ambulat ambulare*, paſſim dicunt : & *morieris mori*. Habac. 2. *Venire veniet*, *& non tardabitur*. Et apud

(6) *Hoc apud Hebræos &c.*] At in his tum apud Hebræos, tum apud Græcos & Latinos, Infinitum plerumque ſuſtinet vicem non tam Accuſativi, quam Ablativi. Cum Hebræi dicunt מות תמות / exponendum id, non *morieris mortem*, ut מות ſeu *mori* ſit Accuſativi loco, in quem tendat proxime vis & ſignificatio activi Verbi, ſed *morieris moriendo*, h. e. omnino morieris; pro quo etiam dicitur *morieris morte*, θανάτῳ ἀποθανεῖσθε, ut in Plurali Numero expoſuerunt LXX. Gen. II. & III. hanc phraſin. Sed tamen eadem ratione, per Ellipſin ſcilicet præpoſitionis, licet diverſæ, dici poteſt etiam illud, *morieris mortem*, ſicuti in ſuperioribus pag. 273. jam oſtendimus. Hæc vero ita ſe habere patet ex aliis locis, ubi neceſſario Infinitum Verbo ſuo additum ſic exponi debet, & exponitur à Græcis Interpretibus. Exod. III, 7. ראה ראיתי *videre vidi afflictionem populi mei.* Hic τὸ *videre* neutiquam eſt Accuſativus, qui regatur *à* Verbo, quum alius hic ſit expreſſus, ſcil. *afflictionem* ; ſed manifeſte ponitur in conſtructione Ablativi cum emphatica intenſione ſignificationis, ut idem ſit, quod *videndo vidi*, h. e. omnino vidi. Unde & Græci verterunt non per ἰδεῖν εἶδον, ut tamen illi quidem potuiſſent, ſed per ἰδὼν εἶδον, h. e. *videns vidi*. Similiter Eſa. VI. 9. שמעו שמוע וראו ראו *audite audire*, *& videte videre*, recte expoſuerunt ἀκοῇ ἀκούσετε, καὶ βλέποντες βλέψετε. Unde colligimus, quæ ipſorum fuiſſet ſententia, quæque locutionis ejus ratio & ſignificatio, ſi maxime dixiſſent, uti potuerant, ἀκούειν ἀκούσετε, καὶ βλέπειν βλέψετε. Porro apud Græcos ſicuti ἐπιθυμεῖν ἐπιθυμήσω τοῦτο eſt idem, quod ἐπιθυμίᾳ ἐπιθύμησα, ut loquitur Lucas XXII. 15. ſeu κατ' ἐπιθυμίαν ἐπεθ.

Digitized by Google

apud Græcos non raro infinitum cognatum videas. Homerus ſæpè dicit *βῆδ' ἰέναι*, & *ἔφη φάναι.* Homerica ſunt, *abiit abire*, & *dixit dicere* : » [quod Germanicus » idiotiſmus imitatur, **Wir wollen gehen gehen** / *ibimus* » *ire.*] Sed & Latini aliquando in hoc genere luſerunt : Catullus, *negat negare.* Plaut. Pſeud. *Pergitis pergere?* Cicero in Arato, *Poſt hunc ore fero Capricornus vadere per-*

ὄπιθ. ſicuti *νικᾶν ἐνίκησε τοὺς Ἀθηναίους* idem eſt, quod *νίκην ἐνίκησε*, ut ait Ælianus Var. Hiſt. VIII. 15. ſic ergo & apud Latinos ſimilia eodem modo, quod ad conſtructionem & ſignificationem, videntur accipienda. Duo autem inprimis hic obſervanda ; tum, Utroſque, ſed Græcos maxime, addere Accuſativum Cognatum Verbis ſuis, potius quam Ablativum ; tum, addere Illum tamen frequentiſſime Verbis potius Neutris, Hunc vero Activis. Ratio utriuſque obſervationis certa eſt & mecum faciens. Prioris eſt, quod apud Græcos inprimis longe frequentiſſima eſt Ellipſis præpoſitionis *κατὰ*, quæ Accuſativum requirit, unde & Latini ellipticam eam conſtructionem accepere, & adeo quoque frequentavere. Alterius, quod verbis Neutris nullus alius additur Accuſativus, atque idcirco nullum in iis periculum confuſionis aut ambiguitatis, quod quia erat in verborum Activorum conſtructione propter alium illis addi ſolitum Accuſativum, maluerunt ideo iſtic dicere *νίκην ἐνίκησε τοὺς Ἀθηναίους*, quam *νίκην*. quomodo in Neutris loquuntur, veluti *γελᾶν γέλωτα*, *μανίαν μαίνεσθαι* &c. Sed tamen ex illo Accuſativi & Ablativi promiſcuo in his uſu, manente utriuſque ſignificatione eadem, patet, quæ ergo ſit ratio & conſtructio Accuſativi in hiſce locutionibus. Nempe eadem, quæ Ablativi, h. e. jungi cum Verbis per Ellipſin præpoſitionis. Denique quum per talem Ellipſin Cognatorum Nominum tum Accuſativus, tum Ablativus, Verbis æque adhæreant, facile apparet etiam illud, quæ ratio ſit Infiniti ſuis item Verbis juncti : h. e. accedere eum his itidem per Ellipſin præpoſitionis, neutiquam vero tanquam Accuſativum proxime à verbo rectum : adjici autem ad intendendam emphatice Verbi ipſius ſignificationem. Quod negari miror à Clerico in Arte Critica, To. I. P. 2. Sect. 1. cap. 4. §. 2. 3. quum utique nulla ſit alia ratio iſtius repetitionis, & ipſe dein cap. 12. §. 20. ſimilem repetitionem rei affinis in Genitivo, veluti *Alites Avium*, *Caligo tenebrarum*, *Vanitas vanitatum*, affirmet *intendere ſignificationem.* Quare immo minor ſtatuetur Emphaſis in, *Moriendo morieris*, *Videndo vidi*, *Νίκην ἐνίκησε*, *ἐπιθυμίᾳ ἐπεθύμησα*, quam in *πόλεις μάχεσθαι*

μαι-

pergit : idem in Academ. *Itaque confeſtim ad eum ire perreximus.* Livius, *Claſſe ire obviam hoſti pergit.* Plautus Aulul. *Nunc demum properare propero.* Terentius, *Domum ire pergam* ; idem, *placide ire perrexit?* Cic. 1. Divin. *ſi ire perrexiſſet.* Livius 2. Pun. *Pergit deinde ire ſequentibus paucis.* Virg. *Obſervans, quo ſigna ferant, quo tendere pergant* : idem, *Ita farier inſit.* Cic. 1. leg. *Sed jam ordire explicare de jure civili quid ſentias.*

(7) Hoc Infinitum cognatum intelligitur in participiis neutralibus : ut, *lectum eſt*, *legendum erit*, ſubaudi *legere* : *defeſſus ſum legendo*, ſubaudi *legere*, id eſt, *legenda lectione* : *Legere* enim & *lectio*, ut dictum eſt, non differunt. Vide *Negotium* Cap. ſeq.

Idem Nomen, ſi poſt Verbum Subſtantivum ſequatur Adjectivum aut Genitivus, neceſſario ſubauditur; ut, *hoc pecus eſt regium*, vel *regis*, valet, *hoc pecus eſt pecus regium*, vel *pecus regis*: Cic. pro Mil. *Cæſaris potentiam ſuam potentiam eſſe dicebat* : Idem pro Marcell. *Tua enim cautio noſtra cautio* eſt : idem 2. Tuſcul. *Non ego dolorem dolorem eſſe nego* : pro Marcel. *Quis eſt, qui non intelligat, tua ſalute contineri ſuam, & ex unius tui vita pendere omnium.* Terent. Hecyr. *Verum id vitium nunquam decrevi eſſe ado-*

μεγίσως apud Aelianum; *Iratus iracundia* apud Plautum, & *memoria memini* apud Eund. Cap. v. 3. 33. *Lætiſſime gaudere* apud Gellium? Neque obſtat huic phraſeos iſtius naturæ, quod aliquando occurrit in locis, ubi nullam non perſpicimus emphaſin, vel certe non magnam, quum id eveniat culpa partim quorundam Scriptorum, qui ſemper fere emphatice volunt loqui, etiam ubi non eſt magna emphaſeos ratio, partim noſtra, qui non ſemper intelligimus juſtam Scriptoribus emphaſin. Vide & ſupra ad III. 2. pag. 273. & III. 3. ad Verbum *Officio.*

(7) *Hoc Infinitum Cognatum.*] At vide ſupra ad III. 8. pag. 435. &c. ubi hanc Infiniti Cognati Ellipſin in Participiis Neutris & Gerundiis liquido refutavimus, & oſtendimus intelligi potius in iis *Negotium*, vel Nihil, quum ſit ea conſtructio plerumque Imperſonalis. In multis tamen a Sanctio allatis poteſt idem fere intelligi nomen; breviore & faciliore Ellipſi, veluti, *Macedonum omnibus & quibuſdam Adrianorum*, pro omnibus Hominibus Hominum Macedonum, *Alarum altera* ſcil. ala &c. Nec enim ſatis commode

adoleſcentiæ, ſupple *vitium*, ut ait ibi Donatus. Plaut. Caſ. *Nunquam ædepol jejunium jejunium eſt*. Cic. 1. Nat. Deor. *Itaque in illis ſelectis brevibuſque ſententiis hæc prior ſententia eſt*. Ovid. *Pendet & a veſtra noſtra ſalute ſalus*. Terent. Heaut. *Aſſimulabimus tuam amicam hujus eſſe amicam*. Et in ſacris, *Domus mea, domus orationis eſt*: & iterum, *Domus mea domus orationis vocabitur*. Johan. 7. *Mea doctrina non eſt mea, ſed ejus, qui miſit me, patris*: & Pſalm. 137. *Laudate Dominum, quia bonus*, ſubaudi *Dominus*. Ita dicimus, *Hic non eſt honor, ſed onus*, » [id eſt, hic honor non eſt honos:] *Hoc non eſt munus, ſed pœna*, id eſt, hoc munus non eſt munus. Lucan. *Neque enim iſta vocari prælia juſta decet*. Terent. (8) *Vis eſt hæc quidem*. Stulte igitur præcipiunt Grammatici, verbum *Eſt* regere genitivum, ſtultius etiam Dialectici, qui docent, *accidens prædicari poſſe de ſubſtantia*; ut, *Cicero eſt albus*: quod falſum eſt; nam *Cicero eſt albus*, & *Cicero eſt homo albus*, non differunt, nec plura verba hic, quam illic, enumerantur, alioqui ſi nil intelligas, ſonabit, *Cicero eſt albus Cicero*. Vide infra *Homo*: [ſed & Me ſupra I. 7. II. hæc Sanctii refutantem.]

Ubi genitivus ab adjectivo videtur diſcrepare, præcipiunt iſti, eſſe Græciſmum, aut Antiptoſim; ut, *multos militum omiſit*, id eſt, multos milites. Horatius libro 2. Satyr. 2. *Corruptis vanis rerum*, id eſt, vanis rebus: idem 4. Carm. *Virginum primæ*: ibidem, *Nec tu peſſima munerum ferres*. Vide Lamb. lib. 4. Oda 12. Lucanus

mode dixeris, *ex numero alarum*, quæ tantum duæ erant, altera: *Omnibus ex numero Macedonum* &c. ubi nihil utique eſt partitionis, quam de Omnibus iſtius generis Hominibus loquatur Auctor. Sic fere Horatius Od. 1. 29. *Quæ tibi virginum ſponſo necato barbara ſerviet*, h. e. Barbara virgo Virginum Barbararum.

(8) *Vis eſt hæc quidem*.] Hoc exemplum non eſt *Ejuſdem Nominis*, quum aliud intelligatur. Senſus enim eſt, *Hæc quidem Res eſt Vis*. Res autem illa erat Pervicacia flagitandi, quod alter recuſabat.

Digitized by

Lucanus libro 2. *Minimas rerum diſcordia turbat*, id eſt, minimas res. » [Propert. *Omnia non pariter rerum ſunt » omnibus apta*, pro, omnes res, ſubaudiendo *negotia*. » Ovid. *Omnia ſunt hominum tenui pendentia filo*, id eſt, » omnes homines. Vide infra *Negotium.*] Sed non ita eſt; nunquam enim adjectivum ſine ſubſtantivo erit; Supplendum igitur idem Nomen. Livius lib. 9. dec. 4. *Neque earum rerum ullam rem, in quas jurejurando obligati erant, in ſe aut in alios admiſerant.* » [Plaut. Men. » act. 5. ſc. 2. *Summum Jovem deteſtor. SE qua de re » rerum omnium?*] Sed in hujuſmodi genitivis præter Subſtantivum, quod intelligi dicimus, deeſt etiam *Ex numero*, ut jam docebimus.

In omni Partitione, quæ fit per verbum, aut per nomina poſitiva, comparativa, ſuperlativa, aut numeralia, aut denique quoquo modo, ſi Genitivus ſit, regitur ab his particulis, *Ex numero*; ut, (9) *Hiſpanorum alii vigilant, alii ſtudent, quidam boni, quidam mali, quidam fortiores, alii fortiſſimi: qui veſtrum? alter horum*, ſubaudi *ex numero*. Plin. lib. 8. cap. 48. *Lanarum nigræ nullum colorem bibunt.* Lucan. *minimas rerum diſcordia turbat*, id eſt, minimas res ex numero rerum. » [Livius, *Macedonum omnibus, & quibuſdam Andrianorum, ut manerent, perſuaſit.* Plinius, *Piſcium omnibus » ſerrati dentes.* Dictys lib. 1. *Interim apud Trojam legatorum Palamedes ad Priamum adiit*: & lib. 2. *Reliquis » præſentibus, Græcorum Menelaus verba facit, ſolo omnium » Dei-*

(9) *Hiſpanorum alii &c.*] Sueton. Claudio 28. *Libertorum præcipue ſuſpexit Poſiden.* Mela III. 6. *His oris multæ ignobiles inſulæ adjacent, ſed earum, quas præterire non libeat, Gades fretum attingit.* Tacitus Hiſtor. I. 31. *Tribunorum Subrium & Cerium milites adorti.* Et II. 15. *Quorum improvide ſecutos converſi circumvenere Equites.* Similiter Græci; Lucas Act. Ap. XXI. 16. συνῆλθον δὲ καὶ τῶν μαθητῶν σὺν ἡμῖν, ſcil. τινές. Sic Johannes Evang. XVI. 17. ſed addita præpoſ. ἐκ. εἶπον οὖν ἐκ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ πρὸς ἀλλήλους. Aelianus Hiſt. Anim. I. 3. ὁ ἰχθὺς ὁ Κέφαλος τῶν ἐν τοῖς ἕλεσι βιούντων ἐστὶ. Var. Hiſt. XIV. 49. πρὸς τοὺς τρυφῶντας αὐτῶν. Vide me ad Aelian. Var. Hiſt. I. 32. 6.

Digitized by Google

» *Deiphobo Hecubæ aſſenſo.*] Cicero 2. Officior. *Sed omnium ſocietatum nulla præſtantior, nulla firmior*, &c. Sueton. in Galba 10. *Alarum altera ægrè retenta in officio.* In omnibus his, & ſimilibus, deeſt *ex numero*: Martial. lib. 6. *Cenſor maxime, principumque princeps.* Unde licebit exſibilare Grammatiſtas, qui pueris inculcant, Superlativa regere genitivum, & Comparativa inter duo; quaſi genitivus ille regatur à Superlativo, aut Comparativa ſolum inter duo cum genitivo reperiantur, quum ſit frequens & uſitatum, *major fratrum, belluarum prudentior, animalium fortiora*; ſed ubique deeſt *ex numero*, ut exempla ſubjecta docebunt. Cæſar. 2. Gall. *Ex numero adverſariorum circiter ſexcentis interfectis*: ibid. *Ex eo numero navium nulla deſiderata eſt*: idem 3. Civil. *Milites ex numero ægrotorum ignominiam non tulerunt.* Cic. 2. Agrar. *Quorum ex eo numero, qui per eos annos conſules fuerunt, multi mortui ſint*, id eſt, multi eorum: idem 2. Fin. *Quorum è numero primus eſt auſus Leontinus Gorgias*, &c. idem 1. Orat. *Homo ex numero diſertorum poſtulabat*: idem in Oeconomico, citante Priſciano, *Nemo ex eo numero hominum, qui apud nos eo numero dignantur.* Valer. Maxim. lib. 5. cap. 4. *Quum unus è numero Perſarum*: idem lib. 7. cap. 2. *Hominibus, è quorum turba duos retuliſſe abunde erit.* Ovid. Metamorph. *Furit audaciſſimus omni de numero Lycabas*: idem in epiſt. *Quarum de populo nulla relicta tibi eſt*; idem 4. Metamorph. *Excipit unus Ex numero procerum, quærens, cur una ſororum*, &c. Virgilius. 8. Æneid. *Quorum de numero, qui ſeſe in bella ſequantur, Præſtantes virtute legit*: idem 5. Æneid. *Nemo ex hoc numero mihi non donatus abibit.* » [Propertius, *E quarum numero me contigit una Dearum.*] Juvenal. Satyr. 6. *Quædam de numero lamiarum.* Apulejus 2. Florid. *Hippias è numero ſophiſtarum, artium multitudine prior omnibus.* Idem oſtendit & præpoſitio; ut, *ex omnibus doctiſſimus.* Valer. Maxim. lib. 3. *Erat autem is ex triginta tyrannis crudeliſſimus.* Plinius lib. 21. cap. 9.

Ter-

Digitized by Google

Tertium ex omnibus minutiſſimum. Ridicula verò ſunt, quæ inculcat Valla de *Unus* & *Solus*, lib. 3. cap. 67. eſſe ſcilicet nomina duo ex natura Superlativorum, regereque genitivum, ut, *Primus omnium*: quaſi verò non etiam Horatius dixerit, *Sapientum octavus*: & Martial. lib. 8. *Nona ſororum.* Rectius Thom. Linacer lib. 6. *Nomen*, inquit, *cum præpoſitione deeſt, ut ante tales genitivos*, Animalium fortiora, quibus eſt ſanguis craſſior: *ſubauditur enim* de numero, *vel* ex numero. Hæc ille. Jam igitur contra Grammatiſtas colligamus, comparativorum & ſuperlativorum genitivos, (niſi ſunt (10) ſui poſitivi, ut, *avidior pecuniarum*) ab illis nequaquam regi, imo nec ad illa quicquam attinere. An non riſu res digna eſt, quum Valla & Grammatici docent, in his orationibus, *fortiores Trojanorum ſuperavit*, & *fortiſſimos Trojanorum ſuperavit*, in priore eſſe genitivum partitionis, in poſteriore minime? Sed horum inſaniam (11) alibi exagitavimus cap. 11. lib. II.

In primis, & ſecundis perſonis, quia ruſticè, niſi diſcretionis, aut alia impellente cauſa, ſuppoſitum apponitur, elegantius ſubticetur. » [Quærenti, *Quid facis?* reſpondetur, *lego*, nam Grammaticè quidem, » non æque tamen (12) Latinè dicitur, *Quid tu facis?* » *Ego lego.*]

Quando ſuppoſitum agit in ſe, ſæpiſſime & eleganter ſubticentur accuſativi, *me*, *te*, *ſe*; ut (13) *Nox præcipitat*,

(10) *Sui Poſitivi.*] Non tamen Genitivus hic *Pecuniarum*, etiam Poſitivo additus, regitur proxime ab ipſo Adjectivo *Avidus*, ſed, ut reliqui Genitivi Adjectivis juncti, intercedente Ellipſi *in negotio*, aut ſimili. Vide ſupra lib. II. cap. 3. n. 6.

(11) *Alibi exagitavimus.*] Vide quæ notavi de Comparativis II 10. pag. 214. & Sanctium de Poſitivis ac Superlativis II, 11. pag. 226.

(12) *Latine.*] h. e. eleganter; & ex more eleganter loquentium.

(13) *Nox præcipitat.*] Ita Florus IV 2. *Sic præcipitantibus fatis prætio ſumpta eſt Theſſalia.* Cic. Somn. Scip. cap. 5. *Ubi Nilus præcipitat ex montibus* De Offic. l. 1 *Qui libri jam illis fere æquarunt*, ſcil. *ſe.* Nepos Thraſ. 2. *Tempore ad comparandum dato.*

cipitat, *hyems adventat*, *imber ingruit*, *nupſit regi*, *ille jam lavit*, *bene vortat*, *bene habet.* Æneid. 2. *Per pectora cunctis inſinuat pavor*: & mox, *Accingunt omnes operi*: Et mox, *Et ruit Oceano nox*: idem, *Quis talia fando temperet à lacrymis?* Æneid. 10. *Tum Zephyri poſuere.* Livius lib. 39. *Mores quidem populi Rom. quantum mutaverint, vel hic dies argumento erit.* Sueton. Claud. 22. *Quoties terra in Urbe moviſſet.* » [Cicero 9. ad Atticum, » *Decimo quarto poſt die, quam ille Canuſio moverat.* Jam » iſta.] *Bene vertat, bene res vertat, bene habet*, trita ſunt. Terent. *Quid multis moror*, ſubaudi *me*: idem, *Facile ut pro Eunucho probes*, (14) ſubaudi *te*: idem Adelph. *Tot res repente circumvallant*, ubi Donatus docet deeſſe *ſe*. Nec verum eſt, quod docet Servius, & alii Grammatici, eſſe aliqua verba activa pro paſſivis poſita; ut, *nox præcipitat*, pro, præcipitatur: & *volventibus annis*, pro, volutis &c. Imo vero deeſt *ſe*, ut recte docet Linacer, & ſæpe exprimitur. Livius libro 3. Decad. 3. cap. 19. *Nam & præcipitaſſe ſe quoſdam, non tolerantes famem, conſtabat.* Plinius libro 8. cap. 36. *præcipitaturi ſe ex aliqua rupe.* Terent. Adelph. *Vide, ne ille huc prorſus ſe irruat.* » [Valerius Maxim. libro 9. cap. 8. num. 1. » *Quam temere ſe Africanus ſuperior ex Hiſpania duabus* » *quinqueremibus trajecit ad Syphacem.*] Virgil. *Seque ex oculis avertit & aufert*: alibi ſuppreſſit, inquiens, *Dixit, & avertens roſea cervice refulſit.* Varro lib. 2. Ruſt. cap. 2.

Sall. Catil. 6. *Imperium regium in ſuperbiam vertit*: ubi vide Notas, ut & Rivium ad cap. 52. Tacit. Ann. XII. 29. *Diuturnitate in ſuperbiam mutans*: cujus Verbi ſimilia exempla vide apud Putſchium ad Sall. *Jug.* 104. Gell. I. 17. *At ſi, Explicuit, diceret, imperfecto & dubii numero verborum ſonus clauderet*: de quo Verbo vide & Gronovium Patrem ad Liv. XXII. 39. Adde &, quæ notavimus de hisce ſupra ad III. 2. pag. 224. & III. 3. pag. 297. 298. Alienum autem eſt ab hac obſervatione, *Hiems adventat*, quod Auctor inter ejus exempla hic memoravit.

(14) *Subaudi te.*] Immo vero *Formam & Aetatem.* Nam ita Terentius Eun. II. 3. 83. *Præterea forma & ætas ipſa eſt, facile ut pro Eunucho probes*, ſcil. eas.

cap. 2. *Antequam calores aut frigora ſe fregerint.* Cæſar 2. Civil. *Omnes ſe portis erumpunt.* Virg. 1. Georg. *Diverſi erumpunt ſeſe radii*: idem ſuppreſſit 4. Georg. *Erumpunt portis*: idem Ceiri, *Nam qua ſe ad patrium tendebat ſemita limen.* Perſius Satyr. 4. *Vertentem ſeſe fruſtra ſectabere canthum.* Virgilius ſæpe reticet accuſativum, ut 3. Georg. *Et totæ ſolidam in glaciem vertere lacunæ*, ſubaudi *ſe*: idem, *Ingeminant Auſtri*: idem, *Inclinat fortuna ducum.* Celſus lib. 3. *Inclinat ſe febris.* Vide in Theſauro *Inclino*: idem Virgil. *Altæ neu crede paludi*, ſubaudi *te.* Hinc illa trita, *crede mihi*, ſubaudi *te*; *non credo tuæ fidei*, ſubaudi *me.* Cic. *Tum ſe emergit, & fertur illuc.* Suet. *Carmillus me evaſit.* Huc illa pertinent, *pluit*, *ningit*, *ſerenat*, *tonat*; ut, *pluvia pluit ſe*, vel *pluvia pluit pluviam*: nam etiam in multis poteſt accuſativus cognatus intelligi; ut in ſacris, *Gaudeat ſe tellus tantis illuſtrata fulgoribus*: & frequenter legimus *Gaudere gaudium.* [At Vide Notas ad III. 3.]

Aliquando intelligitur idem Nomen, ſed aliter atque in ſuperioribus. Plinius lib. 7. de Cicerone, [Vide de his ſupra ad II. 10. pag. 213.] *Omnium triumphorum lauream adepte majorem*, ſubaudi *laureâ*, in ſexto caſu. Varro lib. 2. Ruſt. de bubus, *Tranſmarini Epirotici non ſolum meliores totius Græciæ, ſed etiam Italiæ*, ſubaudi *bubus.* Ibidem de canibus, *Cibatus canis propior hominis, quam ovis*, ſubaudi *cibatui.* Plin. *Lanarum nigræ*, &c. ut ſupra in Ellipſi *Ex numero.*

Sed non ſolum Nomen, unde ſæpe genitivus pendet, ſubticetur, ſed ipſe etiam Genitivus, quod adnotatu dignum eſt. Qua de re eſt elegantiſſimus Ciceronis locus, qui noſtram ſupplendi doctrinam maximè illuſtrat, in 2. lib. Natur. Deorum, *Sed id*, inquit, *præciſe dicitur, ut ſi quis dicat*, Athenienſium rempublicam conſilio regi, *deſit illud* Areopagi: *ſic quum dicimus*, providentia mundum adminiſtrari, *deeſſe arbitrator* Deorum: *Plene autem & perfecte ſic dici exiſtimato*,

 Pro-

Providentia Deorum mundum adminiſtrari. Hæc Cicero. Horat. *Millia frumenti tua triverit area centum*, ſubaudi *modiûm* : idem, *Callidus huic ſigno ponebam millia centum*, ſupple *ſeſtertiûm* : idem, *millia tum pranſi tria repſimus*, ſubaudi *paſſuum*. Perſ. Satyr. 6. *Diis igitur, Genioque Ducis, centum paria ob res Egregie geſtas induco*, ſubaudi *boum*.

CAP. IV.

Ellipſis Nominum, & Participiorum, ordine Alphabetico.

ADjectiva nomina nunquam fient Subſtantiva, ut male credidit Cæſar Scaliger; nam accidens non tranſit in ſubſtantiam. Vide *Ars*. Nomina tamen propria undelibet trahuntur : *Julius*, *Julianus*, *Julianius*, nomina ſunt Imperatorum; &, *Cedo alteram*, nomen Centurionis. » [Recte proinde Chariſius, *In adjectivis*, » inquit, *abſolute poſitis ſubaudiendum, quod quiſque vo-* » *luerit*; ſed nempe ad exempla legendis auctoribus ob- » ſervata.] Itaque in omni Adjectivo ſcrutabimur Subſtantivum, hoc ordine.

Accipiter. *Stellaris*, *Aſterias*, *hierax*, *rubetarius*, *haliætus*, *fringillaris*, *tertiolus*, *triorches*, ſubauditur *accipiter*, vel *falco*.

Acinus vel acinum, vel grana. *Colligere vinacea*, vel *vinaceos*, tritum eſt apud auctores rei ruſticæ, ſubaudi *acinos*. Cic. Senect. *aut ex acino vinaceo*.

Actor. Plin. lib. 7. *Spinther* (1) *ſecundarum, tertiarumque Pamphilus*, deeſt *actor*. Vide *Partes*.

Ædes, Ter. Adelph. *Ubi ad Dianæ veneris*. Horat. 1. Serm.

(1) *Secundarum tertiarumque*.] De iiſdem eodem modo Valer. Max. IX. 14. 4. *Alter ex quodam ſecundarum cognomen Spintheris traxit, alter; niſi Nepotis à moribus accepiſſet, Pamphili tertiarum habuiſſet*.

Digitized by Google

Serm. *Ventum erat ad Veſtæ*, (2) ſubaudi *ædem*. A Græcis hoc manavit, qui etiam dicunt, *Eo ad præceptoris*, ſubaudi ***domum***, vel *ædes*. Plautus Bacch. *Quin ipſa in æde Dianæ conditum eſt*. Cic. 2. Philip. *Qui maximo te ære alieno ad ædem Opis liberaſti.*

Ædes. Cum perſuaſum haberem, genitivum ſemper à nomine regi, diu quæſivi, unde genitivus *Domi* regeretur: donec antiquos, *per ædes domi*, *in ædibus domi*, locutos fuiſſe animadverti. Id me apertè docuit (3) Plaut. in Caſina, dum inquit, *Inſectatur omneis domi per ædes*. Græci dicunt, μέλαθρα δόμων; Hiſpanè, *En las caſas de la morada*. » [Itaque ſicut Terent. dicit, » *Solus Sannio ſervat domi*: ſimiliter Plautus Moſtel. *Natus nemo ſervat in ædibus*. Nempe, *Domus* totum eſt, » *Ædes* vero pars illa domi, in qua ſunt cubicula. Servius in Æneid. 2. *Omne ædificium Aedes dicuntur*, *ſed* » *Varro locum quatuor angulis concluſum docet Ædem vocari debere*. Itaque *Domi* non aliter, quam *Humi*, » uſur-

(2) *Subaudi ædem.*] Sic Liv. I. 33. *Quibus ad Murciæ datæ ſedes.* cap. 41. *Habitabat Rex ad Jovis Statoris.* Cic. pro Mil. *Cum falcibus ad Caſtoris.* Famil. XIV. 2. *Quemadmodum à Veſtæ ad tabulam Valeriam ducta eſſet.* Similiter Græci paſſim, εἰς παιδοκίνου, ὁδὸς Φιλίππου εἰς ἅδου, ἐν Φαρναβάζου γενόμενος, ſcil. οἴκῳ. Vide me ad Aelian. V. H. I. 24.

(3) *Plautus in Caſina.*] Locus eſt III. 5. 31. Hinc jam, longiore licet ſupplemento, explicandum videtur, quod legimus in Mercat. IV. 5. 1. *Hera quo me miſit ad Patrem, non eſt domi*, h. e. Pater non eſt in ædibus ſuæ Domi, loco, quem in locum ad Patrem Hera me miſit. Sed & ſic fere *ædes aurium* dicit in Pſeudolo I. 5. 54. *Fac ſis vacivas ædes aurium.* Nempe *Ædis* proprie notat *locum quatuor* parietibus vel *angulis concluſum*. Sic enim Varro teſte Servio ad Virgil. Æneid. II. Similiter fere Feſtus, *Ædis, domicilium in edito poſitum, ſimplex, atque unius aditus*. Hinc Templa & Sacella, quæ erant olim plerumque *ſimplicia*, h. e. unius conclavis, dicebantur in ſingulari *Ædes ſacra*, ſeu abſolute *Aedes*. Talia vero fuiſſe credo etiam antiquiſſimorum hominum domicilia, ſed poſtea, auctis paulatim opibus, in uno domicilio plura exſtructa conclavia, ſeu plures ædes, & hinc factum, ut *Ædes* in plurali notet domum ipſam, quæ ex variis conſtabat ædibus. Apud Petronium p. 16. *in grandi armario* fuiſſe dicitur *ædicula*, in qua erant Lares argentei, atque alia repoſita.

Digitized by Google

» uſurpatur in genitivo, ſicut & in ablativo, *Venire do-* » *mo*, pro ab domo: *Tollere humo*, pro, ab humo, » quod uſurpat Virgilius. Sed Propert. *Domo*, pro, » *In domo*, dixit; *Mox Amythaonia nupta futura domo*: » pro quo dicere poterat, *Amythaoniæ domi.*]

Æs alienum. Livius, *Quum populus ſolvendo non eſſet*, ſubaudi *æri alieno*; idem, *Quum & privati equum poſtularent, nec tamen ſolvendo æri alieno reſpublica eſſet.* Vide *Aptus.* » [Vitruv. 10. cap. 6. *Pecuniam contrivit, ut ad* » *ſolvendum non eſſet.*]

Æs. *Tanti emi, quanti præfiniſti*; *magni doces*; *parvi æſtimo*; ſubaudi *æris*: omnia enim pecuniâ æſtimabantur. Colum. lib. 3. cap. 3. *Quem vulgus parvi æris poſſe comparari putat.* Huc refer illa, *de meo*, *de tuo*, *de ſuo*, ſubaudi *ære.* Plaut. Moſtell. *Ratio accepti, & expenſi conſtat.* » [Cicero 3. Verr. *Habeo & ipſius & patris ejus ac-* » *cepti tabulas*, ſubaudi *æris.* Aſconius interpretatur, » *acceptarum pecuniarum*: ſic] *Quanti doces*, id eſt, quanti æris pretio doces. Hoc ignoravit Valla lib. 3. cap. 1. Vide, *Aſſium*, & *Pretio.*

Ætas. *Pervenit ad decrepitam.* Plinius lib. 2. cap. ult. *ſenecta diem obiit*, ſc. *ætate.* Plaut. Aulul. *Quem ſenecta ætate ludos facias.* Cic. 1. Tuſcul. *Ex his igitur, quæ hora octava mortua eſt, provecta ætate mortua eſt: quæ vero occidente ſole, decrepita.* Salluſt. *Senecta ætate. Senecta membra* dixit Auctor Ætnæ Lucret. lib. 3. *membris ſenectis*: & lib. 5. *ætate ſenecta.* Salluſt. 4. Hiſt. *Omnes quibus ſenecto corpore animus militaris erat.* Serv. in Æn. 11. ſi dicamus, *Senecta*, aut addendum *Ætas*, aut intelligendum.

Ætate. Varro lib. 2. Ruſt. cap. 7. *Videndum ne ſint minores trimæ*, (4) *majores decem annorum*, ſc. *ætate*: idem cap. 2.

(4) *Majores decem annorum, ſc. ætate.*] Dubitem ſane. Nam *minores trimæ* ſine dubio dicitur per uſitatiſſimam Ellipſin voculæ *Quam.* Vide omnino infra cap. 7. ubi hæc ipſa Varronis verba, atque alia certioris etiam argumenti, ab ipſo Sanctio in exemplum illius Ellipſeos afferuntur. Quando itaque dicitur

cap. 2. *caſtrare oportet agnum non minorem quinque menſium.* Valla lib. 1. cap. 19. *Nam & hoc*, inquit, *licet dicere; Ego ſum major viginti annorum, id eſt, ætate tali, Vel, Ego ſum ætatis majoris ætate viginti annorum.* » [In hoc, *Ubi agit nunc*, ſubauditur *ætatem.* Ter. *Fuerit præſtabilius ubivis gentium ætatem agere, quam huc redire.*]

Affectus. Cic. pro Cluent. *Cecidiſſe ex equo dicitur, & (5) homo infirma valetudine latus offendiſſe vehementer*, ſubaudi *affectus*: idem Tuſcul. *Affectus optima valetudine*: idem Divinat. *Qui ſunt morbo gravi, & mortifero affecti.* Terent. Phorm. *Tantane affectum hominem quenquam audacia?*

» [Alicitur eodem hoc loco, *majores decem annorum*, acceperim illud, quaſi eadem conſtructione & ellipſi poſitum, pro *majores, quam equi*, vel *equæ, decem annorum.* Et ita mox, *agnum non minorem quinque menſium*, niſi malis hoc quidem interpretari quaſi per Appoſitionem, itidem uſitatam prorſus, dictum, *agnum quinque menſium, non minorem.* Prius tamen prætulerim. Ceterum Caſus, à quo reguntur tales Genitivi, ſæpe omittitur. Sic Nepos Cat. 1. *Primum ſtipendium fecit annorum decem ſeptemque*, ſcil. *Juvenis*, vel *Ens.* Vide infra Vocem *Ens.*

(5) *Homo infirma valetudine.*] Dicitur hoc, ut paſſim *Homo magno natu.* Sic porro Sall. Jug. 63. *Novus nemo tam clarus, neque tam egregiis factis erat.* cap. 94. *Cupidus voluptatum, ſed gloriæ cupidior, otio luxurioſo eſſe.* Hiſtor. I. in orat. Lepidi, *Homines maximi nominis, non minus optimis majorum exemplis.* Orat. 2. ad Cæſarem. *Urbs ampliſſimo nomine, & maximo imperio.* Cicero Catil. I. 2. *C. Gracchus clariſſimo patre, avo, majoribus.* II. 2. *Quos viros, quanto alieno aere?* Cæſar B. Gall. IV. 1. *Quæ res eos immani corporum magnitudine efficit*, ſcil. præditos: niſi forſan illic legendum ſit potius *afficit.* Sueton. Galb. 4. *Quanquam ætate nondum conſtanti*, ſcil. exſiſtens, *veterem civitatis exoletumque morem obſtinatiſſime retinuit.* Tacitus Hiſt. I. 8. *Quædam etiam finibus ademptis*, h. e. in eo rerum ſtatu exſiſtentes, ut fines ſibi ademptos amiſerint. Gellius III. 1. *Nunquam tam audaci argutia fuit noſter Probus.* Idem Gellius eod. loco phraſin hanc plenius exhibet, *Eoſdem eſſe cum corpore vegeto atque valenti.* Similiter Plautus Pœnulo V. 5. 24. *Sane genus hoc mulierorum eſt tunicis demiſſitiis*, h. e. genus hoc hominum, quod cum tunicis dem. exiſtit, & incedit. Nam paulo ante v. 19. dixit, *Quis hic homo eſt cum tunicis longis.*

» [Alimenta. In *Diaria*, *Menſtrua*, *Annua*, (6) ſubau- » ditur *alimenta*. Liv. 44. *Conſul milite menſtruum ferre* » *ſecum juſſo*, ſupple *alimentum*.]

Aliquis. *Eſt qui dicat*; *ſunt qui affirment*, ſubaudi *aliqui*. Horat. *Sunt*, *quos curriculo pulverem Olympicum Collegiſſe juvat*.

» [Amnis, vel aqua. *Fluvius*, vel *Fluvia*, ſubaudi » *amnis*, vel *alveus*, vel *aqua*: nam ut a Pluo *pluvius*, » & *pluvia*, ſic à Fluo *fluvius*, & *fluvia*. Siſen. lib. 4. » *Oppidum inter duas fluvias collocatum*, & *tranſgreſſus* » *fluviam*, *quæ ad mare pertinebat*, ſupple *amnem*; nam » utriuſque generis *Amnem* fuiſſe, auctoribus citatis, do- » cet Nonius. Virgil. *Sulfurea Nar albus aqua*, ſubaudi » *amnis*: *Nar* enim neutrum eſt, quia indeclinabile. » Cic. *Lacus Velinus in Nar defluit*. Sic cum dicimus, » *Albula magnus*, *formoſus Turia ripis*, *altus Sequana*, » deeſt *amnis*. [At Vide Me ad I. 7. nota 11.] Virgil. » libro 11. *Amnis & Adriacas retro fugit Aufidus undas*. » Livius lib. 1. *Tiberim fluvium*: & lib. 4. *Tiberi amne* » *ſeptus*: idem, *ad Rhodanum fluvium*: idem, *ad Eurotam amnem*. Curtius lib. 3. *Pyramum amnem tranſire*: » ibid. *in ripa Pyrami amnis*.]

Anguis,

longis. Expleverim itaque hanc locutionem ita, *Homo exiſtens cum infirma valetudine*, vel *in infirma valetudine*. ut Cicero de Senectute, *Ille vir haud magna in re*, *ſed fidei plenus*, ubi Sanctius intelligit *Conſtitutus*. Vide infra eam Vocem, ut & *Ens*, ac *Præditus*. Sed & de hoc uſu Ablativi Diſſert. meam de Dictye Cretenſi ad III. 1.

(6) *Subauditur Alimenta.*] Poteſt id quidem aliquando ſubaudiri: & probari videtur ex Livii loco. Diſerte etiam Petronius cap. 136. *Anſeres medio die ſolebant ab anu diaria exigere*. Verum pleriſque in vocabulis hujus formæ, & ſub voce *Annua*, crediderim ſubintelligi *Aera*, vel *Seſtertia*. Sic *Honorarium*, *Salarium*, *Vaſarium*, *Calcearium*, *Veſtiarium*, notat pecuniam vel *Aes*, quod ad eas res comparandas datur. Sueton. Veſp. 8. *petentes conſtitui ſibi aliquid* (pecuniæ) *calcearii nomine*. Ner. 10. *Senatorum nobiliſſimo cuique*, *ſed a re familiari deſtituto*, *annua ſalaria*, *& quibuſdam quingena* ſeſtertia, *conſtituit*. Cicero in Piſon. cap. 35. *ſeſtertium centies*, *quaſi vaſarii nomine*, *in venditione mei capitis adſcripſeras*. Sueton.

Tib.

Digitized by Google

Anguis, vel beſtia. *Serpens* adjectivum eſt, à *ſerpo*; ut *ſerpens vitis*; *ſæcla ſerpentia*; *aqua ſerpens*. Sed cum legis, *cæruleus ſerpens*, vel *dira ſerpens*, (7) deeſt *anguis*, vel *beſtia*. Ovid. 1. Metamorph. *Pythia, perdomitæ ſerpentis nomine dictos*: ibid. *Incognite ſerpens*. Nec audiendus eſt Valla, qui duo adjectiva uni tribui ſubſtantivo poſſe negat. Plaut. *Quaſi proſerpens beſtia*: idem Aſin. *Fac proſerpentem beſtiam*: *Serpentem rivum* dixit Lucanus lib. 9.

Animus, vel conſilium. *Deus in adjutorium meum intende*, deeſt *animum*. Horat. *Si non intendis animum ſtudiis, & rebus honeſtis*. Terent. *Repudio conſilium*, (8) *quod prius intenderam*. Cic. 2. Agrar. *Sed attendite animos ad ea, quæ conſequuntur.*

Annus.

Tib. 50. Juliam *peculio conceſſo a patre, præbitiſque annuis fraudavit*. Veſp. 17. *Conſulares inopes quingenis ſeſtertiis annuis ſuſtentavit*. III. Grammat. cap. 23. *Quanquam ex ſchola quadragena annua caperet*. Supplevit Livius V. 4. *An ſi eum ad calculos Reſp. vocet, non merito dicat, Annua æra habes, annuam operam ede.*

(7) *Deeſt anguis, vel beſtia.*] Vel etiam *Draco*. Sueton. Tib. 71. *Serpens Draco erat ei in oblectamento, eumque ſua manu cibabat.*

(8) *Quod prius intenderam.*] Alienum hoc puto. Nec enim eadem dicitur ratione *intendere animum*, & *intendere conſilium*. Prius eſt activæ & directæ conſtructionis, poſterius Ellipticæ, cujus explendæ ut ratio ineatur, dicendum foret plenius, *intendere animum ad aliquod conſilium*. Sic Sall. Jug. 20. *in Regnum Adherbalis animum intendit*. Et cap. 43. *ad bellum, quod geſturus erat, animum intendit*. Jam cum Ellipſi cap. 25. *neque, quod intenderat, efficere poteſt, uti Adherbalis potiretur*; pro, in quod intenderat animum. Pro eo paſſim etiam dicitur, *quo intenderat*, Jug. c. 64. 74. &c. Sed & hinc *intendere* cum Infinitivo conſtruitur. Sall. Jug. 92. *Quem locum ſumma vi capere intendit*, or. 2. ad Cæſ. *Neque ullam rem in principio agere intendit, niſi illi auctores fierent*. Livius XXXVI. 45. *Effuſe fugere intendit*. XLI. 11. *vineis oppugnare* oppidum *intendit*. Tac. Hiſt. II. 12. *Arcere Othonianos provinciæ finibus intendit*, h. e. intendit animum ad eas res, quæ Infinito declarantur. Neque tamen negaverim active quoque dici, *Conſilium intendere in aliquid*, vel *aliquem*: ut apud Terent. Heaut. III. 2. 2. *intendenda in ſenem eſt fallacia*. Et Cicer. de Invent. II. 34. *Nunc in alteram Conceſſionis partem conſiderationem intendemus*. At in loco Terentii, qui eſt Andr. IV. 3. 18. *Conſilium*,

Mm 5 quod

Digitized by Google

Annus. Virgil. *Adeo in teneris conſueſcere multum eſt*, ſubaudi *annis*.

Aptus, vel idoneus, vel accommodatus. Cic. 2. Philip. (9) *Nec tu ſolvendo eras*, ſubaudi *aptus*, vel *idoneus*: integrum eſt, *Nec tu ſolvendo æri alieno ſufficiens eras.* » [Liv. 38. *Paucitas conjuratorum celandæ, quam agendæ* » *rei aptior erat.*] Plinius, *Ferrum non eſt tundendo*: Idem, *Radix ejus veſcendo non eſt*, id eſt, eſui apta. Celſus lib. 1. cap. 28. *Quodlibet puri movendo accommodatum.* Vitruvius lib. 2. cap. 8. *Ea non poteſt in ſtructura oneri ferendo eſſe firma.* Colum. lib. 1. cap. 9. *Dummodo perpetiendo labori ſit idoneus.* Vide *Æs alienum.*

Aqua. *Frigidam ſubfundere*, Proverb. ſcil. *aquam*. Juvenal. Satyr. 5. *Quando vocatus adeſt caldæ gelidæque miniſter*: ibid. *petitur decocta.* Martial. *Jam defeciſſet portantes calda miniſtros*: Idem, *Caldam poſcis aquam.* Cic. 1. Cat. *Si aquam gelidam biberint.* Apul. 2. Metamorph. *aqua calida injecta.* Columella lib. 6. cap. 16. *perfunduntur aqua frigida.*

» [*Piſcina* ſubauditur *aqua*: nam *Piſcinus* eſt ad piſces » pertinens. Hinc *Petimen piſcinum* dixit Nævius apud » Feſtum.]

Pluvia

quod nunc *repudiat*, & antea *intenderat*, notat rationem rei gerendæ, in quam animum intenderat.

(9) *Nec tu ſolvendo eras.*] Liv. II. 9. *Tributo plebe liberata, ut divites conferrent, qui oneri ferendo eſſent.* Tac. An. XI. 3. *quæque alia conciliandæ miſericordiæ videbantur.* Sall. Catil. 46. *Pœnam illorum ſibi oneri, impunitatem perdundæ Reip. fore*, ſcil. *idoneam*. Vide etiam infra ad *Bonæ*. Sæpe tamen hi Dativi ſimpliciter in talibus locutionibus Finem notant. Tac. An. II. 31. *Nec ad invidiam iſta, ſed conciliandæ miſericordiæ, refero*, ibid. cap. 4. *Tum Cæſar componendæ Armeniæ deligitur.* Cap. 21. *Subducit ex acie legionem faciendis caſtris.* Cap. 46. *Augendæ dominationi certatur.* Sic *Triumviri Reip. conſtituendæ, agro dividundo, Prætor juri dicundo.* Salluſtius ita ferme Genitivos adhibet, Catil. 6. *Imperium Regium, quod initio conſervandæ libertatis, atque augendæ Reip. fuerat.* Jug. 88. *Quæ poſtquam glorioſa modo, neque belli patrandi* (eſſe) *cognovit.* Ubi Vide Rivium. Hiſtor. I. *Omnia retinendæ dominationis honeſta exiſtimat.* h. e. quæ pertinent ad domin. retinendam: niſi malis intelligi in his *cauſa*, *gratia*. Vide Sanctium infra ad vocem *cauſa*.

Digitized by Google

Pluvia ingruit, ſubaudi *aqua*: nam dicimus, *pluviis diebus*; & apud Juriſconſultos Titulus eſt, *de aqua pluvia arcenda*. Ovid. *Pluvioque madeſcit ab Auſtro*. » [Lucr. » *Mittunt humorem pluvium*; *Humor quo pacto pluvius* » *concreſcit in altis Nubibus*.] Cato R. Ruſt. *Quum tempeſtates pluviæ fuerint*. Æneid. 1. *Pluviaſque Hyadas*.

Aqua, ſ. fluvius, ſ. amnis. *Confluens*, *profluens*, *torrens*, Adjectiva ſunt, in quibus abſolute poſitis intelligitur *aqua*, *fluvius*, vel *amnis*. Cic. 2. Natur. *Nam ut profluens amnis*, *aut vix*, *aut nullo modo*. &c. Lucanus lib. 2. *Torrenti ſanguine*. Livius lib. 1. *Pueros in profluentem aquam mitti jubet*. Virgil. 2. Georg. *Nec non & torrentem undam levis innatat alnus*: idem lib. 10. *Torrentis aquæ more furens*: Idem, *Torrentia flumina*. » [Ul» pianus leg. 1. ff. de flum. *Fluminum quædam ſunt peren*» *nia*, *quædam torrentia*. *Perenne eſt*, *quod ſemper fluit*; » *Torrens*, *quod tantum hyeme*. Ovid. 2. Pont. 3. *Quo* » *magis admiror*, *non*, *ut torrentibus undis*, *Communis vi*» *tii te quoque labe trahi*. Curtius 8. *Urbs cingitur amne* » *torrenti*. Juſtin. lib. 4. *Nuſquam alias tam torrens fretum*. » Curtius lib. 9. *Torrentia præcipitia alveo incurrunt*. Lu» cret. *In medioque ſitit torrenti flumine potans*.]

Aquæ. *Bajanæ*, *Albulæ*, *Calidæ*, *Frigidæ*, *Stativæ*, ſupple *aquæ*.

Arbor. *Delphica laurus*, *tarda morus*, *patula fagus*, ſubaudi *arbor*: nam nomen generale rectius ſubauditur, aliquando additur. Plinius libro 12. cap. 21. *Taxi arboris ſuccum*. Suetonius Veſp. *Arbor quoque cupreſſus in agro avito*. Gellius lib. 9. cap. 6. *Folia olearum arborum*. Unde propriè Ennius dixit, *Capitibus nutantes pinos*, *rectoſque cupreſſos*: de quo vide Gell. l. 13. c. 20. » [& Diomedem, qui teſtatur, *Pinus* in maſc. & fœm. » genere inveniri.] Hinc Catullus dixit, *ulmum maritum*: nam maritus adjectivum eſt. Vide Virg. » [In » *Oliva* ſubauditur *arbor*, ſicut in *Olivum* involvitur » *unguen*.]

Colum. lib. 5. cap. 10. *Eodem tempore juglandem*, & *pineam*,

pineam, *& caſtaneam ſerere oportet*, ſubaudi *arbores*: nam hæc nomina adjectiva ſunt. Vide *Nux*.

Argumentum. *Antecedens*, *Conſequens*, adjectiva ſunt, ſed in abſolutis deeſt *argumentum*. Cic. in Topic. *Alia ex antecedentibus*, *alia ex conſequentibus*.

Ars vel ſcientia. In illis, *Grammatica*, *Rhetorica*, *Dialectica*, deeſt, *ars*. Varro lib. 4. ling. *artificibus maxima cauſa ab arte: id eſt, ab arte medicina medicus ut ſit; à ſutrina ſutor.* » [Vide infra *Taberna*. Julius Fir» micus, *Minerva artis textrinæ magiſtra*. Plaut. Capt. » *Carnificinam facere*, ſubaudi *artem*: ſicut Idem dicit, » *facere artem ludicram*: *Carnificinum* quoque *cribrum*, » dixit Moſtel.] Ter. Hecyr. *ab arte muſica*; ibid. *artem muſicam*. Quinctil. lib. 2. (10) *Namque uno modo fit appoſitum* ars Rhetorica, *ut* navis piratica, *altero nomen rei*, *qualis eſt*, philoſophia, amicitia. Hæc ille; cui ut in priore parte faveo, ſic in poſteriore obſto: nunquam enim ex adjectivo nomine fiet ſubſtantivum, ut diximus. Gell. lib. 16. cap. 10. *Rei grammaticæ peritus.* Plin. *Hippocrates clariſſimus medicinæ ſcientiæ.* » [Hy» gin. fab. 274. *ne quis ſervus artem medicinam diſce» ret.*]

Aſſium vel aſſibus. *Duodecim æris*; *octonis æris*; *decem millibus æris*, (11) ſubaudi *aſſibus*. A. Gell. lib. 20. cap. 1. *Si*

(10) *Namque uno modo fit appoſitum.*] Locus hic occurrit lib. II. cap. 14. ubi agitur de *Rhetorices* nomine & etymo, atque adeo traditur hiſce verbis, eam vocem modo eſſe *Appoſitum* ſeu Adjectivum, veluti quum dicitur *ars Rhetorica*, modo eſſe *Nomen rei*, ſeu Subſtantivum, quale eſt *philoſophia*, *amicitia*. At in hoc poſteriore modo non fit verum Subſtantivum, ſed Subſtantivi ſpeciem accipit per Ellipſin; quod & Sanctius voluit in verbis, quæ ſequuntur.

(11) *Subaudi aſſibus.*] Ego potius ſubaudirem *libris*, quod eſt vocabulum generalius, & proinde diſtinctionis gratia recte ac paſſim recipit τὸ *æris*. At vero *aſſes æris* vix putem antiquis temporibus dictum, quippe quum *aſſes* non fuerint niſi ærei, & nil aliud fuerint olim, quam libræ æris. Unde recte apud Gellium *viginti quinque æris*, ſcilicet libræ, exponuntur per XXV. *aſſes*. Vide Diſſertationem noſtram de *Aere gravi*.

Digitized by Google

Si injuriam alteri facit, viginti quinque æris pœnæ ſunto: quis enim erit tam inops, quem ab injuria facienda viginti quinque aſſes deterreant? Budæus Agricola.

» [Auctoramentum. Livius 44. *Vix gladiato-*
» *rio accepto, decem talentis, ab rege, rex in eam*
» *fortunam recidit*, ſubaudi *auctoramento*, vel *præ-*
» *mio*, quod Gladiator accipit, ut arenæ locet ope-
» ram.]

Avis. Virg. 4. Æneid. *Solaque culminibus ferali carmine bubo Viſa queri. Retulit*, inquit Servius, *ad avem, nam Bubo maſculinum eſt: ſæpè enim mutamus genus, referentes ad generalitatem; ut ſi dicamus*, bona turdus; *referendo ad avem: aut* prima eſt A, *referendo ad* Literam, *cum A ſit neutrius generis.* Hæc Servius; quæ verba ſi Grammatici adverterent, multa inepta vitarent. Ovidius, *Martia picus avis.* Martial. lib. 13. de Phaſiano, *Argiva primum ſum tranſportata carina.* Plinius de pſittaco, *India hanc mittit*: idem de Apodibus lib. 10. cap. 39. *Hæ ſunt, quæ toto mari cernuntur.* Lucret. lib. 4. de accipitribus, *Viſæque volantes.* Hinc Virgilius; *Aëriæ grues*, & *Strymoniæ grues.* Vide *Arbor*, *Amnis*, *Herba*, *Urbs.*

In illis etiam adjectivis, *ales*, *præpes*, *volucris*, deeſt, *avis.* Cic. in Arato, *Inde eſt ales avis lato ſub tegmine cœli*: idem, *Pulcherrima præpes læva volavit avis*: idem 1. Natur. *cum volucres angues ex vaſtitate Libyæ.* Valer. Maxim. lib. 1. cap. 6. *quorum majorem numerum præpetes diripuere aves.* Apul. de Deo Socrat. *igitur ales beſtia prævenit*: & lib. 5. Aſini: *Alitibuſque beſtiis.* » [In Per-
» vigilio Veneris, *Pueri mater alitis*, pro alati Cupi-
» dinis.]

Beſtiæ, vel Pecudes. Ovidius. *Terra feras cepit*, ſubaudi *beſtias*, Cicero, *Nam cum cæteras animantes abjeciſſet ad paſtum.* Virgil. *Nulla neque amnem Libavit quadrupes, neque graminis attigit herbam.* Varro 2. Ruſt. *Et pertinent ad feras beſtias ac ſylveſtres.* Cicero, *Quam varia genera beſtiarum, vel cicurum, vel ferarum.* Livius

vius lib. 34. *ſicuti feræ beſtiæ irritatæ.* Valer. Maxim. lib. 2. cap. 2. *feris beſtiis objecit.* Curtius lib. 5. *Quaſi feras beſtias ipſos poſſe deprehendi*: idem lib. 6. *cum feris beſtiis res eſt*: idem lib. 8. *Mittor ad feras beſtias*: ibid. *vivendum eſſe in ſolitudine, veluti feræ beſtiæ.* Poteſt & intelligi *pecudes*: nam *pecudes* omnia dicuntur animalia. » [Lucretius, *Inde feræ pecudes perſultant pabula læta.*] Varro libro 2. Ruſtic. cap. 5. *Qui gregem armentorum emere vult, obſervare debet primum, ut ſint hæ pecudes ætate potius*, &c. ibid. cap. 1. *Etiam nunc in locis multis genera pecudum ferarum ſunt aliquot.* Mart. *Affuit immiſtum pecudum genus omne ferarum.*

Bonæ. *Homo frugi, homines frugi*, (12) ſubaudi *bonæ*: *Frugi*

(12) *Subaudi bonæ.*] Non neceſſe arbitror ſubaudiri ſemper τὸ *Bonæ*, quum per ſe ſententiam hac quidem parte abſolvat iſta phraſis, ſignificetque hominem frugi natum, utilem ſibi vel aliis. Plaut. Aſin. I. 3. 23. *Lena, quæ frugi eſſe vult, non bene agit cum quiquam amante*, h. e. utilis ſibi, & ſuam artem diligenter curans. Neque vero τὸ *Frugi*, etiam ſi addatur *Bonæ*, neceſſario Genitivum in his eſſe arbitror, ſed poſſe etiam Dativum eſſe, & intelligi vel *idoneus*, vel *natus*: in qua ſententia certe Priſcianus fuit, Vide eum lib. VI. p. 682. & lib. XI. p. 924. Et ita ſolent aliis quoque jungi Verbis & Nominibus Dativi. Tacit. An. I. 51. *Inceſſit itineri & prælio*, ſcil. paratus, idoneus. Sall. Catil. 32. *Quod neque inſidiæ Conſuli procederent*, h. e. inſidiæ Conſuli ſtructæ. Cic. Parad. V. 3. *Quæ eſt iſta ſervitus tam claro homini, tamque nobili.* Sed & ita forſan *Res mancipi*, h. e. res, qualis, & quo jure, mancipi venditur a populo. Nam & hunc Dativum eſſe, tradit ibidem Priſcianus. Vide & quæ notavimus IV. 2. 1. pag. 529. de Vocabulo *Oppido*. At Voſſius Anal. I. 46. & Urſinus To. I. pag. 131. Genitivum eſſe volunt. Et ſane Plinius XXXIII. 3. *qua conſuetudine in his emptionibus, quæ mancipii ſunt, etiam nunc libra interponitur.* Ut adeo liquere ex eo loco videatur, rectius vocem *Mancipi* pro Genitivo haberi, ut contractam ex *Mancipii*, eo ſenſu quo dicitur paſſim *Mancipio* aliquid emi vel vendi. Denique ita Munerum nomina, veluti *Xviri ſtlitibus judicandis, IIIviri Reip. conſtituendæ, agro dividundo*, &c. Vide ſupra ad Vocem *Aptus*. Certe illa detractio literæ S in Genitivis non probatur exemplis *Achilli, Perſi*, à Servio allatis. Sunt enim hi Genitivi, non ab *Achilles, Perſes*, ſed ab *Achilleus, Perſeus.* Etenim tripli-

ci

Digitized by Google

Frugi enim genitivus eſt a *Frux*, extrito S, » [ſicut » in *Mehercle* factum ait Cicero, pro *Mehercules*.] Antiqui dicebant *bonæ frugis*, poſtea *bonæ frugi*, deinde *frugi* tantum. » [Servius in illud Virg. *Immitis Achilli*; » *Propter homœoteleuton*, inquit, *detraxit S literam, non* » *ſolum neceſſitatis, ſed & euphoniæ cauſa. Salluſt.* A prin- » cipio urbis ad bellum Perſi Macedonicum. *Detrahi-* » *tur autem S tertiæ declinationis genitivo.*] Cic. Attic. lib. 4. *Permodeſtus ac bonæ frugi homo.* Plaut. Capt. *Fui ego lepidus, neque bonus vir unquam, neque frugi bonæ:* idem Caſ. *Bonæ frugi hominem jam pridem eſſe arbitror.* Ulpianus, *Sed ſi bonæ frugi ſervus intra annum*, &c. Budæus in pandect. *Frugi bonæ, & bonæ frugi, cum dicebant, probum officioſumque conſummate ſignificabant: quanquam apud Gellium, frugis bonæ legitur.* Hæc ille. Plaut. Milit. *Fac ſis frugi.*

Cacumen. » [*Cacumen* ſubauditur in iſto Horat. *Ven-* » *tum eſt ad ſummum.* Lucr. extremo lib. 5. *Namque* » *alia ex alio clareſcere corde videbant, Artibus ad ſum-* » *mum donec venere cacumen.*]

Campus, vel Spatium. Horat. 3. Carm. *Catus idem per apertum cervos jaculari*, ſubaudi *campum*, ut notat Lambinus.

Canis.

ci modo enuntiaverunt Veteres, Græci & Latini, hæc propria nomina, ut ſcil. dicerent *Perſa, ſæ: Perſes, ſis: Perſeus, ſei*, vel *ſi*. Exempla ſingulorum paſſim occurrunt. Et a Nominativis in *Eus* formatos eſſe hos Genitivos, multis, ut ſolet, oſtendit exemplis Voſſius Anal. II. 9. Adde, haud facile ideo reperiri tales Genitivos tertiæ declinationis in nominibus Appellativis, quale hoc *Frugi* eſt. Et ſi reperiuntur, eorum illa ſunt nominum, quæ ſimul tertiam & quintam Declinationem admittunt, veluti *Plebs* & *Plebes*, unde *Tribunus plebis*, & *Tribunus plebei*. Adhibetur autem hoc *Frugi* ſæpe ita abſolute, quaſi eſſet Adjectivum, unde crediderunt quidam eſſe Nomen indeclinabile. Plautus Aſin. V. 2. 7. *Ego illum putavi Siccum, Frugi, Continentem*, cui reſpondetur, *At nunc ſcito illum Madidum, Nihili, Incontinentem.* Phædr. fab. 63. *at alteram lanificam, & Frugi ruſticam.* Cicero Famil. XVI. 21. *cujus Frugi ſeveraque eſt vita.*

Digitized by Google

Canis. *Moloſſus*, *Gallicus*, *Lacon*, *Canarius*, ſubaudi *canis*. Virgilius: *canibus ſuccincta Moloſſis*: Horatius 1. Sermon. *Simul domus alta Moloſſis Perſonuit canibus*. *Canis Gallicus*, Ovid. lib. 1. Metamorph.

» [Canticum. In *Claſſicum*, *Bellicum*, ſubauditur » *canticum*. Cic. *Bellicum me ceciniſſe dicant*. Livius, *Vo-* » *catis claſſico ad concilium militibus*.]

Capilli, vel crines. Cic. *Non cani*, *non rugæ*, *repente autoritatem afferre poſſunt*, ſubaudi *capilli*. Ovid. 2. Metamorph. *Et glacialis Hyems canos hirſuta capillos*. Lucanus 1. *Turrigero canos effundens vertice crines*.

Caro. *Utor bubula*, *ſuilla*, *ferina*, *ovilla*, *agnina*, *caprina*, ſubaudi *carne*. Salluſt. *Gætulis cibus erat caro ferina*: Idem, *Numidæ plerumque lacte & ferina carne veſcebantur*. Pomp. Mela. lib. 1. *cibus eſt caro*, *plurimum ferina*. Horat. Epiſt. 15. *vilis agninæ*. Vide Lambinum.

Caſtra. Curt. 3. *Stativa illic habuerat Cyrus*, (13) deeſt *caſtra*. Cic. *Omnes agros*, *ſtativa*, *portus*. Cæſar 3. Civil. *Eodemque die uterque eorum ex caſtris ſtativis exercitum educunt*: & paulo poſt, *Scipio in caſtris ſtativis biduo moratus*. Cic. 7. Verr. *caſtra ſtativa*: idem 12. Philip. *Hæc cuſtodia*, *hoc præſidium ſtativum*. Salluſt. Jugurtha, *plerumque milites in ſtativis caſtris habebat*.

Cauſa, vel gratia, vel ergo. Terent. Adelph. *Ne id aſſentandi magis*, *quam quod habeam gratum*, *facere exiſti-*

(13) *Deeſt caſtra.*] Idem vocabulum deeſt etiam, quando occurrit *Æſtiva*, & *Hyberna*. Cic. Famil. II. 13. *Cum primum æſtiva attigiſſem*. XVI. 27. *Incredibile eſt*, *quæ ego ſcio illos in æſtivis feciſſe*. Liv. XXXVII. 14. *Quieta æſtiva acturos*. Suet. Tib. 11. *Ordo æſtivorum tuorum*. Additur *Caſtra* ab eodem Suetonio in Claud. c. 1. *Obiit in æſtivis caſtris*, *quæ ex eo Scelerata ſunt appellata*. Tacit. An. I. 16. *Caſtris æſtivis tres ſimul Legiones habebantur*. Sic *Prætorium* de Corpore Militum Prætorianorum abſolute dicitur paſſim pro *Prætorium Caſtrum*, ut multis ex profeſſo probavimus contra Ulr. Huberum in *Diſquiſitione* noſtra *de Prætorio*.

Digitized by Google

exiſtimes, deeſt ἕνεκα, vel χάριν, id eſt, *cauſa*, vel *gratia*, vel etiam *ergo*. Virgil. *Illius ergo Venimus*: Idem, *Juſtitiæne prius mirer, belline laborum?* Ovid. 2. Metam. *Succeſſorumque Minervæ Indoluit.* Salluſt. 1. Hiſtor. in oratione Philippi, *exercitum opprimendæ libertatis habet.* Vide Aldi ſcholia in Salluſt. & Briſſonium. Tacitus lib. 2. *Germanicus Ægyptum proficiſcitur cognoſcendæ antiquitatis*: ibidem, *Pugnam pro Romanis ciens, oſtentandæ, ut ferebatur, virtutis*: idem lib. 3. *Erectis omnium animis petendæ è Piſone ultionis*: ibid. *Crebro ſe militibus oſtentaſſet ab Narnia vitandæ ſuſpicionis*: ibidem, *Multa populus paravit tuendæ libertatis, & firmandæ concordiæ*: idem lib. 4. *Qui pecuniam à Vario Ligure omittendæ dilationis ceperat.* Horat. lib. 3. *Da Lunæ propere novæ, da noctis mediæ, da puer auguris Murænæ*, ſupple *cauſa.* Vide Feſtum in voce *Ergo*, & Priſcianum lib. 18. » [Ne- » pos Timol. *Nunc demum ſe* (14) *voti damnatum eſſe*, » id

(14) *Voti damnatum.*] Dicitur id eodem modo, quo *Voti reus.* Eſt autem *Voti reus*, qui ſe obligavit Diis ad præſtandum aliquid, ſi conſequatur id, quod petit. Id vero ubi jam conſecutus eſt, dicitur *damnatus voti*, h. e. damnatus ad præſtandum id, quod voto promiſit. Hinc dicitur quis etiam *damnari votis* ſcil. ſolvendis, apud Virgil. Eclog. 5. Sic porro *Damnari pœnæ capitalis*, h. e. ad ſubeundam eam. Liv. XLII. 43. *Novus deinde Prætor capitalis pœnæ abſentes decreto damnat.* Cic. de Sen. 12. *Qui in vinculis erant damnati rei capitalis.* In his intellige *ſententiâ*, vel *pœnæ ſubeundæ ergo*, at illic *voti ſolvendi*, vel *voti ſuſcepti & facti*, *ergo* Cereris *gratia*, vel *ergo*, vel *nomine*, intelligendum eſt etiam in phraſi, qua quis dicitur *damnari ſcelerum*, quod memoravimus ad II. 3. not. 3. pag. 164. Et *damnare fraudis ſub judice* apud Tacit. Ann. III. 36. Vide & mox ad vocem *Crimine.* Sed & ſimili modo dicitur *Veniam defectionis impetrare* apud Curtium VI. 1. ubi & ſequentia eandem præferunt conſtructionem in MStis, (Vide Gronovium Patrem Obſerv. II. 12. pag. 309.) ex quibus proinde ita legendum, *Megalepolitanis, quorum urbs erat obſeſſa, defectionis ejus* (ſcil. cauſa) *Achæi & Elei CXX. talenta dare juſſi.* Immo nihil frequentius hac Ellipſi in locutionibus quampluri[illegible]mis. Unde & is, qui Urbi relinquebatur præfectus tempore Latinarum feriarum; ad quas omnes ex Urbe Magiſtratus proficiſce-

Nn [illegible] batur,

» id eſt, propter votum, quia id impetrarit, cujus cauſa » votum feciſſet.]

Centena. *Debet decies*, aut *debet ſeſtertiûm decies*, (15) integrum erat, *debet decies centena millia nummûm ſeſtertiûm*. Martial. XII. 10. *Habet Africanus millies*. Vide Bud. de Aſſe.

Cibus. Terent. *Vix de demenſo ſuo*, deeſt *cibo*: ſic dicimus, *diurno vivit*, *diario contentus eſt*, ſubaudi *cibo*. Plaut. Stich. *vos meminiſtis quot calendis petere demenſum cibum.*

Cinædus, vel puer. *Exoletus* adjectivum eſt, unde *exoleti* dicuntur cinædi adultiore, qui jam adoleſcere, id eſt, creſcere, deſierunt, ut ait Feſtus. Cic. *Semper exoletos, ſemper lupas, ducebat.*

Clitella. *Impono tibi, quia tu mihi impoſuiſti*, ſubaudi *clitellam*: urbanitatis gratia non exprimitur. Cicero Attic. *Clitellæ bovi ſunt impoſitæ.* Plautus Moſtell. *Sarcinam imponam ſeni*, id eſt, clitellam: ibid. *Vehit hic clitellas, vehit hic autem alter ſenex*: & infra, *Ego homines habeo clitellarios.* Cic. 2. Natur. *Nos onera quibuſdam beſtiis, nos juga imponimus.*

» [Cœ-

bantur, dicebatur ſimpliciter *Præfectus Latinarum feriarum* ſcil. *cauſa*. Vide Inſcript. apud Spon. Itiner. To. 1. p. 344. Ut adeo mirer Doctiſſ. ceteroqui Caſaubonum ad Capitolinum in Marco Antonino cap. 4. ubi dicitur, *Nec multo poſt præfectus feriarum Latinarum*, ſcil. fuit, tradere, neque dictum aut dici potuiſſe, *præfectus feriarum Latinarum*, ſed *præfectus Urbi Latinarum feriarum cauſa*, quomodo & iſtic reſcribi proinde voluit, non ſine manifeſto, ut ex dictis patet, errore. Nec tamen opus, ut in iſta locutione intelligatur ſemper *cauſa*, quum poſſint etiam alia intelligi, veluti *ſacro*, aut *diebus*. Certe ita Tacit. Ann. IV. 36. *Ut Feriarum Latinarum diebus Præfectum Urbis Druſum* &c. Sueton. Ner. 7. *Auſpicatus eſt & juriſdictionem Præfectus Urbis Sacro Latinarum.*

(15) *Integrum erat, debet decies centena.*] Immo vero integrum eſt, *debet decies centies ſeſtertiûm pondus argenti in nummis*, ſicuti cenſet, & contendit Vir Summus, Joh. Frid. Gronovius in præclaro opere *de Pecunia Vetere*. Vide eum inprimis lib. 1, cap. 5.

» [Cœlum. *Luceſcit*, *Veſperaſcit*, ſubaudi *cœlum.* » Nepos in Pelopida: *Cum Athenis interdiu exiſſent, ut* » *veſperaſcente cœlo Thebas poſſent pervenire.*] *Sub dio*, ſubaudi *cœlo*: teſte enim Capro Grammatico, (16) *ſub divo veteres dicere ſolebant.* Horat. 1. Carm. *Namque Dieſpiter plerumque per purum egit equos.* Lucan. 1. *Fulgura fallaci micuerunt crebra ſereno*, ſubaudi *cœlo.* Virgilius Georg. *multa forent quæ mox cœlo properanda ſereno.* Horat. lib. 2. Satyr. 4. *Maſſica ſi cœlo ſupponas vina ſereno.* Livius 7. Maced. *Nurſiæ ſereno*: & infra, *ſereno cœlo.* Vide *Tempus.*

Cœna. Sueton. Auguſto, *Convivabatur aſſiduè, nec unquam, niſi recta*: idem Veſp. *Sed & convivabatur aſſiduè, ac ſæpius recta, ac dapſile, ut macellarios adjuvaret.* Martial. lib. 8. *Promiſſa eſt nobis ſportula, recta data eſt*, ſubaudi *cœna.* Sueton. Domitian. (17) *Sportulas ad rectas cœnas redegit.*

Conſilium. *Perſtat in propoſito*; *arcanum celat*; *ſecretum cuſtodit*, ſubaudi *conſilium*, [vel *Negotium*, & ſic deinceps] Juvenal. *Si te propoſiti nondum pudet, atque eadem eſt mens*, ſubaudi *conſilii.* Horat. in Odis, *arcana conſilia* dixit. Val. Maxim. lib. 2. cap. 1. *arcana conſilia patrum*: idem lib. 3. cap. ult. *propoſitum conſilium.* Hinc dicimus, *a ſecretis*, ſubaudi *conſiliis.* Salluſt. *Falſo queritur genus humanum*, (18) ſubaudi *conſilio.* Vide & *Judicio.*

» [*Cer-*

(16) *Sub divo Veteres &c.*] Nihil in his eſt argumenti ad probandam, quam Sanctius recte ſtatuit, Ellipſin. Repone ergo, *ſub divo cœlo Veteres &c.* ac vide Flavium Caprum in Libello *de Orthographia.*

(17) *Sportulas ad rectas &c.*] Verba Suetonii in Domit. cap. 7. ſunt, *Sportulas publicas ſuſtulit, revocata cœnarum rectarum conſuetudine.*

(18) *Subaudi Conſilio.*] Immo potius, *nomine*, *modo*, *negotio*, ut in omnibus ejus formæ Adjectivis, quæ Adverbiorum ſpeciem habent, veluti, *Tuto*, *ſecreto*, &c. Ita mox *conſulto* & *inconſulto* Participia ſunt, & intelligitur *negotio*, *modo*, ſic *augurato*, *cognito*, &c. Neque id minus verum eſt, eo, quod alicubi legatur *conſulto conſilio.* Vide & infra ad *Judicio.*

Digitized by Google

» [*Certum eſt facere, abire*, ſubaudi *conſilium*. Plaut. » Epid. *Eundem ſenem oppugnare certum eſt conſilium mi-* » *hi*, pro conſilium bene viſum & conſultum. Etiam » in *conſulto* ſubauditur *conſilio*. Plaut. Truc. *Conſulta* » *ſunt conſilia, quando intro advenerunt*, id eſt, jam inter » ſe compacti ſunt. Paulus quoque Juriſc. dixit, *conſul-* » *to conſilio*.]

Conſtitutus. (19) Cicero de Seneƈt. *Ille vir haud magna in re, ſed fidei plenus.* Horat. *Me libertino patre natum, & in tenui re*, ſubaudi *conſtitutum*.

Copia. In verbis copiæ & inopiæ, ſi ſit genitivus, poteſt intelligi *copia*, (20) vel, more Græco, præpoſitio ἐκ: ut, *eges medici*, ſubaudi *copia*, vel *egeſtatem*: *abundas pecuniarum*, deeſt *copia*. Cæſar. 2. Civil. *Quæ res omnium rerum copia complevit exercitum*: Idem lib. 1. Gal. *Abundare copia omnium rerum*: & lib. 8. *abundare copia frumenti*, » [Livius 38. *Urbem plenam omnium* » *rerum copia invenit*. Vide infra in Helleniſmo.

» [Corona. Plautus Capt. *Collus collaria caret*, ſub- » audi *corona*: quicquid enim coronat, ſive ambit col- » lum; *corona* dicitur: ut Nævius, *collum marmoreum* » *torquis gemma coronat*.]

Civica donatus, muralem, & obſidionalem adeptus; *Gramineam ei milites obtulerunt, lauream meruit*; ſubaudi *coronam*. Sueton. Jul. *Jus laureæ coronæ*: Idem, *Nero coronam capite gerens Olympicam, dextra manu Pythiam.* Plinius lib. 7. *Primus omnium eques coronam muralem acceperat, ſex civicas*, Idem lib. 16. cap. 4. *Hinc civicæ coronæ, militum virtutis inſigne.* » [Servius in 1. Æneid. » *Si* ſertos *dixero, adde* Flores, *ſi* ſertas, *adde* Coro- » nas, *ut Lucanus*, *Accipiant ſertas nardo florente coro-* » *nas.* Hæc Servius. Itaque & *ſerta* adjeƈtivum eſt, » ad-

(19) *Cicero de Seneƈt.*] Confer, quæ notavi ſupra ad Vocem *Affeƈtus*.

(20) *Vel more Græco præpoſitio* ἐκ.] At tu vide, quæ notavimus ſupra ad II. 3. pag. 167. 168.

Digitized by Google

» addique debet *coronamenta*. Virgil. *Serta procul capiti* » *tantum delapſa jacebant*, aut ſubaudi *negotia*, ut ſerta » negotia florum ſint ſerti flores. Vide *Negotium*.]

Crimine, vel actione. In verbis accuſandi, aut abſolvendi, ſi genitivus reperiatur, deeſt *crimine*: ut, *furti damnatus*; *repetundarum abſolutus*.

(21) Barbare verò dices, *accuſo te criminis*; quia nullum verbum regit genitivum. Cicero pro Ligar. *Fuerint cupidi, fuerint irati, fuerint pertinaces, ſceleris verò crimine, furoris, parricidii, liceat Pompejo mortuo, liceat multis aliis carere*: idem 5. epiſtol. *Ne vitium arrogantiæ ſubſequatur*. » [Nepos Milt. *Hic etſi crimine Pario eſt* » *accuſatus*: & Themiſt. *Hoc crimine, proditionis abſens* » *eſt damnatus*.] Valer. Maxim. lib. 2. cap. 1. *Quapropter non es damnandus rigoris ruſtici crimine, C. Mari*: idem lib. 4. cap. 2. *Qui inceſti crimine à tribus Lentulis accuſatus*: ibid. cap. 6. *Et diri facti crimine ſub magno judice damnatum*: & lib. 6. cap. 1. *Crimine impudicitiæ damnatus eſt*: ibidem cap. 5. *Filius ejus adulterii crimine damnatus*. Apul. lib. 7. in princ. *Crimine latrocinii in hoſpitem mihi chariſſimum poſtulabar*. Vide Hadrianum Cardin. *Facinoris crimen*. Horat. lib. 2. Sat. 3. *An commotæ crimine mentis Abſolves hominem, & ſceleris damnabis eumdem?* » [Virgil. 6. Æneid. *falſo damnati crimine mor-* » *tis*.] Ovid. 5. Faſt. *Sceleris crimine damnat avos*. Martial. lib. 11. *Arguimur lentæ crimine pigritiæ*. Statius 2. Theb.

(21) *Barbare vero dices, &c.*] Non ita barbare hæc dici oſtendimus allatis exemplis jam ſupra ad II. 3. pag. 164. Verum quidem eſt, quod ſubjungitur, à nullo Verbo regi Genitivum, ſed non opus eſt τῷ *criminis* regi in hac locutione à Verbo, cum ſatis commoda ſtatui queat Ellipſis vel τ͂ *Cauſa*, aut *Ergo*, ut in *Damnare* paulo ante fieri oſtendimus, vel τ͂ *Nomine*, ut ex Cicerone mox cenſet Scioppius. Atque ita *Reus ſceleris*, *facti*, &c. quæ paſſim occurrunt. Sed & ita exponendus Livius l. 32. *Quarum rerum, litium, cauſarum, condixit Pater patratus Populi Romani Patri patrato Latinorum*, intellige, *nomine*, *cauſa*. Locus Nepotis ex Themiſt. adverſatur Sanctio: nam & iſtic τῷ *proditionis* regitur a *Nomine* per Ellipſin omiſſo.

Digitized by Google

Theb. *Nec furibundæ crimine mentis Arguerim.* Specialia enim crimina in genitivo poſſunt aptè poni, ſi à generali voce regantur; *ſcelus* autem, ut inepti aliqui diſputant, generale nomen non eſt, ut ex teſtimoniis citatis colligitur. Nec me movet illud ad Herennium lib. 4. *Si quam unius peccati mulierem damnabant*: Nam nomen *peccati*, etiamſi generale ſit, ut *crimen*, adjunctione adjectivi *unius*, fit ſpeciale; itaque deeſt *crimine.* Quo etiam modo Livius lib. 3. dec. 1. dixit, *Unius tantum criminis niſi te vindices.* Quo in loco Perionius, aut Græco more dictum, aut aliquem ablativum deeſſe contendit; mihi videtur deeſſe, *actione*, ut ſit, niſi te vindices ab actione ſive accuſatione unius criminis. Cic. 2. Offic. *judicio capitis arceſſas.* » [Poteſt » tamen & ablativus, *Nomine*, ſubaudiri, ut *Criminis* » *nomine* ſit cauſa criminis ſeu criminoſa. Cic. *Damnatus* » *nomine conjurationis.*]

Crimen. Cic. 2. de legibus; *Quique non paruerit, capital eſt.* Plaut. Menech. *Nunquam ædepol fugiet, tametſi capital fecerit*, ſubaudi *crimen. Capital* etiam erat linteum capitis in ſacrificiis. Vide Feſtum.

Culmen. *Superba tecta*, *hoſpita tecta*, *recipere ſe in tecta ſua*, ſubaudi *culmina*, *faſtigia*, vel *negotia*, vel *ædificia.* » [Servius in Eclog. 1. *Ideo Culmina dicta ſunt* » *tecta*, *quia veteres ædificia culmo contegebant*, id eſt, » *paleis*, *vel ſtipula è meſſibus.* Virgilius 2. Æneid. » *Turres*, *& tecta domorum culmina convellant.* Poteſt » etiam ſubaudiri *tuguria.* Vitruv. lib. 2. cap. 1. » *Nonnulli ex ulva paluſtri componunt tuguria tecta.* » Similiter in *Lacunar* ſubauditur *tegmen*; nam *Lacunar* » pro *lacunare* adjectivum eſt.]

Culpa. Magna eſt quæſtio inter eruditos, de *noxa*, & *noxia.* Valla lib. 6. cap. 35. aſſerit, *noxam* eſſe damnum, *noxiam* vero nuſquam reperiri. (22) Ego aſſero, *noxam*

(22) *Ego aſſero noxam &c.*] Accipio hanc diſtinctionem, & *noxiam* arbitror cum Sanctio eſſe potius Adjectivum, in quo intel-

noxam eſſe damnum, ſive nocumentum; *noxiam* vero eſſe nomen adjectivum, in quo ſubintelligitur *culpa.* Terent. Eunuch. *Unam hanc noxiam mitte;* idem Heaut. *Magnum hoc quoque ſignum eſt, dominam eſſe extra noxiam:* idem Phorm. *Hic in noxia eſt; ille ad defendendam cauſam adeſt.* Ita dicimus, *nocere noxam*, id eſt, dare damnum, non autem, *nocere noxiam.* Hæc vera

intelligatur *culpa*, vel *res*, quam Subſtantivum ex *Noxa* formatum, per ἐπένθεσιν literæ I, ut voluit Donatus & alii. Sic *Noxius* pro reo. Tacit. Ann. V. 11. Eum *ut noxium conjurationis ad diſquiſitionem trahebat.* Sed *Noxam* cenſeo, non modo ſignificare damnum ſeu nocumentum, ut apud Livium XXXIII. 20. *Vetarent eos adventum pertimeſcere Regis; nihil his aut ſociis eorum noxæ futurum fraudive.* Tac. Ann. III. 13. *quod neque convictum noxæ reo, neque defenſum abſolutioni erat*, h. e. malo, quod in damnatione & pœna ineſt. Sed & notare ſimul ipſum quoque crimen ſeu maleficium, & pœnam criminis. Prius vide apud Livium V. 47. *Reum haud dubium ejus noxæ*, h. e. criminis. Alterum declarat uſitata locutio JCtis, *Noxæ dedere*, h. e. dedere ad malum pœnæ, ad nocendum quocunque modo illi, qui deditur. Plane ut Livio dicitur paulo ante adventus Regis nullis *noxæ futurus.* Et hinc apud Salluſt. Hiſtor. lib. I. in Oratione Philippi, *vellem, prava incepta conſultoribus Noxæ eſſe*, Et ibid. *Angi Noxarum metu*, h. e. pœnarum. Simplicius id putem, quam, quod nonnulli volunt interpretes, ut *Noxæ dedere* accipiatur pro *dedere noxæ nomine.* Et videtur illhæc expoſitio clariſſime refutari ex l. 1. §. 15. D. de Vi, ubi Dominus dicitur, *ipſos ſervos, maleficii cauſa, noxæ dedendo immunis eſſe.* Manifeſte enim iſtic *Noxæ* eſt Dativus, ac a *maleficio* diſtinguitur. Sed & ſic *Noxam mereri* pro pœna ponitur apud Petron. Immo diſerte id ita interpretari videtur ipſe Liv. VIII. 28. *Ne quis, niſi qui Noxam meruiſſet, donec Pœnam lueret, in compedibus teneretur.* Vide & Feſtum. Quin & ipſam culpam ac reatum ſignificat *Noxa.* Hinc apud Gell. IV. 2. ex edicto ædilitio titulis vendendorum ſervorum adſcribi debebat, *quis fugitivus, errove ſit, noxave ſolutus non ſit.* Sic & Livius XXIII. 14. *Eos noxa, pecuniave, ſeſe exſolvi juſſurum.* h. e. reatu, cui erant obnoxii, *auſi* quippe *capitalem fraudem*, & pecunia, quam debebant. Sic XLV. 31. *Noxa liberati interfectores.* Et I. 59. de ſtupro Lucretiæ, *avertendo Noxam ab coacta in Auctorem delicti.* Sueton. Aug. 67. *Illum a quo ſimul ambulante incurrenti repente fero apro per metum objectus eſt, maluit timiditatis arguere, quam Noxæ, remque non minimi periculi, quia tamen*

Nn 4 Fraus

vera differentia eſt, quicquid dicat Tribonianus. Juvenal. Satyr. 4. *Rubrius offenſæ veteris reus, atque tacendæ*, ſubaudi *culpæ*. » [Servius in illud Virg. *U-*
» *nius ob noxam*; *Noxam*, inquit, *pro*, *Noxiam. Et*
» *hoc intereſt*, *inter Noxam*, *& Noxiam*, *quod No-*
» *xia* culpa *eſt*, *id eſt*, peccatum; *Noxa autem* pœ-
» na.]

Cubiculum. Plinius lib. 30. cap. 6. *Poſt hæc jubent eum in pariete dormitorii ejus tectove includi*: ibid. *Eo liberat & lacerta viridis, viva in olla ante cubiculum dormitorii ejus ſuſpenſa.*

(23) » [*Curſum* ſubaudi in *Tendimus in Latium.* Ne-
» pos in Milt. *Morandi tempus non habens, curſum dire-*
» *xit, quo tendebat.*]

Datum. Virg. 4. Georg. *Scis, Proteu, ſcis ipſe, nec eſt*

Fraus oberat, in jocum vertit: ubi prorſus videtur poni pro fraude & culpa. At vero in illo ſenſu damni dati, & mali porro per pœnam accipiendi, ſeu ipſius pœnæ, poni poteſt τὸ *Noxia* quoque, ita ut intelligatur *Res*. Liv. XLI. 23. *Sine ullius eorum, quos oderat, noxia*, h. e. damno & malo. Et Plautus ſæpe *Commereri & mereri noxiam.* Vide Moſtell. V. 2. 26. & Trin. I. 1. 1. Adde Feſtum, apud quem Servius Sulpicius exponit *noxiam* per *damnum*, & Imp. Juſtin. Inſtit. de *Noxalibus actionibus*. Sed cujus, vel Triboniani, diſtinctionem Sanctius rejicit, & recte, ſi voluerunt illi eam fuiſſe hiſce vocabulis propriam ac perpetuam. Mihi certe videtur utrumque fere idem ſignificare, & ideo promiſcue ſæpe adhiberi; ſed tamen uſu magis frequentatum, ut *Noxa* pro nocumento ipſo & maleficio, ac ejus pœna ponatur, at *Noxia* pro culpa. Vide & Opuſcula de Latinitate JCtorum Veterum pag. 8. &c. & ibi Doctiſſ. Dukerum.

(23) *Curſum ſubaudi &c.*] Vel potius *Iter*. Virgil. Aen. VI. 240. *Quam ſuper haud ullæ poterant impune volantes Tendere iter pennis.* VII. 7. *Poſtquam alta quierunt Æquora, tendit iter velis.* Ovid. Metam. II. 547. *Ad Dominam tendebat iter.* Similiter Auct. B. Africani cap. 11. At *greſſumque ad mœnia tendit*, Virg. Aen. I. 414. Vide & infra Sanctium in Voce *Iter*. Poteſt etiam intelligi *Se*. Plautus Pſeud. I. 2. 81. *Tenes, quorſum hæc ſe tendant, quæ loquor.* Si enim edidit Taubmannus, & habent MSti, eo teſte.

eſt te fallere cuiquam, ſubaudi *datum*, vel *conceſſum*, (24) Vide *Facultas*.

Dei. *Per ſuperos & inferos rogatus*, ſubaudi *Deos*. Horat. *Carmine Dii Superi placantur, carmine Manes*: idem, *Me diis miſcent Superis*: idem 4. Carmin. *Dii Superi*. Apulej. *Utrum Lar ſit, an Larva, Deum Manem vocant.*

Dens. Perſius, *& genuinum fregit in illis*, ſubaudi *dentem*. Sic in illis, *caninus*, *maxillaris*, *molaris*, *columellaris*, de quibus Plin. lib. 11. cap. 37.

Dicto. Virgil. *Ocyus huc omnes*: idem, *Ocyus incubuere omnes*, (25) ſubaudi *dicto*: idem, *Et dicto citius tumida æquora placat.*

Dies. Ovid. in Faſt. *Bruma novi prima eſt, veterisque noviſſima Solis*, ſubaudi *dies*, vel *lux*: Dies enim, quia eſt ambiguum, utroque in Genere ſuppletur: ut, *quarto Idus*, *tertio Kalendas*, ſubaudi *die*.

Virgil. *Meus eſt natalis*, ſubaudi *dies*. Cicero Attic. *Hæc ad te die natali meo ſcripſi*: idem Bruto, *Nam die tuo natali victoria nuntiata*. Terent. Phorm. *Ubi erit puero natalis dies*. Errat igitur Valla lib. 4. cap. 10.
» [Plautus Trin. *Tu in perendinum paratus ſis, ut ducas*
» *uxorem*, ſubaudi *diem*: Cicero, *Utrum diem tertium*,
» *an perendinum dicere oporteat*. Cæſar 5. Gall. *Perendino*
» *die*. Afranius Privigno, *Feſtis promiſcue, atque profe-*
» *ſto, concelebras focum*, ſubaudi *diebus*, & *die*. Plaut.
» Au-

(24) *Vide Facultas.*] Nulla tamen iſtic hujus Ellipſeos exempla memorantur. Ego vero in hiſce locutionibus ſi quid intelligendum ſit, eam tamen *facultatis* vocem potiſſimum intellexerim. Certe Terentius addidit *Facile*, Adelph. V. 4. 8. *Cuivis facile eſt noſcere*, ubi potuiſſet dixiſſe, *cuivis eſt noſcere*. Sed tamen poſſe hæc etiam abſque Ellipſi commode ſatis exponi, oſtendimus in Notis ad Vocem *Libido*. Ceterum Auctor voluit ſine dubio lectorem remittere ad Vocem *Poteſtas*, ubi plura hujus locutionis exempla ab ipſo adferuntur.

(25) *Subaudi dicto.*] Malim *Solito*. Vide quæ notavi ad II. 10. not. 6. pag. 220.

Digitized by Google

» Aulul. *Feſto die ſi quid prodegeris, profeſto egere liceat.* » Cicero, *Aliquem in craſtinum differre*: idem, *Aliquid* » *craſtinus dies nobis pollicetur.*]

Agonales, *Appollinares*, *Faſti*, *Nefaſti*, ſubaudi *dies.* Vide *Feſta.* Plinius lib. 33. cap. 1. *Publicatis diebus faſtis.*

Dies, vel Tempus. Cicero 1. Catil. *Dixi, cædem te optimatum contuliſſe in ante diem V. Cal. Novemb.* idem Attic. lib. 3. *de Q. Fratre nuntii nobis triſtes venerunt, ex ante diem Non. Jun.* & lib. 2. *Comitia Bibulus cum Archilochio edicto in ante diem XV. Kalend. Novemb. diſtulit.*

Digitus. Adagium, *Minimo provocare*, ſubaudi *digito*: ſic *auricularis*, *annularis*, *medicus*, *infamis*: Perſ. *Infami digito, & purgalibus ante ſalivis.*

Domus. Ovid. *Regia Solis erat ſublimibus alta columnis*, ſubaudi *domus.* Seneca in Agamem. *Perlucet omne regiæ vitium domus.* Sic *baſilica*, ſubaudi *domus.* » [Vi- » truv. lib. 8. cap. 4. *Zama civitas Afrorum, cujus mœnia* » *rex Juba duplici muro ſepſit, ibique regiam domum ſibi* » *conſtituit.*]

Domum. *Uxorem duxit*, ſubaudi *domum*, vel *in domum.* Plaut. Aulul. *Volo te uxorem domum ducere.* Terentius Phorm. *Dotem ſi accipiet, uxor ducenda eſt domum*: idem Hecyr. *Nunquam ſe illa viva uxorem ducturum domum.* » [Plaut. Aulul. *Redi, atque intus ſerva,* » (26) ſubaudi *domum*: idem Ciſtel. *Sine filiam tuam eſſe* » *hic triduum, & ſervare apud me*: Et Mil. *Serva iſtas fo-* » *res; hoc obſervabo oſtium.* Terent. *Solus Sannio ſervat* » *domi*, ſubaudi *ædes.* Plaut. Moſtel. *Natus nemo ſervat* » *in ædibus*, id eſt, nemo eſt domi, qui domum velut » cuſtodiat.]

ENS.

(26) *Subaudi domum.*] Malim *res meas.* Sic mox ſupplendum illud ex Moſtell. V. 2. 22. *Natus nemo ſervat in ædibus*, intellige *res.* Aliud eſt, *ſervare* & *obſervare fores iſtas*, ſcil. malo plerumque animo, ut ſcias, quis intret aut exeat.

Digitized by Google

ENS. Livius; (27) *Ego Annibal peto pacem*, ſubaudi *Ens*. Priſcianus lib. 18. cap. 1. *Eſt autem, quando per ellipſin verbi*, vel *participii ſubſtantivi, hujuſcemodi caſuum*, id eſt, *nominativi cum obliquis, conſtructio ſolet proferri*:

(27) *Ego Annibal &c.*] Plura ſunt Ellipſeos hujus, ac rariora & notabilia magis exempla, cujus generis hic referri quædam debuerant. Corn. Nepos Catone 1. *Primum ſtipendium fecit annorum decem ſeptemque*, ſcil. ὤν. Plinius Paneg. cap. 38. *Qui, optimum adoptaturus, hoc quoque parentis indulgentiſſimi fecit, quod &c.* Et cap. 8. *O vere Principis atque etiam Conſulis, reconciliare æmulas civitates*, in quibus intelligitur *exſiſtens munus* vel *negotium*. Sueton. Claud. 33. *Libidinis in feminas profuſiſſimæ*, ſcil. *fuit, marium omnino expers*. Galb. 22. *Cibi plurimi traditur*. Domit. 13. *Ab juventa minime civilis animi, confidens etiam &c.* Sic enim diſtinguendum. Cap. 20. *Sermonis tamen nec inelegantis, dictorum interdum etiam notabilium*, ſcil. *exſiſtens*, *Vellem inquit &c.* Cap. 22. *Libidinis nimiæ, aſſiduitatem concubitus κλινοπάλην vocabat* Salluſt. Jug. 54. *Multa oppida temere munita, aut ſine præſidio* (ſcil. ὄντα), *capit*. Cap. 66. *Milites palantes, inermes, quippe in tali die, ac ſine imperio* (ſcil. ὄντας), *aggrediuntur*. Cap. 91. *Quæ poſtquam oppidani cognovere, res trepidæ, malum improviſum, ad hoc pars civium extra mœnia in hoſtium poteſtate* (ſcil. ὄντα) *coegere, uti deditionem facerent*. Hinc jam explicandum, & tali quidem modo, Caput 112. in quo mirifice hæſitant interpretes: *neque hominem nobilem, non ſua ignavia, ſed ob Remp. in hoſtium poteſtate, relictum iri.* Intellige, *in hoſtium poteſtate* ὄντα, & confer cum proximo priore loco: ita omnia erunt plana. Huc quoque pertinet vexatiſſimum illud Propertii III. 18. *Durus, qui lucro potuit mutare puellam. Tantin' in lachrymis Africa tota fuit?* Quam variis modis hic locus tentetur, etiam ab ipſo Viro Summo, Gronovio Patre, Vide Ejus Obſerv. III. 17. Sed nihil audacius Broukhuſio, qui veriſſimam lectionem & pulcherrimam phraſin, *in lachrymis*, imperite prorſus ac temere præter MStorum fidem ex Propertio ejecit, & ex conjectura ortum ſubſtituit *in lucris*, quo *nihil melius, nihil verius*, pronunciat, ut ſolet. Aſt nihil profecto iſtic mutandum. *In Lacrymis* enim exponendum, ut jam ferme vidit Schottus, male a Broukhuſio rejectus, *exiſtenti in ipſis illis lachrymis*, ſuis ſimul & puellæ, quum ultimum ſibi invicem vale dicerent, quo tempore, & *quibus in lachrymis*, maxime moventur amatores. Audi ipſum Propertium I. 5. 11. *His ego non horam poſſum durare querelis. Ah pereat, ſi quis lentus amare poteſt. An mihi ſit tanti doctas cognoſcere Athenas, Atque Aſiæ veteres cernere*

Digitized by Google

ferri : ut, filius Pelei, Achilles, bellans multos interfecit Trojanos : *ſubauditur enim participium verbi ſubſtantivi*, *ENS*, *quod in uſu nunc nobis non eſt*, *pro quo poſſumus.*, qui eſt, *vel*, qui fuit Pelei filius, *dicere*,

cernere divitias ; Ut mihi deducta faciat convicia puppi Cynthia, *&* *inſanis ora notet manibus?* Similes vero Ellipſes Participii ante Præpoſ. IN paſſim occurrunt. Sic Salluſt. Jug. 40. *Qui a Jugurtha in Legationibus aut imperiis pecunias accepiſſent.* Cicero Catil. IV. 1. *Eſt mihi grata in dolore veſtra voluntas.* Ovidius Metamorph. VIII. 313. *Hippaſus*, *& primis etiam nunc Neſtor in annis*, h. e. Neſtor exſiſtens adhuc in prima juventa. Idem plene & abſque Ellipſi, Metam. XIII. 546. *pœnæque in imagine tota eſt.* Porro Phædrus fab. 9. *Lepus ſemanimis mortis in ſolatio*, h. e. quum ſolatium mortis ſuæ perciperet ex eo, quod ille, à quo irridebatur, ſimili morte periret. Quam locutionem recte jam vindicat & tuetur ipſe Gronovius contra varias aliorum conjecturas, ut videri poteſt in Notis Schefferi. Salluſt. lib. 5. Hiſt. *Sullam in victoria Dictatorem ſibi uni aſſurgere* &c. *ſolitum*, h. e. quum victor eſſet. Nihil apud Ciceronem frequentius. Famil. II. 16. *Hæc aſperſi*, *ut ſcires*, *me etiam in ſtomacho ridere ſolere*, h. e. etiam quum ira & indignatione agitor. I. 9. *In hac ſententia complectendus erat Cæſar*, h. e. quum in hac jam ſententia eſſem. Ibid. de Cæſare, *qui mihi*, *quaſcunque res gereret*, *tuendus eſſet*, *nunc in tanta felicitate*, *tantiſque victoriis* (ſcil. *exſiſtens*), *etiamſi in nos non eſſet is*, *qui eſt*, *tamen ornandus videretur.* X. 3. *Cæſarem*, *quod me*, *in tanta fortuna* ſcil. *exſiſtens*, *modo cognitum*, *vetuſtiſſimorum familiarium loco habuit*, *dilexi.* de Offic. III. 9. *Neque in his eum facinoribus quiſquam potuit videre*, h. e. quum hæc faceret. Sed innumera ejus generis paſſim occurrunt. Adde tamen & illa, quæ Sanctius noſter ſupra ad Vocem *Conſtitutus* retulit, & quæ nos ad vocem *Affectus*. Quin ipſum illud *in lachrymis eſſe*, aut *jacere*, ſæpe reperias. Cicero Famil. XIV. 2. *Te nunc ita vexari*, *ſic jacere in lachrymis* *&* *ſordibus.* Ipſe Propertius de Amatore & Puella, I. 10. 2. *Primo quum teſtis amori Adfuerim Veſtris conſcius* IN *Lachrymis.* Sic paſſim *in luctu* : *in ſummo dolore conſolatur me ſpes*, Cic. Famil. I. 6. *ut etiam in vulneris dolore æquo animo moreretur*, V. 12. Hæc paulo copioſius declarare volui, ut liquido oſtenderem exemplo immodicis illis Broukhuſii, cujus ceteroqui juſtis laudibus detractum nihil volo, admiratoribus, quam graviter ille & inſcite contaminaverit aliquando ſuos Auctores, immittendo temere in textum, quæ confidentiſſimis aſſeverationibus perperam vera jactabat.

Digitized by Google

dicere, *vel ſubaudire*, &c. Idem in eodem lib. cap. de Finitivorum conſtructione, *Græci autem participio utuntur ſubſtantivo* : ut Ἀπολλώνιος ὢν διδάσκει, Τρύφων ὢν μανθάνει, *quo nos quoque ſecundum analogiam poſſemus uti*, *niſi uſus deficeret participii frequens* : *quamvis Cæſar non incongruè protulit* Ens, *a verbo* Sum, es, eſt; *quomodo à verbo* Poſſum, potes, Potens : idem l. 5. cap. de Caſu, *Rege Latino*, *pro*, *regnante Latino* : *quamvis in hujuſmodi quoque conſtructione ſubauditur participium ſubſtantivum.* Hæc Priſcianus. Quinctil. l. 8. c. de ornatu, *Multa ex Græco formata nova*, *ac plurima à Sergio Flavio*, *quorum dura quædam admodum videntur*, ut, ENS, & ESSENTIA, *quæ cur tantopere aſpernemur*, *nihil video*, *niſi quod iniqui Judices adverſus nos ſumus*, *ideoque paupertate ſermonis laboramus.* *Acron autem ait*, *laudem meruiſſe philoſophum*, *quod hoc ſit uſus participio.* Hæc ille. Mihi vero propterea exprimi non videtur, quia facillime poſſit intelligi; ut *Adſum Troius Æneas*, ſcilicet, *ens*, vel *qui ſum*, quomodo etiam locutus eſt Cæſar. 2. Civil. *Carmonenſes*, *quæ eſt longè firmiſſima totius provinciæ civitas.* Grammatici neſcio quam *Appoſitionem*, & *Evocationem*, hoc ignorantes, finxerunt. Plaut. in Milite obſcurè dixit, *Mirum eſt te lolio victitare*, (28) *tam vili tritico*, id eſt, cum triticum

(28) *Tam vili tritico.*] Non eſt *obſcura* hæc dictio. Expone, *tam vili ente* vel *exiſtente tritico*, ut paulo ante vidimus Priſcianum interpretati illud Virgilii, *Rege Latino.* Immo ita Ablativi unici abſoluti ſæpe occurrunt : veluti *Ludis*, apud Cic. de Senect. cap. 18. Obſequentem cap. 107. & Sueton. Cæſ. cap. 39. *Proſcriptione* ibid. cap. II. *Comitiis*, paſſim. *Sereno intonuit*, Obſequent. cap. 83. Sic Tacitus Ann. III. 28. *Dedit jura*, *quibus pace & Principe uteremur*, h. e. *exiſtente nobis pace & Principe.* Livius XXVIII. 17. *Haud cuiquam dubio*, *opprimi poſſe.* Cicero Famil. VII. 18. *Nihil te ad me ſcripſiſſe poſtea demiror*, *præſertim tam novis rebus.* & VI. 1. *Nec dubitare debes*, *quin aliqua Rep. ſis futurus*, *qui eſſe debes.* Florus I. 18.

Digitized by Google

triticum veneat vili. Scævola vero in l. creditor. §. Lucius Titius. ff. mandati, expreſſit participium ſic, *Concedo tibi de omnibus meis, ut vis, negotiari, ſive vendere vis, ſive paciſci, ſive emere, ſive quodcumque operari, ut domino enti meorum.*

Equus. *Ferus, ſonipes, cornipes, quadrupes*, adjectiva ſunt; ſi ſola ponantur, *equus* intelligitur.

Fabula. Terentius, *Tranſtulit in Eunuchum ſuam*, ſubaudi *fabulam*: nam *Eunuchus, Ajax, Oreſtes*, etiam pro tragœdia, maſculina ſunt; ſed frequentius ad nomen generale reſpicimus. Vide *Avis*. Horat. *Vel qui prætextas, vel qui docuere togatas*. Juvenal. *Impune ergo mihi recitaverit ille togatas*. Sic *Atellanas, palliatas*, &c. ſubaudi *fabulas*, vel *comœdias*.

Facem, vel cereum. *Luce mihi, præluce nobis*, ſubaudi *facem*, vel *cereum*. Plaut.Caſ. *Primum omnium huic lucebis novæ nuptæ facem*: idem Curcul. *Tute tibi puer es lautus, luces cereum*. [At Vide ſupra III. 3. ad verbum *Luceo*.]

» Facta, [vel potius, Negotia. Vide infra.] *Mira*
» *ſunt, ni Piſtoclerus Lydum pugnis contudit*, ſubaudi
» *facta*, apud Plaut. Bacchid. nam ſic idem in Rud.
» *Haud miranda facta dicis, ſi Deos decepit, & homines*.
» Sic *Antehac, Poſthac, Poſtea, Interea* &c. (29) ſub-
» audi *facta*: *Hac* enim pro *Hæc* dicebant. In *Adhuc*, pro
» *ad hoc*, (30) ſubaudi *factum*. Plaut. Mil. act. 4. ſc. 5.
» *An-*

I. 18. 18. *O quam facile erat Orbis imperium occupare, aut mihi Romanis militibus, aut me Rege Romanis*. III. 23. 3. *Nec alias magis apparuit Hiſpani militis Vigor, quam Romano Duce*. Vide & Gronovium Patrem Obſerv. I. 17. & IV. 4.

(29) *Subaudi facta.*] Vel *negotia*. Vide infra in Voce *Negotium*. Sed & incertum, an huc referenda ſint *Antehac* & *Poſthac*, h. e. an *Hac* pro *Hæc* ſit in hiſce poſitum. Nam poſſit eſſe Ablativus, & intelligi *Hora*, plane ut in *Hactenus*. Certe nè *Ante* & *Poſt* ſæpiſſime Ablativis reperiuntur juncta, ſed per Ellipſin. Sic paſſim *multo ante, biduo ante, paucis ante diebus, anno poſt, poſt paulo*, &c.

(30) *Subaudi factum*] Quidni *Tempus*? Certe ſic, in Plinii Paneg. cap. 7. *Ad hoc ævi*, intelligitur omnino *Tempus*. Sic Plautus Capt. II. 3. 25. *Ut adhuc locorum*

» *Ante hoc factum hunc ſum arbitratus ſemper ſervum peſ-*
» *ſimum.*

Facultas, ſ. Poteſtas. (31) *Quoad ejus fieri poſſit. Ejus*, inquit Budæus, *apud Latinos parelcon eſt*, id eſt, abundat: Mihi videtur deeſſe, *facultas*, vel *poteſtas*, quod Græcè dicitur δύναμις. » [Vide ſupra lib. 3. cap. 6.]

Famulus.

rum feci, ſcil. *tempus* vel *negotium*, Sed & in Negativis locutionibus, quæ frequentes ſunt cum hoc vocabulo, intelligo *tempus*. Vatinius apud Cicer. Famil. V. 10. *Cæſar adhuc de meis ſupplicationibus non refert*. Cic. Fam. III. 5. *Quod quibus adhuc non ſatis eſt perſpectum*. Nepos Milt. 4. *Qua pugna nihil adhuc eſt nobilius*. Petron. *Neque adhuc omnia erant facta*. In quibus intellige omnino non *Factum*, ſed *Tempus*. Similiter *Uſque adhuc*, quod ſæpius apud Plautum & Terentium occurrit, dici videtur pro *Uſque ad hoc tempus*. Ceterum ſæpe illa vox notat etiam idem, quod *præterea*, *inſuper*. Tacitus de Germ. cap. 29. *Cetera ſimiles Batavis, niſi quod ipſo adhuc terræ ſuæ ſolo & cœlo acrius animantur*. Sueton. Nerone 10. *Atque ut certiorem adhuc indolem oſtenderet*. In his & ſimilibus intelligitur *Negotium*, quaſi dictum eſſet, *acrius ad* (h. e. ſupra) *hoc* negotium, quo Batavi animantur; *certiorem ad hoc* negotium, quo jam antea oſtenderat ſuam indolem. Poſſis tamen ſæpe τὸ *Adhuc* accipere etiam, ut Adverbium compoſitum, plane ut *Adeo*, de quo velim videas, quæ notavi III. 14. not. 7. & 39. Neque obſtat Conſtructio cum Genitivo, *Adhuc locorum*, quippe quæ etiam in aliis reperitur Adverbiis, veluti *Nuſquam locorum*, *Minime gentium*, *Affatim divitiarum*, &c. Græcis id frequens eſt, de quibus vide Me id demonſtrantem pluribus ac Aelianum Var. Hiſt. X. 18. 5. in Addendis. Quapropter rem in medio relinquens, fateor, nihil fere eſſe, quare non pro Adverbio haberi poſſit τὸ *Adhuc*, ex *Ad* & *Huc* compoſitum, ut *Adeo* ex *Ad* & *Eo*: ſed tamen nihil etiam obſtare, quo minus habeatur ortum & compoſitum ex *Ad* & *Hoc*, tanto magis quoniam *Adhuc* & *adhoc* idem fere notant, & maxime deſignant Tempus. Rectius autem intelligas *Factum* in ſequenti locutione. Nepos Thraſ. 3. *Præclarum hoc quoque Thraſibuli*. Timoth. 1. *Multa hujus ſunt præclara facta*. Sed & ſic *Dictum* intelligitur ſæpiſſime. Cicero de Seneċt. cap. 24. *Honeſtum illud Solonis eſt, ſeneſcere ſe multa indies addiſcentem*. Nihil autem frequentius apud Græcos hujuſmodi locutione. Vide me ad Aelian. I. 4.

(31) *Quod ejus fieri poſſit.*] Vide nos ſupra III. 6. 1. ubi hanc locutionem aliter explicuimus, &, ut putem, verius.

Digitized by Google

Famulus. In illis, *à pedibus*, *à ſecretis*, &c. deeſt *famulus*, vel *ſervus*. Sueton. lib. I. *Philemonem à manu ſervum.* Vide *Servus.*

» [Faſtigium. *Ex alto*, ſubaudi *faſtigio.* Liv. 27. » *Nomen regium ex tam alto faſtigio aſpernantis.*]

Febris. *Laborat quartana*, *tertiana*, *quotidiana*, ſubaudi *febri.* Juven. Satyr. 4. *Jam quartanam ſperantibus ægris.* Cic. de Natur. *Vide, ne tertianas quidem febres & quartanas divinas eſſe dicendum ſit.* Cic. Attic. lib.8. *Quartana diſceſſit.*

Feriæ. Horat. *Indictis Latinis*, ſubaudi *feriis.* Sic *Furinales*, *Laurentinæ*, *Tarentinæ*, *Sementinæ*, *Paganicæ*, *Conceptivæ*, *Nundinæ*, *Stativæ.* Varro, *Latinæ feriæ, dies conceptivus*: idem lib. I. Ruſtic. cap. 2. *Sementinis feriis.* Cic. I. Nat. *Nam cum feriis Latinis ad eum veniſſem.* *Ferias eſuriales* dixit Plautus in Caſ. pro jejunio.

Feſta. *Accalia*, *Agonia*, vel *Agonalia*, *Angeronalia*, *Carmentalia*, *Cerealia*, *Compitalia*, *Conſualia*, *Equiria*, *Feralia*, *Fontinalia*, *Fordicidia*, *Fornacalia*, *Furinalia*, *Laurentalia*, *Liberalia*, *Lupercalia*, *Matralia*, *Meditrinalia*, *Megalia*, *Neptunalia*, *Opalia*, *Paganalia*, *Palilia*, vel *Parilia*, *Portunalia*, *Quirinalia*, *Robigalia*, *Saturnalia*, *Terminalia*, *Veſtalia*, *Vinalia*, *Volcanalia*, *Volturnalia.* Vide *Dies.*

Fidem. Terent. Phorm. *Prô Deûm immortalium.* Ubi Donatus ellipſin eſſe, & *fidem*, vel ſimile aliquid, deſiderari ait. Cicero in Oeconomico, *Quid igitur, prô Deûm immortalium, primum eam ducebas quæſo?* Terent. *Prô Deûm atque hominum fidem.*

Filius, vel filia. Terent. *Modos fecit Flaccus Claudii*, ſubaudi *filius*: Sic *Tullius*, vel (32) *Tullia Ciceronis.* Vide *Uxor.*

Finis.

(32) *Tullia Ciceronis.*] Vix ita loquebantur Romani, qui, ſi Mulieris nomen adjungerent Nomini Viri, intelligebant *Uxorem*, non *Filiam*; ſicuti id quampluriimis exemplis, tum ex Auctoribus

Finis. Virgil. *Hac Trojana tenus fuerit fortuna ſecuta*; ſubaudi *fini*: nam *finis* etiam fœmininum eſt, ut ſæpè apud Lucretium invenies. Virgil. *Hæc finis Priami fatorum*: idem, *aut qua fine ſequar*. Sic *eatenus*, *quatenus*, *hactenus*, id eſt tenus hac fine, vel via, » [vel ad » hunc uſque finem. Hygin. Aſtron. 272. *Quæ ad figu- » rationem ſiderum pertinent, ad hunc finem erunt nobis » dicta, reliqua protinus dicemus*, id eſt, de ſiderum » figuratione dixi hactenus, porro dicam de reliquis: » Item fab. 82. *Stare in aqua media fine corporis*. Ubi » forte rectius legas, *medii*, pro uſque ad medium » corpus. Cicero, *Lumborum tenus*, ſubaudi *fine*, id eſt, » uſque ad lumbos, crura. Feſtus, *Quatenus ſignificat » qua fine, ut Hactenus, hac fine*. Virgil. 12. Æneid. » *Qua viſa eſt fortuna pati, tua mœnia texi*, pro; qua- » tenus, qua fine, quoad, quamdiu.] Gell. lib. 1. cap. 3. *Minime dicitur, quatenus, quaque fini, dari amicitiæ venia debeat*: idem referens Chilonis ſententiam; *Hac*, inquit, *fini ames, tanquam forte fortuna oſurus; hac itidem tenus oderis, tanquam fortaſſe poſt amaturus*. Vide *Via*.

» Florem. [*Florem* ſubauditur in hoc Virgilii, *Cro- » cumque rubentem*: nam *Crocum*, ex regula terminatio- » nis, neutrum eſſe Servius his Salluſtii verbis probat; » *In qua crocum gignitur*. Similiterque Curtius lib. 3. » *Corycium, ubi crocum gignitur*.] [De hoc & ſeq. articul. vide quæ notavimus ad I. 7. maxime Not. 11.]

Fluvius;

ribus priſcis, tum ex antiquis inſcriptionibus, docui in Diſſertationum mearum Triade pag. 18... 28. Proinde *Tullia Ciceronis*, ſcil. Filia, vix uſquam, quod memini, occurrit, at *Terentia Ciceronis*, ſcil. Uxor, paſſim. Nulla tamen ratio eſt, niſi quæ in ſolo Uſu ſita, quo minus aliquis alicubi dixerit quoque *Tullia Ciceronis*, quia ex Ciceronis ipſius Epiſtolis notiſſima erat hæc ejus Filia, & Patris in eam amor. Sic præter uſum & morem *Cornelia Gracchorum*, & Ὀλυμπιὰς ἡ Ἀλεξάνδρου, apud Aelian. Var. Hiſt. XXX. 30. à Filiis deſcribuntur per ejuſmodi Ellipſin, qua intelligitur *Mater*.

Fluvius, Amnis. Virgil. *Sulphurea Nar albus aqua,* ſubaudi *fluvius*: *Nar* enim neutrum eſt, quia indeclinabile. Cic. *Lacus Velinus in Nar defluit.* Sic cum dicimus *Albula magnus*, *formoſus Turia ripis*, *altus Sequana*, deeſt *fluvius* vel *amnis*. Virgil. lib. 11. *Amnis & Adriacas retro fugit Aufidus undas.* Livius lib. 1. *Tiberim fluvium*: & lib. 4. *Tiberi amne ſeptus*: idem, *ad Rhodanum fluvium*: idem, *ad Eurotam amnem.* Curtius lib. 3. *Pyramum amnem tranſire*: ibid. *in ripa Pyrami amnis.* Vide *Amnis.*

» [Fodina ſubauditur in *Auraria*, *Argentaria*, *Ferraria.* Livius, *Vectigalia magna inſtituit ex ferrariis & argentariis.* Cajus Juriſc. dixit, *Cretæ fodinas.* Plinius, *Argenti fodinas.* Vide *Secturæ.*]

Fœmina. *Prægnans* adjectivum eſt, ut, *prægnans arbor*: & *folia prægnantia*, apud Plinium: & *prægnans Jovis cerebrum.* Si abſolutè profertur, deeſt *fœmina.* Plaut. *Quæ nunquam fuit prægnans, quî parere potuit?* Sic. *Pediſſequa.*

Fœmina, vel mas. *Boves meas*: *canes gravidas* cum legimus, (33) ne credamus Grammaticis, qui Nomina, Communia duobus, maxima cum ignorantia ſunt commenti, ſed ſubintelligamus *fœminas*, aut ad ſyllepſin generis recurramus; ut, *ſcelus, qui me perdidit.* Res ſic ſe habet; Quoties in Nominibus Epicœnis aliud volebant intelligere, quam terminatio ipſa præfinit, addebant *mas*, aut *fœmina*: verbi gratia, *Aquila*, fœmineum eſt, pro maribus & fœminis; ſed ſi de maribus loquaris, dicendum erit *aquilæ mares.* Rurſus *Corvus* maſculinum tantum eſt, pro utroque ſexu; at de fœmina dices *corvus fœmina.* *Epicœna* voco, quæcunque

(33) *Ne credamus Grammaticis &c.*] De Nominibus, quæ *Epicœna* vocantur, & quæ *Communia*, vide quæ diſputavimus ſupra ad I. 7. pag. 48. &c. contra Sanctium, qui non modo hæc confundit eorumque naturam, ſed & ſine juſta ratione prorſus ex arte Grammatica explodit.

Digitized by Google

cunque ſub uno fine ſignificant utrumque ſexum, ſed unum præcipuè; ut, *homo*, *latro*, *ſacerdos*, *vates*, *antiſtes*, *miles*, *agricola*, *bos*, *canis*, *ſus*, *grus*, &c. » [Plautus Pœn. act. 6. ſc. 5. *Tune audes amare, quod » mares homines amant?* Unde diſcimus, ſimiliter *ho- » minem fœminam* recte dici; ſicque per Ellipſin *Ho- » minem peſſimam* efferri poſſe. Varr. Seſquiul. *Quid » eſt, quod homo maſculus lubentius videre debeat, quam » bellam uxorem?* Homer. 6. Iliad. Βοῦν ἄρσενα, id eſt, » *bovem marem*, dixit.] Theocritus, θοὰς ἵππως, id eſt, *equos velociſſimas*. Livius lib. 5. decad. 5. *Apollini bove aurato, Latonæ bove fœmina aurata, ſacra Græco ritu facerent*. Plin. lib. 8. cap. 46. *Fœmina bos ſemel ei anno oſtenditur ſuis & ipſa inſignibus*: idem lib. 11. cap. 51. *Bubus tantum fœminis vox gravior*: ibid. cap. 37. *Itaque quum apri percutiant, fœminæ ſues mordent*. Varro lib. 2. cap. 1. Ruſtic. *Fœminis bubus demitur cibus*. Juſtinus lib. 1. *Invenit juxta infantem, canem fœminam parvulo ubera præbentem, a feris & alitibus defendentem; Motus etiam ipſe miſericordia, qua motam ipſam canem viderat, puerum defert ad ſtabulum, eadem cane anxiè proſequente*. Plaut. Menech. *Ita me illa ab læva rabioſa fœmina obſervat canis*. Plin. lib. 28. cap. 15. *Fœminæ ſuis*. Gell. lib. 13. cap. 20. *Sacerdotes quoque fœminas, Cicero Antiſtitas dicit*. Plaut. Perſa, *Qui Atticam hodie civitatem majorem feci, atque auxi civi fœmina*. Plinius lib. 9. cap. 51. *Polypus fœmina*: lib. 10. cap. 18. *piſcis fœmina*. Ovid. *cum quo ſua gaudia jungat, Invenit in media fœmina piſcis aqua*. Plin. lib. 10. cap. 18. *Palumbes incubat fœmina*. Macrob. lib. 1. cap. 17. Satur. *Ut Græco ritu hiſce hoſtiis ſacrum faceret, Apollini bove aurato, Latonæ bove fœmina aurata*. *Sues fœminæ* quomodo caſtrentur, docet Plinius libro octavo, cap. 51. Columella libro ſeptimo, cap. nono, *Fœmina ſus habetur ad partus edendos*. Plinius lib. 8. cap. 32. *Quaſdam nos principes fœminas ſcimus*: Plinius in epiſtolis, *Habebat illa Pantomimos, fovebatque effuſius*,

fuſius, quam principi fœminæ conveniret: Plinius lib. 10. cap. 60. *Cornicem incubantem mas paſcit*: ibid. cap. 33. de perdicibus, *Tunc inter ſe dimicant mares deſiderio fœminarum?* idem, *Aquilarum mares.* Antiquitus multa fuerunt epicœna nomina, ut, *porcus, lupus, agnus, ovis, leo*: nondum enim in uſu erant, *porca, lupa, agna, leæna, antiſtita, clienta, hoſpita, dracæna*, & alia id genus. Unde Varro dixit *lupum fœminam*, teſte Quinctil. lib. 1. cap. 6. & Cato cap. 134. Ruſt. *Priuſquam porcum fœminam immolabis.* Cic. 2. leg. *porco fœmina piaculum pati.* Virgilius, ut ſentit Quinctilianus lib. 8. cap. 3. primus dixit, *porca*, in illo carmine, *Et cæſa jungebant fœdera porca.* » [Plautus in Vidul. *Audivi fœ-* » *minam leonem ſemel parere*: nam quod Lucr. 9. *Leam* » dicit, id Servius in Georg. 3. *uſurpatione factum* dicit, » cum Latine dicatur *Hic & hæc Leo*; *Leæna vero ſit Græ-* » *cum.* Sed contemto Grammaticorum judicio, Ovidius, » Lucretii imitatione, dixit, *Ut lea ſæva ſitim multa* » *compeſcuit unda.*] Gellius libro 4. cap. 3. citat hanc legem Numæ, *Junoni crinibus demiſſis agnum fœminam cædito.* Feſtus voce *Pellices*, *Agnum fœminam cædito, & agnum marem cædito.* » [idem voce *Agnus*, *Apud majo-* » *res Agnus communis erat generis, ſicut & Lupus.*] Valer. Maxim. lib. 2. cap. 1. *cæſiſque atris bubus, Diti maribus, fœminis Proſerpinæ.* Cic. lib. 2. de Divin. *Ego tamen miror, ſi emiſſio fœminæ anguis mortem afferebat Graccho, emiſſio autem maris anguis erat mortifera Corneliæ.* Varro lib. 4. Analog. *Quum ovi mari teſticuli dempti, quia natura verſa, vervex declinatus.* Ex his collige, in ſimilibus nominibus debere intelligi *marem* vel *fœminam*, ſi ſit adjectivum contra terminationem: ut, *elephantus gravida*; *boves meas*; & cum Plinius de muribus dixit, (34) *Ex una genitos centum viginti tradiderunt.* Sic

(34) *Ex una genitos &c.*] Nolim hæc ita intelligas, quaſi ſupplendum ſit, ut videtur Sanctius velle, *ex una femina mure, genitos mares mures centum &c.* Nec enim ullo id modo veriſimile eſt, omnes genitos

Sic igitur intelligendus Suetonius in Claud. 40. *Inducta teſte in ſenatu, hæc*, inquit, *matris meæ liberta & ornatrix fuit.* Sic etiam Virgil. *Ne ſævi, magna ſacerdos; Et Amphryſia vates.* ſic Ovid. in epiſtol. Canaces, *Et rudis ad partus, & nova miles eram.*

Frater, vel ſoror. *Eſt germanus meus, eſt patruelis tuus: eſt germana mea, & tua patruelis*, ſubaudi *frater*, vel *ſoror.* Terent. Andr. *Si te in germani fratris dilexi loco.* Cicero ſæpe dicit, (35) *fratres patrueles*, & *ſorores patrueles.* Mart. *patrueles fundi.* Ovid. *patruelia regna.* Sic *uterini* & *conſanguinei.*

Frenum. Virgil. *duris parêre lupatis*, ſubaudi *frenis.* Horat. lib. 1. Carm. *lupata frena*: ibid. *Gallica nec lupatis temperet ora frenis.* Solinus dixit *lupatos*, ſubaudi *frenos*, nam maſculinè etiam dicitur.

Frumenta, vel fruges. *Urere ſata*: ſubaudi *frumenta.* Virg. 3. Georg. *Sata frumenta*: idem, *ſatas meſſes.* Pomp. Mela lib. 3. cap. 8. *pro ſatis frugibus contra grues dimicando.*

Funera, vel Officia. *Juſta perſolvere*, ſubaudi *funera.* Cæſar lib. 6. Gall. cap. 4. *Juſtis funeribus confectis.* Cornel. Tacitus, *ſuprema facere. Solemnibus juſtis.* Arnobius lib. 1. » [Fortaſſis autem rectius ſubauditur *Offi-*
» *cium.* Liv. 9. *Populus Campanus egreſſus, juſtis omnibus*
» *hoſpitalibus, privatiſque & publicis,* (36) *fungitur officiis.*]

Funis.

nitos fuiſſe Mares, ſed *genitos* dixit Plinius, quia cum incertus eſt plurium ſexus, tunc genus maſculinum adhibebatur potiſſimum, ut dignius, a Latinis, & ita ſexus in incerto relinquebatur. Vide ſupra pag. 52. 53. & infra ad IV. 10.

(35) *Fratres patrueles & Sorores.*] In *patruelibus* intelligi vocabula *fratrum* & *Sororum*; & proinde his etiam vocabulis ſæpe ſimpliciter notari patrueles, quod de *Sororibus* male negaverat Schottus, oſtendimus in Animadv. Hiſtor. cap. 3.

(36) *Fungitur officiis.*] Adde Liv. I. 20. *Nec cœleſtes modo cerimonias, ſed juſta quoque funebria, ut idem Pontifex edoceret.* Cic. de Har. reſp. *Omnia ſolennia ac juſta ludorum ſumma cum cerimonia eſſe ſervata.* Intellige in his omnino *officia* vel *ſacra.* In loco Cæſaris legitur etiam *funebribus*, non *funeribus.*

Digitized by Google

Funis. Juvenal. *duros tractare rudentes*, ſubaudi *funes.* Plaut. *Dum hanc tibi rudentem, quam trahis, complico*, ſupple *funem*: nam *funis* ambiguum fuit, & *Rudens* participium eſt *à rudo, is.*

Gemma. Plinius lib. ultimo, cap. 10. innumera nomina in *as*, & *es*, Græca, & in *os*, & *on*, facit fœminina; ſed intelligitur *gemma*, ut *Adamas*, *Achates*, *Paneros*, *Morion*, *Mitrax.* Idem facit in Arboribus, & Herbis.

» [Genus ſubauditur in *Animal*, quod non aliud » eſt, quam *Animale.* Lucret. 1. *Unde animale genus ge-* » *neratim in lumina vitæ Reducit Venus.* Cicero, *Animi* » *ſunt animales, id eſt, ſpirabiles, ſive ignei.*]

Gratiæ. Terent. *Vel rex ſemper maximas mihi agebat, quidquid feceram; aliis non item*: ſubaudi *gratias*: idem, *Magnas vero agere gratias Thais mihi?*

Herba. Plinius, *Dictamnum pota ſagittas pellit*: idem lib. 26. cap. 6. *Centunculus trita in aceto*: ibid. cap. 7. *Centaurium*, *Gentiana*, *ex aqua potæ*: idem *Laver quoque naſcens in rivis, condita & pota*: idem, *Invenerunt & canes Canariam*, ſubaudi *herbam.* Vide *Avis.*

Homo. *Nemo nos videt*, ſubaudi *homo*: (37) *nemo* enim ad-

(37) *Nemo enim Adjectivum eſt.*] Immo vero proprie eſt Subſtantivum, diciturque contracte pro *ne homo*, vel *ne hemo*, (nam ſic dixerunt antiqui: unde Ennius, *Vulturis* (pro *Vultur*) *in ſilvis miſerum mandebat hemonem*) plane ut *nolo* pro *ne volo.* Gellius IX. 10. *neminem quemquam alium.* Adde Feſtum, qui & notat, *neque pluraliter formari, & poni ſemper in perſona*, non in re deſignanda. Atque ideo verba Accii, in quibus *nemo nomen* pro *nullum nomen* videtur poni, legenda arbitrer unica modo litera mutata: *Ex omni Græcia nomen illius par nemo reperire poteſt.* Cæterum ſæpe conjungitur tamen cum aliis Subſtantivis, & per pleonaſmum ac abuſum cum ipſo illo *Homo.* Liv. XXXVII. 53. *Nemo miles Romanus.* Cic. Famil. II. 19. *Mihi Quæſtor optatior nemo obtingere potuit.* XII. 27. *Splendore Equiti R. nemini cedit.* Intellige *enti* vel *exiſtenti*; qua etiam ratione exponendum, quando cum feminis occurrit junctum, ut & quod ait Plaut. Pœn. V. 5. 32. *Quod homines mares amant.*

Digitized by Google

adjectivum eſt, » [diciturque *Nemo fœmina*, *nemo no-*
» *men.*] Terent. *Nemo homo eſt.* Cic. Tuſcul. *Hominem quidem ſcire arbitror neminem* : idem ad Marcel. lib. 15. *Eſſe hominem, qui ignoret, arbitror neminem* : idem Attic. lib. 8. *Neminem omnium pluris facio*, ſubaudi *hominem.* Cic. 2. leg. *Pontificem neminem bonum eſſe.* idem 2. Nat. *Nemo hominem homo agnoſcit* : ibid. *Nemo opifex* : *& neminem tribunum.* Plaut. Caſ. *Vicinam neminem ego amo merito magis, quam te* : » [idem Merc. act. 3. ſc. 1.
» *De lanificio neminem metuo, una ætate quæ ſit*, ſubaudi
» *fœminam.* Accius Neoptol. *Ex omni Græcia nomen il-*
» *lius par nemo reperiri poteſt*, pro nullum par nomen.
» Terent. Andr. *Hoc ego ſcio, neminem peperiſſe hic.*]
Dicimus, *nemo rex*, *nemo Deus* : & *nemo dies*, apud Prudentium ; *nemo non*, id eſt, omnis. Cic. de Nat. *Nemo nec homo, nec Deus* : & ad Heren. *Nemo rex.* Virg. *Turne, quod optanti Divum promittere nemo Auderet*, &c.

In omni adjectivo maſculino abſolutè poſito deeſt *homo*; ut, *tu es miſer*, *ego ſum ſalvus*; *Petrus eſt albus*; *Cicero eſt Romanus.* Ter. Adelph. *Homini miſero plus quingentos colaphos infregit mihi.* Lucan. l. 2. v. 133. [Hic locus male adfertur.] *Hic finis Mario vitæ fuit*, &c, *menſoque, homini quid fata pararent.* » [Virg.
» *Venerat antiquis Coriti de finibus Acron, Grajus homo.*
» Ennius, *At Romanus homo tamen etſi res bene geſta eſt*,
» *Corde*

mant. Sic cum voce *Homo*, Cicero Famil. III. 5. *quo quidem hominem neminem potuiſti mihi amiciorem mittere.* & V. 17. *In qua neminem prudentem hominem res ulla delectat.* Ad veram vocabuli originem non attenderunt, qui dixere, ut Cicero, *nemo nec Homo, nec Deus*, & Virgilius, *Divûm nemo.* Nam *Nemo*, cum voce *Homo* compoſitum, de Diis dici non debuiſſet, ſed hic abuſus eſt ex vulgato vocis uſu de hominibus ortus. At quum Prudentius ait Periſteph. Hymno ultimo v. 744. *neminem excepit diem*, prorſus perperam, & pro Latinitate illius temporis, dictum arbitror. Vide & Voſſium de Anal. I. 15.

Digitized by Google

» *Corde ſuo trepidat.*] Cic. pro Archia, *Ex hoc eſſe hunc numero divinum hominem Africanum.* Cic. Attic. *Regnum non modo Romano homini, ſed ne Perſæ quidem tolerabile*: idem in Orat. *An victus hominum Athenienſium beneficio excóli potuit, oratio non potuit?* Vide ſupra Cap. 3. pag. 540.

Mæcenas, *Sutrinas*, *Aquinas*, *Arpinas*, *noſtras*, adjectiva ſunt, facta ex *Atis*, & *Ate*; ut, hic & hæc *noſtratis*, & hoc *noſtrate*. Si abſolute dicantur, deeſt *homo*, ut, *L. Cilnius fuit Mæcenas.* Vide Varronem lib. 1. Analog. in calce.

Amicus, *familiaris*, *neceſſarius*, *liber*, *ſervus*, *tabellarius*, *nuncius*, *ſocius*, *maritus*, » [*mercenarius*,] *rivalis*, & multa hujuſmodi ſemper adjectiva ſunt, deeſt *homo*. Cic. *Nihil homine libero dignius.* Juven. *Tu tibi liber homo, & regis conviva videris.* Ter. *Homo amicus eſt*: idem, *hominem amicum recipere ad te*: Idem, *ſervum hominem cauſas orare leges non ſinunt.* Legimus *famulos greges*; & *famulas manus* dixit Alciat. in emblem. Cic. 2. leg. *Eaſque in famulis, operibus patratis, habento.*

Homo, vel vir. *Triumphalis*, *Prætorius*, *Conſularis*, ſubaudi *vir*, vel *homo*. Vide Laurent. Vallam lib. 4. cap. 84.

Homines. *Magnates*, *optimates*, *majores*, *minores*, *cæteri*, *mortales*, ſubaudi *homines*; item (38) *Brutii*, *Itali*, *Hiſpani*; Cæſar B. Civ. I. 34. *Albicos barbaros homines.*

In verbis ad famam pertinentibus notum eſt deeſſe *homines*; ut, *ajunt*, *ferunt*, *prædicant*: ſed quia Grammatici negant alia verba poni poſſe in activa ſine ſuppoſito, ſed ſtatim recurrendum ad paſſivam, ita ut *bellum geritur*, dicatur, non, *Bellum gerunt*, (39) contrarium adſe-

(38) *Brutii, Itali.*] Liv. I. 32. *Hominibuſque priſcis Latinis.* cap. 59. *Romanos homines opifices pro bellatoribus factos.* Vide & Gronov. Obſerv. II. 13.

(39) *Contrarium adſeramus.*] Recte ſane Sanctius. Et imperitos atque inexercitatos oportet fuiſſe in lectione Veterum, qui id in dubium vocare ſunt auſi. Cato apud Gell. III. 7. *Cumque inter mortuos defatigatum vulne-*

adſeramus. Juvenal. Satyr. 1. *Una comedunt patrimonia menſa.* Curtius lib. 4. *Sed cum fornacibus ferrum, quod excudi oportebat, impoſitum eſſet, admotiſque follibus, ignem flatu accenderent, ſanguinis rivi ſub ipſis flammis extitiſſe dicuntur*: & infra, *Apud Macedonas quoque, cum forte panem quidam militum frangeret, manantis ſanguinis guttas notaverunt*: ibid. *Totas arbores cum ingentibus ramis in altum jaciebant; deinde ſaxis onerabant rurſus cumulo eorum*

vulneribus, ægreque ſpirantem, cognovere, eum ſuſtulere. Cicero de offic. II. 11. *maximeque admirantur eum*, ſcil. homines, de Amic. 21. *Omnium vitiorum una cautio eſt, ut ne nimis cito diligere incipiant.* Phædr lib. IV. *Ut mos eſt vulgi, paſſim & certatim ruunt.* Sic Feſtus, *Petimina in humeris jumentorum ulcera & vulgo appellant, & Lucilius meminit.* Ita Schedæ. Quapropter male & ſine cauſa nunc ex conjectura Ant. Auguſtini editur, *vulgus appellat.* Idem, *Struthenm in mimis præcipue vocant obſcœnam partem virilem.* Idem, *Querquetulanæ viræ putantur ſignificari nymphæ præſidentes querqueto vireſcenti, quod (lego, quo id) genus ſylvæ indicant fuiſſe intra portam, quæ ab eo dicta ſit Querquetularia.* Ponuntur hæc ſine præcedente Nominativo, qui tamen intelligi debet, & eſt, vel *Homines*, vel *Veteres* Et proinde interpretanda hæc eodem modo, ac ſi diceretur forma paſſiva *Indicatur*, *Vocatur*, &c. De quo ne vel tantillum dubites amplius, en loca, ubi promiſcue utraque locutio occurrit. Plautus Curcul. IV. 2, 17. *Culpant eum, conſpuitur, vituperatur.* Sall. Catil. 60. *Poſtquam eo ventum eſt, unde à ferentariis prælium committi poſſet, maximo clamore, infeſtis ſignis, concurrunt, pila emittunt, gladiis res geritur*: pro *concurritur, pila emittuntur*, ſcil. non à ferentariis, ſed militibus utriuſque exercitus. Liv. V. 32. *Neque Deorum modo monita ſpreta: ſed humanam quoque opem, quæ una erat, M. Furium, ab urbe amoverunt.* Similiter Græci. Ant. Liber. fab. 34. τὸ δὲ βρέφος ὠνόμασαν Ἄδωνιν. Ad quam fabulam Vir Clariſſ. Abr. Berkelius allata Scholiaſtis in Lycophronem verba, ὅθεν εἰς δένδρον αὐτὴν μετέβαλε, emendat, reponendo, θεοὶ... μετέβαλον, pro ὅθεν... μετέβαλε. Poſterius prorſus recipio & approbo, at prius minus neceſſarium putem, inprimis, quia jam præceſſit mentio θεῶν. Sic porro Actor. XXII. 25. ὡς δὲ προέτεινεν αὐτὸν τοῖς ἱμᾶσιν, εἶπε πρὸς τὸν ἑστῶτα ἑκατόνταρχον ὁ Παῦλος. Legendum omnino, & recipiendum ex Variantibus Lectionibus, προέτειναν, ſcil. illi, qui à Centurione adhibiti fuerunt ad diſtorquendum & extendendum Paulum. Confer illic §. 29.

Digitized by Google

rum alias arbores injiciebant. Terent. Phorm. *Quid tandem mihi dicent, aut quam cauſam reperient?* idem Adelph. *Occidunt me quidem: dum nimis ſanctas nuptias ſtudent facere, in apparando conſumunt diem*: idem Heaut. *Haudquaquam etiam ceſſant*: idem Phorm. *Ubi initiabunt.* Plaut. Caſ. *Age tibicen, dum illam huc adducunt foras*, &c. Virgil.

Tunc credo, cum me arbuſtum vidêre Miconis,
Atque mala vites incidere falce novellas.

Et 4. Georgicorum,

—— *Hunc anguſtique imbrice tecti*
Parietibuſque premunt arctis, & quattuor addunt
Quattuor à ventis obliqua luce feneſtras;
Sic poſitum in clauſo linquunt, & ramea coſtis
Subjiciunt fragmenta. ——

Et in ſacris, *Stulte, hac nocte repetent à te animam tuam*: ibidem, *Nec mittunt vinum novum in utres veteres.*

Homo. *Adoleſcens, & juvenis*, [& *ſervus, ſerva,*] adjectiva ſunt, deeſt *homo*, vel *mulier.* Cicero 1. Orat. *Adoleſcentes homines.* Terent. Hecyr. *Adoleſcens mulier fecit, mater quod ſuaſit ſua.* Ovidius 7. Metamorph. *Juvenes annos.* Perſ. Satyr. 6. *juvenes jocos.* » [Vide *Servus.*]

Hora. Horatius, *Ad quartam jaceo*, ſubaudi *horam*: idem, *Quota Pelignis caream frigoribus.* Sic dicimus, *ſonuit prima, tertia, nona.* Et Eccleſiaſtico, *ad primam, ad tertiam.*

Horologium. Cicero pro Quinctil. *Non ad ſolarium, non in campo, non in conviviis verſatus eſt*, ſubaudi *horologium. Romanis ſolarium horologium ſtatuiſſe*, Plin. lib. 7. cap. 60.

» [Hortus *Pomarius* veteribus in uſu erat, teſte Cha-
» riſio,

Digitized by Google

» riſio, ut ſcilicet ſubaudiatur *Hortus*; in plurali *Pomaria*, nempe *Loca*, vel *Septa*. Monet idem Chariſius *Pometa* dici, ubi poma naſcuntur, *pomaria* autem, ubi poma ſervantur: Cicero tamen, & alii, pro *Pometa*, dicunt *Pomaria*. (40) In *Vinea* quoque ſubauditur *Hortus* quod olim dubii erat generis.]

Jacturam, vel nomine. Cic. in Topicis; *Si quis damni infecti promiſerit*: Briſſonius ſupplet *nomine*, vel *cauſa*: (41) ego dicerem deeſſe *jacturam*.

Jaculum.

(40) *In Vinea quoque ſubauditur Hortus.*] Neutiquam ego quidem hic acceſſerim Scioppio. Hortus enim, ſeu locus multis vitibus obſitus, dicebatur proprie *Vinetum*. Sueton. Domit. 7. *Exiſtimans nimio vinearum ſtudio negligi arva, edixit, ne quis in Italia novellaret, utque in provinciis vineta ſuccide rentur.* Unde Adagium, *ſua vineta cædere.* Eſt tamen *Vinea* revera Adjectivum, dictum non à *Vino*, *quod vini ferax ſit*, ut apud Feſtum vult Verrius, ſed à *Vite* quaſi *vitinea.* Verum intelligitur in eo non *Hortus*, ſed vel *Arbor*, vel *Porticus.* Ut hoc poſterius maxime intelligi putem, facit machina bellica, *vinea* quoque dicta, qua tecti milites in obſidionibus opus militare faciebant, (Vide Sall. Jug. 91.) & quæ formam cujuſdam porticus exhibebat, unde & hoc *porticûs* nomine à Cæſare inſignitur. Ex quo apparet, Veterum *Vineas* proprie dictas, fuiſſe item quaſi in porticus arcuatas. Diſerte Caſſiodorus de Orthographia cap. 1. ex Ann. Cornuto, *Neque aliunde Vineæ caſtrenſes ſunt dictæ, quam quod Vineis illis agreſtibus ſimiles ſunt.* Poſſe tamen etiam intelligi *Arborem*, haud dubito, ut notet arborem vineam ubicunque loci ſitam. Certe Beda in lib. de Orthographia circa finem, *Vinea, ſi Arborem ſignificat, in prima ſyllaba I debet habere.* Vites autem maxime ſerebantur ad alias arbores, ut in & per eas ſe erigerent. Hinc Tacitus Hiſt. II. 42. conjungit *arbores* ac *vineas*, *per locos*, ait, *arboribus ac vineis impeditos.*

(41) *Ego dicerem deeſſe jacturam.*] At ego vix percipio, quid hoc ſupplemento velit ſignificare Sanctius. Nam quid ſibi vult, *promittere jacturam damni infecti?* Si quid vult, longe illud certe alienum eſt à phraſeos Ciceronianæ ſenſu, qui eſt, *in negotio ſeu cauſa damni infecti promittere præſtationem damni.* Sed quid multa? Genitivos iſtos eo fere modo, quo voluit Briſſonius, ſupplendos & conſtruendos, patet non modo ex frequentiſſimo uſu illius Ellipſeos in talibus

Jaculum. Virgilius, *Miſſilibus certant*, ſubaudi *jaculis*. *Miſſilia* etiam dicebantur munera: quæ à principibus populo ſpargebantur, ut, teſſeræ frumentariæ, veſtis, aurum, argentum, gemmæ, margaritæ: ſed tunc deeſt *negotia*, id eſt, res miſſiles, » [vel *munera*, » ut ex Sen. epiſt. 75. apparet.] Sueton. Calig. *ſparſit & miſſilia variarum rerum.*

Idem. Plinius, *Equo fere, qui homini morbi*: idem, *Tarando magnitudo, quæ leoni*, pro, *eadem, quæ leoni.*

Idem, vel vicem. Juvenal. *Semper ego auditor tantum, nunquamne reponam?* (42) ſubaudi *idem*, vel *vicem*, id eſt, vicem reddam. Cic. *Ne tibi ego idem reponam.*

Ilia. *Dolent inteſtina*: ſubaudi *ilia*; ſi inveniatur *inteſtinus*, (43) deeſt *ileos*, maſculinum, Latinè *convolvulus*, Hiſpanè, *torcon*, ſignificat etiam gracile inteſtinum: Poteſt & intelligi *colon*, quod idem eſt.

Imperio. Valla lib. 3. cap. 34. *Potiri rerum* in genitivo dici affirmat, cum aliis nominibus in ablativo; ut, *potiri*

bus Genitivis, ſed & ex ipſo edicto Prætoris, ubi de *damno infecto* agit. Servatum nobis ex Ulpiano id edicti fragmentum l. 7. Dig. *de damno inf.* ubi reperiuntur illi ipſi Genitivi, non modo cum verbo *promittere* conjuncti, ſed & cum *Satisdare*. *Damni infecti ſuo nomine promitti, alieno ſatisdari jubebo*, h. e. in cauſa ſeu nomine damni infecti, jubebo reparationem damni promitti à ſingulis ſuo tantum nomine, at ſi quis alieno velit promittere, jubebo illum ſatisdare. Et ne dubites, recte ſtatui, Genitivos hoſce cum iſtis verbis junctos regi à *τῷ nomine*, non quidem illo iſtic expreſſo, ſed alio per Ellipſin ſuppreſſo; ecce tibi in eod. fragm. paulo poſt expreſſum hoc ipſum ſupplementum: *Si ab eo, qui in poſſeſſione erit, damni infecti nomine non ſatis dabitur.* Vide & ſupra quæ notavimus ad Voces *Cauſa*, & *Crimen.*

(42) *Subaudi Idem vel Vicem.*] Vel ſimpliciter *Aliquid.*

(43) *Deeſt ileos maſculinum.*] Quod tamen non proprie aliquam inteſtinorum partem ſignificat, ſed dolorem. Vide Iſidorum Orig. IV. 6. & adde Plinium Nat. Hiſt. XXX. 20. ac Veteres Medicos. Quid ergo? Siquando *Inteſtinus* dicitur, intelligi credo *Ventrem.*

Digitized by Google

potiri victoria. Dupliciter fallitur : nam & alios genitivos admittit, ut, *potitus Aſiæ*, *Galliæ*, & *Adherbalis potiretur*, apud Salluſtium, & ille genitivus non a verbo, ſed à nomine pendet, (44) *imperio* puta. Vidit hoc Aſcenſius in epitome ejuſdem capitis. Cæſar 1. Gall. *Totius Galliæ ſeſe potiri poſſe ſperant* : & paulò antè, *Totius Galliæ imperio potiri.* » [Subaudiri etiam poteſt, » *ſumma* : dicitur enim *ſummam regni adipiſci.* Nepos » in Eumene, *Semper habiti ſunt fortiſſimi, qui ſumma* » *imperii potirentur.*]

» [Imperio. *Dicto audiens*, (45) ſubauditur *imperio*. Plaut. » Amph.

(44) *Imperio puta*] Vel communioris uſus & ſignificationis vocabulo, *Negotio*. Veluti cum dicitur, *Potitus ſervitutis*, *Potitus hoſtium* paſſive, *potitus imperii*, ut loquitur Nepos Ageſ. 2. & Eum. 7. De vera Verbi ſignificatione & natura egimus ſupra ad III. 3. pag. 369.

(45) *Subauditur imperio.*] Nihil minus. Neque vero in loco Plautino putem, quod Scioppius exiſtimat, ſecundum convenientiam Subſtantivi & Adjectivi dici τῷ *dicto imperio*, certe non ubivis proinde, cum *dicto audiens* abſolute occurrat, ſubaudiri *imperio*; cum diverſi prorſus Dativi in hac locutione aliquando adhiberi ſoleant: Veluti ibidem loci apud Plautum, *Ego ſum Jovi dicto audiens*. Liv. I. 40. *Servio populum dicto audientem eſſe jubet.* Cic. Famil. VIII. 8. *Utrum C. Cæſar Senatui dicto audiens futurus eſſet.* Vide & Livium XXIX. 20. & ibi Gronovium Patrem. Immo ſicuti hic dicitur, *dicto audientem eſſe imperio Jovis*, ſic plane apud Corn. Nep. Ageſ. 4. *Tanta modeſtia dicto audiens fuit juſſis abſentium Magiſtratuum.* Hinc jam concidere videtur obſervatio Scioppiana, & proinde in τῷ *dictum* hic intelligendum erit idem, quod alibi in eo, ut & quod in *factum* &c. ſubauditur, quando ea ſubſtantive videntur poni, videlicet *negotium*. Quia tamen ordo verborum in Plauto aliquantulum eſt turbatus, de eorum conſtructione & interpretatione pertinacius cum nemine contendere velim, licet ille Auctor ordinem verborum etiam alibi ſæpius turbet, ut in eadem Amphitr. II. 2. 183. *Quid ego feci, qua iſthæc propter dicta dicantur mihi?* pro *qua propter iſthæc dicta* &c. At ſi cum Scioppio ſentiendum, tum vero male rejicitur Genitivus τῷ *dicto* additus, ut facit Voſtius de Latinit. falſo ſuſp. cap. 12. Male etiam rejicitur lectio, omnium licet MStorum, apud Livium VIII. 4. *quid abeſt, quin proditis Sidicinis, non Romanorum ſolum, ſed Samnitium quoque, dicto pareamus.* Sic fere Plautus Bacchid. III. 3. 55. Obſequens obedienſque eſt mori atque imperiis Patris.

Digitized by Google

» Amph. act. 3. ſc. 4. *Eum ſequor, ejus dicto imperio*
» *ſum audiens.*]

Inſula. *Delphica Delos*, *Phœbea Rhodo*, ſubaudi *inſula*: nam quamvis *Delos* ex terminatione poſſit eſſe fœmininum, libentius tamen Adjectivum reſpicit nomen generale. Virgil. *Eſt in conſpectu Tenedos, notiſſima famâ Inſula.* Plautus Rud. *Totam Siciliam devoraturum inſulam.* Vide *Urbs*, [& quæ notavimus ſupra I. 7. 11.]

Iter. *Quo is? Quo tendis? Quo pergis?* ſubaudi *iter*,
» [vel *curſum.* Lucret. 3. *Stravit, iterque dedit legionibus*
» *ire per altum.* Propertius, *Conceſſum nulla lege redibit*
» *iter.*] Lucan. *Quo tenditis? inquit.* Virg. *Tendit iter velis.* Salluſt. *Maturavêre iter pergere.* Valer. Flaccus lib. 4. *Pergere iter.* Stat. 2. Theb. *Quo tendis iter?*

» [Iter, vel Via. Sen. *Sidera contrarium mundo inten-*
» *dunt iter.* Plaut. Rud. *Verba facimus, it dies.* Catull.
» *Sed moraris, abit dies,* (46) ſubaudi *viam*, vel *iter*. Liv.
» I.

(46) *Subaudi viam vel iter.*] In alia ſane ego ſim ſententia, ut qui exiſtimem, quandocunque τὸ *iter* vel *viam* exprimitur cum verbo *Eundi*, & Compoſitis, aut aliis ſimilis naturæ & ſignificationis, exponendum id eſſe per Ellipſin Præpoſ. κατὰ, ſeu *Per*, ut ſatis prolixe oſtendi ſupra III. 3. pag. 305. quando egi de τοῦ *Ambulare viam.* Ceterum, quæ mox ſubjungit Scioppius de Verbo *Petere* & Compoſitis, eorum ut vera intelligatur ratio, eruenda eſt prius primitiva iſtius Verbi ſignificatio, quæ alia eſt, quam vulgo putatur. Etenim vulgo deducunt cum Scaligero & Voſſio τὸ *Petere* à Græco ποθῶ, *deſidero.* At ſi hæc prima Verbi ſignificatio, unde igitur ortæ ſunt illæ, quæ ex antiquitate in Compoſitis; ut mox videbimus, reperiuntur vel præcipuæ? Potius ergo, ſine ullius inſuper literæ mutatione, à Græco πέτω & πέτομαι hujus Verbi originem repeto, quod ſignificat *actionem citatiſſimo impetu ſeu motu ruentem.* Hinc apud Heſiodum Aſp. v. 308. dicuntur ἐπικροτέοντα πέτεσθαι ἅρματα, h. e. *currus tanto cum impetu & ſtrepitu agitari, ut quaſi volare videantur.* Nam in *Volandi* & *Cadendi*, actionum, quæ citiſſimi utique ſunt motus, ſignificatu exprimendo inprimis illud Verbum apud Græcos ſuas quaſi ſedes fixit. Ad priorem adhibetur Paſſivum ſeu Medium πέτομαι, ad poſteriorem Activum πέτω, ſed quod obſoletum eſt, ſed pro quo invaluit πίπτω, plane uti pro γίνω præ-valuit

Digitized by Google

» 1. *Stipendii*, vel *induciarum*, *dies nondum exierat*, puta
» *iter*

valuit *γίγνω* & *γίγνομαι*. Reſiduum tamen antiquum illud *πί-τω* in pleriſque Temporibus τȣ̃ *πίπτω*, & in Compoſitis Adjectivis. Ab hoc itaque Verbo repetenda eſt prima origo τȣ̃ *Peto*, & prima ejus ſignificatio, quæ eſt *ſtudioſe eundi ad aliquid, citatū ad aliquid motum faciendi.* Antiquiſſimam hanc eſſe ejus ſignificationem colligitur ex eo, quod illa non in Simplici modo, ſed & in Compoſitis, & omnibus quidem, ſuperſit, & altera *Deſiderandi* ſignificatio ac Conſtructionis ratio ad hanc originem Analogice ſatis revocari queat. Hinc enim eſt, quod quis *bello*, *armis*, *ſaxo*, *peti* paſſim legitur. Sed & inde *Appetere* dicitur *Tempus*, & *appetere Partitudo* apud Plaut. Aulul. I. 1. 36. h. e. appropinquare. Hinc, quod *Competere* pro convenire, congruere alicui, & quaſi ſimul ire cum aliquo, ponitur. Suet. Cæſ. 40. *Ut neque meſſium feriæ æſtati, neque vindemiarum autumno competerent.* Liv. XXII. 5. *Ut vix ad arma capienda aptandaque pugnæ, competeret animus.* Unde jam explicandæ ſunt locutiones Salluſtii & Taciti, *Non competere animo*, *auribus*, *oculis*, *lingua*, h. e. concurrere iis ad agendum id, quod agendum erat: quæ male & imperite explicantur ex Nonii cap. 4. per *rei cujuſque meminiſſe*, vel *conſtanter valere.* Porro jam *Expetere in aliquem*, pro evenire, incidere, paſſim poſitum reperies. Pl. Amph. II. 1. 42. *Mendacia iſta expetent in tergum tuum.* Liv. I. 22. *Ut in eum expetant hujuſce clades belli.* Sic Pl. Pœn. III. 3. 23. *Bono ſi quid maleſacias, ætatem expetit*, ſcil. *in te*, h. e. ejus maleficii pœna tibi perpetuo evenit, vel id maleficium redundabit in te, & ita nocebit tibi in perpetuum. Nam & cum Dativo conſtruitur hoc ſenſu. Plautus Amphir. III. 1. 12. *Mea ſit culpa, quum egomet contraxerim, ſi id Alcumenæ innocenti expetat*, h. e. noceat. Vide & quæ exempla hic adſert de hoc Verbo Scioppius, in quibus pro *evenire* poni liquido ſatis videtur. Jam *Impetere aliquem*, quod paſſim occurrit, eſt invadere, ire in aliquem. Plaut. Amph. Actu IV. in Dubiis, *qui impetivit uxorem meam impudicitiâ.* *Oppetere pœnam*, *pellem*, *mortem*, eodem modo dicitur, quo *Obire.* Sequantur jam *Præpetes aves*, nequaquam hic prætermittendæ. Antiquiſſima eſt ea vox auguralis diſciplinæ, quæ manifeſte declarat, etiam in L. L. verbum *Petere* habuiſſe olim *volandi* ſignificatum. Nec enim aliud quid ſunt *Præpetes aves*, quam quæ ante nos in auſpicando alacriter volant. Feſtus, *Præpetes aves dicuntur, quæ ſe ante auſpicantem ferunt. Nam præpetere dicebant pro ante ire.* Similiter Hyginus apud Gellium, & ipſe Gell. VI. 6. exponunt eas, *quæ oportune Prævolant*, *quæ proſperius prævolant.* Hinc jam *Præpes Deus* de Cupidine apud Ovid. Heroid. VIII. 38. ubi ſimpliciter notat alatum & alacriter volantem. *Repetere ad Vada*, pro redire, ex Virgilii Culice attulit

» *iter* ſuum: quod etiam in *Vadere*, *Evadere*, *Evenire*, » *Appetere*, & *Expetere*, ſubauditur. Terent. *Quo vadis? Licentia illa evadet in magnum malum.* Cic. *Vereor* » *ne idem eveniat in meas literas*, id eſt, meis literis: » Idem, *Mihi ſomnium evaſit*, id eſt, evenit, quod ſomniaram. Plaut. *Appetit meridies; nequiter penè expe-* » *tivit*

tulit Scioppius, & ſimilia in Indice Apuleji Barthius. Hinc *repetere Urbem* &c. notat movere ſe & ire rurſus ad Urbem, aut alia loca. Denique *Suppetere* pro ſubvenire, vel ſe ſuppeditare, paſſim occurrit. Liv. XL. 56. *Si vita longior ſuppetiſſet.* Pl. prol. Amph. *Lucrum ut perenne vobis ſuppetat.* Aſin. I. 1. 41. *Non ſuppetunt dictis data*, h. e. non ſubſequuntur ea, non conveniunt iis. Sall. ad Cæſarem, *Animus ferox, ubi conſueta non ſuppetunt, fertur in ſocios.* Hinc jam *Suppetiæ* pro auxilio, quod alicunde ſubvenit, frequentiſſimi eſt uſus vocabulum. Sic autem videmus per ſingula Compoſita ſuperſtitem primitivam hujus Verbi, & ab ſua origine repetitam, ſignificationem, a qua dein deducenda eſt altera illa, quæ deinceps invaluit. Nempe impetus ille ad aliquid ruentis ita hominis manifeſte præfert intenſum ſtudium & deſiderium ejus rei, ad quam ille tendit: unde factum, ut omne id, ad quod quis ita tendit, vel quod deſiderat, ille ſimpliciter *petere* dicatur. Ergo quod Cæſar ait B. Gall. I. 53. de fugientibus uſque ad Rhenum, *ibi lintribus inventis ſalutem ſibi petierunt*, h. e. maximo motu involarunt in lintres ad ſalutem ſibi obtinendam. Et ſic *Petere viam*, *iter*, *locum aliquem*, proprie ſignificat, magno ſtudio moveri & ferri propter ſeu ad viam, iter, locum obtinendum, contendere ad ea; per Ellipſin præpoſitionis in omni Motu ad locum ſatis uſitatam. Notum eſt illud Virgilii, *Speluncam Dido, Dux & Trojanus, eandem Devenere*, pro *ad Speluncam.* Similiter jam *Petere aliquid*, primo quidem notat moveri propter aliquid, & iſto motu ferri ad aliquid, dein vero ſimpliciter aliquid deſiderare, cupere, rogare. Atque adeo Verbum hoc *Petere*, naturam ejus & primitivam ſignificationem ſi ſpectemus, eſt Neutrum, ut ſunt ejus Compoſita in allatis modo locutionibus, & ut ſunt pleraque verba permanentem in ipſo Agente actionem ſignificantia, veluti *Ire*, *Vadere*, *Venire*, *Volare*, *Cadere*, & Compoſita eorum: at uſu conſtanti Ellipticæ Conſtructionis cum Accuſativo, quo res denotatur, ad quam quis fertur & ruit, videtur Activum. Plane ſicuti illud ipſum *Deſiderare* primitus ex originis ſuæ ratione neutraliter itidem ſignificare debuit, ſidera ſtudioſe intueri propter aliquid, & ſic ejus rei, quam in votis quis habet, ſucceſſum explorare: at vero

» tivit paraſitatio : *In ſervitute expetunt multa iniqua*, id
» eſt, exeunt, evadunt, eveniunt, in quibus omnibus
» ſubauditur *viam* : ſicut enim *Ire*, *vadere*, *venire viam*,
» ſimiliter & *Petere viam*, *iter*, vel *curſum*, dicebant.
» Virg. *Sic Turno quacunque viam virtute petivit.* Cic.
» *Ille incertus ubi eſſem, alium curſum petivit* : idem pro
» Planco, *Iter à Vibone Brundiſium terra petere contendi* :
» ibid. *Dyrrachium petere contendi.* Jani *Expetere viam*
» eſt idem, quod *Evadere viam*, id eſt, pervadere, fi-
» nire : ſicut *Eludere luſum*, *elugere luctum*, eſt ludo,
» & luctui, finem facere. Similiter *Repetere ad locum*
» *aliquem*, pro *Redire*, dicitur, ſubaudito *viam*. Virgil.
» Cul. de capris, *Ima ſuſurrantis repetebant ad vada lym-*
» *phæ* : ubi Scaliger perperam *repebant*, invitis omnibus
» libris, reponere conatus eſt. Livius quidem lib. 35.
» plena oratione dixit, *Viam, qua venerat, repetere me-*
» *lius viſum.*

» Subauditur quoque *Iter* in hoc Ciceronis, *Incitata*
» *ſemel in proclive labuntur.* Liv. *Quo magis ſucceſſerit*
» *in arduum, eo facilius per proclive pelli poterit.* Simili
» modo *via acclivis & præceps* dicitur ; nam *Iter* eſt Via.
» Liv. 36. *In illa valle iter eſt non latius, quam ſexaginta*
» *paſſus.*]

Iter, vel Via, vel Spatium. Cicero Attic. *Nos in caſtra properabamus, quæ aberant tridui*, ſubaudi *itinere*, vel *via* : idem 12. epiſt. 15. *Nunciatum eſſe, quatridui iter à Laodicea abfuiſſe* : idem Planco, *quum abeſſet aliquot dierum viam* : idem 10. epiſt. *Bidui ſpatio abeſt ab eo.* Cæſar, *Cum tridui viam proceſſiſſent* : idem lib. 6. *Non longius bidui via aberant* : idem 2. Civ. *Biduique iter progreſſus.* Livius lib. 30. *Zama quinque dierum iter ab Carthagine abeſt.*

Judices. *Mittere in conſilium*, inquit Aſconius, *eſt*, *perorare*,

vero deinde ad ſignificatum cupiendi & expetendi illud ipſum, propter quod ſidera quis intuebatur, conſtanter fuit adhibitum, quaſi Activum. Vide ſupra pag. 306, 307.

Digitized by Google

perorare, nam mittere Judices in conſilium, eſt, dimittere judices ad ſententiam dicendam, ubi, allegatis omnibus argumentis, orator dixit, DIXI. Cic. 3. Verr. *Teſtibus editis, ita mittam in conſilium, ut etiam, &c.* (47) Valer. Max. expreſſit lib. 6. cap. 2. *Jam de tuo prius, quam de Manilii capite in conſilium judices mittam.*

Judicio, vel Jure. Salluſtius, *Falſo queritur genus humanum*, ſubaudi *judicio.* Terentius, *Sororem falſo creditam*, &c. Cic. pro Balbo, *Pompeji decretum judicium de conſilii ſententia pronuntiatum recognoſcimus.* Adverbia in *o* debent omnino corripi, (48) aliter adjectiva ſunt nomina; ut, *imo*, *crebrò*, *citò*, *ſerò.* Cic. pro

(47) *Valerius Max.*] Et Cœlius apud Cicer. Famil. VIII. 8. *Misit in conſilium eoſdem illos judices.* Similiter Plinius Paneg. cap. 67. ſed alium tamen accuſativum adhibens, *omnibus annis in conſilium de te Deos mittis. Deos* ſcil. tanquam Judices, qui de tua ſalute inter ſe conſilium agitent, aut ſententiam ferant.

(48) *Aliter adjectiva ſunt.*] Immo pene omnia ſunt Adjectiva Ablativi caſus, certe illa *crebro*, *cito*, *ſero*, æque ac *falſo*, *merito*, &c. Nec obſtat, quod illorum ultimæ aliquando etiam corripiantur. Idem enim accidit Gerundiis in DO, licet & illa omnino ſint Participia Ablativi caſus. Vide me ſupra ad I. 15. pag. 122. Ratio autem iſtius mutationis, quæ evenit in quantitate ultimæ ſyllabæ eſt, quod ipſi Veteres ſæpe non attenderint ad naturam Grammaticam iſtorum vocabulorum, ſed ſimpliciter ad uſum. Ne dubites, ipſum illud *Quomodo*, quod utique dubitare nequis eſſe Ablativos Adjectivi & Subſtantivi ſecundum ſolitam σύνταξιν inter ſe convenientes, in poſtremâ correptum ſæpe deprehendes, quod fieri non potuiſſet, ſi ad vocabulorum naturam attendiſſent ſatis ipſi Veteres, quum inſuper producant ſemper poſtremam, ſi vel minima, per particulam tantum encliticam, inter *Quo* & *Modo* fiat ſeparatio, ut apud Lucretium V. 72. *Quove Modo genus humanum &c.* Similiter *Præterea* & *Interea* ſæpe ultimam habent productam, licet natura vocabulorum poſtulet, ut ſit correpta ſemper. Neque aliter *Ergo*, quod a Gr. ἔργῳ eſt ductum, poſteriorem tamen ſæpe correptam habet. Vide infra ad Cap. 14. Ceterum in his Adverbialiter poſitis Adjectivis intelligi putem, non tam *Judicio* vel *Jure*, quam *Modo* vel *Negotio.* Vide & ſupra ad *Conſilium.*

Digitized by Google

pro Marcell. *quod ei quidem merito, atque optimo jure contigit.*

» [*Juſto* ſubauditur in nominibus comparatis; ut, *Eſt* » *liberior; eſt ad rem attentior.* Nepos in Themiſt. *Li-* » *berius juſto vivebat, & rem familiarem negligebat.* » Quinctil. *Membrum juſto longius.* Sicut Horat. *plenius* » *æquo laudare merces ſuas*, Livius lib. 8. *Cultus juſto* » *mundior.*]

Lapis. Ovid. 3. Metamorph. *Dextraque molarem Suſtulit*, ſubaudi *lapidem.* Statius lib. 5. *Veſtæque ſudes, fractique molares.* Vide *Dens.*

Laudem. *Cur mihi detrahis?* (49) ſupple *laudem.* Cic. *Nec vera laus ei detracta.* Hor. *Neque ego illi detrahere auſim Hærentem capiti multa cum laude coronam.*

Lex. Salluſt. Jugurth. (50) *Per Saturam ſententiis exquiſitis.* Sic *Julia, Oppia, Manilia.*

Liber. Cic. Attic. *ſcriptum eſt in tuo annali*, ſubaudi *libro.* Virgil. *Et vacet annales noſtrorum audire laborum.* Dicitur etiam *lex annalis*, & *annale tempus.*

(51) *Diurnus* aliquando accipitur pro libro, in quo ſingulorum dierum rationes notantur. Juven. Sat. 6. *Et cedens longi relegit tranſacta diurni.* Sueton. in Claud. cap. 41. *Extat talis ſcriptura in pleriſque libris, ac diurnis, tituliſque operum.* Vide *Cibus.*

Libelli. *Pugillaris* adjectivum eſt, ut, *Vitelliani, eborei,*

(49) *Supple laudem.*] Vel potius vulgatum illud *Aliquid* ſcil. *negotium.* Sic certe apud Nep. Eum. 1. *Multum ei detraxit inter eos viventi, quod alienæ erat civitatis.* Cic. Famil. VI. 18. *Quantum de illo libro, tantundem de mei judicii fama detrahatur.* De Offic. III. 6. *De alterius commodis detrahere* &c.

(50) *Per Saturam.*] Vide Schottum Obſerv. I. 2.

(51) *Diurnus.*] Intellige *Commentarius liber.* Sic Suetonius Aug. 64. *niſi propalam, & quod in diurnos commentarios referretur.* Tacitus *Diurna* plerumque ait; ſic XVI. 22. *Diurna populi R. per provincias curatius leguntur.* Ipſe autem id ſupplet per *Acta*, XIII. 31. *talia Diurnis Urbis Actis mandare.* Sub ipſa autem voce *Acta*, intelligitur *Negotia*; nam & *Acta* abſolute uſurpat Ann. III. 3. *ſcripturam actorum diurnam.*

Digitized by Google

borei, *citrei*, *duplices*, *triplices*, ſubaudi *libelli.* Vide *Tabellæ.*

» [Libido. Virgil. *Nec ſit mihi credere*, (52) ſubaudi » *libido*, pro, nec libeat mihi credere. Propert. *Nec tibi ſit* » *duros montes & frigida ſaxa adire*, pro, ne velis adire. » Ti-

(52) *Subaudi libido.*] Nihil ego hic ſubaudio. Senſus eſt, ne mihi eveniat illud *Credere*, ne tibi eveniat illud ipſum, ut *Adeas* &c. Sæpiſſime Verbum Subſtantivum ita abſolute ponitur cum Infinito, ubi certe nullo modo poſſis ſubaudire *libido*, & ubi Auctor ipſe aliud quid ſubaudiri velit. Vide ſupra *Datum*, atque ibi Notas, & infra *Tempus.* Potius ergo explicatione hæc juvanda ſunt, ut ſatis commode queunt. Liv. XLII. 41. *Verbo objecta Verbo negare ſit*, h. e. detur mihi, ſit mihi per vos, illud *Negare.* Plautus Trucul. II. 6. 20. *An me maleficio vincere eſt?* ſcil. *cuiquam*, h. e. an cuiquam ſuppetit illud *Vincere me?* Gell. VII. 20. *Eſt adeo invenire apud Poëtas hujuſcemodi multa*, h. e. datur nobis *invenire* &c. Notum & illud Virgilii, *Si mihi ſuſceptum fuerit decurrere munus*, h. e. evenerit, contigerit. Hujus ſignificationis ſunt etiam illa Terentii, Hecyra IV. 4. 28. *Nulla tibi hic conſultatio eſt.* Andr. II. 3. 26. *Puerum ne reſciſcat mihi eſſe ex illa, cautio eſt.* Adelph. III. 4. 59. *Piſces ex ſententia nactus ſum; hi mihi ne corrumpantur, cautio eſt*, h. e. *Cavere* illud incumbit mihi, cavendum eſt mihi. Sic & Pomp. Mela. II. 4. *per ea loca navigantibus dulcium hauſtus eſt*, h. e. obtingit, datur. Plautus Caſ. III. 2. 26. *Si quid ejus eſſet, eſſet mecum poſtulatio.* Epid. II. 2. 117. *Eſt lucrum hic tibi amplum.* Trin II. 4. 3. *Eſtne hoc, quod dico?* In quibus omnibus *Eſt* notat fere idem, quod dixi illud notare, quando cum Infinito eſt conſtructum, atque adeo in hac conſtructione Ellipſis, non magis neceſſe eſt, ut ſtatuatur, quam in illa. Aliquando tamen etiam ſubaudiendum aliquid videtur, veluti *operæ pretium*: ut in illo Petronii, *Nunc erat à torva ſubmittere cornua fronte.* Plura hujus generis vide apud Gronovium Patrem Obſervat. IV. 8. & mox apud Sanctium. Tum inprimis *Negotium*, quod intelligitur maxime, quando Verbum Subſtantivum prorſus abſolute ponitur, ſequente *Quod*, vel *Cur*, vel *Ut.* Ciceroniana ſunt, *eſt, quod gaudeas. Plane eſt, quod gratias agas. Ubi non ſis, qui fueris, non eſt, cur velis vivere.* Sic ſequente *Quum*, Auct. ad Herenn. IV. 26. *Eſt, quum non eſt ſatius.* Plaut. Capt. II. 2. 75. *Eſt etiam, ubi damnum præſtet facere, quam lucrum.* III. 3. 1. *Nunc illud eſt, quum me fuiſſe mavelim.* Ubi etiam poſſis ſubaudire *Tempus.* Vide infra Sanctium in Voce *Negotium* & *Tempus.*

Digitized by Google

» Tibul. *Tunc mihi non oculis ſit timuiſſe meis* : idem, » *Nec tibi ſit duros acuiſſe in prælia dentes.*]

Libra. Falluntur Grammatici, qui credunt, *Pondo* ſignificare libram ; imo vero, ubi eſt *pondo*, deeſt *libra*; ut ſi dicas, *corona centum pondo*, aut *mille pondo*, deeſt *librarum.* » [Feſtus, *Centenas pondo dicebant antiqui, re-* » *ferentes ad libras*, (53) ut *Pondo* ſignificet ratione pon- » deris. Cic. *Auri quinque pondo abſtulit*, id eſt, quin- » que libras auri. Plaut. Aſin. *Quot pondo te cenſes nu-* » *dum*, id eſt, quot librarum ponderalium.] Nam Romanis duplex erat libra, ut Galenus ait lib. 1. & lib. 6. de compoſitione medicamentorum, altera ponderalis, menſuralis altera. Quum igitur ponderalem indicabant, addebant *pondo*, quum menſuralem, *menſura.* Livius lib. 4. decad. 2. *Dictator coronam auream libræ pondo ex publica pecunia, populi juſſu, in Capitolio Jovi donum poſuit* : idem lib. 6. decad. 3. *Pateræ aureæ fuerunt* CCLXXVI. *librales ferme omnes pondo.* Plaut. Pſeud. *Eo laſerpitii libram pondo diluunt* : idem Rud. *nec piſcium libram unam jam hodie pondo cepi* : idem Menech. *Huic addas auri pondo unciam* : idem ibidem, *Pondo duûm nummûm.* Columell. lib. 22. cap. 20. *item myrrhæ quincunx, calami pondo libram, amomi pondo quadrans* : ibid. cap. 57.

(53) *Ut pondo ſignificet &c.*] Eſt ergo Pondo Ablativi Caſus ab obſoleto *Pondus*, *pondi.* Et dicitur *pondo tot libræ* itidem, ut *Numero tot homines.* Vide hæc doctiſſime, ut ſolet, demonſtrantem Gronovium Patrem de Pec. Vet. I. 6. Opponitur autem pecuniæ numeratæ, quæ ceteroquin itidem ſuum habebat pondus. Hinc Feſtus in Grave æs: *Deni aſſes, ſinguli pondo libras, efficiebant denarium*, intellige, ſinguli pendentes ſingulas libras pondo. Plaut. Men. III. 3. *Inaures da mihi faciendas pondo duûm nummûm.* De rudi vel facto metallo paſſim. Gellius II. 24. *Neque argenti in convivio plus pondo, quam libras centum, illaturos.* Hinc ad alias res transfertur. Plaut. Perſa II. 2. 49. *Tu quidem haud etiam es octoginta pondo*, h. e. adhuc puer es parvus, nondum 80. libras pendens. Trucul. V. 21. *Plus decem pondo amoris pauliſper perdidi.* Valla putavit d. l. *Pondo* eſſe Plurale Neutrum.

57. *Mellis adjicies pondo ſemunciam.* Delirat igitur Valla lib. 3. cap. 13.

Linea. *Ad incitas redactus ſum*, ſubaudi *lineas*. Vide Adag. *Ad incitas*; & Joſephum Scalig. in Append. ad lib. VI. Varronis pag. 186.

» [*Litem*, vel *Cauſam*, vel *Rem* (54) ſubauditur, in
» *Judicare*, vel cognatus accuſativus *Judicium*. Cic. *de*
» *re aliqua inter aliquos judicare*; *Res judicata cognitaque.*
» Plaut. *Rem iſtam perfidioſè judicaſti*; *Tres mihi lites ju-*
» *dicandæ ſunt.* Poëta vetus apud Cicer. 1. Divin. *Paris*
» *judicavit judicium inclytum inter tres Deas.*]

Litera. In illis *vocalis*, *conſona*, *muta*, *liquida*, deeſt *litera.* Vide *Avis.*

Litera. Cic. Attic. *Et paulò poſt triplices remiſeras*, ſupple *literas*: Idem, *Nam triduo abs te nullas acceperam*: Idem l. 7. epiſt. *Quo mitterem, aut cui darem, neſciebam*: Idem, *acceperam autem à Lentuli triumpho datas.* Tacitus in vita Agricolæ, *Ne laureatis quidem geſta proſecutus eſt*, ſupple *literis.* Sic & *duplices*, *triplices.* Vide *Tabellæ.*

» [Litus vel Terra. In *Continens* ſubaudiri poteſt *li-*
» *tus*,

(54) *Subauditur in judicare.*] Eſt & hoc Verbum ejus Generis, ut natura ſua & origine ſit Neutrum, actionem ipſam ſuo ſignificatu abſolvens. Compoſitum quippe eſt ex Verbo & ipſo Accuſativo Nominis. Quid enim aliud eſt *judicare*, quam *jus dicere.* Ne ergo alium requiramus Accuſativum in natura hujus Verbi indaganda, & quam maxime proprie dictum putemus, *judicare de re aliqua hoc vel illo modo.* Sic Plaut. Trin. II. 2. 102. *Iſthac judico*, h. e. in iſtam partem. At vero deinceps uſu translatum quodammodo videtur in ſignificationem Tranſitivam, ſeu tranſeuntis Actionis. Ut adeo *judicare litem*, *rem*, ſignificet decidere eam judicio ſuo, *judicare hoc* vel *illud de aliqua re*, idem ſit, quod exiſtimare, cenſere. Quamvis tamen hi Accuſativi, ſi naturam harum locutionum conſideres, revera per Ellipſin Præpoſitionis *κατὰ* primum fuerint huic Verbo additi. Ut ita *judicare hoc* ſit dictum, quaſi judicare ad hoc negotium, ſeu ad hunc modum, *jud. litem* pro quod ad litem, judicem agere in aliqua re aut lite.

Digitized by Google

» *tus*, (55) vel *terra*. Liv. 44. *Pars eorum*, *qui propiores* » *erant continenti litori*, *enarunt*.]

Locus. Livius lib. 1. *Et caſtris in apertis poſitis*, ſubaudi *locis*. Plaut. *hic ſenex de proximo*. Virg. *Compulerantque greges Corydon & Tyrſis in unum*: idem 3. Georg. *Exſilit in ſiccum*: & 4. *Sic poſitum in clauſo linquunt*. Plaut. Moſtell. *Ab humili ad ſummum*. » [Virgil. » 1. Æneid. *Claſſem in convexo nemorum Occulit*: ubi » Serv. *In convexo*, ſubaudimus *loco*; ſi dixiſſet, *Con-* » *vexum nemoris claſſem occulit*, ſubauditur *locum*, ſicut » in *Invium*, *Avium*: Priſci enim dicebant *Locus* & *Lo-* » *cum*, unde *Loca*. Lucr. *Avia Pieridum peragro loca*. » Etiam in *profectus peregre* ſubauditur *locum*, pro, in » locum peregre ſeu peregrinum: & *eſſe peregre*, pro, » in loco peregri, ſeu peregrino. Etiam in *Cavus*, » ſubaudiri poteſt *locus*, ut ſignificetur arcta rima. Ho- » rat. *Macra cavum repetes arctum*, *quem macra ſubiſti*.] Plaut. Aul. *Nam compreſſit eam adoleſcens de ſummo loco*. Val. Mal. lib. 5. *in deſertum locum*. Juven. Satyr. 5. *Primo fige loco*. Sic diximus *primo*, *ſecundo*, *quarto*, quæ Grammatici inepte Adverbia vocant. Vide *Sermo*, *Spatium*.

Loca. *Averna*, *ſupera*, *infera*, *inferna*, *ſecreta*, *roſaria*, *pomaria*, *teſca*, (56) *æſtiva*, *hyberna*, adjectiva ſunt, deeſt *loca*. Actius apud Varronem, *Quis tu es mortalis*, *qui in deſerta & teſca te apportes loca? Supera loca* dixit Varro. » [Et Propert. 2. El. 28. *Sunt apud infernos* » *tot millia formoſarum*, *Pulchra ſit in ſuperis*, *ſi licet*, » *una locis*: pro *apud infernos locos*. In urbium quoque, » pro-

(55) *Vel terra.*] Et hoc ſine dubio rectius, certe longe uſitatius. Vide & Sanctium infra hoc Cap. in voce *Terra*. In loco Livii XLIV. 28. legas forſan melius *continentis*, quod etiam maluit Gronovius pater. Sed tamen recte quoque dici poteſt *continens litus*, h. e. litus continentis, inhærens continenti, cum oppoſitione ad *litus inſulæ*. At magis proprie & uſitate *continens terra* dicitur, & opponitur *inſulæ* toti.

(56) *Æſtiva, Hyberna.*] In his intelligitur *Caſtra*. Vide, quæ notavi ſupra ad hanc Vocem.

Digitized by Google

» provinciarum, & inſularum nominibus in Genitivo » poſitis, (57) *locus* ſubaudiri poteſt; ut, *Natus Romæ, » Cretæ ſepultus.* Virg. *Hic locus urbis erit.* Horat. *Non » eſt aptus Equis Ithacæ locus.*]

Locum. *Cede majori; concede præceptori: decede calori; tu mihi ſuccedes;* (58) ſubaudi *locum.* Virg. in Bucol. *Nec ſeræ meminit decedere nocti.* Cic. *Decedere furori tribunitio.* Statius, *Hortantur, ceduntque locum.* Cic. 2. Nat. Deor. *Videtur quaſi locum dare, & cedere*; idem, *in dando & cedendo loco*: idem in Toga candida, *An oblitus es, te ex me, quum præturam peteremus, petiiſſe, ut tibi primum locum concederem.* Hinc fortè Juvenalis Satyr. 3. *Hic ubi nocturnæ Numa conſtituebat amicæ*: idem Satyr. 6. *Nam ſi conſtituit*, id eſt, ſi venire ad conſtitutum locum decrevit. Vide Lamb. Oda 6. lib. 2.

» [*Loquor*, vel *Dico*, ſubauditur in (59) *Ita* affirman- » tis Plaut. Pſeud. act. 4. ſc. 7. *Miſit te herus tuus?* » HA. *ita dico.* BA. *miles?* HA. *ita loquor.* BA. *Mace- » donius?* HA. *admodum.*]

Ludis. Virgil. *Magnis Circenſibus actis*, ſubaud. *ludis.* » [Aſcon. in C. Antonium, *Cum Sulla poſt victo- » riam Circenſes faceret.*] Sic *Megaleſiis, ſecularibus, funebribus,* [*compitalitiis.*] Vide *Sacra.*

» [*Lu-*

(57) *Locus ſubaudiri poteſt.*] Vel potius *Urbs* aut *Regio.* Vide infra *Urbs.*

(58) *Subaudi locum.*] Immo vero hic Accuſativus, quando his Verbis additur, additur per Ellipſin præpoſitionis. Ut adeo *cedere locum alicui* ſit itidem dictum pro *cedere alicui quod ad locum.* Vide me ſupra III. 3. ad Verbum *Cedere.*

(59) *Ita affirmantis.*] In hac particula ſubauditur plerumque *Eſt.* Integra enim eſt reſponſio, *res ita eſt, uti rogas.* Plaut. Curcul. V. 1. *res ita eſt.* Cic. Famil. III. 8. *Quod certe non ita eſt.* Sed & Idem in initiis Epiſtolarum ſæpe adhibet, *Ita eſt.* Similiter in interrogationibus. Petron. *Itane eſt? etiam dormire vobis in mente eſt?* Deſiderari porro in tali reſponſione illud, *uti rogas*, patet ex ſolenni formula, qua utebantur Cives Rom. in reſpondendo ad legum rogationem. Nam ſi acciperent eas ſuo ſuffragio, & probarent, ſimpliciter

» [*Lumen* ſubauditur in *Funali*, (60) *& Cereo*. Cicero » de Sen. cap. 13. *Duillius delectabatur crebro funali & » tibicine* : Idem, *Lumina demiſeramus*, id eſt, faces, » *nec ſatis lucebat.* Plaut. Curc. *Tute tibi luces ce- » reum.*]

» [*Lychnus* ſubauditur in *Cereus*. Martial. *Hic tibi » nocturnos præſtabit cereus ignes.*]

Maceratus. Terent. Eunuch. *Quo pacto ex jure heſterno panem atrum vorent.* (61) Donatus ſupplet, *maceratum*, vel *emollitum*, vel *madidum*. Frequens eſt hic loquendi modus apud Plinium & Cornelium Celſum; ut, *radix ex aceto*, *oſſa ex vino.*

Magnus. Hor. *Ibis Liburnis inter alta navium, Amice, propugnacula*, (62) pro *Amice magne.* Curius ad Cic. *Sed, amice magne, noli hanc epiſtolam Attico oſtendere.* Juvenal. *Magni delator amici* : Idem, *Calcas Conjugis urinam magnos viſurus amicos.* Vide Turneb. lib. 2. cap. 24. Adverſar.

Malum. Vitandi ominis cauſa multa ſubticebant antiqui, è quibus illa ſunt præcipua, *Cave tibi*, *timeo tibi*,

citer dicebant, *uti rogas*, pro, *ita jubeo*, vel *volo*, *uti rogas*.

(60) *Et cereo.*] Adhibuere Veteres hoc vocabulum in maſculino potiſſimum Genere. Cic. de Offic. III. 20. *Omnibus vicis ſtatuæ, ad eas thus, & cerei.* Feſtus, *Cereos Saturnalibus muneri dabant humiliores potentioribus.* Eodem ergo Genere poſitus videtur etiam Accuſativus *Cereum* in Verbis Plauti, ſtatuendaque Ellipſis *Lychni*, quam mox ipſe præſert Scioppius, vel *Ignis.*

(61) *Donatus.*] Si ulla hic Ellipſis, potius ſuppleverem *ſumptum*, *petitum*, *ex jure heſterno.*

(62) *Pro Amice magne.*] Ineptum ſane, ubi *Amicus* occurrit; velle intelligi *Magnus.* Ineptius etiam, quod Cl. Urſinus To. 2. p. 527. extr. intelligendam ait hanc Vocem, vel etiam *Potens*, in tali *Amico*, qualis fuit Horatio Mæcenas. Nam ſic innumera, immo omnia Epitheta, poſſent intelligi. Neque id voluit Turnebus, qui tantum in Cicerone phraſin hanc, vel vocem *Magnus* in ea, explicat d. l. nec ullam Horatiani loci, aut talis Ellipſeos, facit mentionem. Immo vero quoniam *Amicus* natura ſua eſt Adjectivum, ſubaudiendum potius Subſtantivum *Homo*, ſicuti ipſe Sanctius ſupra docuit. Vide *Homo.*

bi, *metuo à te*, *de te*, *pro te*, ſubaudi *malum*, vel *damnum*, vel *incommodum*. Plaut. Moſtell. *Lubet cavere malam rem*: ibid. *Tamen malum metuunt*. Cic. 1. Orat. *Quam ſit bellum, cavere malum*. Alii etiam accuſativi frequenter adhibentur. (63) Ridiculi ſunt Grammatici, qui hæc verba nunc activa, nunc neutra faciunt, & multarum, ut vocant, ſpecierum. Ineptit igitur Valla lib. 3. cap. 45.

Manus. *Dextra*, *ſiniſtra*, *læva*, adjectiva ſunt, ſupple *manus*. Catullus, *Non belle uteris manu ſiniſtra*. Cic. *Cum lævam manum admoveret*. Plaut. Menech. *Demam hanc coronam, atque abjiciam ad lævam manum*. Sueton. Nerone, *Dextra manu Pythiam*. Vide *Pars*.

Mare, vel Æquor. Adagium, *In tranquillo eſt*; &, *Tranquillo quilibet gubernator eſſe poteſt*, ſubaudi *mari*. Virg. *Terris jactatus & alto*: idem, *Et cærula verrunt*. Plaut. Ciſtell. *Tranquillo mari*. Georg. 4. *Et ſe jactu dedit æquor in altum*.

Melodia, vel Ars. *Muſica* nomen eſt adjectivum, ut *Rhetorica* & *Grammatica*: deeſt igitur *melodia*, ex Ariſt. lib. 1. Polit. in princip.

Membrum. Plin. lib. 10. *Cuniculis averſa genitalia*: idem, *Vulpis maſculæ genitale*, ſupple *membrum*. Ovid. 2. Amorum, eleg. 3. *Qui primus pueris genitalia membra recidit*.

Menſis. Nomina menſium faciunt Grammatici maſculina, ſed falsò: Adjectiva enim ſunt, deeſtque *menſis*. Idem ſentit Valla in Raudenſem. Sed accipe teſtimonia. Cic. Attico, *Venio nunc ad menſem Januarium*.

(63) *Ridiculi ſunt Grammatici*] At vide, quæ diſputavimus ſupra III. 3. ad Verba *Cavere* & *Metuere*. Nam utrumque origine ſua Neutrum eſt. Nec video, quid ineptiat d. l. Valla, ubi multis exemplis probat, complura eſſe Verba, quæ diverſis conſtruantur cum Caſibus, inque iis dici, *Timeo te, tanquam Inimicum*: *Timeo tibi, tanquam Amico, iſtic tanquam offenſurus ſis; hic tanquam defendendus*. Nihil aliud quum illic dicat, viderit Sanctius, quid ineptiarum in hiſce Vallæ reperiat.

Digitized by Google

rium. Martial. lib. 10. *Menſe novo Jani* : & lib. 12. *Jani menſe.* Horatius, *Qui dies menſem findit Aprilem.* Adag. *Menſe Majo nubunt malæ. Junius* (64) dictus quaſi Junonius. Varro, *Fanum Fortunæ dedicavit Junio menſe.* Martial. lib. 12. 32. *O Juliarum dedecus Kalendarum* ; idem lib. 6. 59. *Menſe vel Auguſto* : idem lib. 10. 87. *Octobres age ſentiat Kalendas.* Horat. 1. epiſt. *Sextili menſe caminus* : idem, *Septembribus horis.* Cic. Attic. lib. 6. *ibi quum Junium menſem conſumpſiſſem* : ibid. lib. 1. *menſe Septembri.* Varro, *cujus feriæ Octobri menſe.* Adag. *October equus* apud Feſtum. Cicero, *Naviges de menſe Decembri.* Horatius, *Age, libertate Decembri Utere* : idem 3. Carmin. *Quum tibi Nonæ redeunt Decembres.* Martial. lib. 5. 11. *Decembri menſe.*

Mens. *Pendeo animi, diſcrucior animi, infelix animi,* Budæus aſſerit Græcas eſſe formas, quod ego non inficiarer, ſi ille fateretur (65) deeſſe præpoſitionem ἐκ, quæ genitivum regit. Sed placet potius ad antiquam conſuetudinem recurrere, (66) quæ duo hæc nomina, *Mens* & *Animus*, copulabat; ut, *diſcrucior mentem*, vel *mente, animi.* Catullus ad Ortalum, *Nec potis eſt dulceis Muſarum expromere fœtus Mens animi.* Plaut. Ciſtell. *Nullam mentem animi habeo ; ubi ſum, ibi non ſum ; ubi non ſum, ibi eſt animus.* Idem Epid. *Pavor territat mentem animi.* Lucret. lib. 3. *Denique cur animi nunquam mens conſiliumque Gignitur in capite.* idem lib. 4. *Nec*

(64) *Dictus quaſi Junonius.*] Immo potius *Maius* à majoribus, *Junius* à junioribus, prout omnis civitas Romana diviſa erat in centurias ſeniorum & juniorum, Vide & Ovid. Faſt. V. 73. 78. Breviter VI. 88. *Junius eſt juvenum, qui fuit ante ſenum.*

(65) *Deeſſe Præpoſ. ἐκ.*] Nihil hoc eſſe oſtendimus ad II. 3. pag. 169. &c.

(66) *Quæ duo hæc nomina.*] Sed aliquando etiam ipſe Genitivus *Mentis* in ſimili locutione occurrit. Plaut. Trin. II. 4. 53. *Satin' tu ſanus mentis aut animi tui?* Epid. I. 2. 35. *Deſipiebam mentis.* Intelligi igitur *in parte*, h. e. in illa mei vel tui parte, quæ conſiſtit in animo; vel aliud quid. De conſtructione ipſa actum jam ſupra II. 3. pag. 168.

Digitized by Google

Nec ratione alia, cum ſomnus membra profudit, Mens animi vigilat. Idem lib. 5. *Animi vix mente videmus*: idem lib. 6. *Perturbata animi mens in mœrore metuque*: » [Idem lib. 1. *Nec me animi fallit* &c. hoc *eſſe difficile*, » ſubaudi *mens*.] Virg. 4. Æneid. *iſque amens animi*, ſubaudi *mentem*, vel *ἐκ*.

Menſa, vel Tripus. Martial. lib. 12. *Argentum atque aurum non ſimplex Delphica portat.* Politianus in Ruſtico, *Nec Mauruſiacos pulchræ teſtudinis orbeis Delphica ſuſtentat*, ſc. *menſa*. Valerius Maxim. lib. 4. cap. 4. *Extracta deinde magni ponderis aurea Delphica menſa.* Cic. Verr. 6. *Menſas Delphicas è marmore, crateres ex ære pulcherrimos, abſtulit.*

Menſura. Trita ſunt illa, *Altus ſeptem pedum, decem pedum profundus*, ſubaudi *menſura*. Lentulus in epiſt. Cic. *Naves onerarias, quarum minor nulla erat duûm millium amphorarum.*

Mentio, vel Recordatio. Cic. *Quum illius diei venit in mentem*, ſubaudi *mentio*, vel *recordatio*. Valla lib. 1. cap. 35. ſic ait, *Ubi quidam volunt accipi genitivum pro nominativo; mihi potius placet ſubintelligi, Conditio, Status, Qualitas illius diei.* Hæc ille. Sed melius intelligitur *recordatio*, vel *memoria*. » [Dictys lib. 3. *Veniat in » animum recordatio parentis tui.*] Huc refer omnia verba memoriæ; ut, *memini*, *recordor*, *obliviſcor*, ſi genitivum habeant, ut, *memini tuorum conſiliorum*, (67) ſcilicet *recor-*

(67) *Scilicet recordationem.*] Ego in his omnibus intelligo *negotium*, vel *quod ad negotium*, *in negotio*: certe in eo, quod ex Cicerone adfert Sanctius ſupra pag. 172. ubi itidem de verbis Memoriæ agit, *Quum in animo haberem navigandi*, in eo, inquam, intelligitur certiſſime *negotium*. Cic. de Offic. III. 2. *ſi Diſcendi labor eſt potius quam voluptas*, h. e. *ſi negotium Diſcendi eſt labor* &c. Sic ergo etiam, *Quum illius diei venit in mentem*, ſcil. *negotium*. Vide ſupra in Notis pag. 171. & infra ad Vocem *Negotium*. In verbis autem *Meminiſſe*, *Recordari*, *Obliviſci*, eadem eſt ratio Genitivi, quæ in Nomine *Memor*, Neque ergo dubito, quin Genitivus illis jungatur per Ellipſin *In negotio*, de qua Ellipſi vide ſupra ad II. 3. Not. 6. & 12.

Accu-

Digitized by Google

recordationem : vel Græco more deeſt ἐκ, » [Præſtat » tamen ſubaudiri *meminiſſe* ſeu *memoriam*. Plautus Capt. » *Qui fueris*, *&* *qui nunc ſis*, *meminiſſe ut memineris* : » ibid. *Ne monueris*, *facile memoria memini tamen.* & » Trin. *Tribuſne poteriis te memoria oblitum?*]

» [Mercator. Plaut. Capt. *De compacto rem gerunt*, » *quaſi in Velabro Olearii*, ſubaudi *mercatores.*]

Milites. *Triarii*, *haſtati*, *pilati*, *lancearii*, *ſagittarii*, *ferentarii*, *peltati*, *cetrati*, &c. ſubaudi *milites*.

Modium. Horat. Satyr. 1. *Millia frumenti tua triverit area centum*, (68) ſubaudi *modiûm* : *medimnorum* ſupplet Porphyrio.

Modo, vel pacto. Quum dicimus, *Quo pacto iſtud fiet*, intellige *modo*, id eſt, quo pacto modo ; nam *pactus* adjectivum eſt. Item quum dicimus, *Quî fieri poteſt*, ſubaudi *modo*, vel *pacto* : nam (69) *Quî* in ſexto caſu adjectivum eſt, ut ſemper. Plaut. Aulul. *Aut thure*, *aut vino*, *aut aliquî ſemper ſupplicat* : idem Stich. *Qua-*

Accuſativus vero ſi addatur illis Verbis, intelligenda tunc haud dubie Præpoſitio *Ad*, *quod ad*, ἀνὰ. *Meminiſſe ut memineris* apud Plautum Capt. II. 1. 51. emphatice dicitur. Ratio conſtructionis eſt ea, qua Infinitivi junguntur Verbo *Memini*. Senſus autem eſt, ne obliviſcaris meminiſſe ſemper ejus rei, qui fueris, & qui nunc ſis. Si quis tamen hoc verbum *Memini* excipere velit, & pro vero etiam habere Activo quibuſdam certe in locutionibus, non valde repugnabo. Certe ita Virgil. Ecl. VII. 19. *Alternis igitur contendere verſibus ambo Cœpere : alternos Muſæ meminiſſe volebant* : ubi *Meminiſſe* pro Memorare, & memoriter cantare videtur poſitum. Sic Plautus Men. prol. 45. *Propterea ejus nomen memini facilius* : h. e. in memoria retinui, ſcio. Sed multis de verbis in utramque partem poteſt ſpecioſe ſatis diſputari.

(68) *Subaudi modiûm.*] Recte Sanctius, male Porphyrio. *Modius* enim erat uſitatiſſima Romanorum menſura, qua idcirco utebantur in magnis rei frumentariæ ſummis exprimendis, & quæ proinde intelligitur, quando nulla certa exprimitur ; ſicuti *Seſtertius* in re nummaria. Græci ad eas ſummas denotandas adhibere, & ideo etiam, quando nullam certam exprimebant menſuram, intelligere ſolebant in re frumentaria *Medimnos*, in nummaria *Drachmas*.

(69) *Quî in ſexto caſu &c.*] *Quî* eſt proprie ſextus Caſus a *Quis*, quod formatum eſt a Gr. *Tίς*.

Quadrigas, quî vèhar. Sic dicimus, *Inveniam viam, quòmodo me expediam.* Plaut. Epid. *Ipſi hi mihi dant viam, quo pacto à ſe argentum auferam*, id eſt, quî. Terent. *Pro ſe quiſque facere, quo mihi illam lenirent miſeriam*, id eſt, quî Grammatici exponunt, *quo* pro *ut*; frigidè, ut omnia. Hor. *Quo peſſime pacto?*

Mons. *Altus Oſſa: prœaltus Ida; ignivomus Aetna;* ſupple *mons*: item, *Aventinus, Palatinus, Quirinalis, Viminalis. Cretêa Ida* dixit Ovidius, ſecutus terminationem; & Lucan. lib. 1. *Siculæ Ætnæ ora.*

Morbus. Horat. *Quum me funeſto properent arcere veterno*, ſupple *morbo.* Catull. *Non eſt ſana puella, nec rogate, qualis ſit, ſolet hæc imaginoſum*, ſubaudi *morbum pati.* Morbus imaginoſus eſt phrenitis.

Morem, vel Ingenium. Terent. Andr. *Optime hoſpes, pol, Crito, antiquum obtines*: ubi Donatus per ellipſin ſupplet *morem*, vel *ingenium.* Plaut. Moſtell. *Antiquum obtines hoc tuum, tardus ut ſis*, ſupple *ingenium.* Terent. Hecyr. *At tu ecaſtor morem antiquum atque ingenium obtines*: idem Eunuch. *Non cognoſco veſtrum tam ſuperbum*: ubi Donatus, *ſubaudiamus vel* ingenium, *vel* animum, *vel* morem, *vel* inſtitutum.

Mortem. Juven. *Magnus civis obit, & formidatus Othoni*, ſubaudi *mortem.* Virg. *Queis ante ora patrum contigit*

τῖς. At *Quo* eſt ſextus Caſus ut *Qui.* Vide quæ diſputavi lib. ſup. cap. ult. ad Vocem *Quanquam.* Quod ad vim ſignificationis, idem eſt, ſive *Qui*, ſive *Quo* dicatur. Quum Terentius ait, *pro ſe quiſque facere, quo mihi illam lenirent miſeriam*, eſt idem, ac, facere eo modo, quo modo mihi lenirent. Sic *Inveniam viam, quo modo me expediam*, h. e. viam ejus modi, quo modo me exp. Breviter autem *Quo* & *Quî* notant in his idem, quod *Ut*, quæ proinde expoſitio non eſt adeo *frigida*, certe ſi ſpectes uſum & vim ſignificationis. Neque diſcriminis multum, quod ad ſenſum, in his reperies, ſive dicas, *facere omnia eo modo, quo modo lenirent* &c. ſive, *facere ita, ut lenirent.* Nam *Eo* in illa locutione intelligi, liquet ex Cæſare B. Gall. III. 16. *In quo eo gravius Cæſar vindicandum ſtatuit, quo diligentius in reliquum Tempus a Barbaris jus Legatorum conſervaretur.*

Digitized by Google

contigit oppetere, ſuppie *mortem*. Terent. *Ea obiit mortem*. Cic. pro Mil. *Primum illud vulnus accepit, quo teterrimam mortem obiret*. Virg. *Morte obita*. Cic. 1. Divinat. *Æquius eſſe cenſuit, ſe maturam oppetere mortem, quam* &c. idem 1. Officior. *Ajax traditur millies mortem maluiſſe oppetere, quam*, &c. *Mortem occumbere* paſſim legis. » [Apud Ciceronem tamen Tuſc. I. 42. in » plerîſque veteribus libris ſcriptum legitur, *Qui pro* » *patria* (70) *morte non dubitaret occumbere*, ut *Occum-* » *bere* ſit velut occidere, procumbere, à morte, vel- » ut cauſa. *Obire* valet adire, nam *ob*, pro *ad*, di- » cebant, teſte Feſto. Eſt ergo *Obire mortem*, vel » *diem ſuum*, ad conſtitutam mortis diem adeſſe, adi- » re mortem, ad mortem pervenire. (71) *Oppetere*, » pro appetere, hoc eſt, adipiſci: nam *Petere* per » Metonymiam antecedentis dicitur pro accipere, ſu- » mere. Virgil. 1. Æneid. *Seu verſare dolos, ſeu certæ* » *occumbere morti*, pro, morte. Liv. 1. *Cacus clava* » *ictus morte occubuit*. Ovidius 15. Metamorph. *Credu-* » *litate patris, ſceleratæ & fraude novercæ, occubuiſſe* » *neci*, pro, nece.]

» [Munuſcula. *Miſſilia in vulgus ſparguntur*, ſubaudi » *munuſcula*, ut ex Seneca diſcimus epiſt. 65. Vide » *Jaculum*.]

Munus. *Dare gladiatorium*, ſubaudi *Munus*, ut notat Aſcon. Pædianus ex Philip. 9. & lib. 2. epiſt. ad Attic.

» [Plaut. Menech. *Date mihi præconium*. Cic. *Facere* » *præ-*

(70) *Morte non dubitaret.*] Patet hinc, ſi vere in MStis legitur, non magis ergo intelligi, aut regi a Verbo, Accuſativum, quam Ablativum, quando illud ſimpliciter eſt poſitum, quum eadem ratione uterque caſus illi accedat, quippe Verbo ſignificationis vere Neutralis. Vide ſupra III. 2. 2. pag. 271. & maxime IV. 3. 6. ubi data eſt ratio ꝑ *Mori mortem* & *morte*.

(71) *Oppetere pro &c.*] Immo potius ſignificat ruere & pervenire ad mortem. Vide me ſupra hoc Capite ad Vocem *Iter*.

Digitized by Google

» *præconium*, (72) ſubaudi *munus*, ſive *Officium præ-*
» *conis.*]

Navis. Virg. 5. Æneid. *Centauro vehitur magna*, ſupple *navi.* Vide *Avis.*

Plaut. Aſin. *Quo hanc celocem conferam?* ſupple *navem*: *Celox* enim à celeritate adjectivum eſt. Plaut. Pœnulo, *obſecro hercle operam celocem hanc mihi date.* Varro, *Nautæ remivagam movent celocem.* Apulejus, *Qui celocem regere nequit, onerariam petit.* Livius lib. 7. decad. 4. *Naves quinqueremes celoces*: ibid. *Naves longæ* 160. *celoces* 12. Huc adde *liburnicas*, *prætorias*, *roſtratas*, *triremes*, *quadriremes*,
» [*onerarias.* Cic. *In aliquam onerariam corrependum*
» *eſt.*] Cæſar 2. Civil. *Conſpicuæque naves triremes duæ navem D. Bruti*: idem 3. Civil. *Naveſque triremes duas, quas Brunduſii faciendas curaverat.* Horat. *Ibis Liburnis inter alta navium*, ſubaudi *navibus*: & lib. 1. Oda 37. *Deliberata morte ferocior, ſævis Liburnis ſcilicet invidens deduci*, &c. ſic enim legunt Victorius & Lambinus, ſubaudito *navibus.* » [Etiam
» in *Corbita*, quæ à *Corbe* videtur dicta, *navis* ſub-
» auditur. Lucill. *Quam malus navi corbita maximus*
» *ulla.*]

Navem. *Solvit e portu*; *conſcendit ſtatim*; (73) *appulit ad*

(72) *Subaudi munus.*] Sed uſu vox hæc accepit ſpeciem Subſtantivi, inprimis quando ponitur pro laudatione, veluti apud Cicer. Famil. V. 12. ubi *Achilli ab Homero præclarum* dicitur *tributum præconium.* Hic certe *munus* intelligere nequeas. Sed tamen originem ſuam habet ab Adjectivo. Nam in ea forma dicitur *Quæſtus præconius.* Sic fere *Mangonium* a *mangone* pro artificio ipſo, licet & hoc origine ſua fuerit Adjectivum.

(73) *Appulit ad portum, ſubaudi Navem.*] Recte: quoniam ille Accuſativus maxime additur huic Verbo. Sed tamen, quod jubent Eruditi, & ipſi Lexicographi, dicendum ſemper *appellit Navim*, non *appellit navi*, nec *appellit navis*, id falſum uſu & lectione deprehendi. Etenim Suet. Tito 5. *Cum Puteolos oneraria nave appuliſſet*: intellige autem *ſe*, ut apud Terent. Andr. IV. 5. 12. *Haud auſpicato huc me appuli.* Porro Tac. An. II. 24. *Sola Germanici triremis Chaucorum terram appulit.* IV. 27. *Cum*

ad portum; ſubaudi *navem*. Plaut. Mercat. *confeſtim navim ſolvimus*: » [& Mil. *Niſi erat, ſe ſoluturum eſſe navim*: & Amph. *hac nocte navis noſtra ſoluta eſt à portu Perſico.*] Juvenal. Satyr. 6. *Durum eſt conſcendere navim.* Cic. *Haberetque in animo navem conſcendere.* Cæſar. 1. Civil. *Milites ſilentio naves conſcendere jubet.* Valer. Maxim. lib. 1. cap. 7. *Quum ad littus navem appuliſſet.* » [Cic. *Cum ad villam noſtram navis appelleretur*: Idem, *Nos ea die cœnati ſolvimus*: *Mercatores Alexandria ſolviſſe*; *Quod e portu ſolventibus præcipitur.*] Ovid. *Certus es Ænea cum fœdere ſolvere navem.* » [Cic. *Tu velim quamprimum conſcendas, ad meque venias*: Idem, *Conſcende nobiſcum, & quidem ad puppim.* Dictys lib. 6. *Poſtquam impoſitis, quæ ſinguli bello quæſiverant, adſcenderunt ipſi, ſolutis anchoralibus navigant.*]

Negotium ſæpiſſime idem eſt, quod Græcè πρᾶγμα ſeu χρῆμα, aut *Res*, » [*Factum*, *Opus*. Unde ſæpius » apud Plautum legitur, *Ita negotium eſt*; *Ita mihi res eſt*; eodem ſenſu, pro, ita opus eſt. Scipio Africanus apud Feſtum, *Ut negotium natum erat*, pro quo » Plaut. *Ut res nata erat*: Trucul. *Ut rem natam video, accipiendum eſt, quod datur.* Dictys libro 2. *Ubi animadvertit procul magnam vim claſſium, ratus, ut negotium erat, propere ſuos inſtruit*: & l. 4. *Armati, inſtructique pro negotio pugnam aggrediuntur*, id eſt, pro re » nata, ut res ferebat. (74) Plautus diceret *Pro re, pro copia*, Aul. act. 3. ſc. 5. *Pro re nitorem habere, & gloriam pro copia*, id eſt, ſecundum rem familiarem, & » ſecundum copiam ſeu facultatem. Lucretius 6. *Quiſ-*

» *quis*

Cum, velut munere Deûm, tres triremes appulere. Cic. Verr. V 16. *Qui eſſent navigiis appulſi.* Sall. Jug. 25. *Brevi Uticam appulſi*, ſcil. *navibus*. Sic & *Applicare* dicitur ipſa Navis, ſcil. Livius XLIV. 32. *ut quocunque litore applicuiſſe naves hoſtium audiſſent, extemplo agreſtibus ferrent opem.*

(74) *Plautus diceret.*] Alienum eſt hoc Plauti, ut & locus qui ſequitur, ab ea phraſi, de qua hic agitur. Nam iſtic *Res* & *Copia* notant patrimonium & divitias hominis,

» *que ſuum pro re conſortem mæſtus humabat.*] *Negotium* Græce & Latine deſideratum in omni neutrali adjectivo. Virg. *Parvo potentem Fabricium.* Terent. *Aliena ut cures.* Cicero 4. Verr. *A quo mea longiſſimè ratio*, &c. Ubi Aſcon. *A quo, à quo negotio.* Terent. Adelph. act. 3. *Utinam hoc modo defunctum*: ubi Donatus ſupplet *negotium.* Val. Max. *Læta quidem & proſpera negotia.* Cic. lib. 15. epiſt. 1. *Ad tanti belli opinionem*, (75) *quod ego negotium*, &c. Plaut. Caſina, *Timeo hoc negotium*, » [*quid* » *eſt*, pro, quid hoc ſit negotii.] Horat. 2. Serm. *Aliena negotia curo, Excuſſus propriis*: Idem, *Fortuna ſævo læta negotio.* Plaut. Pœnul. *Id negotium inſtitutum eſt.* Cic. Attic. *Magnum negotium eſt navigare.* Val. Max. lib. 3. cap. 7. *Ut de frumento emendo, atque ad id negotium explicandum.* Sic dixit Cic. lib. 12. ad Attic. *Unam rem ad me ſcripſiſti.* Sic (76) *Triſte lupus ſtabulis*; *malum videtur eſſe mors*; *tua refert*; *noſtra non intereſt*, ſubaudi *negotia.* Sic (77) *ſtrata viarum, abdita rerum, opaca domorum, peſſima munerum, ad ſacra vatum, Beata Seraphim.*

(75) *Quod ego negotium &c.*] Sic Cic. Famil. IV. 4. *quo conſilio te uſum ſcribis hoc Achaicum negotium non recuſaviſſe.* Sallust. Jug. 54. *Quæ negotia multo magis, quam prælium male pugnatum ab ſuis, Regem terrebant.* Sic Suetonius, *Maturare deſtinata negotia, in magno negotio habere.* Vide Gronovium Obſerv. II. 24.

(76) *Triſte lupus ſtabulis.*] Sic Cic. de Offic. I. 4. *Commune animantium omnium eſt conjunctionis appetitus.* Ter. Heaut. III. 2. 1. *Idem viſa eſt tibi hæc meretrix?* ſupple *negotium.* Eadem etiam eſt Ellipſis in his, quæ Adverbia creduntur, *interea, præterea, poſtea.* Salluſt. Jug. 47. *Inter hæc negotia.* Vide ſupra *Facta.*

(77) *Strata viarum.*] Tacitus Hiſt. II. 44. *Supereſſe militum, quod trans Padum fuerit.* Cap. 55. *Quod erat in urbe militum, ſacramento Vitelli adactum.* Livius I. 11. *Quod inter Palatinum Capitolinumque campi eſt.* Cap. 22. *Vaſtatur agri, quod inter Urbem ac Fidenas eſt.* Cicero de Invent. II. 2. *Quod voluntatis quoniam nobis quoque accidit.* Sulpic. Severus, *Facilius fuerit, ut minus fortaſſis annorum, quam amplius annotaverim.* Mela III. 5. *Oppoſita cautium.* Salluſt. Hiſt. III. *Certaminis adverſa.* Multa paſſim ejus generis reperias.

Digitized by Google

Seraphim. » [Lucret. *Ductores Danaûm delecti, prima* » *virorum.*]

Similiter in iſtis *Negotium* ſeu *Res* deeſt » [Plaut: » (78) *Mille nummûm mihi credidit.* Lucill. *Tu mille num-* » *mûm*

(78) *Mille nummûm mihi credidit.* Intelligi in his poſſe *negotium*, liquet ex loco Cic. Parad. III. 1. *Depoſitum auri pondo decem reddere.* Integrum eſt, *depoſitum negotium decem auri librarum pondo.* Referuntur huc etiam a pleriſque illa Ter. Heaut. III. 3. 43. *Huic drachmarum mille dederat mutuum.* & Cic. Philipp. VI. 5. *qui L. Antonio mille nummûm ferret expenſum.* Aliquando etiam per Ellipſin omittitur nomen Plurativum, ante verbum ejuſdem numeri. Livius XXIII. 44. *Mille fere paſſuum inter urbem ERANT caſtraque: eo ſpatio concurrerunt.* Legendum forſan *erat.* Sed Gronovius Pater de Pec. Vet. I. 10. intelligit *campi*; Malim *Paſſus*, quia ita ſolet idem Nomen in alio caſu intelligi, alio exprimi. Sic apud Plautum Trin. II. 4. 23. *Trapezitæ mille drachmarum Olympicûm, Quas de ratione debuiſti, redditæ.* Videtur intelligendum *drachmæ*, quæ fuerunt *mille Olympicarum drachmarum*, Corn. Nepos Datam. 8. *quum de illius exercitu non amplius hominum mille cecidiſſent*; Sic editur a Gebhardo & aliis quibuſdam. Intelligitur autem tunc *Homines.* Sed maxima in eo manet hæſitatio, quæ ſit natura vocis *Mille.* Veteres, Varro ipſe lib. VIII. de L. L. pag. 118. 119. Gellius I. 16. & Macrobius Saturn. I. 5. diſerte eam pro Singulari Neutro habuerunt. Rejiciunt hoc multa aſſeveratione Scioppius Parad. Ep. 14. & Gronovius d. l. Sed profecto magnam in hujuſmodi rebus auctoritatem ſibi jure ſuo vindicat ipſa antiquitas. Varro autem affirmat ſine hæſitatione τὸ *Mille* eſſe *ſingulare neutrum, & dici hoc mille denariûm, a quo multitudinis ſit hæc millia denariûm.* Et, *Unum & Mille utrumque ſingulari numero appellant. Nam ut dicimus Hoc unum,* (credo excidiſſe *mille*) *Hæc duo millia, ſic deinceps.* Denique dici ait, *Hoc mille, Hujus mille: Nec eo minus in illo mille, præponi Hi mille, Horum mille,* &c. Diſertiora etiam Gellius, & ex eo fere Macrobius tradunt, *In his atque multis aliis Mille numero ſingulari dictum eſt: neque hoc, ut quidam putant, vetuſtati conceſſum eſt, aut per Figuratam concinnitatem* (h. e. Ellipſin) *admiſſum eſt, ſed ſic videtur Ratio poſcere. Mille enim non pro eo ponitur, quod Græce χίλια dicitur; ſed quod χιλιάς, & ſicuti una χιλιὰς & duæ χιλιάδες, ita unum mille & duo millia certa atque directa Ratione dicitur.* Liquido ſatis expreſſam in his habemus illorum ſententiam, quam inſuper auctoritate antiquiorum confirmant. Clariſſima certe videntur Lucilii verba, qui in Ablativo *milli* traditur dixiſſe, *Hunc milli paſſuum qui vicerit, atque duobus.* Et, *Tu milli nummûm potes uno quærere centum.* In quibus, ut cenſet Gellius, *aperte oſtendit*

» *mîſm potes uno quærere centum*: idem, *Ad portam mille*,
» *à*

oſtendit MILLE & Vocabulum eſſe, & ſingulari Numero dici, ejuſque Pluralivum eſſe MILLIA; & caſum etiam capere Ablativum. Durum ſane eſt, rejicere tam diſertam Veterum auctoritatem in Linguæ ſibi vernaculæ uſu. Quin, ſi maxime illi erraverint, certum eſt tamen, quum putarent, τὸ *Mille* eſſe Singulare Neutrum, eos ergo in hac conſtructione non detrectaturos adhibere illam vocem; ut fecit certe Macrobius ea ex cauſa, ut mox oſtendemus. Si autem in hac re errare potuit Varro, & ita hanc vocem, ſi uſus veniret, conſtruxiſſet, quid non facerent tunc alii Scriptores, minus docti & minus ſtudioſi analogiæ Latinæ inveſtigatores? Et quis affirmabit nobis, tot loca, in quibus *Mille* cum ſolo Genitivo reperitur conſtructum, non eſſe ex hoc errore profecta, quem ſecundum Doctiſſimorum Virorum ſententiam erraverint ipſi Varro & Gellius; atque adeo *Mille* non poni iſtic, ut Subſtantivum ſingulare. Sic Livius X. 30. *qui in Hoſtium exercitu peditum 40330. equitum ſex Millia, Mille carpentorum ſcripſerunt fuiſſe.* Planiſſimum huc utique erit, ſi *Mille* hic ſtatuamus eſſe Accuſativum Singularem neutrum, à quo regatur Genitivus, quod certe ſtatuerent Gellius & Macrobius. Cicero Philipp. XIV. 5. *ſi quis Hiſpanorum, aut Gallorum, aut Thracum, mille, aut duo millia occiſi ſint*, ubi ſane videri poſſet τὸ *Mille* eodem modo conſtructum, quo *millia*, quum ad utrumque iidem referantur Genitivi. Sic Plaut. Trin. IV. 2. 161. *illud mille nummûm quam rem agat.* & V. 2. 34. *Spondeo meam gnatam tibi uxorem, & mille auri Philippûm dotis*, h.e. & unum mille Phil. nummorum auri dotis nomine, ut alibi *duo talenta dotis*, *ſexcenti logi dotis.* Vide me ſupra II. 3. 7. Ceterum Ellipſi quam in hiſce ſtatuunt Viri Docti, nihil iſtic opus, & expeditum erat dicere, *dotem mille nummorum* &c. Horat. Satyr. II. 3. de Ajace, *Mille ovium inſanus morti dedit.* Planiſſima & iſtic erit expoſitio, ſi *Mille* accipiatur pro Accuſativo Subſtantivi. Macrobius vero Saturn. I. 5. diſerte ita & locutus eſt & interpretatus ipſe, quum ait, *Mille denique Verborum talium eſt*; in quibus τὸ *Mille*, & *Vocabulum* h. e. Subſtantivum, & *Singularis* eſſe *Numeri*, ac reſpondere Græcæ voci χιλιὰς, pluribus ibi exemplis probare contendit. Si ſpectemus nunc analogiam & formationem vocum *Mille*, & *Millia*, omnia videntur eò nos ducere, ut credamus fuiſſe ab origine & natura ſua, vel Adjectiva neutrius generis, ut *Forte & Fortia*, *Humile & Humilia*; ſub quibus Adjectivis intelligatur tunc certum & perpetuum Subſtantivum, ſed quod per Ellipſin ſemper fuerit omiſſum: vel potius Subſtantiva, ut *Mare & Maria.* Certe tanquam Subſtantiva Neutrius tantum Generis paſſim reperiuntur conſtructa, adeo ut in Plurali certe τὸ *Millia* nunquam conſtruatur tanquam Adjectivum cum

» *à porta eſt ſex inde Salernum*, ſubaudi *paſſuum.* Cato,
» *In le*

cum alio Subſtantivo ejuſdem Caſus, tanquam ſuo, ſed ſemper tanquam Subſtantivum cum Genitivo, vel cum eodem caſu per Appoſitionem, ut *Millia talenta*, *millia anni* &c. quod poſterius neque dici poteſt per leges Grammaticæ ex convenientia Adjectivi & Subſtantivi, quum *Millia* ſit tantum Neutrius generis: unde ſemper occurrit *ducenta millia* &c. non *ducenti millia.* Quapropter ſi additur, quod aliquando tamen ſit, Subſtantivum ejuſdem caſus & numeri, cujus eſt τὸ *Millia*, per Zeugma & Appoſitionem illud eſt omnino conſtruendum & exponendum, ut pluribus exemplis oſtendimus infra Cap. 8. Nota 2. Analogia ergo formæ Subſtantivæ eſt manifeſta, maxime quum videamus a Lucilio etiam in Ablativo dici, *uno milli nummûm*, & *milli paſſuum.* Nam quod Viri Doctiſſimi, quia ſæpe E & I promiſcue ſcribantur, putant ergo etiam hic per cauſam metri poſitum *Milli* pro *Mille*, in eo non habent me certe ſibi ſuffragantem. Nam illa permutatio in certis formis eſt uſitata, non in omnibus, *nec extendenda uſque eo literarum I & E ſatis definita affinitas*, ut ipſe Gronovius ait ad Statii Sylvas cap. 55. Immo non reperietur facile in Nominativo *hoc forti* &c. pro *hoc forte*, *hoc Mari* pro *hoc Mare.* Certe id probaſſe aut commonſtraſſe debuiſſent. Jam vero Anomalum plane videtur, quando τὸ *Mille* adhibetur in Plurali per omnia Genera & Caſus, in quo nihil eſt Analogicæ formæ. Quapropter pene dixerim, per Abuſum accidere huic Nomini *Mille*, ut, quum origine ſua fuerit Singulare & Neutrum, dein ad Numerum Pluralem quoque & omnia Genera fuerit uſu ipſo tranſlatum: plane uti accidit Nomini *Potis*, quod, quum ſit Singulare Maſculinum vel Femininum, etiam pro Neutro & Plurali poſitum occurrit. Vide Me ſupra II. 10. 1. & infra IV. 16. Adde *Magis* & *Mage*, quæ per abuſum evaluerunt Adverbia; licet itidem Adjectiva primitus fuerint. Videndum ergo, annon τὸ *Mille* cum Subſtantivo poſſit accipi primitus per Appoſitionem & perpetuam Ellipſin in ſuo ſingulari dictum, tanquam itidem Subſtantivum alteri additum: ut, ſicuti dicitur ſæpe *Homines duo millia*, (ut oſtendimus quamplurimis exemplis infra cap. 8. quæ velim omnino ut conferas) ſic dictum ſimiliter habeatur *Homines mille*, h. e. exſiſtentes unum mille, vel uſque ad mille. Sic Livius X. 30. *Ex millibus quinque ad mille cæſi.* Unde liquet, quomodo ſupplendum & intelligendum ſit, quando ſimpliciter dicitur, *mille cæſi*, h. e. cæſi homines uſque ad mille hominum. Atque ita Plauti illud explicari forſan queat, *mille drachmarum redditæ*, h. e. drachmæ, exſiſtentes unum mille drachmarum, redditæ. Similiter quum Terentius ait, *Huic drachmarum mille dederat mutuum*, ſenſus ſimpliciſſimus foret, *Huic*

» *Inde eſt ferme mille paſſuum.* Cic. *In fundo ejus facile*
» *mille*

dederat mutuum unū mille drachmarum. Certe cum crediderim, ab initio fuiſſe uſum, eamque rationem vocis *mille*; ſed dein, quum frequentaretur maxime illa Appoſitio & perpetua Ellipſis in loquendo & ſcribendo, eam non animadvertiſſe ipſos Veteres, ac neglexiſſe paulatim, ut adeo adhibuerint tandem *Homines mille*, & ſimilia, tanquam Adjectivum & Subſtantivum. Plane, ut Hieronymus, Oroſius, Sulpic. Severus, & illius ætatis Scriptores, adeo frequenter dixerunt *annis ſex millibus*, & ſimilia, ut credi poſſit, eos ad rationem Grammaticæ conſtructionis nihil attendiſſe, & putaſſe, talia cohærere ut Subſtantivum & Adjectivum. Hinc ergo ortæ tandem apud Veteres nonnullæ videntur locutiones, in quibus vox *Mille* vix aliter, quam ut Adjectivum, exponi commode queat. Plautus Trin. IV. 2. 117. *Si hunc poſſim illo mille nummûm Philippo circumducere, Quid ſibi me dediſſe dixit.* Poſſis hoc tamen exponere etiam, *illo auro Philippo uſque ad mille nummorum*, vel etiam *nummorum exiſtentium mille*, in Genitivo ſingulari, vel, *illo auro Philippo exiſtente mille* (in Ablativo) *nummorum*. Difficilior eſt locus Lucilii apud Nonium in v. *Sexcentum*; *Maximus ſi argenti ſexcentum ac mille reliquit*; & Gellii XVI. 10. *neque amplius quam mille & quingentûm æris in cenſum deferebant.* Videtur in his ſane τὸ *Mille* eſſe Adjectivum, & ejuſdem conſtructionis, cujus *ſexcentum* & *quingentum* pro *ſexcentorum* & *quingentarum*: niſi malis hæc ita interpretari, *mille librarum*, *ac rem quingentarum librarum æris.* Plane ut ſic τὸ *Millia* conſtruitur paſſim. Livius X. 34. *Samnitium cæſi tria millia ducenti, capti quatuor millia ducenti.* Cap. 36. *amiſſorum militum numerus relatus VII. millia trecenti.* Nam & in his idem Subſtantivum ſæpius & diverſo caſu intelligitur, quaſi diceretur, *Samnitium cæſi homines, qui erant tria millia hominum & ducenti homines: capti homines, exiſtentes numero quatuor millia hominum & ducenti homines.* Et *numerus amiſſorum militum relatus, exiſtens VII. millia militum & trecenti milites.* Vide plura apud Deſpauterium pag. 259. Sed neutiquam tamen eſt negandum, τὸ *Mille* occurrere paſſim ita, ut ſtatuendum omnino videatur, ipſos Veteres habuiſſe illud & adhibuiſſe etiam pro Adjectivo Plurali, quod & Varro agnoſcit, & ex Gellio ſatis patet. Et tamen vel ſic certum eſt, etiam in illo uſu vel conſtructione manere ſignificationem aliquam Singularis Numeri, quia ſemper ſignificat unam tantum χιλιάδα, cujus Plurale eſt *Millia*, de quo itidem conſtat, conſtrui id, ut Subſtantivum Plurale unius Generis cum Genitivo, nec unquam dici de uno millenario numero. Nam quod apud Livium XXX. 17. legimus, corruptum eſt. Verba ſunt, *Hæc Regi Prætor mittere juſſus, Legatus in ſingulos dona, ne minus qui-*
num

Google

» *mille hominum valentium verſabatur* : nam *negotium*, ſi-
» ve *res mille hominum*, nihil aliud, quam *mille homines*; ſicut apud Terent. Phorm. *Res talentûm decem*, » idem eſt, quod *talenta decem.*]

Deeſt & in neutrali relativo; ut, *Virga tua, & baculus tuus* (79) *ipſa me conſolata ſunt* : item, *Lunam, & Stellas, quæ tu fundaſti* : Nec in hac parte audiendi ſunt Gram-

núm millium, comitibus eorum millium æris. At recte ibi Voſſianus codex exhibet *mille æris*, quod omnino ſequi debemus. Neque vero non peſſime egerunt noſtri Poëtæ, Francius & Broukhuſius, qui in ſuis carminibus, *Decem, & Centum Mille* inſcite prorſus dixerunt. Si Poëtæ Veteres tale quid per vocem *Mille* voluerunt exprimere, dixerunt *bis mille, ter mille, decies mille* &c. Horatius Epid. IX, 17. *Ad hunc frementes verterunt bis mille equos.* Scilicet non ferebat natura vocis *mille*, ut dicerent *duo mille, tres* vel *tria mille.* Et tamen illud ipſum bis *mille, decies mille* &c. etiam Scriptoribus in proſa adjudicat Gronovius Pater, relinquens ſolis Poëtis ac Technicis. Vide de Pecun. Vet. II. 2. Quid ergo? Ut abſolvam hanc diſputationem, quam Eruditorum Hominum arbitrio permitto, Ego perpenſis omnibus, prorſus jam cenſeo, vocem *Mille* natura ſua & origine fuiſſe Singulare Neutrum, & magis Subſtantivum, quam Adjectivum, eoque modo ſæpe adhuc occurrere; Plurale autem ejus eſſe *Millia*, itidem Subſtantivum Neutrum. Sed dein per Abuſum non animadverſæ ſatis Appoſitionis Ellipticæ; quæ frequentiſſimi erat uſus, adhibitam hanc Vocem *Mille* quoque, tanquam Adjectivum Plurale, quod Subſtantivis Pluralibus in omni Genere & Caſu quaſi per Concordiam inter Adjectivum & Subſtantivum ſolitam jungitur, quo eodem modo τὸ *millia* per incuriam adhibuiſſe videntur medii ævi Scriptores, & ſæpius haud dubie adhibuiſſent, niſi manifeſta nimis Generis diſcrepantia plerumque obſtitiſſet.

(79) *Ipſa me conſolata ſunt.*] Sic Cic. Famil. VII. 20. *Tuam domum, tuoſque agros, eaque remoto loco.* X. 34. *Si meam vitam ſtudiumque perſpecta habes.* Liv. XXVI. 21. *Merito urbs agerque juſſa dari.* Salluſt. Catil. 10. *Igitur primo pecuniæ, dein imperii cupido crevit; ea, quaſi materies omnium malorum, fuere.* Cap. 31. *Ex lætitia atque laſcivia, quæ diuturna quies pepererat.* cap. 36. *Otium atque divitiæ, quæ prima mortales putant.* Tacit. An. IV. 5. *Quantum terrarum ingenti ſinu ambitur, quatuor legionibus coërcita.* Obſeq. cap. 78. *Sacrarium & laurus ex mediis ignibus inviolata ſteterunt.* Vide & Gronov. Obſerv. III. 2, & me infra IV. 10. 6.

Grammatici cum ſua inepta ſyllepſi. Terent. *Qui habet* (80) *ſalem, quod in te eſt*, ſubaudi *negotium*. Vide Syllepſin.

In illis, quæ vulgo vocantur adverbia comparativa, ut, *melius, pejus, brevius, doctius*, &c. ſupple *negotium*; ut, *Doctius ſcribit Cicero, quam Cato*, id eſt, κατὰ *doctius negotium*. Hoc apud Græcos vulgare eſt. Vide Helleniſmum.

Non eſt, quod agas gratias, id eſt, non eſt negotium, ob quod agas gratias. Plinius lib. 2. 63. *Ob hoc quod.* Nam dictio *quod* ubique locorum eſt relativa; ut, *quod ſcribis de pecuniis, paratæ ſunt*, id eſt, reſpondeo ad illud negotium, quod ſcribis de pecuniis. Ita Thom. Linacer. Plaut. *Paucis, eſt, quod te volo*, (81) ſupple *negotium*. Terent. And. *Quo æquior ſum Pamphilo*, id eſt, » [à quo nomine, id eſt, qua de cauſa,] in quo.

(82) *Quid rerum portas?* ſupple *negotium*: falſum enim eſt, quod ajunt, *quid, id, aliquid*, » [(83) *nihil*,] eſſe Sub-

(80) *Salem, quod in te eſt.*] Sic Cic. Famil. XVI. 4. *Ne ſumptui parcas ulla in re, quod ad valetudinem tuam opus ſit*, pro, *ulla in re negotii, quod* &c. Famil. II. 8. *In nullis niſi de Rep. ſermonibus cum Pompejo verſatus ſum, quæ nec poſſunt ſcribi, nec ſcribenda ſunt.* XVI. 27. *Incredibile eſt, quæ ego illos ſcio feciſſe.* Nep. Cim. 3. *Teſtarum ſuffragiis, quod illi ὀστρακισμὸν vocant, ejectus eſt.* Cæcilius apud Feſt. in *Reluere*: *Ut aurum & veſtem, quod matris fuit, reluat, quod viva ipſi oppoſuit pignori.*

(81) *Supple negotium.*] Sed plenius ſupple, *eſt negotium, propter quod volo te paucis.* De locutione *Eſt quod* diximus etiam ſupra ad Vocem *Libido.*

(82) *Quid rerum.*] Sic, *Quid hominis tu es?* Terent. Heaut. IV. 8. 7. *Quid mulieris uxorem habes?* Hecyr. IV. 4. 21. h. e. Negotium Hominis, ac Mulieris, quod æque dici poteſt, ac *Monſtrum Hominis, Scelus Hominis.* Vide & Scioppium ſupra III. 11. in fine. Rejicit hæc Urſinus To. 2. p. 522. ſed nulla juſta ratione inductus. Vide Me ſupra 1. 15. pag. 125.

(83) *Nihil.*] Miror ſane τὸ *Nihil* a Scioppio haberi pro Adjectivo, & Subſtantivorum numero excludi. Repugnat enim, quæ ab ipſis Veteribus adſertur, Etymologia. Feſtus, *Nihili, qui ne hili quidem eſt.* Repugnat etiam Uſus. Neque probant contrarium loca, quæ Scioppius mox adfert. Etenim Plauti illud, *Nihil in ea re captio eſt*, ponitur pro κατὰ *nihil*,

Subſtantiva, regereque genitivum : nam Adjectiva ſunt, & genitivus regitur à nomine ſubintellecto *negotium*, etiamſi dicas, *quid* (84) *negotium negotii.* Et eſſe adjectiva, multa probant teſtimonia ; ſed accipe pauca. Plaut. Pſeud. *Sed quid eſt tibi nomen* : Terent. *Nam Andriæ illi id erat nomen.* Valer. Max. lib. 4. *Nullo ad id negotium accedente.* Terent. *Imo id genus hominum eſt peſſimum.* Valer. Maxim. lib. 4. cap. 1. *Non fore, ut poſtea id officium ab illis præſtari poſſit.* Plaut. Menech. *Niſi occupo aliquid mihi conſilium.* » [Sic *Nihil penſi habere*, aut *ducere*, aut *facere*, ſubauditur *Negotii.* Plaut. Epid. *Si » plus dederis, referam, nihil in ea re captio eſt.* Symmach. » lib. 1. epiſt. 69. *Nihil negotium eſt rebus cognitis im- » morari.*]

Moris

nihil, ut Sanctius paulo ante expoſuit τὸ *Doctius.* Et ita paſſim *Nihil* tanquam Subſtantivum Adjectivis jungitur, & Verbis Neutralibus, vel Activis, quæ alium penes ſe habent Accuſativum. Salluſt. Catil. 16. *Senatus nihil ſane intentus.* Lib. I. 3. *Haud nihil ambigam.* Plautus Milite IV. 2. 16. *Nihil eam amaſtis.* Terent. Andr. I. 2. 33. *Nihil me fallis.* Illud vero Symmachi, *Nihil negotium eſt, rebus cognitis immorari*, ponitur pro *Nihili.* Sic Plautus Caſina I. 31. *Ut ſemper improbus, nihilque ſis.* Pro eo alibi *Nihili.* Veluti II. 3. 29. *Unde is, Nihili?* ſcil. Homo. Et Aſin. II. 4. 66. *Impure, Nihili.* Milite V. 16. *Nihili factus*, h. e. caſtratus.

(84) *Negotium negotii.*] Tale videtur & illud Ciceronis, ſi recte ſuppleatur, de Offic. III. 2. *Si diſcendi labor eſt potius, quam voluptas.* Integrum enim eſt, *ſi negotium diſcendi negotii eſt labor* &c. Simile etiam, quod modo attulimus ex eodem, *nulla in re, quod ad valetudinem tuam opus ſit.* Et ita Plaut. Aulul. IV. 10. 40. *De alia re te reſciviſſe cenſui, quod ad me attinet.* Sed in primis verſu 72. *Quid hujus veri ſit*, h. e. quid negotium hujus negotii ſit negotium veri negotii. Similiter Caſin. III. 2. 26. *Si quid ejus eſſet.* Terent. Eun. V. 5. 10. *Quicquid hujus feci.* Plautus Mercat. IV. 3. 37. *Nihil hercle iſtius quidquam eſt.* Similia etiam ſunt illa, *Quod ejus facere potero*, vel *Quoad ejus facere potero*, ſcil. *aliquid.* Vide me ſupra III. 6. 1. Sed & ita paſſim, *Tantum negotii, Aliquantum negotii*, &c. pro Tantum negotium negotii. Plaut. Mercat. IV. 4. 10. *Quid iſtuc negotii eſt?* h. e. quid negotium negotii eſt iſtuc negotium. Nam ſub *quid* & *iſtuc* Subſtantivum aliquod neceſſario intelligitur. Ab eo autem Subſtantivo regitur itidem neceſſario Genitivus *negotii.* Sic ibid. IV. 3. 38. *Nimium negotii reperi.* Ita tamen

Qq 5 hæc

Digitized by Google

(85) *Moris eſt*; *peſſimi exempli eſt*; *non opis eſt noſtræ*; ſupple *negotium*: *Ita eſt*, ſubaudi *negotium*. Plaut. Mil. *Ita negotium eſt*. Vide *Res*.

Horat. *Eſt, ut viro vir latius ordinet arbuſta*, » [pro » ejuſmodi eſt negotium, ita res ſe habet:] Idem, *Non eſt, ut copia major ab Jove donari poſſit tibi*. Terent. Adelph. *Si eſt, facturus ut ſit officium ſuum*; idem Hecyr. *Nam ſæpe eſt, quibus in rebus alius ne iratus quidem eſt, cum de eadem cauſa eſt iracundus factus inimiciſſimus*: idem Phorm. *Sin eſt, ut velis illam manere apud te, dos hic maneat*, ſubaudi *negotium*. » [Cic. 14. epiſt. fam. 9. » *Ejuſmodi ſpero negotia eſſe, ut vos iſtic commodiſſime* » *ſitis*, pro, ſpero eſſe, ut iſthic commodè ſitis: idem » 9. Attic. 11. *De Domitio opinor eſſe, ut in Coſano ſit,* » *& conſilium ejus ignoretur*, pro, ita negotium eſſe. » Plaut. Pœn. act. 5. ſc. 2. *Si ita eſt, ut tu ſis Jaccho-* » *nis filius.*]

Negotium loco Infiniti. In participiis neutralibus deeſt *negotium*, id eſt, infinitum ipſius verbi; ut, *lectum eſt*, *legendum erit*, id eſt, hoc negotium, quod eſt *legere*, lectum eſt. (86) Vide ſupra in Regulis generalibus.

Numerus.

hæc dixerunt Veteres, ut non cogitarint de hiſce ſupplementis, aut conſulto dicere voluerint *Negotium negotii*.

(85) *Moris eſt.*] Cic. Famil. III. 12. *Non horum temporum, non hominum, & morum, negotium eſt.* Cæſar B. Gall. IV. 5. *Eſt hoc Gallicæ conſuetudinis.* Similes Genitivos, qui reguntur ab intellecto *negotium* vel *res*, vide in notis ad II. 3. pag. 171. ut & ad Cap. 3. hujus Libri, & in hoc Capite ad Vocem *Aptus* & *Mentio*. Huc autem refero etiam illa Terentii Heaut. III. 2. 39. *Non eſt mentiri meum*, h. e. non eſt negotium meum. Vide & infra in *Officium*, & maxime in *Opus*, quo etiam hæc referri poſſunt.

(86) *Vide ſupra in regulis.*] Sed inprimis, quæ nos diſputavimus III. 8. 2. pag. 435. &c. Quibus adde Terentii locum, Heaut. I. 1. 106. *peccatum à me maximum eſt.* Sic habent optimi codices, Vaticanus & Bembi. Sequiores nonnulli hic adhæſerunt, ut & Interpretes. Senſus eſt, & integra conſtructio, *peccatum à me negotium, eſt maximum negotium*, ſeu, uſitatius loquendo, *illud negotium, quod neg. peccatum a me eſt*,

Digitized by Google

Numerus. Cic. Mario lib. 7. *Sed eo vidiſti multum, quod præfiniſti, quo ne pluris emerem*, id eſt, (87) numerum, quo numero ne, &c. Livius lib. 4. dec. 4. *Cautum erat, quo ne plus auri & argenti facti, quo ne plus ſignati, & æris, domi haberemus.* Suetonius in Julio 10. *Cautum eſt de numero gladiatorum, quo ne majorem cuiquam habere Romæ liceret*; » [Etſi *Quo ne*, ſicut apud Terentium *Qui ne*, » dictum accipi poteſt pro, Quomodo ne, Ut ne.]

Numus, vel numerus. *Quaternarius, quinarius, denarius*, adjectiva ſunt Chariſio, in quibus ait deeſſe *numus*: aliquando intelligitur *numerus*.

Nuncium. *Renunciare vitæ*, ſubaudi *nuncium*. Sueton. Galba, 11. *Non multum abfuit, quin vitæ renunciaret.* Quinctil. *Mea quidem ſententia civilibus officiis renunciabit*, ſubaudi *nuncium*, vel *repudium*. Plaut. Aulul. *Is me nunc renunciare repudium juſſit tibi.* Virg. Æneid. 11. *ſed gnato manes perferre ſub imos*, (88) ſupple *nuncium*.

Nux. *Avellana, Baſilica, Juglans, Pinea, Perſica*, ſubaudi *nux*. Virgil. *Caſtaneaſque nuces.* Plinius lib. 15. cap. 22. *Nuces juglandes, quæ & regiæ dictæ ſunt. Nuces pineæ*, Martial. lib. 13. Ibid. *Nux Perſica.*

Oculis.

eſt, eſt maximum. Ita fere Hec. V. 1. 10. *nam jam ætate ea ſum, ut non ſiet peccato mihi ignoſci æquum.* In quo loco explicando hæret, & varia tentat Donatus, ſed & alii Interpretes. Sed eſt Ablativus abſolutus, qui notat, quum peccatum a me eſt aliquod negotium. Sic plane Cicero in Rullum II. 2. *Tum vero mihi præter ceteros difficilis eſt ea ratio, cui errato nulla venia, recte facto exigua laus proponitur*, h. e. ubi a me erratum, aut recte factum aliquod negotium erit. Sed hunc locum attulit jam Rivius ad Terentium. Alia vide apud Me ſupra ad III. 9. pag. 459.

(87) *Numerum, quo numero.*] Immo vero *pretium*, vel *negotium, quo negotio ne* &c. Patet id utique ex verbis Livii, *Cautum erat, quo ne plus auri* &c. Nam in *quo* ſubaudiendum videtur illud ipſum, quod in *plus* ſubauditur. At vero in eo certiſſime ſubauditur *negotium*. Alia eſt ratio loci Suetoniani, qui tamen non evincit ſtatuendam ideo ubique Ellipſin ℣ *Numerus* in ſimilibus ex parte locutionibus. Quod Scioppius ſubjicit de *Quo ne*, alienum videtur.

(88) *Supple nuntium.*] Immo vero *gaudia*, ut liquet ex proximis. Præcedit enim: *non vitæ gaudia quæro, Nec fas, ſed gnato* &c. Vide Aen. XI. 180.

Oculis. Terent. Eunuch. *Ego limis aſpecto ſic per flabellum clanculum* : vide Donatum, ſupplentem *oculis.* Plaut. Bacchid. *viden', limulis ut, obſecro, intueantur* : idem Mil. 4. 6. 2. *Aſpicito limis oculis.* Plin. lib. 8. cap. 16. *Nec limis intueantur oculis.*

Officium vel Munus. *Regis eſt gubernare, patris eſt filios erudire*; vel *regium eſt*, & *patrium eſt*, ſupple *officium, munus, negotium.* Terent. Andr. *Neutiquam officium eſſe liberi puto.* Cic. *Oratoris officium eſt de iis rebus poſſe dicere, quæ res*, &c. idem 1. Orat. *Oratoris officium eſt dicere ad perſuadendum accommodate* : idem 1. Offic. *Eſt igitur proprium munus magiſtratus.* Ter. Andr. *Nunc tuum officium eſt, has bene ut aſſimules nuptias* : idem Adelph. *Meum officium facio* : idem Phorm. *iſthuc viri eſt officium.* Plaut. » [Truc. *Non amantis mulieris, ſed ſo-* » *ciæ fidentis, officium fuit, facere, quod hæc fecit* » *mihi* : &] Moſt. *Matronæ, non meretricum eſt, uni inſervire amanti* : idem Caſ. *Non Matronarum eſt officium, ſed meretricum, alienis viris blandiri.* Vide *Opus.*

Officia. *Regis inter eſt gubernare, tua inter eſt docere,* (89) ſubaudi *officia*, id eſt, eſt inter officia regis, & inter officia tua; tunc enim *intereſt* compoſitum non eſt, ut notavimus in conſtructione præpoſitionis. Hoc ſentit Cæſar Scaliger, hoc Cælius Calcagninus in Epiſtolis.

Operæ pretium. Terent. Adelph. *Scire eſt liberum ingenium, atque animum.* Sic dicimus; *Videre eſt, cernere eſt*, ſupple *operæ pretium.* Cicero 4. Finib. *Operæ pretium*

(89) *Subaudi officia.*] Potius *negotia.* Nam τὸ *officia* ſemper intelligi in hiſce nequit, velut in eo, *mea intereſt illud fieri.* At tum hic, tum ubivis, commode ſubaudiri poteſt & debet τὸ *Negotia.* Vide & ſupra III. 5. ipſum Sanctium, & Me iſtic pag. 415. &c. Vellem etiam ipſa Auctorum loca attuliſſet Sanctius, ubi in hac locutione *Officia* recte intelligi poſſit, aut id requireret ſenſus. Nec ſatis recte dicit, *intereſt* in his non eſſe Compoſitum.

Digitized by Google

tium eſt conſiderare. Terentius Andr. *Audireque eorum eſt operæ pretium audaciam.* (90) Vide *Poteſtas.*

Opera. *Rhetorica*, *Bucolica*, *Georgica*, adjectiva ſunt; in quibus deeſt Græcè τὰ ἔργα, id eſt, *opera*; ut, *opera phyſica*; *in Rhetoricis*; *in Georgicis.*

» [Opere. *Mutuo amare*, ſubaudi *opere*; ſicut *Maxi-* » *mo opere*, *ſummo opere* amare, mirari, errare, edicere, » expetere, cenſere, facere, quærere: Poteſt etiam » ſubaudiri (91) *amore*, vel *animo.* Catul. *Mutuis animis* » *amant*, *amantur.*]

Oppidum. Horat. *Aptum dicet equis Argos*, *diteſque Mycenas*: idem, *Impoſitum ſaxis late candentibus Anxur.* Virg. *Altum Præneſte*, (92) ſupple *oppidum*; & *oppidum* ita paſſim exprimitur, à Plinio præcipue, ut ſupervacuum ſit indicare. Solet ille etiam conjungere multas civitates; deinde ſubdit in plurali, *civitate à Romanis donata*, vel *libera*, vel *ſtipendiaria*, ſupple *oppida.* Vide *Urbs.*

Opus. Cic. in Officiis, *Eſt igitur adoleſcentis*, *majores natu vereri*, ſupple *opus*, *munus*, vel *officium*: idem pro Archia, *Sed enim hoc non ſolum ingenii ac literarum*, *verum etiam naturæ atque virtutis fuit.* Quinctil. lib. 12. cap. 3. *Cognitionis ſunt enim*, *non inventionis*: & paulo inferius, *Sed etiam*, *ſi noſſe*, *quid quiſque ſenſerit*, *volet*, *lectionis opus eſt*, id eſt, munus, & officium: » [idem » l. 1. c. 2. *Ipſius etiam magiſtri hoc opus eſt*, *temperare* » *vires ſuas*, *non ſtatim onerare infirmitatem diſcentium*, id » eſt, magiſtri officium eſt, hoc opus ſeu munus habet » magiſter,

(90) *Vide poteſtas.*] Ut &, quæ notavimus ad Ellipſin, quam ſtatuit Sanctius, ℣ *Libido.* Rectius autem in illis *Scire eſt*, *Videre eſt* &c. intelligitur *Facultas*, *Poteſtas*, quam *Operæ pretium.*

(91) *Amore vel animo.*] Vel etiam *modo.* Sueton. Aug. 53. *Officia cum multis mutuo exercuit.* Cic. Famil. V. 2. *Satiſne videatur his omnibus rebus tuus adventus mutuo reſpondiſſe.*

(92) *Supple oppidum.*] Non eſt neceſſe. Nam æque poteſt ſine Ellipſi *aptum Argos* dici, ac *dites Mycenas.* Vide me ſupra I. 7. 11.

» magiſter, ut temperet vires.] Illud Planci in Epiſtolis Ciceronis, lib. 10. malè intelligitur à Grammaticis, *ſed aliquantum temporis, & magni laboris, & multæ impenſæ opus fuit*: (93) putant enim *Opus* regere genitivum. Sed hos genitivos regi à particula *aliquantum*, quis non videt? Sic in Apuleji lib. 9. corruptè legitur, *Sed mihi operæ ejus opus eſt*, pro *opera*. Ergo *opus* hic pro negotio vel labore ſumitur, quaſi dicat, *opus & negotium fuit & temporis, & laboris, & impenſæ*. Sic Ovid. *Non minor eſt virtus, quam quærere, parta tueri; Caſus ineſt illis, hic erit artis opus*, id eſt, negotium & labor artis. Martial. *Non fuit hoc artis, ſed pietatis opus*. Plaut. Moſtell. *verum id videndum, id viri docti eſt opus*, » [id » eſt, vir doctus hoc efficere & præſtare debet. Vide » *Opus* infra de Analogia ſignificationum.

» Etiam in *Tectorium* ſubauditur *opus*. Vitruvius 2. » cap. 8. *Parietes ita tectoriis operibus expoliti, ut vitri* » *perluciditatem habere videantur*. Varro 3. rei Ruſt. » 2. *Villa polita opere tectorio eleganter*. Inſcriptio la- » pidis

(93) *Putant enim Opus regere Genitivum.*]Sic tamen etiam poſt Sanctium putat Voſſius, nec ratione prorſus deſtituitur. Quidni enim æque ἀναλόγως dicatur, *opus eſt mihi impenſæ*; ac *in impenſa*. Vide Voſſ. de Conſtruct. cap. 8. & Urſinum To. 2. pag. 101. In verbis tamen Ciceronis unus ille Genitivus *temporis* regitur ab *aliquantum negotium*, at reliqui videntur regi ſimpliciter a *negotium*; ut integra ſit locutio, *ſed aliquantum negotium temporis & negotium magni laboris opus fuit*. Idem Voſſius è contrario rejicit Accuſativum cum hoc vocabulo conjunctum, & proinde in illo Plauti, *Opus eſt puero cibum*, ſuſpicatur τὸ *Cibum* eſſe obſoletum Nominativum neutrius generis. At vero ſic idem Plautus Trucul. I. 1. 71. *Quid iſti ſuppoſitum puerum opus peſſimæ.* Adde Urſin. To. 2. pag. 102. 103. Neque etiam huic locutioni valde repugnat analogia. Nam ſicuti ſi Ablativus adjungitur τῷ *Opus*, intelligenda præpoſitio *In* vel *Cum*, ſic eidem Accuſativus accedere poteſt per Ellipſin τῷ *Ad* ſeu *quod ad*. Nolim tamen ita loqui. Et forſan in Truculento Plauti, *ſuppoſitum puerum* acciperet Voſſius pro Infinito, per Ellipſin τῷ *Eſſe*, ut facit certe Major de Varianda Orat. I. 7. Vide de hac voce etiam infra cap. 15.

Digitized by Google

» pidis Salernitani, *Pavimenta marmorea, opus tecto-*
» *rium.*

» [Cum legimus *Hoc age*, ſimiliter *opus* ſubaudimus.
» Horat. 1. epiſt. 6. *Si virtus hoc una poteſt dare, fortis,*
» *omiſſis, Hoc age, deliciis*: & mox, *Hoc primus repetas*
» *opus, hoc poſtremus omittas.* Sic lib. 1. epiſt. 3. *Hoc*
» *opus, hoc ſtudium parvi properemus & ampli.*]

Oratio. *Prorſa, non verſibus ſcribit*, ſubaudi *oratione. Prorſa*, ut ait Donatus, *à prorſus dicitur, non proſa quaſi profuſa. Prorſum* antiqui rectum appellabant: unde *prorſi limites* apud Feſtum, & *Prorſam Deam* vocabant, quæ *rectos partus educeret.* Eſſe adjectivum hinc collige. Columella lib. 10. in præfat. (94) *Prorſa oratione prioribus ſubnectentur exordiis.* » [Ex *Prorſum* poſte-
» riores fecerunt *Proſum*, ſicut *Surſum* & *Suſum.*]

Ortus, Oriundus, Natus. *Vir claris natalibus, homo loco obſcuro*, ſupple *ortus*, vel *oriundus*, vel *natus ex* vel *de* &c. Liv. lib. 1. *Turnus Herdonius ab Aricia*:
» [*Omnes Latini ab Alba oriundi.*] Sic in ſacris, *Joſeph ab Arimathæa.* Sic dixit Virgil. *Paſtor memorande ab Amphriſo.*

Oſtium. *Poſtico falle clientem*, ſubaudi *oſtio*: *poſticus* enim adjectivum eſt » [à *Poſt*; ſicut ab *Ante anticus*; unde
» *antiquus*, (95) pro quo barbari *Anterior.*] Perſius, *Poſticæ occurrite*

(94) *Prorſa oratione.*] Sic Suet. Aug. 85. *Multa varii generis prorſa oratione compoſuit.* Dicitur autem *prorſus*, *quaſi porro verſus*, ut ait Feſtus & Donatus ad Ter. And. III. 2. 30. Sic *Rurſus*, retroverſus. *Surſum*, ſupra verſum. Pluribus de hac voce *Prorſa* agimus infra ad Cap. 17. circa finem.

(95) *Pro quo Barbari Anterior.*] Cum tamen hæc vox occurrat apud Cæſarem B. Civ. III. 63. & Sulpic. Severum (qui optimi ævi Scriptores, & maxime Salluſtium, diligenter legit; ac imitatus eſt) Hiſt. Sacr. I. 52. quum porrò eâdem derivationis Analogiâ, ut a *poſt*, *poſterior*, & *poſticus*, ſic ab *Ante*, *Anterior*, & *Antiquus*, formetur, non auſim plane & prorſus eam Latinitatis finibus excludere, licet ipſe ea in Orationibus aut ſimili ſcripturæ genere uti nolim. Accedit quod Priſcianus certe eam *in uſu invenerit*, quoniam ait lib. III. cap. de Superlativo: *Ab eo autem, quod eſt Ante, Anterior, Superlativum in uſu non inveni.*

Digitized by Google

occurrite ſunnæ. Plin. *Poſtica pars mundi. Poſticus vicinus*, & *Poſticum oſtium*, apud Feſtum. » [& Plaut. » Sticho act. 3. ſc. 1.] Vide *Pars.*

Ova. *Gallinæ* vel *aves incubant*, ſubaudi *ova.* Plin. *Ova incubari intra decem dies edita utiliſſimum* : idem, *Quarto die poſtquam cœpere incubari.*

Oves. Virgil. *Centum lanigeras mactabat ritè bidentes*, ſubaudi *oves* : idem, *Non inſueta graves tentabunt pabula fœtas, Nec mala vicini pecoris contagia lædent.* Sic enim hæc diſpungo carmina. Vide *Raſtrum.*

» [Pannus. Cic. *Merces fucoſæ, chartis & linteis de-» latæ*, ſubaudi *pannis.* Catull. *Tollis lintea negligentio-» rum*, ſubaudi *ſtrophia.*]

Pars. Plaut. *Ut decimas ſolveret Herculi.* Cic. pro Flacc. *Nec Herculi quiſquam decumam vovit unquam.* Sic *antica*, & *poſtica.* Sueton. Othon. *Poſtica parte.* Cato in verſiculis, *Fronte capillata, Poſtica occaſio calva* : ſic enim legendum eſt, ſubaudiendo *parte poſtica.* Arnob. lib. 5. (96) *Ex parte poſtica.* » [Cum dicitur, *Summam regni » adipiſci*, ſubaudimus *partem.* Vitruvius lib. 4. cap. 1. » *Summam imperii partem Jovi dederunt.*]

Pars, vel Libra. *Quadrageſima, Quinquageſima, Septuageſima*, ſubaudi *pars.* Sueton. Veſp. *Publicanum quadrageſimæ in Aſia egit* : idem Calig. 40. *Pro litibus, atque judiciis ubicunque conceptis, quadrageſima ſummæ, de qua litigaretur, exigebatur.* Plinius lib. 14. cap. 20. *Cocti parte quadrageſima.*

(97) » [*Pars* ſubauditur in *Doctrina* & *Diſciplina*, quæ » natura

inveni. Ergo illud, quod memorat, *invenit*, ſed incertum, apud quos.

(96) *Ex parte poſtica.*] Adde his Feſtum in voce *Poſticum.* Ubi Dextra & Siniſtra, ut & Cœli pars Meridiana, & Septentrionalis, etiam *Antica* & *Poſtica* dicuntur appellatæ.

(97) *Pars ſubauditur.*] Hæc Ellipſis ſi unquam in his vocabulis fuit agnita, & idoneis ſupplementorum exemplis comprobata, uſu certe prorſus eſt obliterata. Si quid tamen ſubauditur, vel olim ſubauditum in his fuit, putarem id eſſe *ars* vel *ſcientia.* Sed vix putem eſſe Adjectiva, non magis quam *Culina*, *Officina*, &c. At *Medicina*, *Sutrina*, *&c.* vere ſunt Adjectiva, &

Digitized by Google

» natura ſunt Adjectiva, ſicut *medicina*, *ſutrina*, *textrina*, *piſtrina* : alius partem capit Doctoris, quæ eſt » *Doctrina*, alius partem Diſcipuli, quæ eſt *Diſciplina*, » quaſi diſcipulina.]

Parte. *Adnitar pro virili*, *age pro virili*, ſubaudi *parte*. Cic. 13. Phil. *Plus quam pro virili parte obligatum puto.* Tacitus in vita Agricolæ, *Pro virili portione.* Cic. 5. Verr. *Plus etiam, quam pars virilis poſtulabat.* Apul. 7. Metam. *Pro ſua parte.* Sic dicimus, *pro rata*, ſcilicet *parte*, vel *portione.* » [Vitruv. lib. 4. cap. 1. *Capitulorum* » *altitudines efficiunt eas pro rata altiores.*]

Partes. Cic. *Et ſi utrique primas, priores tamen deferunt Lælio* : idem, *Cui primæ ſine controverſia deferebantur.* Colum. lib. 10. *Muſtum quàm dulciſſimi ſaporis decoquitur ad tertias.* Cic. 3. ad Q. Frat. *Tibi iſtius generis in ſcribendo priores partes tribui, quam mihi.* Terent. *Non poſteriores feram*, ſupple *partes.* Idem, *Primas partes qui aget, is erit Phormio.* Horat. *Ne fortè ſeniles mandentur juveni partes, pueroque viriles.*

» [In *Qua*, *Hac*, *Ea*, *Illac*, ſubauditur *parte mun-* » *di*, id eſt, loco. Ovid. *Quaque erat & tellus, illic &* » *pontus & æther.* Liv. 37. *Inſulam, qua regnum Hieronis* » *fuerat, tueri juſſit.* Tibull. eleg. 2. lib. 2. *Gemmarum* » *quicquid felicibus undis Naſcitur, Eoi qua maris unda ru-* » *bet.* Virgil. *Jupiter hac ſtat*, pro, ab hac parte. Lucr. » *Nam quacumque vacat ſpatium, quod Inane vocamus,* » *Corpus ea non eſt*, pro, ibi non eſt corpus. Prop. 3. » eleg. 20. *Omnia ſunt tentata mihi, quacunque fugari* » *Poſſet, & ex omni me premit ipſe Deus.* Horat. *Qua* » *parte debacchentur ignes, Qua nebulæ pluviique rores,* » *Qualibet exſules in parte regnanto*; id eſt, in quo vis » loco, ubicunque vis. Prop. *Et diſco, qua parte fluat* » *vincendus Araxes.* Salluſt. *Creta altior eſt, qua parte* » *ſpectat orientem.*]

Paſſuum.

& intelligitur in iis modo *Ars*, modo *Taberna*. Vide hæc Vocabula ſuo loco in hoc Capite.

Digitized by Google

Paſſuum. Cæſar de Britannia, *Hujus eſt longitudo lateris, ut fert illorum opinio, ſeptingentorum millium*, ſupple *paſſuum*. Horat. *Millia tunc pranſi tria repſimus.* Cæſar. 1. Civili, *Pons, qui erat ab oppido millia paſſuum circiter tria.* » [Lucill. 3. *Sat longe tria millia paſ-* » *ſuum.*]

Peccatum. *Ignoſco tibi*, ſubaudi *peccatum.* Virg. *Parvum ſi Tartara noſſent Peccatum ignoviſſe.*

Pecunia. Quinctil. lib. 4. *Inſimulari repetundarum.* Tacitus lib. 4. *Poſtulare aliquem repetundis.* Valla lib. 1. cap. ultimo, in hoc gerundio, ut ipſe vocat, neſcio quas ineptias texit. Participium eſt, quod cum ſuo Subſtantivo Cicero protulit pro Cluentio, *teneri lege pecuniarum repetundarum*: idem 6. Verr. *Ferre legem de pecuniis repetundis.* Idem pro Cluent. *Ab aliquo rationem repetere de pecuniis repetundis.* Sic in *expenſis* & *impenſis*, ſubaudimus *pecuniis.*

Placenta. Plaut. Perſa, *Quaſi juream eſſe jus decet collyricum*: ſic enim eſt legendum. Cato cap. 82. Ruſt. *Sphæritam ſic facito*, ſupple *placentam.*

Porcelli. *Porcelli quum lactari deſierunt, Neſrendes dicuntur, eo quod fabam nondum frendere*, id eſt, *frangere, poſſunt.* Varro 2. Ruſt. » [Similiter & *puer* in *Neſrendis* » ſubauditur, ut apud Feſtum ex Livio An- » dron. *Quem ego neſrendem alui, lacteam immulgens* » *opem.*]

Porta. Juvenal. *Subſtitit ad veteres arcus, madidamque Capenam*, ſubaudi *portam.* Sic *Collina*, *Viminalis*, &c.

Poteſtas. Virgil. *Nec non & Tityon terræ omnipotentis alumnum Cernere erat*, ſupple *poteſtas*, vel *datum*, vel *conceſſum.* (98) Vide *operæ pretium*: idem, *Non fugis hinc præceps dum præcipitare poteſtas.* Plin. lib. 5. cap. 23. *Non eſt fateri, rerum natura largius mala, an remedia genuerit*: &

(98) *Vide operæ pretium.*] Sed maxime, quæ notavi ad Voces *Datum*; & *Libido*;

Digitized by Google

& cap. 37. *Suſpendio ac fame necatur, aliter non eſt occidere*: idem lib. 9. cap. 31. *Tantæ velocitatis, ut conſequi non ſit.* Virgil. Bucol. *Tu procul à patria, nec ſit mihi credere tantum.* » [Horat. lib. 1. Satyr. 5. *Manſuri oppi-* » *dulo, quod verſu dicere non eſt.*] Hujuſmodi locutiones innumeræ ſunt apud Plinium; ſed Valla in Raudenſem illas damnat, ſed fallitur.

Præditus. *Vir magna doctrina, ſed pravis moribus,* (99) ſupple *præditus.* Donatus ſupplet *natus.* Terent. *Ita diſſimili argumento ſunt factæ.* Cic. 1. Verr. *Homo ſingulari cupiditate, audacia, ſcelere, præditus.* Falſum igitur eſt, partes corporis & animi poni in ablativo, vel genitivo: nam, *vir magna doctrina*, ſubaudito *præditus*: *Vir magnæ doctrinæ*, poſſeſſive dicitur. Terent. Hecyr. *Ego ſum animo leni natus.* Vide Donatum.

Prædium. *Venit in Tuſculanum, Pompejanum, Peruſinum, Suburbanum*, ſupple *prædium*, vel *agrum*, vel *rus.*

(100) » [Præmium deeſt in *Corollarium*, quaſi quod de-
» tur

(99) *Supple præditus.*] Vel *Exiſtens* ſeu *Ens in magna doctrina.* Vide ſupra *Ens*, & maxime, quæ notavi ad Vocem *Affectus.*

(100) *Præmium deeſt in Corollarium.*] Subſtantive potius hoc vocabulum uſu & ſignificatione adhibetur, licet natura ſua ſit, vel primitivo uſu fuerit, Adjectivum, in quo intelligebatur *aurum.* Nempe Imperatoribus, qui bellum in provincia quadam feciliter confecerant, eaque gratia triumphaturis, ſolebant olim à provincialibus aut victis populis coronæ aureæ ad ornandum eorum triumphum dari ultra id, quod legitimis rationibus, tributi, prædæ, aut alio quo nomine, inde Romam deportabatur. Poſtea vero pro ipſis coronis *aurum coronarium* Imperatoribus dari cœpit, idque variis tandem de cauſis, ſed ſemper extra ordinem. Inde factum denique *corollarium*, eaque voce abſolute poſita videtur appellatum id omne, quod extra ordinem accedebat ad illud, quod alteri legibus, vel pacto, vel ex more, debebatur. Maxime autem invaluit dein ea vox etiam in ludis publicis, in quibus *coronæ aureæ*, præter legitima præmia, dabantur iis, qui bene partes ſuas egerant. Vide Varronem lib. IV. circa finem, & Sueton. Veſp. 19. Hinc jam *corollaria & præmia* conjunctim, ſed tanquam diverſa, memorantur in Auguſto cap. 45. Itaque

Digitized by Google

» tur ad parandas ſibi corollas. Cic. *Ne ſine corollario*
» *tam feſtiva acroamata de convivio diſcederent.* Seneca,
» *Opifici viliſſimæ mercis, & in diem ſe locanti, corolla-*
» *rium adſpergimus, & aliquid ſupra conſtitutum adjici-*
» *mus.* Petronius *Indicium* dixit, pro præmio ei dan-
» do, qui fugitivum indicaſſet.]

Pretio. *Non minoris, nec pluris, ſed tanti, quanti tu, emi*; ſupple *pretio*: integrum erat, *Tanti æris pretio emi.* Vide *Æs.* Horat. 1. Serm. *Unius aſſis, Non unquam pretio pluris licuiſſe.* Plaut. Epid. *Quanti emi poteſt minimo*: & paulò poſt, *Ad quadraginta fortaſſe eam poſſe emi minimo minas.* » [Virg. *Hoc Ithacus velit, & magno mer-*
» *centur Atridæ*: Ubi Serv. *Magno, id eſt, pretio.*
» Aſcon. in 3. Verr. *Aſiani magno pretio æſtimant equos.*
» Lucil. 27. *Trado ego illis minimo, quod mihi conſtat*
» *carius.* Horat. *Luſcinias ſoliti impenſo prandere coëmtas.*
» Cæſar. 4. Gall. *Jumenta, quæ Galli impenſo parant pre-*
» *tio.*] Livius lib. 2. decad. 1. *Hic modus magis placuit, quum pretio minori redimendi captivos copia fieret.* Plaut. Menech. *Ego tibi redimam bis tanto pluris pallam.* Martial. lib. 6. *Parvo quum pretio diu liceret.* Valla lib. 3. cap. 1. docet, licere dicere, *emi magno*, & *magno pretio*, non autem *magni pretii*, ſed *magni* tantum. Rectè quidem ille, (101) ſed cauſam ignoravit hujus locutionis; ea

taque corollaria & præmia alienis quoque muneribus ac ludis & crebra & grandia de ſuo offerebat: ubi Vide Notas.

(101) *Sed cauſam ignoravit.*] Cauſa non eſt alia, quam quæ in uſu paulatim invaleſcente ad vitandam ambiguitatem loquendi conſiſtit. Nam quæ alia hic datur à Sanctio Cauſa, nullius eſt momenti. Aeque enim alienum eſt ab uſu Linguæ, *Quanti æris*, ac *Quanti pretii, hoc emiſti?* licet iſtic *pretio* poſſit intelligi, quam unam adfert ille cauſam, quare hoc poſterius dicere non liceat. At in hoc poſteriore intelligi itidem poſſit *modo* vel negotio. Sed & æque Analoga foret altera locutio, ſi pariter utraque eſſet in uſu; Perinde enim eſt Analogiæ, ſive dicas, *Comparavit ſibi librum magni vel multi æris*, ſive *librum magni pretii*: quippe quibus locutionibus pariter non pretium certæ, ſeu factæ ab aliquo, emptionis, ſed ſolitæ æſtimationis, deno-

Digitized by Google

ea vero eſt hæc : In verbis pretii, ſi ſit genitivus, à nomine *pretio* regitur; ut, *emi magni*, ſubaudi *pretio*. Ovid. lib. 1. Amorum 10. *Et pretium, quanti gaudeat ipſa, facit*, ſupple *pretio*. Terent. Eunuch. *Quid facias, niſi ut te redimas captum quam queas minimo; ſi nequeas paulo, at quanti queas.* Quum vero dicis, *emi equum magni pretii*, alia res eſt : non enim ſignificatur emptio, ſed laus. Terent. *Agrum in his regionibus meliorem, neque pretii majoris nemo habet*; perinde eſt ac ſi dicas, *eſt homo magni ingenii.*

Pretium. Perſius, *Lunai portum eſt operæ cognoſcere cives*, ſupple *pretium*. Vide *Operæ pretium*. Plaut. Caſ. *Dum mea facta itero, eſt operæ auribus accipere.* Valer. Max. lib. 1. cap. 6. (102) *Non eſt operæ inter patrem & filium,*

denotatur. Adfert quidem Sanctius ſupra ad Vocem *Æs* p. 551. locum Columellæ, *quem vulgus parvi æris comparari poſſe putat*, quaſi de certo emptionis pretio. Sed locus aliter ſe habet. Agit enim de *Vinitore pretioſo* emendo ad vinearum cultum. Verba ſunt, *quem vulgus quidem parvi æris, vel de lapide noxium, poſſe comparari putat, ſed ego plurimorum opinioni diſſentiens pretioſum vinitorem inprimis eſſe cenſeo.* Quorum ſenſus eſt, Vulgus quidem putat *poſſe* (h.e. ſatis eſſe) *comparari* ad vineas *vinitorem parvi æris*, vel etiam *noxium*, atque adeo viliſſimum hominem, qui in ſervitutem venditur, *de lapide* præconis, ſed ego cenſeo *pretioſum Vinitorem* comparandum eſſe, aut talem Eum debere *eſſe*: Neque vero probare poſſum, quod Urſinus To. 2. pag. 298. in ratione harum locutionum, *Emi tanti, pluris &c. quam ſe non intelligere* ait, increpat Sanctium, addens, *quid enim vetat, Genitivos illos, tanti &c. non a Nomine* Pretio, *ſed Ære, intellecto, regi dicere.* Etenim manifeſta & liquida eſt ratio, qua dicit Sanctius, *integrum eſſe, Tanti æris pretio emi.* Deinde longe eſt uſitatius & rectius hoc ipſum, quam illud *Tanti pretii ære emi*, quod nemo, opinor, unquam dixit. Ceterum recte ibidem ille Vallam contra Sanctium tuetur.

(102) *Non eſt operæ.*] Sæpiſſime etiam hæc phraſis occurrit pro *non vacat.* Plautus Mil. II. 2. 97. *Operæ non eſt.* Trucul. IV. 4. 30. *Operæ ubi mihi erit, ad te venero.* Liv. XLI. 25. *Externorum inter ſe bella perſequi, non operæ eſt, ſatis oneris ſuſtinenti.* XLIV. 36. *Non operæ eſt ſtanti nunc in acie, docere &c.* ubi Vide Gronovium Patrem. Gellius VII. 17. *Nunc, inquit, mihi operæ non eſt: quum otium erit, reviſes ad me.* Videtur in his

Digitized by Google

lium, &c. » [Curtius 8. *Multa & alia traduntur, quibus » morari ordinem rerum haud operæ videbatur.*]

Propoſitum. Cic. *Quum in animo haberem navigandi*, ſupple *propoſitum*, *mentem*, *voluntatem.* Valla lib. 1. cap. 25. » [Plaut. Trin. act. 3. ſc. 3. *Si operiri vis adven» tum Charmidis, quod longum eſt, huic ducendi interea » abſceſſerit*, ſubaudi *voluntas.*]

Puer, vel Puella. *Infans*, à non fando, adjectivum eſt, id eſt, puer, vel puella. Falluntur, qui hoc nomen (103) Commune duobus appellant. Horatius, *Infans namque pudor prohibebat plura profari.* Ovid. in Ibin. *Gutturaque imbuerunt infantia lacte canino.* Horat. lib. 2. Satyr. 5. *Seu rubra canicula findet Infantes ſtatuas.* Cicero pro Sylla, *Quum puerorum infantium veniebat in mentem*: idem 2. Orator. *Nutrices infantibus pueris in os inferant.* Val. Maxim. lib. 1. cap. 6. *Puerum infantem ſemeſtrem in foro boario triumphum proclamaſſe.* » [Lucil. *Ut pueri » infantes credunt ſigna omnia abena Vivere, & eſſe ho» mines.*]

Terent. Andr. *Ego poſtquam te emi à parvulo*, ſupple *puero.* Plaut. Sticho, *Quia jam inde à puſillo puero ridiculus ſum*: idem Merc. *a puero parvulo.*

Raſtrus. Juvenal. *Vive bidentis amans*, ſupple *raſtri*, vel *ferri*: nam *bidens*, *tridens*, *quadridens*, adjectiva ſunt. Cato cap. 10. Ruſt. *Rutra quinque, raſtros quadridentes duos.* Virg. 2. Georg. *Et duros jactare bidentes*: idem in Ciri, *Ferroque manus armata bidenti*; 5. Æneid. *Raſtriſque tridentibus*: ſic enim legi debet, non *ſtridentibus.* De Neptuno metaphorice dicitur, (104) *raſtrus tridens*,

his intelligi *Negotium hujus operæ.* Nam eodem ſenſu dicitur etiam *Opera eſt*, pro *Vacat.* Sic Plaut. Mercat. 1. 14. *Dicam, ſi opera eſt auribus, Atque ad advertendum huc animum adeſt benignitas.* Vide & infra ad Vocem *Res*, nota 109.

(103) *Commune duobus.*] Scil. Generibus. De *Communibus* Nominibus Vide ſupra ad I. 7. pag. 50. 51.

(104) *Raſtrus tridens*] *Raſtrus* non putem uſquam occurrere. Dicendum

dens, pro ſceptro. Virg. *Levat ipſe tridenti*: idem, *Non illi imperium pelagi, ſævumque tridentem, ſed mihi forte datum.* Poteris autem, ſi libet, quum de Neptuno dicitur, *ſceptrus*, vel *ſceptrum*, ſupplere. Vide *Oves*.

» [Ratio. Catull. *Hoc falſum eſſe putas; fugit te, in-*
» *epte*, ſubaudi *ratio*: idem, *Iſtud quod modo dixeram me*
» *habere, Fugit me ratio.* Plaut. Amph. *Fugit te ratio*, id
» eſt, falſus fuiſti, erraſti.]

Ratio, vel Res. Horatius, *Ad ſummam ſapiens uno minor eſt Jove.* Virg. *Hæc ſumma eſt, naviget*, ſupple *ratio*. Varro lib. 5. ling. Lat. *Ideo ratio putari dicitur, in qua ſumma fit pura.* Cic. 2. Philip. *Quod quidem erat magnum, de ſumma re diſſentientes.* Sic in *Expenſa* & *Impenſa*.

» [Plautus Truc. act. 4. ſc. 2. v. 15. *Solus ſummam hic*
» *habet apud nos*, ſubaudi *rem*, id eſt, potiſſimus ama-
» tor eſt domi noſtræ. Prop. *In Veneris tabula* (105) *ſum-*
» *mam ſibi ponit Apelles*, id eſt, præſtantiſſimum ope-
» rum ſuorum judicat eſſe Veneris picturam. Plaut.
» Capt. act. 4. ſc. 2. *Mihi rem ſummam credidit ciba-*
» *riam.* Merc. act. 5. ſc. 6. *Ubi loci res ſumma noſtra eſt*
» *publica.*]

Rationes. Juvenal. Satyr. 5. *Sic Pedo conturbat, Matho deficit.* Martial. *Conturbabit Atlas*, ſubaudi *rationes*, Cic. Quinto fratri, *Ad quem ego reſcripſi, nihil eſſe, quod poſthac arcæ noſtræ fiducia conturbaret.* (106) *Conturbare* eſt ſervorum, aut trapezitarum, cùm rationibus

Dicendum erat potius *Raſter* in Maſculino ſingulari ex Gloſſis Philoxeni. Vide Voſſium de Analog. I. 37. Similiter *Sceptrus* unde habeat Sanctius, neſcio.

(105) *Summam ſibi ponit.*] Sic Petronius pag. 21. ed. Gonſal. *ſumma carminis diu penes Mopſum Thracem memorata eſt.* Sed & huc pertinent illa, quæ Livius habet, XXIII. 12. *Summa fuit orationis.* Tum *Summa rerum, imperii, belli, Reip. expeditionis*, quæ paſſim reperias.

(106) *Conturbare.*] Supplevit locutionem Terentius Eunucho V. 2. 30. *Ita mihi conturbaſti rationes omnes.*

Digitized by Google

tionibus crediti paria non facere ſe ſperant. Hiſpane *Alzarſe.*

» [Regio. Cicero ad Attic. *E navi recta ad me venit*, ſubaudi *regione*, vel *via.* Livius 21. *Cum Alpes* » *peteret, non recta regione iter inſtituit, ſed ad lævam fle-* » *xit.* Terent. Phorm. *Eo recta via quidem illuc.* Vide » *Via.*

» Rem. Cic. *Miſimus qui pro vectura ſolveret*, ſubaudi » *rem*, vel *argentum*, *pecuniam.* Plautus Curc. *Pugnis* » *rem ſolvunt, ſi quis poſcat durius* : idem Aulul. *Ubi* » *res ſoluta eſt omnibus.*]

Rem familiarem. Cic. 2. Philipp. *Teneſne memoria prætextatum te decoxiſſe*, (107) ſupple *rem familiarem.*

Rem. In illis, *poſtquam*, *antequam*, (108) mihi videtur deeſſe *Rem*, ut in *poſt quod* deeſt *negotium*; niſi malis deeſſe *finem*, ut in *Hactenus.* Vide *Finis.*

Res. *Paupertas eſt laudanda*; *avaritia eſt vituperanda*, ſupple *res* : nam adjectivum non reſpicit ſubſtantivum, ſi verbum in medio ſit : Verbi gratia, *Mors eſt bonum*, & *mors eſt bona* : illic deeſt *negotium*, hic *res* : idem enim ſunt. Vide *Negotium.*

Bene eſt, bene habet, bene procedit, » [*male eveniat,*] *bene vertat, bene conveniebat inter eos*, ſubaudi *res.* Terent. Adelph. *Quæ res tibi vertat male.* » [Salluſt. Jug. » *Sed ea res longe aliter, ac ratus erat, evenit.*] Vide *Negotium.*

Virgil. *Non opis eſt noſtræ*, ſupple *res.* Cæſar lib. 1. Civil. *Docent ſui judicii rem non eſſe* : ibid. *Nec ſui judicii, neque ſuarum eſſe virium, diſcernere*, ſupple *res.* Vide *Negotium.*

» [Apud

(107) *Supple rem familiarem.*] Sed de aliis quoque rebus dicitur. Veluti Florus in præfat. *quibus* (annis) *inertia Cæſarum quaſi conſenuit atque decoxit*, ſcil. Populus Rom. vires ſuas. Vide ibi Grævium.

(108) *Mihi videtur deeſſe Rem.*] Immo vero deeſt *Horam.* Vide me ad II. 9. n. 5. pag. 208.

Digitized by Google

» [Apud Plautum legimus, *Non mihi eſt operæ*, ſubaudi *res*. Eſt autem *Res operæ* non aliud, quam *Opera*: ſicut *Res voluptatum* Plauto eſt *Voluptates*: Itaque idem alibi dicit, (109) *Non eſt mihi opera*, id eſt, non habeo operam, quam dare tibi poſſim: ſimiliter Idem in Mil. *Aliter ut facias, non eſt copiæ*, ſubaudi *res*: in Aulul. autem dicit, *Nec ludos te facio, nec ſi cupiam, copia eſt*: & Capt. *Nec me Salus ſi vult ſervare poteſt, nec copia eſt.* Similiter dicitur, *Cura mihi eſt*, & *Curæ eſt mihi*: & *Cauſæ eſt*, pro, res cauſæ, ſeu cauſa. Cicero de Amic. cap. 2. *Quod non affuiſſes, valetudinem cauſæ, non mæſtitiam, fuiſſe.* Liv. lib. 38.

(109) *Non eſt mihi opera.*] Sic certe Merc. I. 1. 14. *Si opera eſt auribus, atque ad advertendum huc animum adeſt begnignitas.* Verba, quæ mox Auctor tanquam ex Plauti Milite adfert, occurrunt itidem in Mercatore V. 4. 30. Similiter Bacchid. III. 3. 18. *Nego tibi hoc annis XX. fuiſſe copiæ.* Ceterum non equidem rejicio hanc conſtructionis rationem, quam adfert Scioppius, ut videre eſt ſupra ad vocem *Pretium* nota 102. Quibus addo & iſtius generis locutiones, *Quanti eſt ſapere?* Ter. Eun. IV. 7. h. e. quanti negotii vel pretii res eſt ſapere. Et proinde accipio ſane, quod ad τὸ *opera*, Scioppianam expoſitionem, ut, *Non eſt mihi operæ*, ſimpliciter ita dictum, ſit idem, ac *non eſt mihi aliquid negotium operæ, quod tibi dem.* Quum Livius ait lib. IV. 8. *Neque Conſulibus, quum tot bella imminerent, operæ erat, id negotium agere*, vult dicere, id negotium agere non fuiſſe tunc Conſulibus negotium operæ ſuæ. Vide me ſupra ad dictam Vocem. Poſſum etiam ferre τὸ *Copiæ* ita exponi, ut, *Hoc tibi non fuit Copiæ*, idem ſit, quod, *Hoc non fuit tibi res copiæ*, ſeu facultatis. At τὸ *Curæ* & *Cauſæ* haud dubie ſunt Dativi. Nam primo ſimilis Dativi conſtructio frequentiſſima eſt. Pl. Mil. III. 1. 77. *Quibus me eſſe ſollicitudini.* Truc. I. 2. 14. *Eſt iis pugnæ & virtuti de prædonibus prædam capere.* Sic ergo & Trin. III. 2. 3. *Si videatur hoc eſſe gloriæ aut famæ.* Sall. Jug. 69. *Civitas magna & opulens pœnæ cuncta aut prædæ fuit.* Porro eodem plane modo dicitur, *Hoc mihi curæ eſt*, & *Hoc mihi curæ habeo.* Sed & ne ullo modo dubites, Dativum eſſe in priore illa locutione cum Verbo Subſtantivo, clariſſima ſunt Ciceronis loca, in quibus addit Adjectivum. Famil. VI. 2. *Tuas res omnes non minori mihi curæ eſſe, quam meas.* XI. 27. *Quid tibi majori curæ fuit, quam ut eſſem* &c.

» 38. *Cum Scipio excuſet, morbum eſſe cauſæ* [editur » nunc *cauſam*] *fratri, cur abeſſet, ſatis id ſibi vide-* » *ri, Gracchus reſpondit.* Poteſt tamen, *Cauſæ*, in » dandi caſu dictum videri, pro quo alibi Livius *in* » *cauſa eſſe* uſurpat; ut lib. 40. *Non ſuam ſegnitiem,* » *ſed vim morbi in cauſa eſſe, quo ſerius proficiſceren-* » *tur.*]

Solebant antiqui peregrè advenientes ſic rogare, *ſatin' ſalvæ?* ſubaudio *res.* Terentius Eunuch. act. 5. ſc. 6. *Satin' ſalvæ?* Livius lib. 1. dec. 1. *Quærentique viro, ſatin' ſalvæ? minime, inquit Lucretia*: idem lib. 10. *ſatin' ſalvæ? inquit, L. Volumni*: » [idem lib. 3. *Rogi-* » *tans ſatin' ſalva eſſent omnia*; quo loco planum fit, » (110) falli eos, qui, *Satin' ſalve*, ſcribunt.] Plaut. Menech.

(110) *Falli eos, qui &c.*] Sine ullo dubio quam rectiſſime dicitur, *ſatin' ſalvæ*, ſcil. res tuæ ſunt? Neque tamen propterea auſim rejicere prorſus alterum illud, *ſatin' ſalve?* quod faciunt Scioppius & Gronovius Pater ad Plautum Sticho I. 1. 10. Hoc enim eadem utique ratione & modo dici potuit, quo *Satin' recte?* ut loquitur Terent. And. IV. 5. 9. Et, *Rectene omnia?* de quo vide Briſſonium in Formulis. Et, *Satin' omnia ex ſententia?* quomodo Ter. Phorm. II. 1. 26. Intellige autem in his, modo *Agis*, vel *Agitur*, modo *Res tuæ ſunt*, ſeu *omnia tua ſe habent.* Prius certe intelligitur apud Terent. in Andr. ut liquet ex reſponſione. Nam interroganti, *Quid vos? quo pacto hic? Satin' recte?* reſpondetur, *noſne? ſic, ut quimus, quando, ut volumus, non licet.* Manifeſtum intelligi in interrogatione *agitis*, quum in reſponſione non poſſit intelligi, niſi Verbum primæ perſonæ, veluti *agimus.* Sic in Adelph. V. 5. 3. *Quid fit? quid agitur?* reſp. *Recte.* Poteſt etiam intelligi, *tibi eſt?* ſeu *res tuæ ſunt?* Hinc paſſim in reſpondendo adhibetur *Recte*, quaſi diceretur, recte res mea vel tua jam eſt. Vide me infra ad Cap. XIV. & Vocem *Recte.* Cicero ad Attic. I. 7. *Apud Matrem tuam rectè eſt, eaque nobis curæ eſt.* Famil. IX. 9. *Rectiſſime apud Te ſunt omnia.* Plaut. Menech. II. 3. 31. *Hic tibi erit rectius.* Denique ſuppleri etiam ita hæc phraſis poteſt, *omnia ſe habent recte, ſalve, ex ſententia.* Sic enim paſſim Auctores. Ter. Eun. IV. 7. 30. *Ut tibi res ſe habeat.* Phorm. II. 4. 82. *Bene habent tibi principia* V. 4. 1. *Lætus ſum, ut meæ res ſe habent, Fratri obtigiſſe, quod vult.* Plaut. Caſ. II. 3. 30. *Opinione melius res tibi habeat tua.* Aul. I. 1. 8. *Scin' quomodo tibi res ſe habet*, Sall. Catil. 2. *Æqua-*

Digitized by Google

nech. act. 5. *Salva ſis : ſalvæne?* » [Terent. Andr. *Me » in tuis ſecundis reſpice*, ſubaudi *rebus*.

» Rus. *Rus* ſubauditur, in *Paſcuum*. Lucr. 5. *Pandere » agros pingues, & paſcua reddere rura*. Columella, » *Anſer eſuriens mittatur in paſcuum*. Livius, *Lucus læta » in medio paſcua habuit*. Similiter in *Arva* ſubauditur » *rura*. Plaut. *Non arvus, ſed paſcuus eſt hic ager*.] [Vide & infra ad Vocem *Solum*.]

Sacerdotes. *Diales*, *Martiales*, *Quirinales*, *Salii*, & in reliquis hujuſmodi, quis non intelligit *ſacerdotes*?

Sacra. *Lupercalia*, *Bacchanalia*, *Terminalia*, » [*Sueo» vetaurilia*,] ſubaudi *ſacrificia*, vel *ſacra*. Vide *Feſta*. Sed in *Bacchanales*, *Saturnales*, intellige *ludos*, vel *dies*. Vide *Ludi*, » [Aſcon. in Divin. *Cenſores Sueovetaurilia » ſacrificia faciebant*.]

» [*Facere vitula, bove, agno*, ſubaudi *ſacra*. Plaut. » Stich. *Quot agnis fecerat?* Cr. *illa quidem nullum ſa» crificavit*. Virg. *Cum faciam vitula pro frugibus*. Sed » & Accuſativum efferebant, Hebræorum more. Plaut. » Aul. IV. 2. 15. *Faciam Fidei mulſi fideliam*. Liv. 10. » *Pocillum mulſi vovit ſe Jovi facturum*.]

Salarium.

Æquabilius & conſtantius ſeſe res humanæ haberent. Cic. de Offic. II. 6. *Male ſe res habet, cum quod virtute effici debet, id tentatur pecunia*. Cœl. Famil. VIII. 8. *Recte hoc par habet*. Sic ergo etiam, *ſatin' recte? ſatin' ſalve?* quum dicitur, intellige, *tibi ſe res habet*, vel *tuæ res ſe habent*. Et ſane ſic videtur locutus Plautus Sticho I. 1. 10. *Multa volo tecum loqui de re viri*. reſp. *ſalven' amabo?* h. e. *an ſalve ſe habet*, vel *Vir*, vel *Res viri?* Trin. V. 2. 53. *Satin' ſalve? dic mihi*. reſp. *Recte*. h. e. *an ſatis ſalve ſe res habet;* reſponſio eſt, *recte ſe habet*. Vide ibi Taubmannum. Agnovit etiam hanc locutionem jam olim Donatus ad Terent. Eun. V. 5. 8. diſerte tradens τὸ *ſalve* Adverbium hic eſſe, & per Adverbia explicans. Sed & Apulejus, quod adverbialem hanc locutionem ſupplere voluit per τὸ *Agere*, eo ipſo nobis id utique declarat, etiam adverbialiter eam eſſe prolatam. Qui ſequitur apud Sanctium locus Plauti ex Menechmis, aliter ſe habet. Editur, *ſalva ſis, ſalvene advenio?* ſed legendum eſt, ut voluit Gronovius ad Stichum I. 1. 10. *Salva ſis, ſalvane* (per Dativum) *advenio?*

Digitized by Google

Salarium. Juvenal. Satyr. 6. *Sunt qui tortoribus annua præſtent*, ſubaudi *ſalaria*. Sueton. Tiber. *Sed & peculio conceſſo à patre, præbitiſque annuis, fraudavit per ſpeciem publici juris*: Idem in Claris Gramm. de Palæmone, *Quamquam ex ſchola quadringenta annua caperet.*

Scriptor. *Librarius* adjectivum eſt; ut *librarium gummi*, apud Plin. & *cella libraria.* Cicero tamen abſolute dicit: ut, *mihi librarius mittat*, (111) ſubaudi *ſcriptor.* Horat. in Arte, *ut ſcriptor ſi peccat idem librarius*,
» [Varro 3. Ruſt. 2. *Scriba librarius, libertus ejus, qui*
» *apparuit Varroni.* Vulgo *Amanuenſis.*]

Scriptum. Cic. Attic. lib. I. *In ea Pompeii epiſtola erat in extremo*, ſupple *ſcriptum*; idem, *Quod epiſtola librarii manu eſt*, ſubaudi *ſcripta*; idem, *Quæ quidem erant manu tua*, ſupple *ſcripta*; idem l. 16. epiſt. *Tu iſtic, ſi quid librarii mea manu non intelligent, monſtrabis*, ſupple *ſcriptum.*

» [Secturæ. *Secturæ* ſubauditur in *Ferrariæ*, *Ærariæ*,
» *Argentariæ*, *Aurariæ*, &c. Cæſ. 3. Gall. *Multis locis*
» *apud eos ærariæ ſecturæ ſunt*: & 7. Gall. *Apud eos magnæ*
» *ſunt ferrariæ.* Liv. *Vectigalia magna inſtituit ex ferrariis*
» *argen-*

(111) *Subaudi ſcriptor.*] Vel *ſervus.* Nec enim exiſtimandum eſt, quia alicubi *librarius ſcriptor* occurrit, ergo *ſcriptor* ſemper intelligendum, ubicunque *librarius* ſolum reperitur. Nam etiam ſervos habebant, qui libris Dominorum curandis præerant, ſed & qui eos Dominis deſcribebant. Sueton. Claud. 35. *Ne cujus comiti aut librario calamariæ aut graphiariæ thecæ adimerentur.* Servi hi erant, vel liberti. *Librarius* etiam pro mercatore librario apud Gellium V. 4. *Librarius in quodvis pignus vocabat*, qui paulo ante iſtic *venditor librorum* fuerat dictus. Cicero Orat. 2. in Rullum *librarios* etiam diſtinguit a *ſcribis*: dum ait, *Ornat eos apparitoribus, ſcribis, librariis, præconibus, architectis*; ubi *Scribæ* ſunt, qui decreta & acta conſcribebant, *Librarii*, qui ea alioſque libros curabant ſervabantque. Apud Gellium dicto loco etiam *libraria* occurrit pro libraria taberna. *Apud Sigillaria forte in libraria Ego & Julius Paulus conſederamus.*

Digitized by Google

» *argentariiſque.* Tac. *Aurarias ſibimet Tiberius ſepoſuit.* » Vulgo *Mineræ.*]

Securis. Virgil. *Crebriſque bipennibus inſtant.* Ovidius, *Sævamque inhibere bipennem*, ſupple *ſecurim.* Vide Feſtum in *Anceps*, & Nonium Marcell. in *Bipennis*, qui citat ex Varrone, *Ferens ferream humero bipennem ſecurim.* » [Virgil. dixit, *ferro bipenni.*

» (112) Segetes, ſubaudi *Novales.* Virg. 1. Georg. » *Alternis tonſas ceſſare novales.*]

Sella. Lucan. lib. 3. *Prætor adeſt, vacuæque loco ceſſere curules*, ſubaudi *ſellæ.* Liv. lib. 2. *Sella curuli ſepties ac vicies ſedit.* Juvenal. 10. *Atque illi ſellas donare curules.*

» [Senator. *Conſiliarius*, (113) ſubaudi *Senator.* Plaut. » Epid. *Jam ſenatum in corde convocabo conſiliarium.*

» Sententia. Virg. *Stat conferre manum Aeneæ: Stat* » *caſus renovare omnes*, (114) ſubaudi *ſententia*, vel *conſi-* » *lium*: quamdiu enim deliberatur, conſilium vacillat, » & ſententia fluctuat; ubi certum ac ſtatutum eſt, » quod quis facere vult, conſiſtit conſilium, & ſtat » ſen-

(112) *Segetes ſubaudi.*] Potius pro diverſis Generibus, *Terras*, *Agros*, *Rura.* Feſtus *Novalis ager, novæ relictus ſementi.* Virg. Ecl. I. *Impius hæc tam culta novalia miles habebit?* ſcil. *rura.* Vide & infra Sanctium in voce *Terras*, & Opuſcula de Latinit. JCtorum Veterum pag. 88.

(113) *Subaudi ſenator.*] Non omnes *Conſiliarii* ſunt Senatores. Etenim *Conſiliarii* ſunt etiam privatorum, tum ſingulorum Regum, & Principum. At *Senatores* liberæ potiſſimum Reip. Proceres. Malim itaque intelligere *Homo* vel *Miniſter.*

(114) *Subaudi ſententia.*] Non neceſſe prorſus ſubaudiri hic aliquid. Etenim etiam ipſa illa actio, quæ Infinito exprimitur, *ſtare* dicitur, h. e. certo eſſe decreta. Patere eam locutionis rationem arbitror ſatis clare ex illo Ciceronis, *Modo ſtet nobis illud una Vivere in ſtudiis.* Sic *Sedere*, quod eodem ſenſu adhibetur, pro *Stare*, conjunctum reperias cum ipſis rebus decretis. Florus II. 15. 4. *Quum bellum ſederet*, h. e. decretum jam eſſet. Potuiſſet etiam dixiſſe, *quum ſederet bellum gerere*, eodem ſenſu & eadem conſtructionis ratione. Sed tamen ſæpe etiam additur *ſententia* & *conſilium*, ut liquet vel ex eodem Auctore. Nam ibidem §. 9. *Seditque ſententia, quoquo modo rebellandum.* & II. 18. 14. *noviſſime conſilium fugæ ſedit.* Et ſic *ſtat ſententia* apud Terentium.

Digitized by Google

» ſententia. Terent. Eunuch. *Stat ſententia*; idem, » *Pectore conſiſtere conſilii nihil poteſt.* Cic. *Nec adhuc ſtabat, quo potiſſimum me converterem : Modo nobis ſtet illud, una vivere in ſtudiis : Levatur omnis cura, cum aut conſiſtit conſilium, aut cogitando nihil explicatur.*]

Sermo, vel Rumor. *Quum ſubito adfertur nuncius horribilis*, ſupple *Sermo* vel *Rumor*. Cæſar, *Ut talem nuncium attuliſſe viderentur.* Unde Plautus in Milite, *lónginquus ſermo*, pro *nuncio*, dixit. Aliquando intelligitur *homo*, ut diximus ante. *Sermones perferri* tritum eſt, » [*Nuncius* adjectivum eſt. *Nuncium*, ſubaudi *verbum*, » vel *dictum*. *Nuncia*, ſupple *fama*. Virg. *volitans pennata per urbem Nuncia fama ruit.* Ovid. epiſt. Parid. » *Uror; habes animi nuncia verba mei : Prima fuit vultus nuncia fama tui.* Liv. 5. *Vocis nocturnæ, quæ nuncia cladis audita fuerat.*]

Servus. *A pedibus, à ſecretis* » [*Circumpedes*] ſubaudi *homo*, vel *ſervus*, vel *famulus*, vel *miniſter*. Sueton. lib. 1. *Philemonem à manu ſervum.* Terent. *Forte ibi hujus video Birrhiam*, ſupple *ſervum*. Cic. 3. Verr. » [*Circumpedes autem homines formoſos, ſuos eſſe dicebat.*]

Mart. *Eſſe ſat eſt ſervum, jam nolo vicarius eſſe. Vicarius* propriè eſt ſervi ſervus. Paulus de noxal. action. *Si ſervus tuus navem exercuerit, ejuſque vicarius ſervus* &c. Horat. *Utque ſacerdotis fugitivus liba recuſo.* Idem, *Tu mediaſtinus*, ſupple *ſervus* : idem lib. 2. Satyr. 7. *Sive vicarius eſt, qui ſervo paret.* Et *Venales* ſervos intelligimus. Quinctil. lib. 8. cap. 2. Plaut. Aul. *Etiam introducere vel gregem venalium.* Et *Novitios*; Varro 7. ling. Latin. *Etiam novitii ſervi empti in magna familia.* » [Similiter in *Major domus*, quod poſteriores induxerunt, *ſervus* ſubauditur. Donat. in Phorm. act. » 2. ſc. 1. *Columellæ apud veteres dicti ſervi majores domus.*]

Seſtertiûm. Horat. *Callidus huic ſigno ponebam millia*

Digitized by Google

lia centum, (115) ſupple *ſeſtertiûm*. Sic in illis, *debet decies*, *accepit centies*.

Singuli. *In dies*, *in naves*, *in milites*, *in viros*, ſubaudi *ſingulos*. Horat. *Mutatur in horas*. Juvenal. *Horreat, inque dies ſeptenis oderit horis*. Plinius, *Cinnamo pretia quondam fuere in libras denariûm mille*. (116) Cic. & in illa, *in dies ſingulos*. » [Sic in Pandectis *Quinis emti ſervi*, id eſt, ſinguli quinque : ſic, *Quidni ſolviſſent*, pro » ſinguli quinque.] Vide Vallam lib. 3. cap. 68. » [& » Briſſon. in Parergis.]

Sinus. *Puteolanus*, *Tarentinus*, *Iſſicus*, ſupple *ſinus*. Crediderim deeſſe *ſinus*, quum *Adria* effertur maſculinè : nam mare ſinus eſt, & civitas in ipſo ſinu *Adria* dicitur, ſed effertur fœmininè. Silius lib. 10. *Stat humectata Vomano Adria*.

Societas. Virgil. *Coëant in fœdera reges*, (117) ſubaudi *ſocietatem*. Cicero, *Utinam ſocietatem aut nunquam coiſſes, aut nunquam diremiſſes* : idem, *Cum parva ſquilla quaſi*

(115) *Supple ſeſtertiûm.*] Quod in iſta quidem locutione accipi debet pro *ſeſtertiorum*. At in iſtis, *debet decies*, &c. intelligit *ſeſtertium* ſingularis Numeri, neutrius Generis, Gronovius in libro de pec. vetere. Si ita, conſtrui tunc eam phraſin debere putem per Appoſitionem, qualem vide ſupra in Nota 78. in vocabulis *Mille* & *Millia*, ut & infra in Zeugmate cap. 8. n. 2. ut ſenſus ſit, ſeſtertium uſque ad decies centena millia ſeſtertiorum. Ceteroqui cum Genitivo & Ellipſi τ̃ *centena millia* conſtrui videtur adverbium *decies* apud Livium XXIV. 11. *qui ſupra trecenta millia uſque ad decies æris cenſus fuiſſet*. Qui locus mihi certe eſt valde notabilis in hac phraſi & Ellipſi, ſed allatus jam ab Alciato & aliis.

(116) *Cic. & in illa.*] Credo hæc aliquid vitii ex officina contraxiſſe. Ita tamen etiam Salmanticenſis editio, & Patavina.

(117) *Subaudi ſocietatem.*] Immo vero *coire ſocietatem* quando occurrit, dicitur per Ellipſin pro *Coire in ſocietatem*, ut *Coire in fœdus* apud Virgilium. Sic *Convenire aliquem* omnino dicitur pro *convenire ad aliquem*, licet & hæc phraſis in paſſivam à Veteribus converſa ſit. Velut Liv. I. 58. *Ab nuncio conventus fuit.* Cic. Famil. VI. 19. *Tantis doloribus afficitur, ut ſe conveniri nolit.* Vide & ſupra ad *Adire* pag. 295. & ad *Ambulare* pag. 305. & maxime ad *Coeo* pag. 319.

Digitized by Google

quaſi ſocietatem coit: idem pro Sext. *Societas coitur*: idem Ruffo, *Ad coëundam ſocietatem periculi.*

Sol. *Oriens* & *Occidens* participia ſunt, in quibus abſolutè prolatis intelligitur *Sol.* Cæſar 1. Gall. *Spectant in Septentriones, & Orientem Solem Belgæ.* » [Ennius, *A ſole exoriente ultra Mæoti' paludes.*] Plaut. Bacch. *Ante ſolem exorientem*: idem Menech. *Nunquam ad ſolem occaſum viverem.* Plin. lib. 21. cap. 17. *Ante ſolem occidentem.* Cicero in Somn. *Quis in reliquis orientis aut obeuntis ſolis ultimis partibus.* & in XII. Tabul. *Sol occaſus ſuprema tempeſtas eſto.* Gell. lib. 2. cap. 2. *Poſt ſolem occaſum.*

Plaut. Moſtell. *Hoc* (118) *die craſtini quum herus reſcive-*

(118) *Die craſtini.*] Sic Pl. Men. V. 9. 95. *Vis conclamari auctionem fore? quo die?* M. SV. *die ſeptimi.* ME. *Auctio fiet Menechmi mane ſane ſeptimi.* Vide & ſupra I. 16. 6. At Urſinus To. I. p. 157. quia Gellius X. 24. promiſcue ſe ſcriptum repeiriſſe ait, *die quarte, quinte*, &c. & *die quarti, quinti* &c. colligit hos eſſe ergo Ablativos tertiæ declinationis in E & I. deſinentes: atque adeo, ſicuti dicitur *Exanimus* & *Exanimis*, *Enervus* & *Enervis*, ſic dixiſſe Veteres quoque *Quartus*, *Quintus*, & *Quartis*, *Quintis*, &c. At probandum hoc poſterius vel minimo erat documento, priuſquam tam inauditum quid Lectoribus obtruderetur. Quod quum non fecerit, nec facere potuerit, perſeveremus ſane *quarti, quinti*, &c. *craſtini*, *poſteri*, & ſimilia, pro Genitivis habere, & Ellipſin *Solis* in iſta phraſi agnoſcere. Sed & Gellius ipſe ea non pro Ablativis, ſed pro Adverbiis compoſitis habuit, quamvis & hoc male. Decepiſſe Hunc videtur promiſcua illa ſcriptura, quum etiam Adverbia quædam promiſcue ſcriberentur, ut *here* & *heri*, *præſcine* & *præſcini.* Sed tamen longe frequentius, etiam apud ipſum d. l. ex variis Auctoribus reperias ſcriptum *die quarti* &c. Ac ſimiliter dixerunt ſemper Veteres *poſtridie*, non *poſtredie.* Tuetur tamen ſe Gellius auctoritate Vetuſtiorum, qui, ſicuti *poſtridie* & *pridie* ſpeciem Adverbiorum habent, ſic *diequinti*; vel *diequinte*, itidem pro Adverbiis compoſitis videantur accepiſſe, & ideo ſecundam compoſitæ vocis ſyllabam aliquando corripuerint, quæ ceteroquin ab natura ſua eſt longa. Verum non mutat hæc ratio naturam horum vocabulorum, non magis, quam ♃ *Quomodo*, *Præterea*, &c. quorum ultimæ itidem aliam acceperunt quantitatem, quam debebant, quia itidem pro Adverbiis male ſunt tandem habita. Quod vero Oiſelius ad d. l. Gellii notat de Li-

Digitized by Google

verit. Gellius lib. 10. cap. 24. & Macrob. lib. 1. cap. 4. Saturn. putant, *die craſtini*, *die priſtini*, *die proximi*, *die noni*, adverbia eſſe. Ego contendo deeſſe *Solis*. Vide *Dies*.

Solum. Virgil. in Moreto, *Fuſus erat terræ frumenti pauper acervus*: ibidem, *Et terræ condit aratrum*: Æneid. 9. *Stant terræ defixæ haſtæ*: Æneid. 11. *Sternitur & toto projectus corpore terræ*: Georg. 2. *Terræ defigitur arbor*: *Corpora multa virûm terræ infodiunt*. Ovid. 2. Metamorph. *Quum vellet terræ procumbere*: „ [& 5. Metam. *Procubuit* „ *terræ mactati more juvenci*.] Plinius lib. 14. cap. 21. *Infodiuntque terræ tota*. Apul. lib. 19. *Ille terræ concidit*. Julius Rufianus, *Terræ*, inquit, *pro*, *in terra*, *poſitum eſt*. Sed ego aſſero deeſſe *Solum*; quia ſæpe legimus apud Cicer. *ſola terræ*, & ſæpius apud Lucretium; [Virgil. „ 1. Georg. *Terræ pingue ſolum fortes invertant tauri*: Var- „ ro 1. Ruſtic. 5. *Quæ ad ſolum pertinet terræ*.] Salluſt. Jugurth. *Aliiſque generibus arborum, quæ humi arido, atque arenoſo gignuntur*. Sic legit Priſcianus in calce lib. 8. & Aldus in Salluſt. & intelligunt *Loco*. „ [Virg. „ *Fuſus humi*. Ovid. *Proſternit humi juvenem*, ſubaudi *in* „ *ſolo*.] Silius lib. 1. *Adfigunt proni ſqualentia corpora terræ*. Vide *Terra*. [Subauditur quoque *Solum* in hoc Cæ- „ ſaris 4. Gall. *Cum illi aut ex arido, aut paulum in a-* „ *quam progreſſi, audacter tela conjicerent*: ibid. *Noſtri* „ *ſimulatque in arido conſtiterunt*. ibid. *Naves in aridum* „ *ſubduxerat*. Virgil. *Impius hæc tam culta novalia miles* „ *habebit*, ſubaudi *ſola*; quod etiam ſubauditur in *Ar-* „ *va*: nam *Ager arvus*, ſicut & *paſcuus*, à Plauto in „ Trucul. dicitur, (119) qui arvitur, id eſt, aratur, ſicut „ *duere* eſt *dare*.

„ So-

Literis Ablativi E vel I pro O, neutiquam eſt ex Sanctii Minerva ſumptum; quippe quæ alia omnia tradit, nec *Quarti*, *Craſtini* &c. ad Ablativos refert, ſed ad Genitivos: immo vero Oiſeliana iſta ſunt ipſa Voſſii verba, de Analog. II. 5. circa finem; ut adeo nimis ſtudioſe, an odioſe nimis dicam & inſcite? ad partes iſtic vocetur hæc Sanctii Minerva.

(119) *Qui arvitur h. e. aratur*.] Immo vero ſimpliciter

 arvus

„ Sonus. In *ſuſurrus* ſubauditur *ſonus*, cum ſit Adje-„ ctivum. Ovid. 7. Metam. *Procrin adit, linguaque refert* „ *audita ſuſurra*, pro, *ſuſurrante.*]

Spatium. Virg. *In medio mihi Cæſar erit*, ſubaudi *ſpatio*, vel *loco*, „ [ut Servius notat in Æneid. 1.] Cæſar 1. Civil. *Atque in hoc fere medio ſpatio tumulus erat.* Vide *Locus.*

„ Stabulum. [*Bubile*, *equile*, *ovile*, *ſuile*, ſubauditur „ *ſtabulum* : maniſeſte enim ſunt adjectiva. Itaque Plau-„ tus *Bubilem* dixit in Perſa, ubi ſupplendum eſt *ſtatio-*„ *nem*, vel *ſtabulationem*, vel *caulam*, quæ, teſte Ser-„ vio, *eſt animalium receptaculum.*]

Stipendium, vel Æra. *Meruit ſub Annibale*, ſubaudi *ſtipendium* vel *æra*: Vide Vallam lib. 4. cap. 110. Horat. *Hic meret æra liber Soſiis.* Ovid. 1. Amor. *Juſſit & in caſtris æra merere ſuis*: ibid. *Non decet imbelles æra merere Deos.* Turneb. lib. 25. cap. 18. ſcribit, *Donativum* eſſe adjectivum, (120) in quo ſubauditur *ſtipendium.* Cic. pro Mur. *Meruiſſe vero ſtipendium in eo bello.*

„ [Stridor, ſubauditur in *Sibilus.* Virg. *Venientis ſibi-*„ *lus Auſtri*: nam *Sibilus* adjectivum eſt. Virgil. de ſer-„ pentibus, *Sibila lambebant linguis vibrantibus ora.* Serv. „ in 1. Æneid. *Proprie in funibus ſtridor eſt*; *ſtridor au-*„ *tem eſt ſibilus.* Lucret. 5. *Zephyri ſibila*, ſubaudi *fla-*„ *mina.*

„ Stu-

arvus ab *aro* deducitur, ut *paſcuus* à *paſco*, *vacuus* à *vaco*, *contiguus* à *contingo*, *mutuus* à *muto*, *viduus* & *dividuus* à *vido* obſoleto & *divido*, *conſpicuus* à *conſpicio*, *continuus* à *contineo.* Eſſe autem Adjectivum, etiam ex eo liquet, quod Nonius cap. 3. n. 15. ex Nævio & Pacuvio etiam *Arvas*, ſcil. terras, in Feminino genere protulit. Plane ut in Maſculino apud Plautum in Trucul. I. 2. 47. *Non Arvus hic, ſed Paſcuus, eſt ager.*

(120) *In quo ſubauditur ſtipendium.*] Intellexerim potius *æs. Donativum* certe & *ſtipendium* longe erant diverſa. At ſub *Merere* recte *ſtipendium* intelligitur. Sueton. Cæſ. 3. *Meruit & ſub Servilio Iſaurico in Cilicia*, quum cap. 2. dixiſſet, *ſtipendia prima in Aſia fecit.*

Digitized by Google

„ Stuprum, vel Flagitium, ſubauditur in *Inceſtum.* „ Cicero de Aruſp. reſp. *Clodium ex inceſto ſtupro emiſ-* „ *ſum* : & pro Domo, *Inceſto flagitio & ſtupro polluit* „ *cærimonias.*]

Tabellæ, olim à materia vel a numero foliorum nominabantur; ut, *eboreæ*, *citreæ*, *duplices*, *triplices.* Erant & *laureatæ*, quas Imperatores victoria potiti ad ſenatum mittebant. Ovidius 1. Amor. *Ergo ego vos duplices rebus pro nomine ſenſi.* Sueton. Aug. *Et Gallum prætorem in officio ſalutationis, tabellas duplices, veſte tectas, tenentem.* Liv. 5. dec. 5. *Ad foros publicos laureatas tabellas populo oſtendit* : ibidem, *laureatas literas* dixit. Apud Martialem tituli ſunt, *pugillares citrei*; *pugillares eburnei*; *pugillares membranei*, ſubaudi *Codicilli.* Et Catul. dixit, *noſtra pugillaria*, ſubaudi *codicilla*, vel *epiſtolia.* Vide *Literæ.*

Taberna. *Sutrina, piſtrina, medicina*, teſte „ [Varrone „ 7. de lingua Latin. &] Donato ad Ter. Adel. act. 4. ſc. 2. adjectiva ſunt, & deeſt *taberna*, „ [vel *ars.* Seneca „ epiſt. 90. *Piſtrinum* & *Sutrinum* dixit, (121) ſubaudiendo *opificium.*] Plaut. *In medicinis, in tonſtrinis, apud omnes ædeis ſacras* : idem Curcul. *Sub veteribus*, ſubaudi *tabernis. Sub novis.* Varro lib. 5. ling. Latin. & Liv.

(121) *Subaudiendo opificium.*] Vel forſan *ergaſtulum, ædificium*, aut ſimile quid. Nam certe *piſtrinum* apud Comicos paſſim pro loco ponitur, in quo fruges moluntur, & panis conficitur. Vel uti Terentiana hæc declarant, *Dedam te in Piſtrinum, ea lege, ut ſi Te INDE eximam, ego pro te molam* : *Præcipitem me in piſtrinum dabit. Quid cauſæ eſt, quin hinc in piſtrinum recta proficiſcar via* : *Herus ſi redierit, molendum uſque in Piſtrino.* In omnibus vox *Piſtrinum* denotat locum ſatis manifeſte. Nec tamen intercedo, quo minus apud Senecam notet ipſum opificium, quum ait, *ſed in Piſtrinum ſapientem ſubmiſit*, h. e. deprimit eo, ut iſtam quoque artem ſapiens exerceat. Tanto magis, quia mox ibidem ſequitur, *non multum abfuit, quin Sutrinum quoque a Sapientibus inventum diceret*, ubi ſine dubio intelligitur *opificium.* Sed & ſic *Piſtrinum exercere* dixit Sueton. Aug. 4.

Digitized by Google

Liv. lib. 2. & 25. Plinius lib. 25. cap. 12. Vide *Ars*.

Tabernaculum. *Auguſtale* eſt ducis tentorium : ergo (122) intellige *tabernaculum*. Quinctil. lib. 8. cap. 2.

Tabulæ. *In duodecim* quum legimus, facile *tabulis* intelligimus. Id adnotarunt Revardus, & alii. Cic. *Diſcebamus pueri duodecim, ut carmen neceſſarium, quas jam nemo diſcit*.

Talis, & Tantus. *Homo illiteratus, ſed cui paucos anteponas*, ſubaudi *talis* : teſte Laurentio, & Linacro. Item in *Qualis* & *Quantus*, deeſt *Talis* & *Tantus*.

Tecta, vel Tegmina. *Penetrale* quum abſolute ponitur, *tectum* deſideratur. Virg. 1. Georg. *Sæpius & tectis penetralibus extulit ova*. Idem, *Penetralia tecta*. „ [Vide *Culmen*. In *Lacunar*, quod eſt *Lacunare*, ſub- „ auditur *tegmen*.

„ Tempus. *In poſterum providere*, ſubaudi *tempus* vel „ *diem*.]

Terent. Hecyr. I. 2. 19. *Illic non licebat niſi præfinito loqui*. (123) ſubaudi *tempore*, teſte Donato. Idem Andr. *Prope adeſt, quum alieno more vivendum eſt mihi*. „ [O- „ vid. lib. 4. Triſt. eleg. 8. *Nunc erat, ut poſito deberem* „ *fine laborum Vivere, me nullo ſollicitante metu*, ſubaudi „ *tempus*. Liv. 21. *Galli cum ad id dubios ſervaſſent ani-* „ *mos, coacti ad vindices declinant*. Cæſar 1. bell. civ. „ *Quoniam ad id tempus facultas colloquendi non fuerit* : & „ lib. 4. *Hæc ad id tempus Cæſar ignorabat*. (124) Similiter „ in

(122) *Intellige tabernaculum.*] Idem intellige, quoties occurrit *Prætorium*. Vide infra *Tentorium*.

(123) *Subaudi Tempore.*] Quidni potius *Modo?* Sic certe ego cenſeam, maxime, quum ſequatur, *haud opinor commode FINEM ſtatuiſſe orationi militem*, h. e. modum. Cicero Famil. VII. 2. *quod præfiniſti, quo ne pluris emerem*, ſcil. modum pretii.

(124) *Similiter in Adhuc.*] De hac Voce vide ſupra hoc Capite ad vocem *Factum*, & cap. ult. ſuperioris Libri ad vocem *Quanquam*, pag. 486. De ſequenti locutione *Eſt, quum*, vide iterum hoc Capite ad Vocem *Libido*, & mox pag. ſeq.

Digitized by Google

„ in *Adhuc*, pro *adhoc*, ſubauditur *tempus.* Terent. „ Eunuch. act. 3. ſc. 5. *Nunc eſt profecto, interfici quum* „ *perpeti me poſſum*, ſubaudi *tempus illud.* Cicero, *Nunc* „ *ipſum ſine te eſſe non poſſum*, (125) ſubaudi *ad hoc tempus*, „ ut ſignificet, nunc hoc ipſo temporis articulo: *ipſum* „ quippe *tempus* dicitur, quo nullum dari poteſt opor- „ tunius. Lucret. 1. *Ut nubendi tempore in ipſo Hoſtia* „ *concideret mactatu mæſta parentis*, pro quo dici poteſt, „ *tunc ipſum*, ſive *ad ipſum nubendi tempus.*] Sic dicimus. *Non ignara futuri*; *Sero ſapiunt Phryges*; *Optato advenis.* Virgil. *Impius ex quo Tydides*; idem, *Ex illo fluere ſpes Danaum*: idem, *Collecta fatigat edendi ex longo rabies*: idem 1. Æneid. *Tempore jam ex illo*, Plaut. Moſtel. *Velut horno meſſis magna*: & apud Nonium, *Horno curari*, Cicero Catil. 1. *Quibus te brevi tempore confectum eſſe ſenties.* Horat. *Lætus in præſens animus*: idem in Arte, *Et præſens in tempus omittat.* „ [Plin. Paneg. *Quot* „ *non in præſens tantum, ſed in æternum repreſſiſti*, ſubaudi „ *tempus* vel *ævum.*] Cicero pro Balbo, *Ante hoc tem-* „ *pus. Quid, ante expectatum?* idem 1. Catil. *Si minus in præſens tempus, at in poſteritatem impendeat*; idem Verr. *Brevi poſtea mortuus eſt.* „ [Lucret. *in perpetuum*, ſub- „ audi *tempus. Perpetuo*, ſubaudi *tempore.* Martial. *Nil* „ *agis, & ſerum eſt alium mihi quærere regem*, ſubaudi „ *tempus.*] Virgil. *Per ſudum rutilare vident*: idem, *Viſa ſub obſcurum Lunæ.* Cicero, *Horologium mittam, & libros, ſi erit ſudum*, ſubaudi *tempus*: nam *ſudum* vocabant quaſi *ſine udo*: poteſt & deeſſe *cælum.*

Tempora. *Poſt illa*, *poſtea*, *antea*, *præterea*, *antehac*, *poſt-*

(125) *Subaudi ad hoc tempus.*] Mira profecto interpretatio, ut *ipſum* abſolute poſitum, pro *ad hoc ipſum tempus*, cenſeatur. Vellem locum Ciceronis notaſſet Scioppius. Nec enim dubito, quin aliter ſit exponendus. Senſus eſſe videtur, nunc hoc ipſum non poſſum, ſcil. eſſe ſine Te. Sic Cic. de Offic. II. 24. *ut hoc ipſum eum delectaret peccare.* In illum autem ſenſum, quem dixi, loquitur fere Cicero ad Trebatium, Famil. VII. 15.

poſthac, vel *poſt hæc*, ſubaudi *tempora*, vel *negotia*. Terent. Eunuch. *Tute ſcis, poſt illa quam intimum habeam te*. Cicero, *poſt illa tempora quicunque remp. agitavere*. Sic *quapropter*, id eſt, *propter quæ*.

Erit, quum feciſſe nolles, ſubaudi *tempus*. [*Jam aderit*, „ *cum ſe quoque oderit*.] Virgilius, *Turno tempus erit, magno quum optaverit emptum Intactum Pallanta*. Cic. pro Milone, *Erit, erit illud profecto tempus, & illuceſcet ille dies*. Plaut. Aulul. *Hanc domum, multos annos eſt, quum poſſideo*, id eſt, (126) eſt tempus, quum poſſideo multos annos hanc domum. Horat. *Præſens in tempus omittat*. Vide Lambinum.

„ Tempus. [*Hoc noctis, hoc ætatis, id ætatis*, ſupple „ *ad*, vel *circa tempus*, vel *in tempus*: item *in præſens tem*„*pus*, pro præſenti tempore. Similiter *hoc noctis tempus* „ pro, hoc noctis tempore, dicetur. Plaut. Aſin. *Ibi ad* „ *hoc diei tempus dormitaſti*: (127) Idem Men. act.5.ſc.5. „ *Hic ergo uſque ad veſperam; ſaltem intromittar domum*. „ Cicero, *Ad quam diem redibit*. Cæſar, *Miſſo ad veſpe*„*ram Senatu*. Livius lib. 5. *Ad æſtatem de integro exſu*„*dandus erit labor*, id eſt, circa tempus æſtatis, veni„ente æſtate; Cic. 3. ad Quint. frat. epiſt. 5. *Noſtrum* „ *hoc tempus ætatis forenſi labore jactari*, pro quo dicere „ poterat, non hoc ætatis jactari. Plaut. Trinum. *De*„*nique diei tempus non vides?* Cicero 1. de leg. *A* „ *primo tempore ætatis juri ſtudere te memini*. Te„rent.

(126) *Eſt tempus &c.*] Immo vero ſenſus eſt: Eſt jam tempus multorum annorum, quum poſſideo hanc domum. *Multos annos* refertur ad *Eſt*, non ad *Poſſideo*. Sic Plaut. Perſa I. 3. 57. *jam ſex menſes eſt, quum huc venit*. De locutione ipſa *Eſt quum*. Vide ſupra hoc Capite ad Vocem *Libido*.

(127) *Idem Men. &c.*] Locus eſt Menech. V. 5. 62. & editur; *uſque ad noctem*, non *veſperam*. Sed quomodocunque legatur, non video, quid iſte, & ſeqq. loca ad probandam Ellipſin ☞ *Tempus* faciant. Forſan adferuntur hæc tantum ad probandam Ellipſin ☞ *Ad*, quæ tamen non eſt hic potiſſimum controverſa, aut in quæſtione.

Digitized by Google

„ rent. Hecyr. *Dum ætatis tempus tulit, perfuncta ſatis* „ *ſum.*]

Domi, belliqne clarus, (128) ſupple *tempore*: nam *domi*, apud antiquos pro pace aut quiete uſurpabatur, ut ſæpe apud Livium; nunc vero, quum dicimus *domi eſt*, deeſt *in ædibus*, ut diximus. *Militiam belli* dixit Columella in præfatione.

„ [Liv. 34. *Daret talenta centum in præſenti, & quin-* „ *quaginta talenta in ſingulos annos, per annos octo*, ſubau- „ di *tempore. Brevi ſenties; Optato advenis; ſero ſapiunt;* „ ſubaudi *tempore.*]

Tenens. *Jovem lapidem jurare*, in adagiis rectè explicat Eraſmus; ſed ſyntaxin pauci intelligunt. Integrum eſt, *Lapidem ſilicem tenentem jurare per Jovem.* Verba Feſti ſunt, *Lapidem ſilicem tenebant juraturi per Jovem, hæc verba dicentes: Si ſciens fallo, tum me Dieſpiter* &c. Sic Turnebus lib. 30. cap. 23.

Ten-

(128) *Supple Tempore.*] Nihil minus. Nec *domi* ſignificat pacem aut quietem, ſed patriam cujuſque, h. e. ſuæ domi locum ſeu terram. Et propterea non tantum *belli* opponitur τῷ *domi*, ſed & alia. Cic. Famil. III. 10. *Exiſtimationem ejus oppugnare in provincia, cujus laudem domi defenderis.* VIII. 1. *Quam gratum peregrinantibus ſit, minimarum quoque rerum, quæ domi gerantur, fieri certiores.* Nepos Milt. 4. *Domi creati X. prætores*, h. e. non in pace, (erat enim graviſſimum bellum) ſed in patria Urbe, oppoſita auxilio foris à Lacedæmoniis petito. Florus I. 7. *Quum ſævitiam domi fatigaſſet, tandem in hoſtes converſus eſt.* Et Cap. 11. *Ut populus, qui foris dominabatur, ſaltem domi ſerviret.* Adde & II. 1. Intelligi autem in his arbitrer *in loco*, vel, ut mox in τῷ *Humi* intelligit ipſe Sanctius, *in terra*, vel denique *in rebus.* Cic. de Offic. II. 24. *Quibuſcunque rebus vel belli vel domi poterunt, augeant Remp. imperio, agris, vectigalibus.* Locum tamen hunc aliter exponendum, & iſta *vel belli vel domi*, a *rebus* ſeparanda, ac aliud ſibi deſiderare ſupplementum, cenſet Urſinus Tom. 2. p. 347. Nihil ſane reluctarer, ſi commodius aliud & certius ſupplementum ſtatui poſſet. Probat ille unice *in loco.* At quanto magis *quadrat ad Belli*, ut ait, illud *in loco*, quam τὸ *in terra Belli?* quod tamen itidem ille rejicit. Rectiſſime vero dicuntur *Res belli & domi.* Sed ipſa ſupplementa, quando de Conſtructionis ratione conſtat, minime digna ſunt

 am-

Tentorium. *Erat in prætorio*, (129) ſubaudi *tentorio*, vel *tabernaculo* : nam *prætorius vir* dicitur, & *navis prætoria*. Vide Aſcon. Pæd. 4. Verr.

Tentoria, vel Pelles. Virg. *Hic ſævus tendebat Achilles*. Ovid. *Illic Æacides, illic tendebat Ulyſſes*, deeſt *tentoria*, vel *pelles*.

Terra, vel Domus. *Reliquit patriam*, ſubaudi *terram* vel *domum*. Solin. cap. 22. *Relicta domo patria*. Plaut. Stich. *Quia vos in patriam domum rediiſſe video*. Virgil. *Et patria decedens ponere terra*. Salluſt. Jugurth. *Exſul patria domo, ſolus* : Idem, *Extorris patria domo*. „ [(130) In *Vinea* quoque, ſubauditur *terra*.]

Terræ, vel Rura. Virg. *Alternis etiam tonſas ceſſere novales*, ſubaudi *terras*. *Alexander Tyrum continenti annexuit*, ſupple *terræ* : nam ſic dicimus, *imber continens*, *labor continens*, & *ædificia continentia*, „ [Varro, ci- „ tante Chariſio, *In terra continenti*.] Quum Virgil. dixit, *Culta novalia*, intellige *arva*, vel *negotia*, [vel *rura*.]

Terra. *Jacet humi, pone humi*, ſubaudi *in terra humi*: nam *terra* dividitur in *humum*, & *aquam*. D. Auguſtinus loquens de Varrone, lib. 7. de Civit. Dei. cap. 6. ſic ait, *Sed ut plures etiam introducat, adjungit mundum di-*

ambigendi materia. Ceterum τὸ *Domi* etiam pro fam. &c. cujuſque in hac Ellipſi ponitur, & *publico* opponitur. Tacitus Ann. III. 33. *ſe, quæ in publicum ſtatuerit, domi ſervaviſſe*, h. e. in ſua familia, dum uxorem non duxit ſecum in provinciam. Cap. 70. *Quod egregium publicum & bonas domi artes dehoneſtaviſſet*, h. e. privatas artes, quæ erant ſcientia juris, privatim culta. Sic & Plautus Caſin. II. 3. 8. *Hanc ego de me conjecturam domi facio magis, quam ex auditis*. Et Mil. Glor. II. 2. 36. *Domi habent animum falſiloquum, domi dolos*, h. e. apud ſe, quaſi in rebus ſuæ domi.

(129) *Subaudi Tentorio, vel Tabernaculo.*] Scilicet in Caſtris. At in Oppidis Provinciarum, ut & in Villis, *Domicilium*, in Urbe vero Roma, *Caſtrum*. Vide quæ diſputavi contra Ulricum Huberum de *Prætorio*.

(130) *In vinea quoque.*] Vide quæ notavi ſupra ad vocem *Hortus*, unde liquebit intelligi potius *Porticum* vel *Arborem*.

Digitized by Google

dividi in duas partes, cœlum & terram : & cœlum bifariam, in æthera & aërem, terram vero, in aquam & humum. *Terra* igitur latius patet, quàm *humus*, etiamſi idem Varro dicat in libris de ling. Latin. *Terra, ut putant, eadem & humus* : nam hoc non ex ſua, ſed ex aliorum opinione dicit. Vide *Solum.*

Toga. *Sumpſit prætextam*, ſubaudi *togam.* Cicero 3. Verr. *Neque te commovebat, quod ille cum toga prætexta, quam quod ſine bulla, venerat.* Livius lib. 4. dec. 4. *Toga prætexta.*

Tribus. Antiquitus ad nomina virorum Rom. adhibebatur tribus; ut, *C. Septimius Quirina, M. Oppius Terentina*, ſupple *ex tribu.* Horat. *Hic multum in Fabia valet, ille Velina.* Vide Aſcon. Pæd. „ [& Serv. in 3. Æneid.

„ *Tuba* ſubauditur in *Buccina*, ſi Capro Grammatico „ credimus, qui *Buccinam* ait *eſſe canorem, ex tuba buc-* „ *cina editum.*]

Vada. Opponitur *Altum.* Virgil. 1. Æneid. *In brevia & Syrteis urget*, ſubaudi *vada.* Senec. in Hercul. Fur. *Deprehenſus hæſit Syrtium brevibus vadis.*

Vas. Auſonius. *Fictilibus fama eſt cœnaſſe Agathoclea regem.* Juvenal. *Sed nulla aconita bibuntur fictilibus*, ſubaudi *vaſis*, vel *teſtis.* Martial. *Sic Arretinæ violant Cryſtallina teſtæ.* Virgil. *Virgea ſuggeritur* (131) *coſtis undantis aheni*, ſubaudi *vaſis.* Valer. Maxim. lib. 4. cap. 3. *Fictilia ſe in ejus menſa vaſa vidiſſe.* Sic *Corinthia vaſa*, ut *Corinthia æra*; ſic etiam *atramentarium* dicimus, ſubaudientes *vaſculum.*

Ventus. Virgilius, *Creberque procellis Africus*, ſubaudi *ventus.* Cicero 1. Natur. *Volucres angues vento Africo invectas.* Sic *Favonius, Subſolanus*, &c.

Ver-

(131) *Coſtis undantis aheni.*] Neſcio quî factum, ut Sanctius hic *vaſis* ſubaudiat, quum *coſtæ* ſignificent latera; ut recte explicat Servius.* Vide Eum ad Virgilium Aen. VII. 425.

Verba. Terent. *Quid multis morer?* idem, *quid multis?* idem, *Paucis te volo*, ſubaudi *verbis*. Cic. *Sed hæc ſatis multa, vel plura potius*. Terent. *Dictum ſapienti ſat eſt*. Cic. *Tuo liberto pluribus verbis ſcriptas pridie dederam*. Plaut. Curcul. *Reſpondit mihi paucis verbis*. Ovid. *Ego ſum qui juſſa per auras Verba patris porto*. Vide *Praire verba*, apud Adrianum Cardinalem.

Veſtes. Quum abſolutè dicimus *ſericas*, *bombycinas*, *undulatas*, intelligimus *veſtes*: ,, [ſicut *Veſtimenta*, cum ,, legimus *Pexa*, *Trita*, *Mutatoria*, *Lugubria*. Seneca, ,, *quædam matres amiſſis filiis impoſita lugubria nunquam* ,, *exuerunt*.]

Via, vel Regio. Terent. *Cur non recta introibas?* idem, *Hac*, *illac circumcurſa*, ſubaudi *via*. *Hactenus*, *Quatenus*, *Eatenus*, ſcil. *via*. Virgilius Æneid. 5. *Hac Trojana tenus fuerit fortuna ſecuta*. Terentius Phormio, *Eo recta via equidem illuc*: idem Heaut. IV. 3. 29. *Imo ut recta via rem narret ordine*. ,, [Plaut. Caſ. *Ubi intro* ,, *novam nuptam deduxi via recta, clavem obduxi*.] Cic. *Recta via pergere in exſilium*. Vide *Finis* & *Regio*.

Via. Horat. *Minus eſt gravis Appia tardis*, ſubaudi *via*. Juvenal. *Dum pervolat axe citato Flaminiam*. Cic. 2. Catil. *Aurelia via profectus eſt*.

Plaut. Caſ. *Si tu jubes, inibitur tecum*, (132) ſupple *via*. Virgil. *Decus hoc inibit te conſule, ô Pollio*, ſupple *viam*: ,, [idem Georg. 3. *Primus & ire viam, & fluvios ten-* ,, *tare minaces Audet*.] Sic *ineunte vere*, *ineunte ætate*, ſubaudi *viam*. Cicero pro Muræn. *Inite viam, præſto aderat ſapiens ille, qui inire viam doceret: redite viam: eodem duce redibant*. Vide *Iter*.

,, [Vicibus. *Alternis* ſubaudi *vicibus*. Virgil. *Al-* ,, *ternis dicetis, amant alterna Camœnæ*. Seneca, *Al-* ,, *ternæ*

(132) *Supple via.*] Immo iſto certe loco, qui eſt Caſ. III. 6. v. ult. non *Via*, ſed *Domus* intelligitur. Quomodo autem hæc locutio, *inire viam*, *domum*, &c. ſit expedienda, ſatis ſuperque oſtendimus ad III. 3. pag. 305. & ſeqq.

Digitized by Google

„ *ternæ inter cupiditatem & pœnitentiam noſtram vices* „ *ſunt.*]

Vinum. Ovidius 4. Faſt. *Præmia de lacubus proxima muſta tuis*, ſupple *vina*. *Muſtum*, inquit Nonius, *non ſolum vinum, verum novellum quicquid eſt, recte dicitur.* Nævius Gymnaſt. *Utrum eſt melius, virginem an viduam uxorem ducere? virginem, ſi muſta eſt.* Cato cap. 114. Ruſt. *In vinum muſtum veratri atri manipulum conjicito.* Plautus *muſtam juvencam* dixit. In nomine quoque *merum* deeſt *vinum*: „ [nam & *Mera aqua* dicitur. „ Ovid. 15. Metamorph. *Gaudetque meris abſtemius un-* „ *dis*. Idem, *Haud aliter titubat, quam ſi* (133) *mera vina* „ *bibiſſet.*] Virgil. *Hic duo rite mero libans carcheſia Baccho.* Deeſt & in illis. „ [*Calenum, Cæcubum, Albanum,*] *Falernum, Fundanum, Campanum, Maſſicum, Vejentanum.* Petron. Arbit. *Vino etiam Falerno inundamur.* „ [Horat. *Qui miſcet fece Falerna Vina: Maſſica ſi cœlo* „ *ſupponas vina ſereno: Plenus Albani cadus: Cæcuba* „ *dignior*; & lib. 1. Oda 31. *Premant Calena calce,* „ *quibus dedit Fortuna vitem.* Sic ibi lego: (134) nam „ vulgatum *Falce* eſt abſurdiſſimum: quomodo e- „ nim falce premantur vina Calena? *Calce preme-* „ *re*, eſt calcare, preſſare: idem, *Vina Torquato* „ *conſule preſſa*: *Preſſum Calibus ducere Liberum.* „ Propert. *Et nova preſſantes inquinet uva pedes.* „ Ti-

(133) *Mera vina bibiſſet.*] Sic Plaut. Amph. I. 1. 274. *Vini meri hirnea.* Sticho I. 3. 116. *Vinum ſubmerum.*

(134) *Nam vulgatum Falce &c.*] At tu videſis Torrentii notas ad iſtum Horatii locum, & ſic deprehendes, recte legi *Calena falce*, quâ Horatius non *vina*, ſed *vitem*, *premi* ait, h. e. putari. Eſt enim iſtic τὸ *Calena* Sexti Caſus, ut ex ipſo liquet metro. Adde Ovidium Metam. XIV. 629. *Rus amat, & ramos felicia poma ferentes; Nec jaculo gravis eſt, ſed adunca dextera falce, Qua modo luxuriem premit, & ſpatiantia paſſim Brachia compeſcit.* Ubi itidem vides *Falce premi luxuriem* arborum, æque ac apud Horatium & Virgilium à Torrentio allatum. Clariſſ. Bentlejus legit *Calenam*, quem vide.

Digitized by Google

„ Tibul. *Preſſaque veloci candida muſta pede.* Ovi-
„ dius, *Stabat & Auctumnus calcatis ſordibus u-*
„ *vis.*]

Vir, vel Uxor. *Conjux meus*, ſubaudi *vir*; *Conjux mea*, ſupple *uxor*: *Conjux* enim [ut *conſors*, & *compar*] adjectivum eſt. *Juges*, inquit Feſtus, *ejuſdem jugi pares, unde & conjuges, & ſejuges. Injuges boves, vel beſtiæ.* [Macrob. lib. 3. cap. 3. Satur.] *quæ nondum jugum paſſæ ſunt.* Apulejus, *Quinque conjuges copulæ iis ordinatæ vicibus attinentur*: Idem 7. Metam. *Nec iſtud puduit, me cum meo famulo, meoque vectore illo equo, factum conſervum atque conjugem. Jugales annos* dixit Martialis libro 10. Virgil. in hortulo, *Fœcunda vitis conjuges ulmos gravat.*

Eadem eſt ratio in *maritus* & *marita*, ut ſubaudiatur *vir*, vel *uxor*. *Maritus* eſſe adjectivum multa probant teſtimonia: legimus enim *per maritas domos*; *thoros maritos*; *marita ſacra*; *Venerem maritam*; *legem maritam.* Catull. *Vitis ulmo conjuncta marito*; ubi *ulmus* maſculine poſitum eſt. Cato in Ruſt. *Arbores facito uti bene maritæ ſint.* Plinius lib. 17. cap. 11. *Maritas ulmos Auctumno ſerere utilius.*

Viri, vel Fœminæ. *Majores, minores, optimates, magnates, primates, ædiles*, ſubaudi *viri*, vel *fœminæ.* Cicero Trebat. *Optimates matronæ.* Catullus, *Primores Argivorum.* Plaut. Stich. *Ergo oratores populi, ſummates viri, ſummi accumbent, ego infimatis infimus.* „ [Livius
„ 6. in fine, *Ut duos viros ædiles ex patribus Dictator*
„ *populum rogaret.*] Vide *Homines.*

Pater tuus eſt bonus, ſupple *vir*; *mater tua eſt optima*, ſubaudi *fœmina.* Cic. *Matrem tuam, optimam fœminam.*

Vir, vel Homo. Horat. *Dii bene fecerunt, inopis me quodque puſilli Finxerunt animi*, ſupple *virum*, vel *hominem.* Sic in illis, *Plato fuit magni ingenii, variaque doctrinæ: Ariſtoteles fuit diverſæ factionis.* Sueton. *Caſſium*

Digitized by Google

Caſſium diverſæ partis conſpexit. Horat. *Notus in fratres animi paterni.* Cic. *Neque te monere audeo præſtanti prudentia virum, neque confirmare maximi animi hominem.*

Virga. *Rudem accipere*, ſupple *virgam*, id eſt, libertate donari : unde *rude donatus.* Virga autem illa erat rudis & impolita : (135) alio nomine *vindicta* ſeu *feſtuca* dicebatur.

Vitam. In *Agere*, & *peragere*, & *Tractare*, ſæpe deeſt *vitam* vel *ætatem* : quod notius eſt, quàm ut indicari conveniat. „ [Horat. *Vitamque ſub dio, & trepidis agat in rebus.* Cic. *Mihi videor eorum conſuetudinem uſu, tractandoque cognoviſſe*, (136) ſubaudi „ *vitam*, vel *tempus* : Idem, *Vita alicubi honeſte tra-* „ *ctata* :

(135) *Alio nomine Vindicta.*] Auctor noſter duo diverſa confundit *Rudem*, & *Vindictam* ſeu *Feſtucam.* *Rudem* accipiebant gladiatores, non, ut libertate integra donarentur, ſed ut ſolverentur gladiatoria neceſſitate decertandi in harena. Unde vetus Scholiaſtes Horatii, *Rudis eſt Virga, quæ dabatur gladiatori in ſignum miſſionis artis gladiatoriæ.* Pugnabant quidem aliquando rurſus, ſed non inviti aut neceſſario, verum pretio ſatis magno inducti. Vide Sueton. Tiber. cap 7. Dimiſſi vero & rude donati plerumque fiebant laniſtæ in ludo gladiatorio. At *Vindicta* erat virga, qua Prætor ſervos in libertatem mittendos percutiebat, atque hoc modo libertatem juſtam illis conferebat. Porro *Rude* donabantur illi ipſi gladiatores, qui ſolvebantur exercitio artis gladiatoriæ, ut ea virga deinceps in ludis inſtruerent & coërcerent tyrones, qui & rudibus inter ſe pugnabant. Sueton. Calig. 32. *Mirmillonem e ludo rudibus ſecum batuentem confodit ferrea ſica. Vindicta* vero dabat libertatem ſervis, non donabatur manumittendis, quin illi eâ ter quaterque percutiebantur. Horatius Sat. II. 7. *quem ter vindicta quaterque Impoſita, haud unquam miſera formidine privet.* Et I. 14. Dig. de Manumiſſ. *Imperator quum ſervum manumiſit, non vindictam imponit, ſed quum voluit*, &c. Hinc pro manumiſſione, Cic. pro Rabir. *Servos metu ſupliciorum benignitas Dominorum una vindicta liberat.*

(136) *Subaudi Vitam vel Tempus.*] Immo vero hic potius intellige *Eos*, quorum ſcil. conſuetudinem ſe dicit cognoviſſe tractando illos. Vide locum Verr. II. cap. 73.

Digitized by Google

» *ctata : reliquum temporis ſpatium ab utroque diſſimili*
» *ratione tractatum.* Lucret. *Vulgivago vitam tractabant*
» *more ferarum.*

» Unguentum. In *Nardinum, Telinum, Amaracinum,*
» & ſimilibus, deeſt *unguentum.* Jul. Cæſar, *Corpus*
» *ſuavi Telino ungitur*, id eſt, unguento, (137) quod
» conficitur in Telo inſula. Lucret. *Denique ama-*
» *racinum fugitat ſus, & timet omne Unguentum.* In
» *Olivo* ſimiliter *unguen* ſubaudimus. Horat. *Ungor oli-*
» *vo.*]

Urceus. *Aqualis* & *aquale*, ſicut *Aquarius, a, um,* quod ad aquam pertinet. Plaut. *Dato aqualem cum aqua,* ſubaudi *urceum.* Varro, *aqualis ab aqua.* » [Matius
» apud Agell. 10. cap. 24. *Aquarium urceum uni-*
» *cum domi fregit.* Plaut. Mil. act. 3. ſc. 2. *Aqua-*
» *lem* in fœminino dicit, ubi ſubauditur *amphora*, vel
» *hama.*]

Urbs, vel Oppidum. *Narbo* ex terminatione maſculinum eſt; ut, *Sulmo*, & *Hippon.* Sed *barbara Narbo*, ſubaudi *urbs* : *magna Tarentum* ; ſupple *urbs* : *magnum Tarentum*, ſubaudi *oppidum.* Plinius, *Cydnus Tarſum liberam urbem procul à mari ſecans.* Livius 7. Maced. *De Solois, urbe, quæ in Cilicia eſt, egerunt* ; idem lib. 3. dec. 1. *Attium, propinquam & opportunam & maritimam urbem, coloniam deduci poſſe.* Plin. *Volſinii, oppidum Tuſcorum opulentiſſimum.* Juſtin. lib. 3. *nobilem & maritimam urbem.* Pompon. Mela, *Non longè ab Ilio, urbe fama excidii* &c.

In nominibus urbium, provinciarum, & inſularum, ſi ſit genitivus, deeſt *urbs*, vel *oppidum, provincia, inſula*, vel *locus* ; ut, *Romæ natus, Ægypti nu-*

(137) *Quod conficitur in Telo inſula.*] Sed nomen accevit æque, ac ipſa inſula, a Τῆλις, quod notat *Græcum fœnum*, & illic naſcebatur potiſſimum, atque in hoc unguento adhibebatur. Vide Plinium Nat. Hiſt. XIII. 1. & ibi Harduinum, ut & Salmaſium Exerc. Plin. pag. 466. extr,

Digitized by Google

nutritus, *Siciliæ ſepultus.* Neque enim vera docent Grammatici, quum ex hac doctrina nomina provinciarum & inſularum excludunt. Varro lib. 1. cap. 7. Ruſt. *Itaque Cretæ ad Gortyniam dicitur platanus eſſe.* Cic. in Verr. *Siciliæ quum eſſem*: idem Attic. *Quum Corcyræ epulati eſſemus.* Virg. 3. Æneid. *Aut Cretæ juſſit conſidere Apollo.* Valerius Maxim. lib. 4. cap. 1. *Duos egregiæ indolis filios ſuos à Gabinianis militibus Ægypti occiſos cognovit.* Salluſtius Jugurth. *Romæ Numidiæque facinora ejus memorat.* Sed jam, quod deſiderari contendimus, oſtendamus. Cicero pro Flacco, *Num honeſtior eſt civitas Pergamena, quam Smyrnæ?* idem Attic. lib. 5. *In oppido Antiochiæ*; idem 4. Philip. *Albæ conſtiterunt, in urbe opportuna*: idem pro Arch. *Antiochiæ, loco celebri*: idem pro Rabir. *Sed Neapoli in celeberrimo oppido*: idem 7. Verr. *Cujus duo fana duabus in inſulis poſita ſociorum, Melitæ, & Sami.* Homer. 6. Odyſſ. κατὰ ἄςυ Ἰθάκης. Virg. *Quis Trojæ neſciat urbem?* idem, *urbem Patavi*, & *urbem Butroti* dixit: & 6. Æneid. *Mediamque per Elidis urbem*: ſic enim legendum, non, *mediæque.* Palladius, *In oppido Cumarum.* Sed ſi licet dicere, ut Scaliger annotavit, *urbs Spartana*, & *oppidum Tarentinum*; cur non licebit, *urbs Spartæ*, & *oppidum Tarenti?* Cur etiam non dicam, *Natus eſt Toleti, celeberrima Hiſpaniæ Urbe?* Virgil. 10. Æneid. *Hic locus urbis erit.* » [Horat. *Non eſt aptus equis Ithacæ locus*, pro, » non eſt Ithaca equis apta. Vitruv. procem. lib. 1. » *Nobili Græcorum & ampla civitate* (138) *Epheſi*, » *lex dicitur conſtituta.*]

Uſura. Cicero, *Omnino ſemiſſibus magna copia eſt*, ſupple *uſuris.* Sic *dextantes*, *beſſes*, *centeſimæ.*

Utile.

(138) *Epheſi.*] Sic Tacitus Hiſt. II. 1. *Urbi Corinthi, Achaiæ Urbe, certos nuncios accepit.* Adde etiam quæ tradita ſunt ſupra II, 3. pag. 174.

Digitized by Google

Utile. *Conſulo tibi*, *proſpicio tibi*, (139) ſubaudi *utile*, vel *commodum*. Cicero in paſſivo dixit, *Ego tibi ab illo conſuli mallem*.

Vultum. *Nupſit regi*, ſupple *vultum*, vel *ſeipſam*: *Nubo* enim propriè *operire* ſignificat, & novæ nuptæ flammeum ante oculos ferebant ob pudorem. „[Caper „ de Orthogr. *Mulier nubit*, *quia pallio obnubit caput* „ *genaſque*.]

Uxor. Lucan. lib. 2. *Liceat ſcripſiſſet*, *Catonis Marcia*, ſubaudi *uxor*. Sic *Tullia Ciceronis*, ſubaudi *Filia*. Vide *Filius* vel *Servus*. [Sed & Meas Notas hoc Capite ad Vocem *Filius*.]

(139) *Subaudi utile.*] Immo vero nihil in Verbo *Conſulere*. Eſt enim hoc verbum ejuſdem naturæ, cujus *conſultare*, & proinde ſignificat ſimpliciter, deliberare de re aliqua, quærendo conſilium. Cum itaque dicitur *Conſulo tibi*, ſignificatur, me tua gratia & in tuam rem conſulere, ſeu conſilium quærere, & inventum exſequi; cum *conſulo te*, me apud te conſilium quærere, Ellipſi Græca, & Græcis frequenti, præpoſitionis *πρὸς*. Dicitur etiam *Conſulere aliquid*. Salluſt. Jug. 13. *Nitebantur*, *ne quid gravius in eum conſuleretur*, h. e. poſt deliberationem ſtatueretur. Cœlius apud Cicer. Famil. VIII. 16. *Ne quid gravius de ſalute tua conſulas*. Plautus Trin. II. 3. 4. *Qui nihil aliud*, *niſi quod ſibi ſoli placet*, *Conſulit adverſum filium*, *nugas agit*. Sed in his deeſt etiam Præpoſitio *κατὰ*, *in*, ſi ſpectes originem phraſeos.

CAP. V.

De Verborum Ellipſi.

VErbum, EST, ita paſſim ſubauditur, ut ſupervacuum ſit illud admonere. *Quid graculo cum fidibus?* ſupple *eſt*. Virgil. *Haud mora*, *feſtinant juſſi*, ſubaudi *fit*, vel *fuit*: idem, *Promiſi ultorem*, ſupple *fore*. Terent. *Ne dicas tibi non prædictum*, ſupple *fuiſſe*: idem, *Factum volo*, ſubaudi *eſſe*. „ [In *Quot annis*, *quot* „ *Calendis*, ſubauditur *ſunt*. Cic. *Siculi quot annis* tri-

» *tributa conferunt*, pro, annis, quot ſunt, ſeu quot-
» quot ſunt anni, hoc eſt, omnibus annis. Horat.
» *Si tricenis, quotquot eunt dies, Plutona tauris pla-*
» *ces.*]

Eſt, vel erit. *Væ* particulam ineptè jungunt dativo Grammatiſtæ: nam ſubauditur verbum *eſt*, ut ſi dicas, *malum tibi.* Plaut. Caſ. *Væ tibi.* ST. (1) *Imo iſtud tibi erit.* In ſacris, Proverb. cap. 14. *Cui væ? cujus patri væ? cui foveæ?* & Epiſt. 1. cap. 8. ad Corinth. *Væ mihi eſt, ſi non evangelizavero.* Job. cap. 10. *Et ſi impius fuero, væ mihi eſt*, Livius lib. 5. *Auditaque intoleranda Romanis vox, Væ victis eſſe.*

Incertum verbum. In Apoſiopeſi Rhetorum (2) incertum verbum eleganter deeſt. Terent. *Egone illam? quæ illum? quæ me? quæ non?* ubi Donatus Ellipſin & Apoſiopeſin agnoſcit. Plautus Moſtel. *Quid ego nunc faciam, ſi amicus Demipho, aut Philonides?* Virg. *Quos ego; ſed motos*, &c.

Decet, vel ſimile. Idem contingit in orationibus animi affecti. Virgilius, *Mene incepto deſiſtere victam?* ſupple *æquum eſt*, vel *decet?* Horat. Epod. 6. *Inultus ut tu riſeris Cotyttia?* idem lib. 2. Satyr. 5. *Utne tegam ſpurco Damæ latus?* ſubaudi *decet*, vel *moneſne.* Ita legit Lamb.

Cœpit. *Infinitum* dicunt accipi pro *imperfecto præterito*; ut, *populus ea mirari*, pro, mirabatur: ſed deeſt *cœpit*, (3) vel ſimile aliquid, ut rectè docet Quinctilian. libro

(1) *Imo iſtud tibi erit.*] Sic plane & in Aſinar. II. 2. 40. LI. *Væ tibi.* LE. *Hoc teſtamento ſervitus legat tibi.* Ubi *Hoc Væ* eſt hoc malum. Florus I. 13. *Quum ſuperbe, Væ victis, increparent.* Vide & Terent. Hec. IV. 2. 30. & Feſtum.

(2) *Incertum verbum.*] Non tantum in Apoſiopeſi, ſed & frequentiſſime in Adagiis, Proverbiis, Interrogationibus, Increpationibus, tum Jocoſo & Familiari ſermone. Exempla paſſim obvia, quæ de ſingulis congerere ut non neceſſarium, cum paſſim occurrant, ſic operoſum nimis.

(3) *Vel ſimile aliquid.*] Non ſine

bro 9. cap. 3. & Donatus Hecyr. ſc. 2. Et Servius 10. Æneid. *Ire prior Pallas.*

Eſto, vel Fac, vel Da. *Ut* dicunt accipi pro *Quamvis*; ſed falſo: nam deeſt *eſto*, vel *fac*. Ovid. *Protinus ut redeas, facta videbor anus*, id eſt, fac ita eſſe, ut ſtatim venias, jam tamen facta videbor vetula. Hor. Satyr. 6. lib. 1. *Namque eſto, populus Levino mallet honorem, Quam Decio mandare novo.* Sed hic rurſus deeſt *ut*, ſicut in illo Ciceronis 2. de Finibus. *Eſto, fecerit, ſi ita vis, Torquatus propter ſuas utilitates.* Plautus Amph. *Nunc tu divine, fac, ut huc adſis, Soſia.* Quinctilian. libro 12. cap. 1. *Da nunc, ut crimine manifeſto prematur dux bonus.*

Oro, vel Precor, vel Opto. *Ut* dicunt iſti accipi pro *Uti-*

ne cauſa hoc addit Auctor, quia multa reperiuntur loca, in quibus τὸ *cœpit* commode ſatis adjicere aut intelligere nequeas. Salluſt. Jug. 50. *ſin opportunior fugæ collis, quam campi erant, eo vero conſueti Numidarum equi facile inter virgulta evadere: noſtros aſperitas & inſolentia loci retinebat.* Cap. 58. *Ceterum ex omni multitudine, non amplius quadraginta, locum capere paulo editiorem; neque inde maxima vi depelli quiverunt: ſed tela eminus miſſa remittere, pauci in pluribus minus fruſtrari.* Cap. 92. *Milites neque pro opere conſiſtere propter iniquitatem loci, neque inter vineas ſine periculo adminiſtrare, optimus quiſque cadere aut ſauciari, ceteris metus augeri.* Ubi diverſa videntur verba intelligi, in prioribus & negativis *poterant*, in poſterioribus *capit.* Cap. 97. *Pars equos aſcendere, pugna latrocinio magis, quam prælio, ſimilis fieri, neque virtus neque arma ſatis tegere* Etiam poſt *quam*, Sall. Jug 98. *jamque dies conſumptus erat, quam tamen barbari nihil remittere* Crediderim frequentatam primo hanc Ellipſin τοῦ *cœpit*, atque ita Infinitum pro Imperfecto Indicativi in narrando adhiberi cœptum, & adhibitum deinceps etiam, ubi τὸ *cœpit* intelligi non poſſet, atque adeo directe tunc pro Imperfecto illo, nulla Ellipſeos alicujus habita ratione. Unde & promiſcue modo Infinitum, modo Imperfectum in eadem Periodo occurrit. Sall. Catil. 48. *Interea plebs Catilinæ conſilia exſecrari, Ciceronem in cœlum tollere, veluti ſervitute erepta, gaudium & lætitiam agitabat.* Et cap. 60. *Catilina cum expeditis in prima acie verſari, laborantibus ſuccurrere, &c. Strenui militis & boni imperatoris officia ſimul exſequebatur.*

Digitized by Google

Utinam. Terent. Adelph. *Ut Syre te cum tua monſtratione magnus perdat Jupiter*. Sed falluntur : nam deeſt *oro* vel *precor*, (4) vel *quæſo*. Terent. Andr. *Deos quæſo, ut ſit ſuperſtes*. Cic. 2. Catil. *Deos immortales precari, venerari, atque implorare debetis, ut urbem defendant*. Catullus in coma Berenices, *Jupiter, ut Chalybum omne genus pereat*. Horat. 2. Serm. *Jupiter, ut pereat poſitum rubigine ferrum*. Livius lib. 1. *Jupiter pater, ſi eſt fas hunc Numam Pompilium* cæt. *ut tua ſigna nobis certa ac clara ſint*, ſubaudi *precor*, vel *oramus*. Plaut. Curcul. *Meliorem, quam ego ſum, ſuppono tibi*. Ca. *operam ut det*. Pa. *Dabit*. ſupple *oro*. Terentius Phorm. *Id ut conficerem : confeci : adfero*. Tibul. *Dii meliora ferant, nec ſint inſomnia tanti*, id eſt, oro, ut non ſint. Virgil. 6. Æneid. *Ipſa canas oro*. » [Plautus Menech. *Si ego hoc feci, omnium miſe-* » *rorum, exopto, ut fiam miſerrimus*. Cicero, *Male mihi* » *ſit, ſi unquam quicquam tam invitus ſcripſi* : *Ne vivam,* » *ſi* : *Sollicitat me, ita vivam, valetudo tua* : *Ne ſim ſal-* » *vus, ſi aliter ſcribo, ac ſentio* : *Moriar, ſi* ; *Moriar,* » *niſi te puto conſuli malle, quam inaurari*. Prop. *Atque,* » *ita ſim ſalvus, magno contendis Homero* : quæ ſunt ele- » gantes jurandi formulæ.]

Audio, vel Narro. O, particulam, dicunt regere tres caſus, quum nullum poſſit regere ; ut, *ô curas hominum* : *ô Pamphile* : *ô vir fortis, atque amicus*. Sed vocativus non indiget ulla particula ; in reliquis eſt ſignum admirationis, & deeſt verbum aliquod. Et vero, ſi enuncies hos accuſativos interrogando, quomodo regentur ab illa particula, quæ ne intelligi quidem poteſt ; ut ſi dicas, *Hæccine flagitia? hoccine ſeculum?* Aut in reſpondendo ; ut, *ô fortunatam, natam, me conſule,*

(4) *Vel quæſo.*] Vel *Velim*, ſeu *Eſt, ut velim, ut* &c. Ter. Adel. IV. 1. 3. *Utinam ita ſe defatigarit velim*. Quod aliter ſuppleri nequit, quam *Eſt ita, ut velim, utinam ita ſe &c.* Vide Me ſupra ad I. 13. pag. 93. 94.

Digitized by Google

ſule, *Romam*; *Te conſule fortunatam*, *Cicero*? *imo infelicem*, *& miſeram*. Ter. Heaut. *Quid ait?* CL. *Se miſerum eſſe*. CHR. *Miſerum?* (5) Deeſt igitur verbum *Dico*, *audio*, vel *narro*. Terent. Phorm. *Jocularem audaciam*: *Deeſt*, inquit Donatus, *Audio ex te*, vel, *Dicis*. Poteſt & intelligi *narras*: Terent. Andr. *Bonum ingenium narras adoleſcentis*.

Imploro, vel Obſecro. Simile eſt *Deûm atque hominum fidem*: ubi iſti ſupplent *O*, vel *Proh*, quia ſæpe apponitur. Sed deeſt *imploro*, » [vel *obſecro*, vel *nuncupo*.] Cicero, *Ille implorare Deûm atque hominum fidem*. Terent. *Proh Dii immortales*, *obſecro veſtram fidem*. Liv. lib. 3. *Omnes Deûm hominumque implorabimus fidem*. » [Pacuv. *Ægiſthi fidem nuncupantes*, *conciebant po-* » *pulum*.]

Paro, vel ſimile. Horat. *Quo mihi fortunam*, *ſi non conceditur uti?* ſubaudi *paravi*: Idem, *Unde mihi lapidem? unde ſagittas?* ſupple *inveniam*, vel *parabo*. (6) Cic. Attic. *Martis vero ſignum*, *quo mihi pacis auctori?* ſupple *paraſti*, vel *emiſti*. Quinctil. *Quo*, *per fidem*, *divitias cæco?* ſubaudi *cenſes*, vel *putas*. Juvenal. *Unde tibi frontem*, *libertatemve parentis?* Non deſunt imperiti, qui annotent, *Unde*, & *Quo*, regere accuſativum, quaſi ſint novæ præpoſitiones. » [Poteſt etiam in iſtis ſubaudiri, » *opus putas*, vel *opus eſt*. Cic. *Non quæro*, *unde hæc ha-* » *bueris*, *ſed quo tibi tantum opus fuerit*.]

Aſpi-

(5) *Deeſt igitur Verbum Dico &c.*] Immo ex proximis iſtic repeti identidem debet, *ait*. In quibuſdam tamen intelligi poteſt *Dico*. Sed prout adhibentur varii ſenſus locutiones, ita varia intelligi debent verba, ut in illis, *O Curas hominum! Jocularem audaciam!* ubi intelligo, *Miror*, vel ſimile quid.

(6) *Cic. Attic. Martis vero ſignum &c.*] Verba hæc non ſunt ex Epiſtolis ad Atticum, ſed Famil. VIII. 23. Intelligi vero malim, *bonum putas*. Sic mox, *quo divitias cæco?* ſcil. *dabis*, vel *bonas cenſes*. Sic paſſim JCti, *Quo bonum eſt* hoc aut illud facere? Vide Defenſorem JCtorum in Opuſculis nuper editis pag. 400.

Aſpicio, vel Video. *En*, *Ecce*, accuſativo & nominativo jungunt Grammatici; ut, *En quatuor aras*; *Ecce hominem*, vel *homo*: inepte utrumque: nam in Accuſativo deeſt *Vide*, in nominativo *Venit*. Lucan. lib. 1. *Ecce videt capiti fibrarum increſcere molem.* Virg. l. 6. *Conſpicit ecce alios dextra lævaque per herbam.* Plaut. Mercat. *Eccillum video.* Mart. l. 2. *Ex me Cæſareum proſpicis ecce tholum.* Terent. Eunuch. *Sed eccum Parmenonem incedere video.* idem, *Atque eccum Phidippum optimè video*: idem, *Atque eccum video ipſum egredi*: idem, *Sed eccam Thaidem ipſam video.* Ovid. 2. Metam. *Aſpice vultus ecce meos*: ibid. *Toſtos en aſpice crines*: idem ad Liviam, *Quemque premat ſine te, ſternitur ecce torus*: idem 15. Metam. *Aſpicite en.* Plaut. Menech. *Treis eccos nummos habes.*

Adeſt, vel Venit. *En Priamus*, *Ecce homo*, ſupple *adeſt*, vel *venit*. Ovid. *Ecce, Lycaoniæ proles ignara parentis, Arcas adeſt*: ibid. *Ecce venit rutilis humeros protecta capillis Filia Centauri*: idem 3. Metam. *Ecce viri fautrix, ſuperas delapſa per auras, Pallas adeſt.* Virg. 6. Æneid. *Ecce gubernator ſeſe Palinurus agebat*: idem, *Ecce autem Inachiis ſeſe referebat ab Argis Sæva Jovis conjux.* Ter. Adelph. *Ecce autem hic adeſt ſenex noſter.* Virg. 10. Æneid. *Chorus ecce ſuarum Occurrit.* » [Plaut. Mercat. prolog. *Ecce ad me advenit mulier.*]

Narro. Cicero Attic. lib. 12. *Male Hercule de Athamante*: ibid. *Malè de Sejo*, ſupple *narras*: idem Attic. lib. 16. *Malè mehercule narras de Nepotis filio.* Terentius, Eun. V. 3. 7. *Bene narras; nam illi faveo Virgini.*

Moneo, vel Fac. Imperitè addunt imperativis, *Ames*, *legas*; *amet*, *legat*; *ametis*, *legatis*; *ament*, *legant*; *amaveris*, *legeris*; *amaverit*, *legerit*; *amaverint*, *legerint*; ut, *nil mihi reſcribas*: nam deeſt, *moneo*, vel *fac ut*, vel *volo ut*. Plaut. Mercat. *Ito hinc ad vil-*

lam, atque iſtos raſtros villico Piſto ipſi facito coram ut tradas in manum; uxori facito ut nuncies, &c. » [& » Ciſtell. act. 1. ſc. 1. *numquid me vis? L. ut valeas*, » ſubaudi *volo.*] Ovid. *Lac facitote bibat.* Terent. Hecyr. *Puer ut ſaturetur facito*: idem Adelph. *Bono animo fac ſis Soſtrata, & iſtam, quod potes, fac conſolere*: ibidem, *Quæſo facito hoc tecum cogites.* Plancus Cicer. *Fac valeas, neque mutuo diligas*: idem Dolabellæ lib. 9. *Fac ut diligentiſſime te ipſum, mi Dolabella, cuſtodias.* Plautus Ciſtell. *Facito ut facias ſtultitiam ſepelibilem.* [Locus hic occurrit Ciſtell. I. 1. 64. Sed & diſertior Bacchid. V. 2. 34. *Facito, ut facias*, ſcil. illud, quod te monui.]

Hoc dico, vel Ita dico. Plin. in præfat. *Subſecivis temporibus iſta curamus, ne quid veſtris putetis ceſſatum horis*, ſubaudi *hoc dico, ne quid* &c. Cic. *Satiari delectatione non poſſum, ut meæ ſenectutis requiem oblectationemque noſcatis.* Virgil. *Nec ſum adeo informis, nuper me in littore vidi.* Terent. Andr. *Quaſi tibi non renunciatum ſit.* Idem Hecyr. *Quaſi non tu multo malis*: ubi Donatus (7) ſupplet, *ire.*

» [At-

(7) *Supplet ire.*] Sic etiam priores Editt. Sed tamen reſcribe *Ita dicis*, pro illo *Ire*, & vide ipſum Donatum ad Hec. I. 2 35. Ceterum nihil frequentius, quam per Ellipſin omitti verbum *dicere*, aliave propinquæ ſignificationis. Ovid. Metam. XIII. 552. *Colloquiumque petit: nam ſe monſtrare relictum Velle latens illi, quod nato redderet, aurum.* XIV. 462. *Vires Aetolius Heros Excuſat, nec ſe aut Soceri committere pugnæ Velle ſui populos, aut, quos e gente ſuorum Armet, habere ullos.* Intellige *dicit, addit.* Liv. I. 19. *Miſit legatos, qui peterent connubia; Urbes quoque, ut cetera, ex infimo naſci*, ſcil. *dicerentque*, cap. 27. *redire in prælium jubet, nihil trepidatione opus eſſe*, ſcil. *dicens*, Cap. 50. *Turnus invectus erat in abſentem; Haud mirum eſſe &c. Cui enim non apparere, &c.* Intellige iterum *dicens*. Cap. 57. *Incaluerant vino, AGE SANE; Omnes citatis equis advolant.* Ubi ſenſus eſt, *dicuntque Age ſane.* Porro XLV. 34. *Literis miſſis, Senatum prædam Epiri civitatis exercitui dediſſe, evocavit &c.* Intellige, *quæ dicerent, docerent.* Sic Sall. Jug. 25. *Literas ad Jugurtham mittunt: quam ociſſime ad provinciam accedat, ſe ad eum ab*

Senatu

» [Attinet. In *Quantum ad*, *Quod ad*, ſubauditur » verbum *attinet*. Ovid. *Quantum ad te, Theſeu, volucres* » *Ariadna marinas Pavit in ignoto ſola relicta loco*. Liv. 8. » *Otium inde, quantum à Volſcis, fuit*. Varro 1. Ruſt. 9. » *Quod ad culturam, refert, utrum terra ſit macra, an* » *pinguis*. Hoc non intelligentes, duobus locis Varro- » nem corruperunt, ex *Quod ad* facientes *Quoad*, (8) » quod eſt plane barbarum.]

Ire.

Senatu miſſos. Cato apud Feſtum in v. *Oratores*, *Propterea quod complures venerant*, (ſcil. *dicentes*, *nunciantes*) *Aetolos pacem velle*. Sulp. Sev. lib. 2. Hiſt. Sac. *Adhibito eos terrore increpitat, quis impenſa conſumeret?* ſcil. *rogitans*, *dicens*. Sic Sall. Jug. 44. *Mandata dat*, (ſcil. *rogitans*) *quo conſilio ſervitia repudiet?* Nepos Ages. 4. *Nuncius ei domo venit, Bœotios bellum indixiſſe Lacedæmoniis*. Cicero Famil. XV. 1. *A Tarcondimoto literæ mihi redditæ ſunt, Pacorum tranſiſſe Euphratem*. Tuſc. quæſt. II. 17. *Mittunt etiam vulneribus confecti ad Dominos, qui quærant, quid velint? ſatisfactum iis ſit? ſe jam velle decumbere*. Sic enim diſtingue.. *Mittunt* ſcil. eos, *qui* iſta *quærant*, addantque ipſorum nomine, *ſe jam velle dec.* Ita Sall. Catil. 47. *Omnia aperit: ſe paucis ante diebus adſcitum*, intellige, *addit*que. Auct. ad Herenn. IV. 50. *Negat ſe accedere poſſe, nec ædificare etiam nunc audere; tametſi in Tuſculano quidem cœpi inſanire, & in iiſdem fundamentis ædificare*. Intellige in poſterioribus & interpone *Inquit*, vel præmitte *Additque*. Curtius V. 7. *Rex quoque avidior, quam patientior: Quin igitur ulciſcimur Græciam, Urbique faces ſubdimus?* ſcil. *dixit*. Salluſt. Jug. 82. *Quam rem alii in ſuperbiam vertebant, alii bonum ingenium contumeliâ accenſum eſſe*, ſcil. *interpretabantur*. Cap. 109. *Jubet, ac ſe nihil decreviſſe*, ſcil. *addit*, *dicit*. Juſtin. XXXIV. 3. 6. *Senatum adiit, obſidemque ſe vivo fratre veniſſe &c.* ſcil. *dixit*. Eodem modo Phædr. fab 29. *Repreſſit iram, &, facilis vindicta eſt mihi*, ſubaudi iterum *dixit*. Nam male ſollicitari à Viro Docto Obſerv. II. 20. τὸ *Et* patet ex Salluſtii & Juſtini verbis. Quin immo apud Liv. I. 35. omittitur *diceret*, præmiſſo *Quum*: *Is primus orationem dicitur habuiſſe ad conciliandos plebis animos, quum ſe non rem novam petere &c.* Intellige *diceret*. Adde his etiam, *Iſtuccine interminata ſum tibi*, & ſimilia, de quibus vide me ad lib. III. cap. 2. prorſus in extr.

(8) *Quod eſt plane barbarum.*] Nempe, ſi adhibeatur pro τῷ *Quodad*. Ceteroqui ſatis Latinum eſt. Vide ſupra III. 6. 1. pag. 422. Sed & illud ipſum, quod Scioppius *plane barbarum* pronunciat, tuentur nonnulli, ſed tantum ex duobus locis, altero Varronis, altero Livii. Vide

 Urſinum

Ire. Cic. Mario, *Cum Libone tuo, vel potius noſtro, in Pompejanum ſtatim cogito*: idem Attic. *Inde ad Taurum cogitabam, ut cum Mophagone ſignis collatis, ſi poſſem*, deeſt *ire*, &, *confligerem*: idem Attic. *Rhodum volo puerorum cauſa, inde quamprimum Athenas.*

Reſpondeo. Cicero Attic. (9) *Quod epiſtolam meam ad Brutum poſcis, non habeo ejus exemplum.* Quinctilianus, *Sed ſi confeſſionem culpæ meæ exigitis, ego fui pater durus, & patrimonii tenax cuſtos*, ſubaudi *reſpondeo*, vel *confiteor.* » [Varro libro 8. de ling. Latin. *Quod rogant, ex* » *qua parte oporteat ſimile eſſe verbum, à voce, an à ſignifi-* » *catione, reſpondemus, à voce*: ibidem, *Rogant, cur ma-* » *limus habere lectos ex ebore, ex teſtudine; ad quæ dico,* » *nos diſſimilitudines quoque ſequi.*]

Rogo. Terentius, *Quid is fecit? Quid ille fecerit?* ſubaudi *rogas*: idem Eunuch. *Non vides? videam obſecro? quem?* idem, *Quid ergo narras, quid ego narrem?*

Timeo, vel Cave, vel Vide. Virgil. Gallo, *Ah te ne frigora lædant: Ah tibi ne teneras glacies ſecet aſpera plantas;*

Urſinum Inſtit. To. I. p. 1049. Sed locum Livii jamdudum emendavit Gronovius Pater, pro *quoad* legens illic *quam ad.* Vide ejus Epiſtolam ad Vorſtium, hujus Valerio Maximo præmiſſam, in fine.

(9) *Quod Epiſtolam meam &c.*] Ego potius hæc & ſimilia ſupplerem hoc modo: *Reſponſum ejus negotii*, vel *Negotium, quod attinet ad id negotium, juxta quod poſcis epiſtolam &c, eſt hujuſmodi: Non habeo &c.* Sic mox, *Confeſſio meæ culpæ, ſi confeſſionem exigitis, hæc eſt: Ego fui &c.* Nihil autem frequentius Ciceroni, quam progredi in reſpondendo per voculam *Quod* ad aliam partem Epiſtolæ illius, cui reſpondet. Vide Famil. I. 9. & II. 17. &c. Ceterum ſæpius ſupra jam egimus de τῷ *Negotium, quod attinet ad eam rem.* Vide pag. 125. 126. & alibi. Sed & ſæpe abundat τὸ *Quod* in initio Periodi. A. ad Herenn. IV. 55. *Quod ſimulatque Gracchus perſpexit fluctuare populum*, Sall. Jug. 14. *Quod utinam illum eadem ſimulantem videam.* Videtur *Utinam* vel *Ut* apud Plautum Trin. IV, 2. 155. per Ellipſin omiſſum in his, *Quod Dii te omnes advenientem peregre perdant.* Et ſic ſæpe, *Quod ſi*, quod

Digitized by Google

tas; (10) ſupple *timeo*, vel *cave*. Terentius Adelph. *Ne nimium modo bonæ tuæ iſtæ nos rationes, Micio, & tuus iſte animus æquus ſubvortat*. Ubi Donat. *Subvortat, legendum eſt, ut ſubaudiamus* timeo, *vel aliquid tale*. Perſius Satyr. 1. *Quare ne mihi Polydamas & Trojades Labeonem prætulerint*, ſubaudi *metuo*. Horat. 1. Carm. *Terruit gentes, grave ne rediret Sæculum Pyrrhæ*, id eſt, ita terruit gentes, ut timerent, ne rediret. Ovidius 1. Metam. *Me miſeram, ne prona cadas, indignave lædi Crura notent ſentes*, ſubaudi *timeo*, vel *cave*, vel *vide*. Terentius Heaut. *At ut ſatis contemplata ſis, mea nutrix*, ſubaudi *vide*. Idem, *Verum illa ne quid titubet*, ſubaudi *vide*, vel *cavendum erit*. Idem Phormione. *Vereor ne iſtæc fortitudo in nervum erumpat*.

Amet, vel adjuvet. *Mehercule, Mecaſtor, Medius fidius*, ſupple *amet*, vel *adjuvet*; quaſi dicas, me Deus filius adjuvet: me Hercules amet. Et *mehercule*, pro *me Hercules*, dictum eſſe, autor eſt Cicero in Oratore. Feſtus in voce, *Me Caſtor*; *Me Caſtor & me Hercules, jusjurandum erat, quaſi diceretur; Ita me Caſtor, Ita me Hercules, ut ſubaudiatur, juvet*. Vide eundem in voce, *Medius fidius*, & in voce, *Ita*. Vide etiam Petrum Crinit. lib. 21. cap. 6.

Facio, vel dico. Plin. in epiſt. *Studes? an piſcaris? an venaris? an ſimul omnia?* ſubaudi *facis*. Quinctilian. (11) *Nil aliud quam renuet*. Martialis, *Nil aliud, bulbis quam*

quod niſi, quod etſi, quod utinam.

(10) *Supple Timeo, vel Cave.*] Vel etiam *Precor*. Vide ſupra in hoc ipſo Capite p. 658.

(11) *Nil aliud &c.*] Frequentiſſime hæc ita occurrunt, ut intelligatur verbum *Facere* in eo Tempore, in quo ſequens Verbum ponitur, vel in uno Suetonio: Cæſ. 20. *Ut domo abditus, aliud nihil, quam per edicta obnunciaret*. Aug. 83. *Mox nihil aliud, quam vectabatur & deambulabat*. Calig. 44. *Nihil autem amplius, quam Adminio in deditionem recepto*. Claud. 10. *Fluctuantes, nec quicquam adhuc, quam frementes*. cap. 16. *Alium, nihil amplius, quam admonuit.*

Digitized by Google

quam ſatur eſſe potes. Sic in illis. *Bene Ennius; Prudenter Scipio*; ſubaudi *dixit*, vel *fecit*: item, *Dii melius, Dii meliora.* Tibul. *Dii meliora ferant, nec ſint inſomnia vera.* Terent. *Bona verba quæſo*, ſubaudi *dic.*

» [Credere. Lucret. *Sed vix adducor, ut ante Non » quierint animo præſentire, atque videre*, pro, (12) vix » adducor, ut credam.]

Reliqua ſunt faciliora: ut; *Quid multis? Quid multa? Scit fidibus*, ſubaudi *canere*: *ſcit Latine*, puta *loqui. De his hactenus*: *hæc hactenus*; » [ſubaudi *egimus, di» ximus, dictum ſit.*]

CAP. VI.

Similiter Tacitus Hiſt. II. 91. *Commotus, non tamen ultra, quam advocavit.* Florus III. 23. *quid aliud, quam ad bellum vocabantur.* Et IV. 2. 67. *nec Duces fortius; quam ut fugerent.* Et §. 80. *quum diu pari Marte acies nihil aliud, quam occiderent.* Sed & in aliis locutionibus Verbum *Facere* prætermittitur. Tac. Ann. XII 7. *Cuncta feminæ obediebant, non per laſciviam, ut Meſſalina*, ſcil. *fecerat, rebus Romanis illudenti.* Salluſt. Jug. 15. *Veritus, quod in tali re ſolet*, ſcil. *fieri, ne polluta licentia invidiam accenderet.* Cap. 96. *Neque interim, quod ambitio prava ſolet*, ſcil. *facere, Conſulis famam lædere.* Florus IV. 1. *Senatum confodere &c. totam denique Remp. funditus tollere, &, quicquid nec Hannibal videretur optaſſe*, pro *& facere, quicquid* III. 19. *Quin illud quoque ultimum belli dedecus, capta ſunt caſtra*, ſcil. *evenit.* Sic IV. 2. 81. & IV. 12. 50. Immo integrum, *Hoc facio*, omiſſum reperias apud Florum I. 10. *Ardentibus focis injicit manum: ut ſcias, inquit, quem virum effugeris.* Plenum eſt, *Hoc facio, ut ſcias* &c. Vide omnino Gronovium Patrem Obſerv. II. 20.

(12) *Vix adducor, ut credam.*] Sic Cicero Famil. II. 10. *Non enim adduci poſſum, ut abs te nullas putem datas.* Ep. 16. *Illud miror adduci potuiſſe te, ut me exiſtimares tam improvidum &c.*

Digitized by Google

Cap. VI.

De Præpoſitionum Ellipſi, de Nominibus Urbium, Provinciarum & Inſularum, *de Ablativo, quem falſo* Abſolutum *vocant, de* Inſtrumenti *Præpoſitionibus, de* Comparativi *Præpoſitione, de* Pretii *Præpoſitione, de Verbis* Copiæ *&* Inopiæ, *de Variis aliis Præpoſitionibus.*

Præpoſitionum Ellipſis duabus regulis continetur: Prima, *Nullus non Ablativus à præpoſitione pendet.* Altera, *Accuſativus, qui nec ſit infiniti ſuppoſitum, nec Activorum appoſitum, à præpoſitione pendet.* » [Priſcia» nus extremo lib. 18. *Frequentiſſima eſt hæc figura apud* » *auctores, in qua Præpoſitio deficit.*

De nominibus urbium, provinciarum, & inſularum.

Ad, in, ab, de. In nominibus non ſolum Urbium, ſed & Inſularum, & Provinciarum, atque etiam aliorum locorum, ſæpe deeſt Præpoſitio: ut, *Tendit Romam, Ægyptum, Italiam, Cyprum, Elyſios, Rus,* & *Domum*: *Venio Roma, Ægypto, Cypro, rure, domo, agro.* [Vide in Ellipſi, Cap. 4. *Urbs.*] Longum eſſet, quod jam feci aliquando, ſi teſtimonia velim congerere, ubi adhibeatur præpoſitio: hoc verè auſim affirmare, (1) ſæpius inveniri nomina Urbium cum præ-

(1) *Sæpius inveniri* &c.] Dubitem de eo, (Vide Me Nota ſeq.) ſed tamen de quibuſdam Scriptoribus vere id dici poſſe putem. Notabilis in hanc rem eſt locus Suetonii in Aug. cap. 86. ut ex Cod. Salm. à Viro Summo, I. G. Grævio, emendatur: *Necubi Lectorem vel Auditorem obturbaret ac moraretur, neque Præpoſitiones Urbibus addere, neque Conjunctiones ſæpius iterare dubitavit, quæ detractæ adferunt aliquid obſcuritatis, etſi gratiam augent.* Ceterum ex præpoſitionibus aliæ frequentius exprimuntur ante nomina Urbium, aliæ rarius; quas inter vel maxime

præpoſitione, quam ſine illa; nam Titus Livius fere ſine præpoſitione non loquitur. Neque audiendus eſt Quinctilianus, qui ſolœciſmum credit eſſe, *Veni de Suſis in Alexandriam.* Sed abſurdius delirant, qui contendunt aliud eſſe, *Eo Romam*, aliud *eo ad Romam*, ſic *venio Roma*, & *venio a Roma*: dicunt enim, ſine præpoſitione locum ipſum ſignificari, cum præpoſitione vero, *juxta*, vel *propè*. Delirat igitur Livius lib. 5. decad. 1. qui ſæpè nunc *Vejos*, nunc *ad Vejos*, eodem ſenſu dicit. Græci dicunt, *Noctuas in Athenas*; Latini, *Noctuas Athenas*. Nec mihi etiam in hac parte placet ipſe Cicero, quum lib. 7. epiſt. 3. Attico ſeſe excuſat, quod

xime eſt IN. Sed tamen & hæc ſæpe occurrit apud Plautum. Veluti Curcul. II. 3. 62. *Ecquem in Epidauro trapezitam noverim.* IV. 4. 6. *Salvus quum advenis in Epidaurum.* Mil. II. 4. 31. *Veniſſe Athenis in Epheſum cum ſuo amatore.* Sic alibi ſæpius. Ita quoque Livius XLII. 26. *Eumenem in Aſia, Antiochum in Syria, Ptolemæum in Alexandria ſe conveniſſe.* Suet. Aug. 96. *In Philippis Theſſalus quidam ei de futura victoria nunciavit.* Adde Voſſium de Conſtruct. Cap. 46. init. Sed & revera diſcrimen aliquod eſt inter *Venit Romam*, & *ad Romam.* Nec ideo delirat, ſi quis promiſcue *ad Vejos* dicat, & ſimpliciter *Vejos.* Poteſt enim & hæc Præpoſitio in iſto ſenſu omitti, licet rarius id fiat. Nam plerumque exprimitur, ut vitetur confuſio τ͂ *Ad* & *In*, quæ fere intelligitur, quando Ellipticè dicitur, *Venit Romam.* Diſtinguit ſignificationem harum Præpoſitionum diſerte ſatis Cicero Famil. xv. 3. *Quum ad Me veniſſent IN caſtra AD Iconium.* Sic *Ad*, ibid. ep. 2. *Caſtraque Ad Cybiſtra, quod oppidum eſt. Ad Montem Taurum, locavi.* XVI. 4. *Tertio die abs te Ad Alyziam acceſſeramus. Is locus eſt citra Leucadem.* at ſeq. ep. dicit *Apud Alyziam.* Sic *Capuam*, *ad Tarentum*, quæ mox ipſe Sanctius ex Cicerone adfert, & quæ tamen neutiquam accipienda ſunt ita, ac ſi illas Urbes intraverit Cato, ex cujus perſona hæc dicuntur. Male vero Caſaubonus *AD* pro *IN* poſitum cenſet in hoc Suetonii loco, Claud. 1. *Corpus ejus per Municipiorum Coloniarumque primores, ſuſcipientibus obviis ſcribarum decuriis, Ad Urbem devectum; Urbi* enim *illatum fuiſſe* corpus, *non ad Urbem tantum*, ait Caſaubonus. Et verum id eſt, nec probatione indigebat. Sed non animadvertit Vir Doctiſſimus, fuiſſe Urbi illatum ab *obviis* utique *ſcribarum decuriis*, quæ *ſuſceperunt* corpus, à *primoribus* illis *devectum Ad Urbem.* Voſſius de Conſtruct. cap. 42. mavult hanc ſignificationem Præpoſitionis *Ad* locum habere tunc ma-

Digitized by Google

quod ſcripſerit, *In Piræea quum veniſſem.* (2) nam ipſemet nobis autor eſt, ut addamus, ſi libuerit, præpoſitionem. Cicero 1. Acad. *veniſſe ab Roma*: idem de Senect. *Miles profectus ſum ad Capuam, quintoque anno poſt ad Tarentum quæſtor.* idem Phil. 8. *ut ab Alexandria diſcederet.* Innumera alia ſunt in epiſtolis ad Attic. Propertius lib. 13. *Magnum iter ad doctas proficiſci cogor Athenas.* Martial. *Tibur in Herculeum migravit nigra Lycoris*: idem lib. 3. *Hac de vitifera veniſſe picata Vienna.* Et multa ſunt proverbia; ut, *Naviges in Maſſiliam*, & *de Maſſilia veniſti.*

Accipe rurſus contra iſtos ellipſin præpoſitionum in nominibus provinciarum, & inſularum, aliorumque locorum. Virgil. *Italiam fato profugus, Lavinaque venit* *Lit-*

maxime, quando *non motus ad locum, ſed aliquid eſſe vel fieri in eo, ſignificatur.* Contrarium probant loca a me allata, & uſitatiſſimum illud, quod qui Triumphum deſiderabant, dicantur *veniſſe ad Urbem*, quam tamen illis ingredi ante ipſum triumphi diem neutiquam licebat.

(2) *Nam ipſemet nobis autor eſt.*] Scil. exemplo ſuo. Et ita Famil. III. 6. *ſi ad Sidam navigaſſem.* IV. 12. *quum ab Epidauro Pyræum advectus eſſem.* IX. 16. *Nolo te ad Bajas venire.* XV. 3. *ab Epheſo in Syriam profectus erat.* Vide & Scioppium, ſive Groſippum, Parad. Liter. Ep. 3. qui multus eſt in exagitando Cicerone, quod non rectius cauſam locutionis ſuæ, *in Pyræa quum veniſſem*, egerit, quaſi ipſe ſolœciſmum in ea ineſſe agnoviſſet: id quod tamen ex ejus verbis non liquet, quippe in quibus tantum agnoſcit, ab iis, qui elegantiæ ſtuderent, ante oppidorum nomina omitti ſolitam præpoſitionem. At Quinctilianus I. 5. ex quorundam ſententia, qui pleniſſime de Solœciſmo egerint, eum fieri tradit etiam *Adjectione*, Ut, *Veni de Suſis in Alexandriam*; & *Detractione*, ut *Venio Aegypto.* Verum hæc alios, *a ſolœciſmo diducere*, h. e. diſtinguere & ſeparare, mox addit, ac illud quidem *Pleonaſmum*, hoc *Ellipſin* vocare. Et ſane, niſi pro Solœciſmo habendum ſit, quicquid a vulgari maxime uſu recedit, perperam iſtæ locutiones ad Solœciſmum referrentur. Nihil enim habent, quod incurrat in artem aut naturam linguæ. Revera tamen ab uſu eorum, qui elegantiæ attendebant, aliquantulum erant alienæ, unde à Suetonio *Præpoſitiones Urbibus non additæ* dicuntur *gratiam ſermonis augere*, licet eam gratiam plerumque Auguſtus, ſæpe & alii, neglexerint, ſi vel minimus eſſet *Obſcuritatis* cujuſdam

Littora: Idem, *At nos hinc alii ſitientes ibimus Afros, Pars Scythiam, & rapidum Cretæ veniemus Oaxem, Et penitus toto diviſos orbe Britannos*: idem, *Æoliam venit, loca fœta furentibus Auſtris*: Æneid. 6. *Devenere locos lætos, & amœna vireta Fortunatorum nemorum, ſedeſque beatas*: ibidem, *Hac iter Elyſium nobis*: ibid. *Hæc limina tendere adegit.* ibidem, *Fineſque canebat Venturum Auſonios Cretam portaretur*, dixit Catullus. Sed ſtatim objiciunt imperiti, poëtarum teſtimoniis non ſtandum, qui cauſa carminis cuncta conturbant. O ingenia putida & infelicia! Sed age, accedant Oratores, & alii. Cicero pro lege Manil. *Inde Sardiniam cum claſſe venit*: idem pro Muræn. *Qua ex pugna quum ſe ille eripuiſſet, & Boſphorum confugiſſet.* idem 3. Verr. *Samon, Tenedon, & Delon*, nunc cum præpoſitione, nunc ſine illa ſcribit: & alibi *Sardiniam, Siciliam, Cyprum, Corcyram.* idem Attic. *Si Pompejus Italia cedit.* (3) Salluſtius citante Frontone,

dam metus. Vide & Voſſium de Conſtruct. cap. 42. & 46. Quapropter recte quidem fecerunt Sanctius & Scioppius, quando oſtenderunt nihil in eo vitii hærere, ſi Præpoſitio exprimatur ante Nomina Urbium, vel omittatur ante nomina Regionum. Sed modum illos exceſſiſſe nollem, & nimio Grammaticis aliis contradicendi ſtudio ſuas Obſervationes eorum Traditioni prætuliſſe. Vere enim frequentioris fuit Uſus, Præpoſitiones Urbibus non addere, Regionibus addere. Patet illud non tantum ex majori numero Exemplorum apud Optimos Auctores, ſed & ex diſerto Ciceronis, Attici, Quinctiliani, Suetonii, ac Veterum Grammaticorum (Vide Soſip. Chariſium lib. 2. pag. 206.) teſtimonio. Uſui autem ſoli hæc debentur. Eum enim, fortuitum licet, in his vel maxime dominari, liquet etiam ex peculiari & diverſa conſtructione Nominum, prout illa diverſæ ſunt Declinationis aut Numeri. Nam quando dicebant Latini, aliquid factum in aliqua Urbe, ſi Nomen eſſet primæ aut ſecundæ Declinationis, in Genitivo ſimpliciter id efferebant, *Vixit Romæ, Tarenti, Rhodi.* At ſi Pluralis eſſet Numeri, aut Tertiæ Declinationis, in Ablativo, *Accidit Athenis, Thebis, Locris, Lacedæmone, Carthagini.* Cujus diverſitatis nulla poteſt dari ratio, niſi quæ ex inconſulto & fortuito vulgaris uſus conſenſu petitur.

(3) *Salluſtius &c.*] Sic Idem Jug. 28. *Legiones per Italiam Rhegium, & inde Siciliam, tranſvectæ.* Cap. 33. *Romæ Numidiaque faci-*

Digitized by Google

tone, *Tum verò Bithyni propinquantes Tartanium.* Papinianus lege 75. ff. de cond. & demonſt. *Quum Aſiam veniſſet.* Suetonius Auguſt. *Decedens Macedonia*: ibid. cap. 17. *Ab Actio quum Samum inſulam in hyberna ſe recepiſſet*: idem Veſp. *Ut eo tempore Judæa profecti rerum potirentur.* Valerius Maxim. lib. 1. cap. 6. *Pœnorum exercitum Italia pelleret*: idem libro 5. cap. ultimo, *Epirum portanda dedit.* Juſtinus lib. 20. *Ægyptum primo profectus, Cretam contenderet.* Mela lib. 3. cap. 9. *Ægyptum tendere*: ibidem, *Ægyptum exportat.* Tacitus libro 2. *Germanicus Ægyptum proficiſcitur*: & libro 4. *Cretam amovetur.* Livius lib. 5. decad. 5. *Exercitum Ægyptum induxiſſet*: ibidem, *Cyprum extemplo claſſem miſit.* Plautus Curcul. *Quia paraſitus non rediit Caria.* Terent. Phormion. *Qua profectus cauſa hinc eſt Lemnum Chremes?* antea dixerat, *iter illi in Lemnum ut eſſet.* Apul. lib. 9. Metam. *Larem reveni meum*: ibid. *proximam civitatem deducere conſueverat*: ibid. *Baculo ſe vix ſuſtinens, civitatem adventat.* » [Plaut. Pœnul. act. 3. ſc. 6. *Utinam* » *hinc abieris malam crucem.* Catullus, *Cur non exſilium* » *malaſque in oras Iſtis?* Attius Phœniſ. *Juſſit proficiſci* » *exſilium quovis gentium.* Varro 1. Ruſt. 55. *Olea domi-* » *num,*

facinora ejus memorat. Corn. Nepos præf. *Magnis in laudibus tota fuit Græcia.* Pauſan. 2. *Pauſaniam cum claſſe miſerunt Cyprum & Helleſpontum.* Milt. 2. *ſe domum Cherſoneſi habere.* Chabr. 3. *Conon plurimum Cypri vixit, Iphicrates in Thracia, Thimotheus Lesbi* pro *in inſula Cypri, & Lesbi.* Livius XLV. 10. *Navigare Ægyptum pergit.* Cap. 13. *Literæ deinde Macedonia allatæ.* XLII. 25. & XLIV. 25. *Samothracæ* pro in Samothracæ inſula Epit. 47. *ut alter Ægypti, alter Cyrenis regnaret.* Sueton. Tib. 72. *Rediens propere Campaniam.* Florus II. 2. *Serpente latius bello, Sardiniam, annexamque Corſicam, tranſit.* Plaut. Curcul. I. 3. 50. *Paraſitum miſi Cariam.* Cicero Acad. I. 3. *Brutus ſic Philoſophiam Latinis literis perſequitur, nihil ut iiſdem de rebus Græcia deſideres,* pro, *e Græcia*: Sed durum id eſſe puto, & ideo acceſſerim illis, qui legunt *Græca*, quamvis non ignorem, Daviſium ad Cæſ. B. G. V. 55. volgatam lectionem probare, æque ac in Obſequente; in quo tamen Egomet idem Scheffero magis crediderim, quam ipſi.

Digitized by Google

» *num*, & *balneas*, & *gymnaſium*, *ſequitur*, pro *ad*, vel » *in balnea*. Plaut. Merc. *Mittere aliquem ad mercatum*, » & *Ire mercatum* : & *Redii exſilio* : & Pœn. *Malam* » *crucem ibo potius* ; & Sticho, *Jam per hortum amicam* » *tranſibo meam*, pro, *ad amicam*. Fannius, citante » Chariſio, *Villam venit*, pro *in Villam*.

(4) Nunc videamus *Rus* & *Domum* cum præpoſitionibus, in ſingulari & plurali. Livius libro 5. decad. 4. *Jam ubi vos dilapſi domos & in rura veſtra eritis*. Cic. Tuſc. *Quum in ſua rura venerint*. Aſconius in Milonianа ; *Qui forte ex rure in urbem revehebatur* ; *In domo Cæſaris*, *in domo Lentuli*, *in domo Leccæ*, tria ſunt apud Ciceronem. Cicero 6. Verr. *Ad prætoris domum*. Verr. 3. *Ad*

(4) *Nunc videamus Rus & Domum.*] Satis probat Sanctius, etiam hæc Vocabula Præpoſitionibus jungi. Sed tamen hic quoque notandum eſt, quod ſupra monui de Nominibus Urbium, ſæpius Præpoſitiones omitti, maxime, ſi hæc vocabula ponantur ſola ſine Epitheto, aut Genitivo. Hæc enim ſi accedunt, tum ſane crebro præmittitur Præpoſitio, veluti *in quamcunque domum*, *In domo Cæſaris*, *in veſtra rura*. Non tamen ſemper ita. Etenim Salluſt. Jug. 76. *Aurum & alia domum regiam comportant.* Plautus Trucul. II. 2. 6. *Quid tibi hic noſtræ domi debetur*. Cic. Famil. IX. 16. *Recta a porta domum meam veniſſe; neque hoc admiror, quod non ad tuam potius, ſed illud, quod non ad ſuam.* ep. 3. *Sed quid ego hæc ad Te, cujus domi naſcuntur.* de Offic. II. 22. *Nihil domum ſuam intulit.* Sed & notanda hic itidem eſt illa diverſitas peculiaris conſtructionis, quam ſupra not. 2. memoravi, & quæ certo eſt indicio, aliquid peculiare etiam in conſtructione horum Nominum ſibi ſumpſiſſe Uſum. Nam quia *Domus* Secundæ eſt Declinationis, dicitur in Genitivo, *Eſt domi*, itidem ut in Nominibus urbium iſtius declinationis. At *Rus* quia tertiæ eſt, dicitur *Eſt rure*, vel *ruri*. Nam & hoc peculiare in hac eſt conſtructione, quod plerumque Dativi terminatio tribuitur Ablativo, *Carthagini*, *ruri*. Neque tamen perpetua hæc ſunt. Certe quod Feſtus ait, (*Ruri eſſe, non Rure, dicendum, teſtis eſt Terentius, quum ait, Ruri ſe continebat*) id inane eſt. Nam etiam aliter legas: veluti apud Plautum Caſina I. 22. *Quando eam mecum rus abduxero, Rure incubabo uſque.* Et Trin. I. 2. 129. *Quia rure dum ſum unos ſex dies.* Terentius tamen ſemper ait *ruri*. Priſcianus lib. XV. pag 1006. *Ruri & Veſperi* Dativos putat in hac Conſtructione, ſed male. Vide Voſſium de Conſtruct. cap. 46.

Digitized by Google

3. *Ad eam domum, in qua ipſe diverſabatur, profecti ſunt:* Verr. 7. *In Chelidonis domum præturam tuam contuliſti:* idem Parad. 3. *In quamcunque domum ſtuprum intulerint:* idem 2. leg. *In ipſius patris domum detulimus*: idem 5. Tuſcul. *Socrates philoſophiam, & in urbibus collocavit, & in domos etiam introduxit.* Terent. Eunuch. *Si in domum meretriciam deducar.* » [Livius 8. *Claſſe, qua advecti* » *ab domo fuerant, multum potuere*: & lib. 6. *Accitis ab* » *domo novis militibus, Fabius cum novo exercitu ab Roma* » *advenit.* Plaut. Aulul. *Diſcrucior animi, quia ab domo* » *abeundum eſt mihi.* & Epid. *Nam ab domo abſum?*] Apulejus lib. 4. *Quippe quidam procurrens è domo procerus & validus*: ibid. *Nam viſa ſum mihi de domo, de thalamo, de cubiculo, de thoro denique ipſo, violenter detracta*: idem l. 9. *Pſyche procurrit è domo*: & l. 7. *Petitis è domo ferramentis*: & lib. 8. *Ac ille novitium ſuſceptum famulum trahebat ad domum.* Cic. 1. Tuſcul. *Quaſi in domum ſuam venerit.* Aſcon. in Milon. *Attulit ad domum Scipionis.* Licet ergo dicere, *in mea domo*; *in tuis domibus*; *ab domo egreſſus*; *de domo*; *ex domo*; *in domum*: *ad domum*: quorum teſtimoniis, quia innumera ſunt, ne faſtidio ſim, ſuperſedeo.

» [Non autem in Nominibus modo, ſed etiam in » verbis Infinitis, nominis Subſtantivi vim habentibus, » præpoſitio ſubauditur: (5) cum enim dicit Terentius;

» Ea-

(5) *Cum enim dicit Terentius.*] Sic Idem Hec. III. 2. 10. *Introiit videre.* Plautus Aſinar. V. 2. 60. *Currit arceſſere.* Curcul. I. 3. 50. *Miſi eum Cariam petere.* Ciſtell. II. 1. 26. *Abi quærere.* Moſtell. I. 1. 64. *Volo ire parare piſces.* Gellius Noct. Attic. VI. 9. *Dicitur ad Collegam veniſſe viſere ægrotum.* Nepos Phoc. cap. 1. *Cum munera repudiaret, legatique hortarentur accipere.* In his omnibus deeſt Præpoſitio AD. Sed & aliæ aliquando deſunt Præpoſitiones. Plautus Aulul. II. 5. 15. *Ne operam perdas poſcere.* Epid. II. 2. 13. *Deſeſſus ſum quærere*, pro, *in poſcendo*, *in quærendo*, vel, *ob quærendum.* Terent. Hecyr. IV. 2. *Tibi me eſſe ſuſpectam, propter meos mores Uxorem tuam abiiſſe.* Cicero Famil. III. 10. *Capio magnam voluptatem, cum tibi ea tribui, tum vero remanere ſtudia.* XII. 15. *Nonnullis etiam ipſi Magiſtratus* ve-

Digitized by Google

» *Eamus viſere*, ſubauditur *ad*; quod Lucretius ſic ex-
» preſſit, *Ad ſedare ſitim fluvii fonteſque vocabant.*]

De Ablativo, quem falſo abſolutum vocant.

QUoties imperium, ſive præfecturam, in pace, in bello, in literis, ſignificamus, *Sub*, vel potius Græca ὑπὸ, deſideratur. Perſius Satyr. 5. *Marco ſub judice palles?* Martial. lib. 1. *Quos decet eſſe hominum tali ſub principe mores?* idem lib. undec. 2. *Sub te præſide, Nerva, licet*: ibid. 8. *Penelope licet eſſe tibi ſub principe Nerva*: & lib. 12. 5. *Sed tu ſub principe duro*: ibid. 63. *ſub quo pigra quies.* Propertius lib. 2. *Cæſare ſub magno cura ſecunda fores.* Ovid. 14. Metam. *Rege ſub hoc Pomona fuit.* Livius, *Sub Aſdrubale imperatore meruit.* Æneid. 8. *Sub te tolerare magiſtro Militiam diſcat.* Horat. *Sub patribus duris.* Valer. Maxim. lib. 4. cap. 2. *Factum ne ſub Cœlio quidem autore repudiandum*: idem lib. 6. cap. 5. *Nam cum L. Atracino, ſub quo duce aciem noſtram* &c. Ovid. 13. Metam. *Mœnia qui forti Trojana ſub Hercule cepit*:
» [idem 4. Pont. 12. *Sæpe ego correxi ſub te Cenſore libel-*
» *los.*] Statius in Syl. *Cerealia dona coronæ Te ſub teſte tuli.* Claudian. 4. Conſ. Honorii, *Tum conſpicuus, gratuſque feretur Sub te teſte labor.* Plinius lib. 18. de murib. *Sub autore Ariſtotele.* Cornel. Celſus in proœm. *Sub auctore Themiſone contenduntur*: » [& lib. 6. cap. 18. *Si ve-*
» *tuſtiora ſunt, ſub auctore Dionyſio, inſpergenda ſandaraca*
» *eſt.*] Ovid. 13. Metamorph. *An quod in arma prior, nulloque ſub indice veni.* Valer. Maxim. lib. 4. cap. 6. *Sub magno judice damnatum.* Virg. *Sole ſub ardenti reſonant arbuſta cicadis*: idem, *Qualis apes æſtate nova per florea rura Exercet ſub ſole labor.* Lucan. lib. 1. *Et quamvis primo*

veniebant in ſuſpicionem, detinuiſſe nos, & demoratos eſſe, dum &c. Sulpicius Sev. lib. 2. cap. 7. *Reus conſtituitur, edicto Regis non paruiſſe.* De his conſtructionibus vide Voſſium de Conſtruct. cap. 51.

Digitized by Google

mo nutet caſtra ſub Euro : idem lib. 2. *Quaque ſub Herculeo ſacratus nomine portus.* Et in Symbolo, *Paſſus ſub Pontio Pilato.* Multa hujuſmodi prætereo.

A ſolet capi pro *Poſt*; ut, *à cœna*, *ſecundus à rege.* Ovid. 4. Triſt. 10. *Nec ſtirps prima fui, genito ſum fratre creatus.* Cic. *Cujus à morte hic tertius & triceſimus eſt annus*, (6) *Sub* etiam, (ut notat Servius in illo Æneid. 5. *Quo deinde ſub ipſo*) capitur pro *Poſt*. Ovid. 2. Metamorph. *Surgit ab his ſolio*, id eſt, poſt hæc. Plaut. Pœnul. *Jam ab re divina, credo, apparebunt domi.* Sic dicimus, *Ab urbe condita*, vel *à condita Roma.* Quum ergo dicimus, *capta urbe triumphavit*, deeſt *à*, vel *ſub*: &, *lectis tuis literis venimus in ſenatum*, ſcil. *à*, vel *ſub*, *lectis.*
» [Liv. 4. *Mœſtæ civitati ab re male geſta, Poſtumius reus*
» *objectus* : & lib. 23. *Ab re bene geſta lætum exercitum.*]

Lu-

(6) *Sub etiam, ut notat &c.*] *Sub* notat proprie tempus ipſum geſtæ rei, ſed latius ſumptum, ut non modo ipſum medium rei factæ momentum ſignificet, ſed & illud, quod cum initio & fine rei cohæret. Plane uti Præſens in arte Grammatica Tempus accipi ſolitum ſupra oſtendimus I. 13. pag. 97. Sic ergo Nepos Attico 12. *Quod quidem ſub ipſa proſcriptione perillustre fuit,* h. e. in ipſa. Obſequens cap. 105. *Sub occaſu ſolis, Orbis clypei ſimilis ab Occidente ad Orientem viſus referri.* Ubi vide Schefferum. Sueton. Ner. 5. *Majeſtatis quoque ſub exceſſu Tiberii reus, mutatione temporum evaſit.* Ubi manifeſte notat ante ipſum exceſſum Tiberii, quo demum fiebat mutatio illa temporum, ſed proxime ante eum. Contra Florus III. 5. de Cilicibus piratis, *ſub ipſo hoſtis receſſu, impatientes ſoli, in aquas ſuas reſiluerunt*, h. e. proxime poſt receſſum; quum hoſtis etiamdum in recedendo eſſet. Atque ita in hoc ipſo Virgilii loco, V. 323. diſtinguuntur, *Spatio poſt deinde relicto*; Et, *Quo deinde Sub ipſo Ecce volat, calcemque terit jam calce Diores.* In quibus *ſub ipſo* ita notat poſt ipſum, ut nullum fere inter illum priorem & poſteriorem *ſpatium ſit relictum.* Sed & ita *ſub Urbe* dicitur eſſe, quod eſt extra, ſed proxime, Urbem. Eodem porro ſenſu conſtruitur *Sub* etiam cum Accuſativo. Sic ſæpe Livius *ſub idem fere tempus.* Sueton. Aug. 16. *ſub horam pugnæ*, h. e. paulo ante. Calig. 17. *ſub diem Calendarum mortuus.* At Cicero Famil. X. 17. *Redditæ ſunt tuæ literæ frequenti Senatu Cornuto, quum is frigidas ſane & inconſtantes recitaſſet literas Lepidi. Sub eas ſtatim recitatæ ſunt tuæ.* Ubi *Sub eas* manifeſte notat paulo, vel proxime, poſt eas.

Vu 2

Digitized by Google

Lucanus libro 1. *Moremque ſiniſtrum Sacrorum Druidæ poſitis repetiſtis ab armis*: eodem ſenſu idem Lucanus libro ſecundo dixit, *Quas eſt vulgata per urbes Poſt me Roma ducem*. Et Horatius, *Poſt ignem ætheria domo ſubductum*. Ovidius 2. Triſt. *Hic tibi ſic redeat ſuperato miles ab hoſte*.

Cum. *Deo duce*; *Muſis faventibus*; ſubaudi *cum*, Græcè *σὺν*. Plautus Perſa, *Sequere hac, mea gnata, cum Diis volentibus*. Livius libro 1. decad. 3. *Agite cum Diis bene juvantibus*. Ennius apud Ciceron. *Doque volentibus cum magnis Diis*. Cato cap. 14. Ruſt. *Circumagi cum Divis volentibus*.

In. Aliquando etiam deeſt *In*: ut, » [Lucretius 6. » *Eſſe apud Ammonis fanum fons luce diurna Frigidus, ac* » *calidus nocturno tempore, fertur*; ubi ſubaudiendum eſſe » *In*, mox hoc verſu monemur; *Frigidus hanc ob rem fit* » *fons in luce diurna*.] Virgil. *Orpheo cantante, cantando rumpitur anguis*. Terent. *In cognoſcendo tute ipſe aderis*: Idem, *In denegando queis eſt pudor*. » [Plaut. Menech. » *Ego hic in lamentando pereo*. Varro 3. Ruſt. *In ſuppo-* » *nendo ova obſervat, ut ſint numero imparia*. Plaut. Trin. » *In re perdita, quam in re ſalva, factus eſt frugalior*.] Cicero 2. Natur. *Itaque ſalem iſtum, quo caret veſtra natio, in irridendis nobis nolite conſumere*: [& 15. Attic. 11. » *Multo inde ſermone querebatur amiſſam occaſionem*: & » Attic. 12. *Huic ego in multo ſermone epiſtolam Cæſaris* » *oſtendi*. Ovid. 2. Metam. *Mens antiqua tamen facta quo-* » *que manſit in urſa*. Lucanus lib. 2. *Toto quamvis* (7) *in corpore cæſo Nil animæ lethale datum*.

De

(7) *In corpore cæſo &c.*] Sic Nepos Pauſan. 2. *In quo facto domum revocatus, capitis accuſatus abſolvitur*. Lib. I. 36. *In augurio rem expertus*. Sall. Jug. 74. *Novorum fidem in tanta perfidia Veterum experiri periculoſum ducebat*. Contra paſſim *Solis occaſu*, *Sereno*, *Ludis*, *Munere*, *Comitiis*, *Cenſu*, *Nuptiis*, plane uti Græci, *ὀλυμπιάσιν*, *πυθίοις*, *ἑορτῇ*, &c. cum Ellipſi præpoſ. *in* vel *ἐν*. Sed & aliis ferme infinitis in locutionibus omittitur ea Præpoſitio. Cic. Famil. II. 7. *Paucis diebus eram miſſurus tabellarios*. IV. 15. *Ne quo*

De inſtrumenti præpoſitionibus.

Cum. In inſtrumento ſignificando deeſt *Cum*, Græcè Σὺν; ſed vitandæ ambiguitatis gratia non adhibetur; quum enim dicis, *Tetigi illum cum haſta*, neſcitur, an illum & haſtam tetigeris, an vero inſtrumentum ſignifices: ſed ubi dubia non eſt oratio, (8) venuſtè appo-

quo periculo te proprio exiſtimares eſſe. VI. 4. *Quanto fuerim dolore.* Qui locus, & quæ locutio male tentatur ac rejicitur ab Henr. Stephano in Pſeudo-Cicer. pag. 188. &c. Sed quem ſatis acriter refutavit Scioppius Veriſim. IV. 14. Porro ita Corn. Nepos Eum. 7. *Credens minore ſe invidia fore.* Cicero Famil. V. 11. *Reliquis tuis rebus omnibus pari me ſtudio cognoſces*, ubi bis deeſt *In*. Sic & paſſim, *Homo infirma valeudine*, & ſimilia, pro *in inf. val. exſiſtens*. Vide me ſupra ad Cap. 4. & voces *Affectus* & *Ens*.

(8) *Venuſte apponitur.*] Pl. Capt. IV. 2. 29. *Quid incipit facere cum tantis minis.* Aulul. IV. 9. *Cum animo certum inveſtigare nequeo.* Liv. I. 51. *Inſtructus cum conjuratorum manu.* Et XXXII. 5. *Macedonum animos ſibi conciliavit cum Heraclide*, h. e. eo quod Heraclidem in vincula conjecit. Tacitus Hiſt. II. 98. *Cum fide eos juvit*, h. e. fideliter. Petronius, *Aggrediuntur nos nautæ cum funibus.* Phædrus fab. 58. *Aeſope, medio Sole, quid cum lumine?* ſcil. *facis*: nam reſpondet, *Hominem quæro.* Cicero Famil. II. 10. *Cum meis copiis omnibus vexavi Amanienſes.* X. 7. *Sicut adhuc ſingulari cum benevolentia feciſti.* Pl. Rud. V. 3. 7. *Quibuſcum inveni filiam meam*, h. e. quorum opera ſeu *Medio*, ut vulgus ait. Sall. Jug. 85. *Quantum cum maximo beneficio veſtro negotii ſuſtineam*: ubi ſine cauſa *in* malit Ciacconius. Si quid iſtic mutandum, legerem *quantum cum maxime beneficio veſtro negotii ſuſtineam.* Paſſim enim ita *cum maxime* pro, hoc ipſo tempore, ponitur. Ceterum nonnulla ex his poſſunt etiam referri ad Modum vel Cauſam, vel Adjumentum rei factæ. Non tamen omnia, certe non illa, *quid facis cum lumine; aggrediuntur nos cum funibus*; ut adeo temere Præpoſ. *Cum* penitus hinc excludat Urſinus To. 1. pag. 1065. & To. 2. pag. 294. Verum aliena prorſus ab hoc argumento videntur allata à Sanctio duo priora loca Ovidii, ex Metam. & Ep. Acontii, ubi *Cum* non notat Inſtrumentum aut Modum, ſed Societatem rei vel actionis. At Ejuſdem locus ex Faſtis IV. 695. aliter, etiam ab Heinſio, editur, hoc modo, *Hæc modo verrebat ſtantem tibicine villam.* Alienus etiam eſt locus Virgilii ex Georg. II. Vide iſtic verſum 424. & videbis ipſum quoque locum longe aliter ſe habere: Scilicet, *Ipſa ſatis*

 tellus

apponitur; ut, *Vidi gladium, cum quo ſe percuſſit.* Ovid. 1. Metamorph. *Concuſſit terque quaterque Cæſariem, cum qua terram, mare, ſidera movit*: idem in epiſt. Acontii, *Teſtis & Actæon, quondam fera creditus illis, Ipſe dedit letho cum quibus ante feras*: idem 4. Faſt. *Hoc modo verrebat raro cum pectine pratum.* Aldus aliter emendavit, quod non probo. » [Liv. 9. *Legatis miſſis ad pacem » cum precibus petendam, triſte reſponſum à Conſule reddi» tur.* Epitome Livii 81. *Athenas cum maximo labore ex» pugnavit.*] Plinius libro 9. cap. 28. *Cæteri cirri, cum quibus venantur.* Sic habet antiqua lectio. Paul. Oroſius libro 7. *Ipſe Imperator cum ſagitta ſaucius.* Et quid elegantius, quam illud non incelebris autoris, *Gladium, quicum ſe percuſſerat, eduxit*? quod imperitè damnat Valla libro 2. cap. 6. » [Virgil. 2. Georg. *Sufficit ipſa oleis » fruges cum vomere tellus.* Ubi Servius, *cum vomere*, » explicat, *per vomerem*. Lucill. *Acribus inter ſe cum ar» mis confligere cernit.* Catull. *Iſta cum lingua lingere car» batinas.*]

Sub, Ab, In. Aliis etiam præpoſitionibus videtur inſtrumentum exprimi. Virgil. 2. Georg. *Aut preſſo exercere ſolum ſub vomere.* » [Propertius, *Hæc poſtquam que» rula mecum ſub voce peregit*: idem, *Nil moveor lacrimis, » iſta ſum captus ab arte.*] Ovid. 5. Faſt. *Pectora trajectus Linceo Caſtor ab enſe*: idem 2. Triſt. *Neve peregrinis tantum defendar ab armis*, id eſt, cum: ibid. *Qua nuptæ poſſent fallere ab arte viros.* Columella lib. 9. cap. 1. *Semperque* (9) *de manu cibos, & aquam præbere.* In ſacris vero ex

tellus cum dente recluditur unco, Sufficit humorem & gravidas cum vomere fruges. In quibus non diſplicet mihi Urbani apud Servium interpretatio, *cum Vomere, h. e. ſtatim poſt arationem.*

(9) *De manu.*] Non hæc ſane præpoſitio eſt Inſtrumenti, ſed quæ notat, unde quid ſumitur. Conjunge igitur in conſtruendo, non *præbere de manu*, ſed *cibos de manu*, ſcil. ſumendos. Neque vero in loco Ovidii Triſt. II. 421. *defendi Ab armis peregrinis*, expoſuerim per *Cum*, quum *AB* ſolita ſit Paſſivis Præpoſitio, quæ, ut ſæpiſſime alibi, ita & illic Agentem ſeu *Defendentem* notat. Similiter *capi ab iſta arte*, *fallere viros ab iſta arte*, tra-

Digitized by Google

ex Hebraiſmo exprimitur *In*; ut, *Viſitabo in virga peccata eorum: prævaluit David contra Philiſtæum in funda & lapide*: Deuteronom. cap. 18. *Lapidabitis eos in lapidibus.* Lucæ c. 22. *Domine, ſi percutimus in gladio?* &, *ſi ſal evanuerit, in quo ſalietur?*

De Comparativi Præpoſitione.

PRæ. Deeſſe præpoſitionem in ablativo comparativi, comprobant omnium linguarum idiomata, Hebrææ præcipuè, quæ nomina comparativa non habet, ſed comparationem (10) per hanc particulam, Mi, enunciat: ſicut Græci per H, Latini per QUAM, Hiſpani per MAS. Mihi, quantum ex veterum lectione obſervo, in præpoſitionibus, non in nominibus, videtur eſſe vis comparationis: nam & in verbis, & poſitivis, comparativis, & ſuperlativis apparet comparatio, virtute præpoſitionis. In Verbis: Terentius Eunuch. (11) *Hic ego illum contempſi præ me*: ibid. *Ludum jocumque fuiſſe illum alterum dices, præut hujus rabies quæ dabit.* Plaut. Moſtell. *Video te nihil pendere omnes homines præ Philolache.* Horat. *Cunctane præ campo & Tiberino flumine ſordent?* In poſitivis: ſic Plaut. Aulul. *Sed hoc etiam pulchrum eſt, præquam ubi ſumptus petunt*: ibid. *Parum etiam, præut futurum*

trajectus ab illo enſe, ejuſdem ſunt generis, & ſummum notant cauſam in inſtrumento aut modo ſitam. Sed tamen plerumque in iſtis ac ſimilibus locutionibus omittitur Præpoſitio.

(10) *Per particulam Mi.*] Immo potius per particulam *Min*, vel literam מ / quæ, eliſa litera N, præfigitur per Chirek aliis vocabulis.

(11) *Hic ergo illum contemſi præ me.*] Nulla hic Comparatio eſt in Verbis, ſed in Nominibus cum aliis Nominibus. Sic Cæſar B. Gall. II. 30. *Nam pleriſque Gallis, præ magnitudine corporu ſuorum, brevitas noſtra contemtui eſt.* Auct. ad Herenn. IV. 20. *Neminem præ ſe ducit hominem.* Cicero de Offic. III. 11. *In quibus publicæ utilitatis ſpecies præ honeſtate contemnitur.* Famil. XIV. 4. *Periculum fortunarum & capitis ſui præ mea ſalute neglexit.* Sed de hac vocula *Præ*, & *Vi Comparationis*, quam Auctor ei tribuit potius, quam Nomini ipſi, vide quæ ſeq. Nota copioſe diſputamus.

rum eſt, prædicas. Horat. Epod. 3. *Ut Argonautas præter omnes candidum Medea mirata eſt ducem.* Virgil. *O felix una ante alias Priameia virgo*: Æneid. 3. *Unum illud tibi, nate Dea, præque omnibus unum Prædicam*: idem, *Fugit ante alios exterritus Aruns.* Propert. lib. 2. eleg. quæ incipit *Jupiter*, *Num ſibi collatam doluit Venus? illa peræque Præ ſe formoſis invidioſa dea eſt.* Livius lib. 1. *Parvam Albam* (12) *præ ea, quæ conderetur, fore.* Cicero Sul-

(12) *Præ ea quæ conderetur.*] Sic Nepos Eum. 10. *Se, Eumene recepto, parvi præ illo futuros.* Plaůtus Milite, IV. 4. 4. *Non ſum dignus præ te, ut figam palum in parietem.* Florus II. 2. 11. *Præ tanta victoria leve fuit damnum.* Verum nulla in his eſt Comparatio, quæ *Magis* aut *Minus* dicit duarum rerum, qualis eſſe debet Grammatica Comparatio, (Vide ſupra lib. 2.) ſed amplius quid illis locutionibus declaratur, nempe, *ſe plane parvi futuros*, *ſe* plane *non eſſe dignum*, prorſus *leve fuiſſe damnum*, ſi comparetur cum illa *victoria*, cum *illo altero homine.* Atque adeo eadem fere eſt ſignificatio harum locutionum, quæ Plautinæ illius, *Ad ſapientiam hujus ille nimius nugator fuit.* Quapropter omnibus probe conſideratis, dubitem ferme, an Præpoſitio *Præ* dicenda potius ſit & habenda Præpoſitio Superlationis vel Exſuperationis, quæ Exſuperatio ſuum etiam in Comparatione locum habet; ac vera Comparationis Præpoſitio ſit *Cum*, ut adeo, quando dicitur *Petrus eſt Paulo doctior*, ſenſus ſit, Petrus cum Paulo comparatus eſt doctior; quando *Petrus eſt doctior quam Paulus*, ſenſus ſit, Petrus comparatus cum Paulo in illa menſura docti, ad quam doctus eſt Paulus, doctior eſt. Certe ferre vix poſſum, quod Auctor cenſet, *Vim comparationis eſſe in Præpoſitionibus, non in Nominibus ipſis.* At quem ergo in uſum, aut quam ſignificationis vim, formata eſt illa forma & gradus, *Doctior*, ſi per ſe & directe non notat comparationem? nam ſi ita, nihil utique aliud tunc notabit, quam quod notat *Doctus.* Quidni immo æque per ſe notabit Comparationem, ac *Doctiſſimus* Superlationem? Quid multa? Auctor non ſatis hæc percepit, aut diſtinxit. Comparativum Nomen revera per ſe notat ipſam comparationem, atque adeo quia Comparatio omnis ſignificat *Magis*, ſeu ſuperlationem quandam unius ſupra alium, etiam in deteriorem partem, veluti *pejor*, *minor*, *inferior*, idcirco *Doctior*, *pejor* &c. directe notat *Magis doctus*, &c. vel, *Doctus præ eo*, h. e. ſupra eum, cum quo ſcil. ille comparatur. Præpoſitio autem neutiquam ipſam Comparationis ſignificationem habet aut abſolvit, ſed nexum facit comparationis, & res Comparatas jungit,

Digitized by Google

Sulpitio, *Non tu quidem vacuus moleſtiis, ſed præ nobis beatus.* Apul. 9. Metam. *Fabulam denique bonam præ cæteris ad aures veſtras adferre decrevi.* In Comparativis: Sic Plaut. Aulul. *Jam minoris omnia facio, præ quam quibus modis me ludificatus eſt;* » [& Menech. *Modeſtior nunc* » *eſt de verbis, præut dudum fuit.*] Salluſt. *Cæterum ante hos, te, Jugurtha, qui ætate, & ſapientia prior es.* Virgil. 1. Æneid. *Pygmalion, ſcelere ante alios immanior omnes.* Suetonius Galba, *Præter cæteras altiorem, & dealbatam crucem ſtatui juſſit*: & Pſalm. 18. *Dulciora ſuper mel, & favum.* In Superlativis: Sic Virg. 7. Æneid. *Petit ante alios pulcherrimus omnes Turnus.* » [Nepos in Attic. » *Et unus ante alios fuit cariſſimus.*] Suetonius Vitell. 13. *Fa-*

git. Atque eodem modo ſe res habet in Superlatione, quam ipſum Nomen Superlativum ſignificat, ſed cujus nexum facit itidem Præpoſitio. Non repugnaverim tamen, ſi quis Comparationi aptam & propriam in ipſo Linguæ uſu ſtatuere velit Præpoſitionem *præ*, aut eam dicere Comparationis Præpoſitionem, quum revera, ut dixi, in ipſa Comparatione inſit etiam Superlatio quædam, atque ideo Veteres ſæpe Comparativo junxerint Præpoſitiones Superlationum, veluti, *Præ*, *Ante*. Sed & Græci ſimiliter Comparativos conſtruxerunt cum Genitivis, qui a Præpoſitionibus ſimilibus, veluti, πρὸ, περὶ, reguntur. Sed tamen vel ſic manet certum mihi, Comparativum Nomen ſignificare ipſum illud *Magis* Comparationis, Præpoſitionem autem *Præ* facere ejus nexum, ſed per Pleonaſmum quendam ſignificationis, qualis eſt *Magis mollior*, cujus exempla Vide infra Cap. 9. Vel potius, qualis eſt illa Præpoſitionum repetitio, quæ jam cum ipſis Verbis aut Nominibus ſunt compoſitæ, vel in iis latent. Veluti *Adire ad aliquem*, πρῶτος πρὸ μοῦ. Quæ tamen Præpoſitiones ſæpius omittuntur, æque ac hæ Comparationis, licet Caſus Nominum ab illis tamen regantur. Veluti apud Aelian. Var. Hiſt. XIV. 6. *μήτε τοῖς παρελθοῦσιν ἐπικάμνειν, μήτε τῶν ἐπιόντων προκάμνειν*: pro *μήτε ἐπὶ τοῖς παρ. ἐπικ. μήτε πρὸ τῶν* &c. Jam vero ſicuti hæc verba Compoſita habent ipſa per ſe ſuam compoſitam ſignificationem, & Præpoſitiones repetitæ tantum inſerviunt nexui Nominum faciendo cum Verbis, ſic etiam Comparativa Nomina notant ipſa per ſe illam Comparationis ſuperlationem: Præpoſitio autem, cujus ſignificatio jam ineſt in ipſo Comparativo Nomine, & ideo per ſignificationis Pleonaſmum quaſi repetitur, nectit Comparativo illud, cum quo fit Comparatio.

Famoſiſſima ſuper cæteras fuit cœna ei data, Plinius libro 27. cap. 7. *Herbæ facillimæ, atque inter cæteras utiliſſimæ.* Ovid. 4. Pont. 10. *Inter omnes maximus.* Plinius libro decimo tertio, *Inter omnes potentiſſimus odor.* Si igitur in præpoſitione ſignificatur comparatio, neceſſario in ablativis comparationis deeſt *Præ*; Plaut. Epid. *Atque me minoris factum præ illo*, » [ubi per Ellipſin dici po-» terat *Minoris illo.*] Apulejus libro octavo Metam. *Neque ulla caprea, neque pavens damula, neque præ cæteris feris mitior cerva, ſed aper immanis atque inuſitatus exſurgit*; ibid. *Sed unus præ cæteris, & animo fortior, & ætate juvenior, & corpore validior exſurgit alacer*: idem libro decimo, *Unus e Curia ſenior præ cæteris, compertæ fidei.* Soſipater Chariſius lib. 1. de comparat. *Et confirmat præ illo neminem eſſe doctiorem*: & infra, *Et habent alios præ ſe doctiores.* Eſdræ 3. cap. 4. Καὶ ἀλήθεια μεγάλη, καὶ ἰσχυροτέρα παρὰ πάντα, id eſt, *veritas magna, & fortior præ aliis.* Danielis cap. 1. *Apparuerunt vultus eorum meliores, & corpulentiores præ omnibus pueris, qui veſcebantur cibo regio.*

Præ. Sed quid mirum in Comparativis deeſſe *Præ*, quæ etiam in Poſitivis & Superlat. deſit? Plautus Moſtell. (13) *Speculo claras ædes, clarorem merum*: idem Amph. *Nul-*

(13) *Speculo claras ædes.*] Nulla in his verbis, quæ occurrunt Moſtell. III. 1. 111. eſt Ellipſis præpoſitionis *præ*: immo vero neque *ſpeculo* eſt ſexti, ſed tertii Caſus. Senſus eſt, ædes tam claras, ut poſſint eſſe in ſpeculum, ſeu pro ſpeculo, ædes claras uſque ad ſpeculi claritatem. Sic idem Plaut. Curcul. IV. 4. 22. *Linteum exterſui.* Moſtell. III. 1. 1. *Argentum fœnori.* Sed neque in ſeqq. exemplis, licet iſtic jam ſint Ablativi, Ellipſis eſt præpoſitionis *Præ*, ſed *Cum*, quæ ſolet ſequi Adverbia, *ſimul, pariter, juxta, æque, adæque.* Plaut. Aſin. II. 2. 66. *Æque mecum ſcies.* Prol. Pœn. 47. *Æque ut mecum ſitis ignarures.* Men. V. 1. 45. *Ego te ſimul novi cum Parthaone.* Sall. Catil. 58. *Juxta mecum omnes intelligitis.* Jug. 68. *Pariter cum occaſu ſolis eduxit expeditos*, ubi vide Ciacconium. Cic. Famil. II. 13. *Genus inſtitutorum noſtrorum diſſimilitudinem aliquam habet cum illius adminiſtratione provinciæ.* Cæſar B.Gall. II. 3. *Sueſſiones, Fratres Conſanguineoſque ſuos, qui eodem jure, iiſdem legibus utantur, unum imperium*;

Digitized by Google

Nullus eſt hoc meticuloſus æquè; idem Moſtell. *Quo nemo adæquè antehac habitus eſt parcus*: idem Aſin. *Nec me Athenis alter hodie eſt quiſquam, cui credi rectè æque putent*: idem Caſ. *Nec eſt, neque fuit me ſenex quiſquam amator adæquè miſer.* Matthæi cap. 13. de grano ſinapis, *quod minimum eſt omnibus ſeminibus.* Arnobius lib.2. contra Gentil. *Quia omni vero veriſſimum eſt, certoque certiſſimum*, ſubaudi *præ*. Vide inf. in Adverbiorum Ellipſi, *Quam pro.*

De Pretii præpoſitione.

PRo. *Non bene pro toto libertas venditur auro.* » [Lu- » cillius apud Chariſium in Plure, *Plure foras vendunt,* » *quod*

perium, *unumque Magiſtratum cum ipſis habeant.* Sulpicius Sev. lib.II. *Ne unius cum Patre ſubſtantiæ Filius crederetur.* Patet ex his Ablativum junctum τοῖς *Æque*, &c. regi ab intellecto *cum*, & male facere Scioppium alioſque, qui *Idem cum illo*, & ſimilia, tanquam perperam dicta, prorſus explodunt. Certe eadem eſt locutio vel Conſtructio in *Idem cum illo*, quæ in Superioribus *Unus cum illo*, *Similis cum illo*, *Aeque*, *pariter*, *juxta cum illo*. Et videtur ſic locutus Gellius IX. 10. *Annianus Poeta & plerique cum eo ejuſdem Muſæ Viri.* Diſerte Minucius Felix cap. 21. init. *Lege Stoicorum ſcripta: eadem mecum recognoſces.* Et cap. 28. *Nos enim idem fuimus, & eadem vobiſcum quondam, adhuc cæci & hebetes, ſentiebamus.* Ipſe Cicero Catil. I. 8. *Me nullo modo poſſe iiſdem parietibus tuto eſſe tecum*, h. e. in iiſdem, in quibus Tu es. Si quis dicat, aliter hæc conſtruenda; ſcilicet, *Me Tecum non poſſe tuto eſſe in iiſdem par. Annianus & plerique cum eo Viri ejuſdem Muſæ*: ſciat ille, hunc eſſe verum ordinem Conſtructionis in omnibus hiſce, *æque cum illo*, &c. Nam & in his vera Conſtructio eſt, *Tu mecum ſcies æque: Sueſſiones cum Ipſis habent unum imperium. Nos Vobiſcum ſentiebamus eadem.* Hinc & ſæpe conjunguntur *Unum Idemque*, ut ejuſdem ſenſus & uſus. Eadem ergo eſt horum omnium Conſtructionis ratio, quæ nihil inſuper ab genio Linguæ Latinæ alienum continet. Nam *Ego Tecum idem ſentio* ponitur pro *Ego & Tu.* Sic Salluſtius Catil. 58. *Non Eadem nobis Et illis neceſſitudo impendet.* Potuiſſet dixiſſe *Nobis Cum illis*, vel *Quæ illis.* At Nos hic quærimus Uſum ipſius locutionis, qua duo diverſa, per voculam *Cum* conjuncta, referuntur in eodem commate ad τὸ *Idem*, æque ac ad *Unus*, *Aeque*, *juxta &c.* qui uſus plane negabatur, & quem nos

» *quod pro minore emtum.*] Plaut. Aſin. *Par pari datum hoſtimentum eſt, opera pro pecunia* : idem Aul. *Pro vapulando abs te mercedem petam.* Colum. l. 5. c. 1. *Pro quibus nulla merces dependitur.* Virg. Æneid. 5. *Hanc tibi Eryx meliorem animam pro morte Daretis Perſolvo.* Cæſar 1. Civ. *Pecuniam pro iis rebus ſolvit.* Cic. 4. Fin. *Æſtimatione aliqua digna, eaque pro quantum in quaque ſit ponderis, eſſe æſtimanda.* Sall. *Nemo niſi victor pro pace bellum mutavit.* Valer. Max. l. 4. c. 6. *Qui conjugis fata pro tuis permutari paſſus es* : » [& l. 5. cap. 2. *Pro Leo-* » *nico omnes hoſtium captivos permutavit.* Cic. *Ennius pro* » *Afris immutat Africam.*] Terent. Eunuch. *Par pro pari referto* : ſic enim legunt peritiores. Cic. 1. Verr. *Pro quo frumento pecunia omnis ſoluta non eſt.* Salluſt. Jugurtha, *pro metu repente gaudium mutare.* (14) Nec refert Latinitatis, utra in parte adhibeatur præpoſitio, utroque enim modo pretium ſignificatur vel æſtimatio ; ut, *Dedi leporem pro denario* ; vel *dedi pro lepore denarium.* Terentius, *Heri minas viginti pro ambobus dedi.* Horatius, *Dedit hic pro corpore nummos.* Virgil. *Vitamque volunt pro laude paciſci.* Hinc illa trita, *pro nihilo putare, pro nihilo pendere*, &c. » [Horat. *Nec ver-* » *bum verbo curabis reddere fidus Interpres.* Ubi ſub- » auditur *pro* : dicit enim Cicero, *Verbum pro verbo* » *reddere.*]

De

nos ſic ſatis ; ni fallor, æque ac ejus rationem, probavimus. In loco Matthæi intellexerim *in*, at in illo Arnobii admitto *Præ.*

(14) *Nec refert Latinitatis &c.*] Rarius tamen eſt, *Emi leporem pro decem denariis*, ſicuti uſitatiſſimum ſine præpoſ. *Emi leporem decem denariis.* Magis enim *Pro* jungitur rei, quam accipimus, rarius rei quam damus. Attulit tamen Scioppius locum ex Lucilio : nec intercedo, quo minus intelligatur in iſta Ellipſi, quam modo diximus. Nec enim melius novi ſupplementum. Ceteroqui poſſit forſan etiam *Cum* in his intelligi, ut plena ſit locutio, *Ego emi cum decem denariis leporem*, h. e. intervenientibus in hanc rem decem denariis.

Digitized by Google

De verbis Copiæ, & Inopiæ.

A vel de. In verbis Copiæ & Inopiæ (15) cauſa cernitur, velut efficiens, ideo deeſt à, vel *de*. Cæſar 3. Civil. *Hæc à cuſtodibus claſſium loca maxime vacabant.* Cicero 5. Attic. *Locus à frumento copioſus* : idem pro Flacc. *Uſque eo orba fuit ab optimatibus illa concio* : idem pro Domo, *A magiſtratibus nuda Reſp.* ibid. *Ab amicis inops* : idem in Officiis, *Adhibenda eſt vacuitas ab angoribus* : idem pro Dejot. *Sed tamen quicquid à bello Populi Rom. vacabat.* Livius, *Ne quando à metu ac periculis vacarent.* Virgil. Culice, *Viduos à lumine Phœbi.* Salluſt. Catil. *Omnes qui de reb. dubiis conſultant, ab odio, amicitia, ira, miſericordia, vacuos eſſe decet.* Cic. *De quibus volumina impleta ſunt*: idem,

(15) *Cauſa cernitur velut efficiens, ideo deeſt A vel DE.*] Mirum ſane, Auctorem in hiſce locutionibus tribuere præpoſitioni A ſignificationem *Cauſæ efficientis*, quam ei in Paſſivis locutionibus plane negat. Vide ſupra lib. III. cap. 4. Quum, ſi uſquam notat Agentem ſeu Efficientem, id notet plerumque Verbis Paſſivis juncta, at hic ſignificet id, quod Auctor ei tribuit illic, nempe *a parte*, unde oritur, ſcil. iſthæc copia & inopia, non tanquam a *cauſa efficiente*, ſed tanquam a materia, in qua conſiſtit ipſa illa copia & inopia. Atque adeo *Ab amicis inops* dicitur eodem ſenſu, quo apud Cicer. Famil. X. 15. *Antonius ab equitatu firmus eſſe dicebatur.* XI. 13. *Paratiſſimi ab exercitu.* Plautum Aulul. II. 2. 9. *Haud a pecunia bene valeo.* Epid. I. 2. 26. *A morbo valeo, ab animo æger fui.* Trucul. I. 1. 3. *Periit ab animo & ab re.* Sueton. Tib. 68. *Latus ab humeris & pectore.* Aug. 4. *A matre Pompejum arctiſſimo contingebat gradu.* Sic ergo etiam, *Vacui a ſecuribus & tributis* apud Tac. Ann. XII. 34. & reliqua, quæ Sanctius adfert. At vero vocula *DE* omnium minime notat *cauſam efficientem*, ſed copiam rerum, unde quid ſumitur ad aliquid explendum. Sic *de quibus volumina impleta ſunt* h. e. Volumina ſunt ab Auctoribus impleta rebus, quæ ſumptæ ſunt de copia ejuſmodi rerum. Et ſic cetera. Immo & ita Liv. I. 38. *Hæc de Latinis capta ſunt oppida.* Plaut. Pſeud. IV. 7. 127. *De improbis auferri decet prædam.* Sueton. Domit. 13. *Ac tunc de Oratoribus coronatus.* Cic. Fam. X. 32. *Pecunia coacta de publicis exactionibus.* In quibus omnibus notat *DE* potius paſſionem quandam, ſeu unde quid ſumitur.

Digitized by Google

idem, *De nugis referti libri.* Martial. *Hos niſi de flava loculos implere moneta, Non decet.* Dicitur, *Sanguis manat à vulnere*, vel *de vulnere.* Itaque, *Egeo pecuniis*, eſt, Egeo egeſtatem à pecuniis, hoc eſt, a parte pecuniarum.
» [*Tenus* ſubauditur in *Fine inguinum intrare in mare.*
» *Hac fine ames, tanquam oſurus.* Vide *Finis.*]

De variis aliis Præpoſitionibus.

CUm, In, De, Ex. Quum Modum ſignificamus, varias præpoſitiones aut apponimus, aut intelligimus; ut, *lento gradu*; *longa veſte*; *hac lege*; *ordine*: vel *cum lento gradu*: *cum longa veſte*; *ſub hac lege* & *conditione*; *ex ordine*, vel *in ordine.* Terent. Eunuch. *Pace quod fiat tua*, ſubaudi *cum*, teſte Donato. Lucanus lib. 1. *Aut hic errat nulla cum lege mundus.* Salluſt. de Repub. *Multi præterea cum bona ſpe adoleſcentes, ſicuti hoſtia, mactati ſunt.* » [Cæcil. *Quid narras barbare cum in-*
» *domitis moribus?* Ennius, *Optima cum pulcris animis*
» *Romana juventus.* Plaut. Pæn. *Cognoſco, cum quibus*
» *ingeniis ſimus*: idem Trin. *Amicus probus, & cum*
» *magna fide*: & Rud. *Cum iſtiusmodi virtutibus &*
» *operis qui natus ſit.* Claudus Quadrigarius in Annal.
» *Silentio facto, cum voce maxima inclamat.*] Plaut. Menech. *Magna cum cura ego illum curari volo.* Cicero de Senect. *Neque vero in armis præſtantior, quam in toga.* Virgil. *Horridus in jaculis*: idem, *Cæſis prius de more juvencis*: idem, *Cunctis ex more vocatis.* » [idem,
» *Pugnataque in ordine bella Fecerat.* Cicero, *Collocare*
» *aliquid ex ordine*; *Sententiæ ex ordine dictæ*: *Si in*
» *ordine ſtantes notos videris.* Plaut. Rud. *Reſponde ex*
» *ordine.*]

Per, vel Ante, vel In. In tempore, ſi ſit accuſativus, deeſt *Per* vel *Ante*; ut, (16) *Centum vixit annos*: *Quar-*

(16) *Centum vixit annos.*] Sic Sall. Jug. 63. *Natus atque omnem pueritiam Arpini altus.* cap. 91. *Noctemque totam itinere facto conſedit.*

Digitized by Google

Quarto Calendas. Cic. *Hunc per decem annos aluimus contra nos.* » [In Priapejis, *Per noctes aliquot dieſque ceſſo.* » Propert. *Jurabo bis ſex integer eſſe dies*, pro, *per* dies. » *Abhinc tres annos*, ſubaudi *ante*, *Abhinc tribus annis*, » ſubaudi *in*]. Hæc docet Priſcianus lib. 18. Fallitur igitur Eraſmus in copia Rer. & Verb. cap. 150. Horat. *Quid in unum vivat*, *& plures* : idem 2. epiſt. *Sed in longum tamen ævum manſerunt.* » Plaut. Bacchid. *Meretricem* » *ſibi conduxit hunc annum.*

» Ad, vel Circa. In accuſativo temporis deeſt etiam » *Ad*, vel *Circa.* Plaut. Amph. *Qui hoc noctis ſolus am-* » *bulem*, pro, circa hoc tempus noctis. Idem Aſin. *Ad* » *hoc diei tempus dormitaſti in otio* : (17) *non pudet homi-* » *nem id ætatis ſycophantias ſtruere* : pro quo alias dicit » *Homo iſta ætate.* Cicero, *Venit ad me id temporis, ut* » *retinendus eſſet* : *Venias ad id tempus, quod ſcribis* : *Ad* » *breve tempus durare.*]

In,

ſedit. Orat. 1. ad Cæſ. *Nullam noctem ſine ſcorto quieſcere.* Nepos Cim. 4. *Quod facere nullum diem prætermiſit* Milt. 7. *Cherſoneſi omnes illos, quos habitarat annos, perpetuam obtinuerat dominationem.* Cic: de Offic. I. 1. *Te jam annum audientem Cratippum.* Catil. I. 2. *Vigeſimum jam diem patimur.* IV. 4. *Eos punctum temporis frui vita non putas oportere.* Famil. VI. 5. *Ne punctum quidem temporis in iſta fortuna fuiſſes.* IV. 3. *Afui magnam partem conſulatus tui.* Cæſar B. Gall. III. 23. *Qui una cum Q. Sertorio omnes annos fuerant.* Plautus prol. Aulul. 4. *Jam multos annos eſt, quum poſſideo.* Bacchid. V. 1. 11. *Eam ſibi hunc annum conductam.*

(17) *Non pudet hominem id ætatis.*] Sic Plautus Merc. II. 2. 19. *Quid tibi ego ætatis videor?* Terentius Phorm. II. 4. 4. *quidve ſit ſententiæ.* Adel. V. 8. 16. *Idne eſtis auctores mihi?* Sueton. Ner. 26. *Nunquam poſtea ſe publico illud horæ commiſit.* Galb. 14. *Negligentior, quam conveniret Principi electo, atque illud ætatis.* Tacit. Ann. V. 9. *Corpora id ætatis.* XII. 12. *Armeniam id temporis importunam.* cap. 18. *Nemo aderat id auctoritatis.* Sic *id genus* paſſim, pro, ejus generis, Vide Sueton. Claud. 34. Tito 7. extr. & Domit. 4. extr. Ceterum addidi in his nonnulla, quorum ſimilis eſt ratio Conſtructionis, quæ Accuſativorum tali modo Tempus notantium. Ne quis cavilletur *Me* pro *Accuſativo temporis* habere, in quo nulla Temporis ſignificatio ineſt.

Digitized by Google

In, vel De. Si tempus ſit in ſexto caſu, deeſt *In*, vel *De*, ut, *tribus annis*; *hora prima*. Cic. in Topic *Si filius natus eſſet in decem menſibus*. Cæſar, *De tertia vigilia*. Terent. Andr. *In diebus paucis, quibus hæc acta ſunt*, » [*Chryſis moritur*, id eſt, poſt dies paucos. Propert. » *Venturum paucis me tibi luciferis*, pro, in paucis diebus, » hoc eſt, poſt paucos dies, vel potius, *Cis paucos dies*, » ut Plautus loqui ſolet; cujus etiam ſunt iſta Pœnul. » (18) *Aruſpex dixit, nos paucis diebus fore liberas*: & » Pſeud. *In hoc triduo evolvam tibi hoc argentum*: & » Trucul. *Ego faxo me in diebus pauculis crudum virum* » *eſſe dicat.*]

Per, vel Ad. In Diſtantia, ſi ſit accuſativus, deeſt *Per*, vel *Ad*; ut, *ſex pedes altus*; *patet ulnas quatuor*. Lactant. de Phœnice, *Per bis ſex ulnas eminet ille locus*. Varro lib. 3. cap. 5. Ruſt. *Eſt lapis à ſalere pedem & dodrantem altus, ipſum ſalere ad duos pedes altum à ſtagno, latum ad quinque.*

In. Si Exceſſus vel Modus ſit in ſexto Caſu, deeſt *In*; ut, *paulo majora canamus*. Cic. 4. Acad. *Democritus huic in hoc ſimilis, uberior in cæteris*. idem pro Balbo, *In quo erat accuſatoris interpretatio indigna reſponſione.*

Ex.

(18) *Aruſpex dixit &c.*] Talia ſunt apud Cicer. Famil. X. 18. *Ipſe, ut ſpero, octo diebus, quibus has literas dabam, cum Lepidi copiis me conjungam*. Catil. II. 7. *Triduo audietis*. pro Archia cap. 4. *ſi LX. diebus eſſent profeſſi*. At de Senect. 14. *Qui his paucis diebus Pontifex Max. factus eſt*, de Amic. 4. *Perpaucis ante mortem diebus diſſeruit*. In quibus locis notandum, ſumi hanc quoque phraſin eodem modo, quo notavi ſupra hoc ipſo Capite accipi præpoſitionem *Sub*, & Præſentis Artis Grammaticæ Tempus. Nempe ut *pauci dies* intelligendi ſint modo de proxime præterito, modo de proxime ſequenti tempore. Quocirca ſæpe etiam additur *Ante* vel *Poſt*. De Offic. II. 22. *Multis annis ante*. De Senect. 6. *Mortuus eſt novem annis poſt meum Conſulatum*. Hinc Famil. XII. 25. *Quas literas mihi Cornificius altero viceſimo die, ut dicebat, reddidit*, ſcil. poſtquam datæ eſſent. Vide & ſupra pag. 207. 208. & quæ ſeq. Cap. notantur ad Voculam *Poſt*.

Digitized by Google

Ex. » [*Vocare aliquem nomine*, ſubaudi *Ex*. Plaut. » Stich. act. 1. ſc. 3. *Nam Miccotrogus nomine ex vero » vocor.*]

Cum. *Afficio te honore; proſequor te odio*; ſubaudi *Cum*. Livius lib. 9. dec. 4. *Proſecuti cum donis legatos ſunt*: idem lib. 2. dec. 1. *Decedentem domum, cum favore ac laudibus proſecuti ſunt*. Cic. Q. Frat. lib. 2. *Publicani Domitium* (19) *cum equis proſecuti ſunt*. Plinius epiſt. 159. *Mentionem alicujus cum honore ſummo proſequi*. » [Dictys » libro 3. *Non ejeciſtis, non cum deteſtationibus extra mu» ros proſecuti eſtis*.]

In. *Ibam via ſacra*, ſubaudi *In*. Cicero 3. Tuſc. *Qui miſer in campis mœrens errabat Aleis*. Terent. Eunuch. *Haud convenit una ire cum amica imperatorem in via*. Idem Heaut. *Qui nuper fecit ſervo currenti in via deceſſe populum*. Virg. *Et victis dominabitur Argis*, ſubaudi, *in Argis*. Lucan. 1. *Rarus & antiquis habitator in urbibus errat*.

A, vel Ab, vel E. In cauſa efficiente deeſt *A*; ut, *Palleo metu; horres frigore*. » [Plaut. Caſ. *Mihi inanita» te inteſtina murmurant*. Catull. *Corpora cornu ſicciora, » ſole, frigore, & eſuritione*. Liv. 10. *Ab ultima ſpe di» micantes*: & lib. 7. *Linguam ab irriſu exſerens*. Plaut. » Capt. *Satis dolui ex animo*: & Ciſt. *Doleo ab animo, » doleo*

(19) *Cum Equis proſecuti.*] Cæſar plerumque omittit Præpoſitionem. B. Gall. II. 19. *Præmiſſo equitatu, ſubſequebatur omnibus copiis*. Ibid. *ſubito omnibus copiis provolaverunt*. cap. 29. *Atuatici quum omnibus copiis auxilio Nerviis venirent*. cap. 33. *tertia vigilia omnibus copiis repente ex oppido eruptionem fecerunt*. IV. 24. *At barbari, præmiſſo equitatu, reliquis copiis ſubſecuti*. Et ſic alibi paſſim. Corn. Nepos Milit. 4. *auderi adverſus ſe tam exiguis copiis dimicare*. Pelop. 2. *Magnæ ſæpe res non ita magnis copiis ſunt geſtæ*. Reg. 1. *quod maximis poſt hominum memoriam exercitibus terra marique bellum intulit Græciæ*. Sall. Jug. 38. *Nocte intempeſta, multitudine Numidarum Auli caſtra circumvenit*. Sulpicius Severus II. 21. *qui magnis copiis in conflictum deſcenderit*. Ubi quam male Vorſtius *Legendum fortaſſe, Cum magnis copiis*, cenſeat, liquet abunde ex ſuperioribus. Similia ex Livio vide apud Gronovium Patrem ad Livium XXV. 22.

» *doleo ab oculis, doleo ab ægritudine.*] Cic. Acad. *Mare nunc, quia à ſole collucet, albeſcit, & vibrat.* [Ovidius in Arte, I. 724. *Candidus in Nauta turpis color: æquoris undâ Debet, & A radiis ſideris, eſſe niger*, ubi additur τὸ A in uno, at in altero per Ellipſin omittitur. Ibidem v. 510. *A nulla tempora comptus acu*, ubi additur inſtrumento. At per Ellipſin omittitur A vel EX apud Plautum Amphitr. III. 1. 8. *Ut pariat, quod gravida eſt Viro, & Me quod gravida eſt.*] Ovid. 1. Metam. *Pluvioque madeſcit ab Auſtro.* ibid. *Poſtquam vetus humor ab igne Percaluit ſolis.* idem 2. Faſt. *Sed tamen à vento, qui fuit, unda tumet.* Silius lib. 6. *Lenta proclamat ab ira.* Sic *horreo à frigore.* Apulejus lib. 4. Metamorph. *Sed à gloria non perivit.* Terent. Andr. *Laborat è dolore.*

Ab. Terent. *Stulto intelligens quid intereſt*, id eſt, ab ſtulto. [Vide Me ſupra III. 5. 4.] *Negant à falſis intereſſe viſa.* » [Paulus Juriſc. leg. 21. ff. quando dies » legat. cedat, *Nec multum intereſſe tale legatum ab hoc;* » *Si hæres erit, dabo*: & leg. 4. §. penult. ff. de doli » except. *Diſtat aliquid doli exceptione.*] Horatius, *Abeſt virtute diſerti Meſſalæ*, id eſt, à virtute. Ovid. 4. Triſt. eleg. 1. *Imus ad inſignes urbis ab arte viros*, Cic. lib. 12. epiſt. 1. *Ab illo ſordidiſſimo periculo tuti futuri.* Plaut. Truc. *Ab ingenio eſt improbus.* Terent. Phorm. *Otioſum ab animo.* Sic dicimus, *Virtute præditus*, ſubaudito *ab*, vel *cum.*

De. *More hominum facis; amicorum conſilio feci; Mea ſententia, meo judicio*, ſupple *De.* Cicero, *De amicorum ſententia Roſcius Romam confugit*: idem, *idque de meo conſilio*: idem Attic. *Nihil faciam, niſi de ſententia tua*: idem, *Flere de morte alicujus.* Plaut. Capt. *Rem de compacto geri*: idem Menech. *Jube te piari de mea pecunia*: idem Epid. *Quibus de ſignis agnoſcebas.* » [Virg. *Compoſito rumpit vocem*, ſubaudi *de.*

» Ob, vel Propter. Virgilius, *Me diſcedere flevit,* » ſubaudi

» (20) ſubaudi *ob*, vel *propter*. Plautus, *Mœſtus eſt, ſe has ædes vendidiſſe: Ægrotus eſt te videre*. Terentius, *Deſine Deos obtundere gratulando, inventam eſſe gnatam tuam*, id eſt, propter inventionem filiæ. Livius 29. *Civitatem religio invaſit propter crebrius eo anno de cœlo lapidatum*, ſubaudi *eſſe*.]

(20) *Subaudi Ob, vel Propter.*] Sic Gellius IX. 3. *Quod ego Diis gratiam habeo.* Salluſt. Orat. 1. ad Cæſ. *Id certatum eſſe, ut &c.* Cicero Famil. II. 10. *Mi Ruſe, vigila, primum, ut mihi ſuccedatur, ſin id erit ſpiſſius, illud*, ſcil. vigila, *ne quid temporis mihi prorogetur.* Terent. Hec. IV. 2. *Tibi me eſſe ſuſpectam, propter meos mores uxorem tuam abiiſſe.* Suplic. Sev. II. 7. *Reus conſtituitur, edicto Regis non paruiſſe.*

CAP. VII.

Adverbiorum & Conjunctionum Ellipſis.

ÆQuè in comparationibus parium ſubauditur: Plaut. Bacchid. *Quem amicum ratus ſum, atque ipſus ſum mihi*: » [& Perſ. *Tu meum ingenium fans non didiciſti*, (1) *atque infans*. Catull. *Cur non piſtrino traditur, atque aſinus?* pro, *æquè atque*, aut, *ſicut aſinus*. In Priapejis, *Quæ ſucco caret, atque petra pumex*, id eſt, *ſicut pumex*, *inſtar pumicis*. Lucil. *Calidiſſima, & olerum bene plena, atque anſeris collus*: idem, *An ego te, equam atque animoſam, Theſſalam, & indomitam, frenis ſubigamque domemque?* pro, *ſicut equam animoſam*. Priſcianus lib. 18. teſtatur *Latine dici*, *Facio, atque feci ante*, *pro*, *ſicut feci ante*.]

An,

(1) *Atque infans.*] In hoc Plauti loco, qui eſt Perſa II. 1. 7. neutiquam intelligitur *æque*, ſed vel *magis*, vel nihil omnino: quum in hiſce contrariis ſæpe etiam talis copula ſoleat addi vel intelligi, ut *Velis, nolis*; *fas, nefas*; Sic ergo & *fans, infans*, & cum copula, *fans atque infans*, poterit dici.

An, vel Ne. Terentius, *Melius, pejus, proſit, obſit, nihil vident, niſi quod lubet*, ſubaudi *an, ne, vel.* Plinius, *Studes? an piſcaris? an ſimul omnia?* pro, *ſtudeſne.*

Aut, vel Seu. *Velis, nolis; ſcias, neſcias*, ſubaudi *aut*, ſeu *ſive*. Cic. *quatuor, ad ſummum quinque, ſunt inventi, qui Milonis cauſam non probarent.*

Enim, vel Nam, vel Quia. Terentius, *Hæc quum illi Micio dico, tibi dico, tu illum corrumpi ſinis*, pro, *tu enim.* Virgil. *Nec ſum adeo informis, nuper me in littore vidi*: idem, *nimium ne crede colori: Alba liguſtra cadunt*, pro, *Quia.*

Et, vel Atque. *Hac, illac; extra, intra*; (2) *æqui, boni; optimus, maximus; uti frui; dare legare*; ſubaudi *Et.* Vide Adrian. Card.

Etiam. *Non ſolum elegans, ſed facetus*, ſubaudi *Etiam.* Vide *Non.*

Igitur, vel Ergo. Ovid. *Hunc quoque, ſiderea qui temperat omnia luce, Cepit amor Solem, Solis referamus amores*, id eſt, *Solis igitur.* Terent. *Hac non ſucceſſit, alia aggrediemur via.*

Ita. *Faciam, ut jubes*, ſubaudi *ita*, vel *ſic.* Horat. *Ut tu Fortunam, ſic nos te, Celſe, feremus.* Plautus, *Ut velis eſſe me, ita ero.*

Hic acriter advertendum eſt, non poſſe in oratione poni

(2) *Æqui, boni.*] Intelligitur in his omnibus copula, quæ ideo ſæpe etiam additur. Plaut. Curcul. I. 1. 65. *Nil æqui bonique ab eo impetrare queo*; Florus I. 22. *Vehementius æquo bonoque cum Senatu certatum eſt.* Salluſt. Catil. 20. *Ceteri omnes, ſtrenui, boni, nobiles atque ignobiles, vulgus ſumus*: quem locum male tentant Muretus & Ciacconius. Cap. 30. *quibus omnia, honeſta atque inhoneſta, vendere mos erat.* Tacit. Hiſt. II. 56. *In fas nefasque avidi.* Nihil ergo mutandum in Salluſtio Catil. 11. *Avaritia ſemper inſatiabilis eſt, neque copia neque inopia minuitur*, ubi Meurſius (probante Carolo ad Gellium III. 1. qui Auctor hæc verba Salluſtii eodem iſtic modo citat) delet poſterius *neque*, & ex Ablativo *inopia* facit Nominativum, ſed male.

Digitized by Google

poni *ita* vel *ſic*, quin continuo ſubaudiatur (3) *ut* vel *uti*; nec item poſſe poni *ut*, cui non reſpondeat *ita* vel *ſic*. Virgilius 4. Georg. *Ut binæ regum facies, ita corpora gentis.* In illis porro tritis, *Ita Neptuno viſum eſt*; *Sic viſum Superis*; *Sic fatur*; *Ita fatur*; etiam deeſt *Ut*, quaſi dicas, *Ita fatur, ut diximus*, aut *dicemus*. Item quum precamur, *Sic tibi ſit felix iter.* Martial. lib. 7. *Sic me fronte legat dominus, Fauſtine, ſerena*, &c. *Ut mea nec juſte* &c.

Magis, vel Potius. Plaut. *Tacita ſemper bona eſt mulier, quam loquens*, id eſt, *magis bona.* » [Livius 3. » *Claudii oratio fuit precibus, quam jurgio, ſimilis.*] Sæpe Græcis deeſt μᾶλλον, id eſt, *magis*: unde illud, *Bonum eſt confidere in domino, quàm in principibus.* Terent. *Si quiſquam eſt, qui placere ſe ſtudeat* (4) *bonis, quam plurimis*, id

(3) *Ut vel Uti.*] Aliquando etiam *Si.* Sueton. Tiber. 2. *Precata propalam, ut ita demum ſequeretur, ſi ſibi pudicitia conſtaret.* Claud. 25. *Populi R. Seleuco Regi amicitiam ita demum pollicentis, ſi conſanguineos ſuos, Ilienſes, ab omni onere immunes præſtitiſſet.* Plinius Paneg. 68. *Ut ita demum Te Dii ſervent, ſi bene Remp. rexeris.*

(4) *Bonis, quam plurimis.*] Non ignoro equidem, ſic eum locum diſtingui & exponi à multis Interpretum, etiam antiquis. Omnino tamen Ego arbitrer, argutiorem eſſe illorum ſententiam, quam veriorem. Nempe quum diverſi ſint hominum etiam optimorum ſenſus, ac difficile ſit ipſi Jovi, ut dicitur, placere *omnibus*, idcirco ſe ex illis eſſe ait Terentius, qui ſtudeant placere *bonis, quam plurimis* poſſit. Ceterum τὸ *Magis* aut *Potius* ſæpe etiam omitti per Ellipſin, paſſim obſervarunt eruditi. Vide Voſſium de Conſtruct. cap. 61. Adde Corn. Nepotem in Datam. 8. *ſtatuit congredi, quam cum tantis copiis refugere.* Attic. 13. *Diligentia, quam pretio parare.* Vide ibi Notas Schotti. Pomp. Mela. III. 10. *Quos ſerpere, quam ingredi, referunt.* Tac. Ann. II. 5. *Tanto plura tribui par fuiſſe, quanto prima fors negaviſſet.* Hiſt. I. 14. *Ea pars morum ejus, quo ſuſpectior ſollicitis, adoptanti placebat.* II. 99. *Quantumque hebes ad ſuſtinendum laborem miles, tanto ad diſcordiam promptior.* de Germ. 6. *Cedere loco, dummodo rurſus inſtes, conſilii, quam formidinis arbitrantur.* Plinius Panegyr. 73. *Nam quanto magis a te reprimebatur noſtrum gaudium, exarſimus, pro tanto magis exarſimus.*

Digitized by Google

ſid eſt, *bonis potius, quam plurimis*, id eſt, malis. Tacitus 4. Ann. *Agrippa claris majoribus, quam virtutibus:* idem 1. Ann. *Et pacem, quam bellum probabam.* Plautus Menech. ſc. Nimis. *Quin vidua vivam, quam tuos mores perferam.* Vide *Prius.*

Ne. *Cave cadas; cave faxis*, ſupple *ne.* Unde fallitur Valla, & alii. Cicero, *Nonne caveam, ne ſcelus faciam.* Plaut. *Tu cave, quadraginta accepiſſe hinc ne neges.* Terent. *Etiam caves, ne videat te aliquis.* Vide *Ut.*

» [*Neque Cicero hoc mihi perſuaderet*, ſubaudi *neque* » *quiſquam alius*: nam, ut in pro Scauro ait Aſconius, » *Neque eſt conjunctio disjunctiva, & ſemper poſtulat, ut* » *rurſus inferatur, ut, Neque hoc, Neque illud*: addit » mox, *Neque ignoro, aliquando hoc verbum, ut* Vel, » *ſemel poni.* Cic. pro Scauro, *Ac neque Aquilius illius* » *Craſſi factum potuit imitari*: ubi ſubauditur, *neque quiſ-* » *quam alius.* Vide *Vel.*]

Non. Poſt *Non modo, Non ſolum, Non tantum*, dum Oratio dubia non ſit, deeſt *Non*, ut ſi dicas, (5) *Alexander*

(5) *Alexander non modo &c.*] Vade tamen ego dubitem de ſinceritate iſtius locutionis ſeu Ellipſeos, in qua poſt *Non modo* ſequitur affirmativa, ſeu *ſed etiam.* Nam huic quidem nulla ſubeſt ratio, quæ abunde adeſt, quum ſequitur negativa, *ſed ne*, quumque unum eſt Periodi Verbum, quod cum negatione conjunctum ad utrumque ejus membrum referri poteſt & debet. Et enim quum dicitur, *iſta non modo homines, ſed ne pecudes quidem ipſa paſſura videntur*, τὸ *Ne* exponi ſeu dividi debet in *Etiam non*, & τὸ *Non* referri ad verbum ipſum *videntur.* Jam vero ſicuti, ſi Affirmando dicam, *Iſta non modo pecudes, ſed etiam homines, videntur paſſuri*, eorum in conſtructione & expoſitione verbum illud *videntur paſſuri*, quaſi bis poſitum haberi debet: ſic in Negando, *iſta non modo homines, ſed ne pecudes quidem*, vel, quod idem eſt, *ſed etiam pecudes, non videntur paſſura*, bis iſtic quoque poſitum cenſetur Verbum cum ſua negante particula; atque adeo in priore parte intelligitur, ut per Ellipſin omiſſum, non tantum illud *Non*, ſed integrum illud *Non videntur paſſuri.* Manifeſta ſic eſt hujus Ellipſeos ratio. At quam mihi dabis, Ut in priore parte intelligam non modo Verbum, quod in

der non modo parcus, ſed etiam fuit liberalis, id eſt, *non modo*

in poſteriore exprimitur, ſed etiam Negationem una cum Verbo, quæ tamen illic nulla eſt Verbo addita, nec ex natura vocabulorum aut locutionis hujus recte poteſt peti; aut Ut in priore parte intelligam Negationem ſolam ſine Verbo, quando illa aliud jam habet Verbum: veluti, quod Valla adfert, *non modo* (pro *non modo non*, ſicut omnino dicendum eſt) *abſolvo hunc, ſed ne levi quidem pœna cum eo tranſigendum puto.* Ferri tamen hoc poſterius aliquando poſſit, quando ſcil. in eadem re a minori proceditur in negando ad majus. Et ita apud Livium xxv. 26. in deſcriptione graviſſimæ peſtilentiæ; *poſtremo ita aſſuetudine mali efferaverant animos, ut non modo lacrymis juſtoque comploratu proſequerentur mortuos, ſed ne efferrent quidem aut ſepelirent.* Minus erat *non proſequi mortuos comploratu*, Majus *non efferre eos, aut ſepelire.* Sola ergo negatio majoris retrahitur illic ex poſteriore membro etiam ad Minus in priore. Ferri itaque hoc poſſit in tali negatione: at quando ſequitur *ſed etiam* affirmativum, id vero qui ulla ex parte ferri aut explicari analogice queat, non video. Adferuntur tamen exempla tum hic à Sanctio, tum à Mureto in Variis. At ego illa, cum ſint pauciſſima reſpectu aliorum, nullus dubito vel corrupte edi, vel perperam citari, vel male explicari. Varronis locus haud dubie corruptus eſt, deſideratque voculam *Non.* Quæ Muretus adfert loca ex Cicerone de Officiis, alterum ex lib. II. cap. 13. alterum ex lib. III. cap. 18. aliter hodie, certe in edd. Gruteri & Grævii eduntur; ſcilicet ut Negatio in priore parte bis exprimatur. Duo alia loca, quæ hujus generis ſola ſuperſunt, perperam expoſuit. Veluti Catil. 1. cap. 3. *Nihil agis, nihil moliris, nihil cogitas, quod ego non modo audiam, ſed etiam videam.* Senſus eſſe debet, ſi ſic legatur: quæ tu in ſecreto agis, ea non modo ſcio, ut audita, ac ab aliis relata, & ita quodammodo adhuc incerta, ſciri ſolent, ſed etiam adeo cito & certo reſciſco, quaſi præſens intereſſem & viderem omnia. Minus utique eſt audire res ab alio geſtas, quam præſentem videre eas, & idcirco accipienda hæc, quaſi tali modo diſtincta legerentur, *quod ego non, audiam modo, ſed, etiam videam*, pro *ſed non etiam videam:* ut adeo negatio alia non tam in priore membro quam in poſteriore ſit intelligenda, & ex priore repetenda; ſeu ut Negatio unica ad utrumque membrum ſit referenda. Sed tamen & hic alterum *Non* reperitur non modo ante *Audiam*, ſed & ante *Videam*, tum in ed. Gruteri, tum in Vet. libb. Cujacii, Obſerv. XII. 32. Et certe utrobique eodem modo vel abeſſe vel adeſſe debet, atque adeo prorſus diverſa eſt hæc locutio ab illis Sanctianis & Muretianis reliquis, in quibus in poſteriori membro eſt affirmatio, nec intelligi debet ulla negatio,

 quum

modo non parcus. Cicero 1. Catil. *Ut jam iſta non modo ho-*

quum hic, ſi in priore, etiam in poſteriore ſit intelligenda, quaſi diceretur, *quod ego non modo non audiam, ſed etiam non videam*: immo in poſteriore ſit omni modo intelligenda, etiam ſi in priore non intelligatur alia, quam quæ iſtic exprimitur, ut modo oſtendi faciendum. Verius tamen & rectius crediderim, ut longe eſt expeditius, inſeri his duplex *non*, cum ante *audiam*, tum ante *videam*. Alter locus eſt ex orat. pro Cœlio: *Hæc genera virtutum non ſolum in moribus noſtris, ſed vix jam in libris reperiuntur.* Non inſpexi locum, quia verba per ſe mihi patent aliter interpretanda. Nam vel accipienda eſt vocula *vix*, ut bis poſita, hoc modo, *non ſolum vix in moribus noſtris, ſed vix jam in libris reperiuntur*: vel potius reſolvenda eſt ſignificatio ejus in *ferme non, pene non*, æque ac *Ne*, quum ſequitur, in *etiam non*; & ſicuti ſæpe alias faciendum eſſe conſtat inter Eruditos, maxime vero in Negativa ejuſmodi ſententia. Ita exempli gr. *Negat* in expoſitione & conſtructione accipiendum eſt ſæpe, tanquam ſi ſcriptum eſſet, *Non dicit*, vel *dicit non &c.* Auct. ad Heren. IV. 20. *Negat ſe accedere poſſe, nec ædificare etiam nunc audere.* Suet. Claud. 15. *Negans cognitionis rem, ſed ordinarii juris eſſe.* Clarum hæc exponi non poſſe, niſi ut reſolvantur negationem complectentia vocabula, ut ita non integra eorum ſignificatio, ſed dimidia pars ad alterum quoque membrum poſſit referri. Immo in priore loco dividenda eſt non tantum vox *Negat*, ſed & Vocula *Nec*; Senſus enim poſterioris membri eſt, *Et Dicit, Non audere ſe* &c. Sic igitur & ita Ciceronis loco pars ſignificationis τοῦ *Vix*, quæ eſt *Non*, conjungenda cum ipſo Verbo, & ita ſimul cum iſto Verbo intelligenda in priore iſtius loci membro, quaſi dixiſſet, *non ſolum in moribus noſtris non reperiuntur, ſed ferme jam in libris non reperiuntur.* Plane uti negatio, quæ eſt in Vocula *Ne*, in ſenſu formando conſiderari debet, tanquam cum Verbo juncta, & cum illo ſimul intellecta in priore membro. Veluti *Iſta non modo homines, ſed ne pecudes quidem videntur paſſuræ.* Quorum ſenſus eſt, ut dixi; Iſta non modo homines, non paſſuri videntur, ſed etiam pecudes non paſſuræ videntur. Reſtat locus ab Auctore noſtro allatus ex Ciceronis Oratore. Is vero perperam ſimul exponitur & exſcribitur. Commendat iſtic Cicero parcimoniam Oratori in adhibendis figuris, ſed ita, ut tamen permittat & commendet ſimul dilectum. Proinde ait: *Nam ſicut in epularum apparatu a magnificentia recedens, non ſe parcum ſolum, ſed etiam elegantem, videri volet; eliget, quibus utatur.* Nempe Oratorem à tumore recedentem vult Cicero tamen, non eſſe Parcum tantum in figuris, ſed etiam & vel maxime Elegantem, ſeu *eligere, quibus utatur*, plane

ſicuti

Digitized by Google

homines, ſed ne pecudes quidem mihi paſſuræ videantur: ibidem, *Sed ita, ut non modo civitas, ſed ne vicini quidem proximi ſentiant*: idem Orat. *Nam ſi, ut in epularum apparatu, non ſe parcum ſolum, ſed etiam elegantem videri volet*. lib. 10. Attic. epiſt. 7. *Regnum non modo Romano homini, ſed ne Perſæ quidem cuiquam tolerabile*: idem in Orator. *Neque ſolum inſcientiam meam, ſed ne rerum quidem magnitudinem perſpicit*: & 1. Tuſc. *Mortuorum non modo vitæ commodis, ſed ne vita quidem ipſa quiſquam caret*. Varro lib. 8. ling. Lat. *Dicam de univerſa analogia, cur*

ſicuti qui à *magnificentia in epulis apparandis recedit*, non id ſimpliciter agit, ut Parcus, ſeu non amplius Magnificus, ſed etiam & inprimis, ut Elegans videatur. Neutiquam ergo iſtic *non parcus ſolum* ponitur pro, *non ſolum non parcus*, ſed e contrario dicitur eum velle videri jam *parcum*, ſed non ſolum, verum etiam *elegantem*. Sed non Sanctius modo, verum & Alii, Viri Doctiſſimi, quod miror, locutionem hanc, *Non modo*, ſequente *ſed etiam*, admittere potuerunt, licet nulla ejus dari poſſit ratio. Hinc apud Ciceronem pro Sulla cap. 2. *Statuerunt tantum illud eſſe maleficium, quod non modo non occultari per ſe, ſed etiam aperiri illuſtrarique debeat*, Gruterus ex uno MSto, quem tamen laudat, poſterius *non* vult expungi, ſed male prorſus. Sic Famil. VIII. 11. *Non modo non fecit, ſed quum de hoſtibus ageretur* &c. *tacuit*: ubi Manutius itidem ſuſpicatur ſcriptum *non modo fecit*. Vide Eum ad I. 9. & ad hæc verba, *non modo præmiis, ſed ne periculis quidem compulſus ullis ad eorum cauſam me adjungerem*: ubi multis hanc phraſin probat, ſequente *ſed ne*, ſed male exponit *non modo* per *nedum*, nec diſtinguit inter eam, ſive ſequatur, *ſed ne*, ſive *ſed etiam*. Durior paulo & turbatior eſt ordo hujus locutionis apud Livium XXXIV. 39. *nam propter anguſtias loci conſertamque turbam non modo ad emittenda cum procurſu, quo plurimum concitantur, tela, ſpatium habebant, ſed ne, ut de gradu quidem libero ac ſtabili conarentur.* Longe clariora hæc & concinniora forent, ſi illa, *ſpatium habebant*, in extremum periodi fuiſſent rejecta. Sed ſimiliter fere Cicero Philipp. II. 41. *quos clientes nemo habere velit, non modo eſſe illorum cliens.* Nam & iſtic ex priore membro ad poſterius quoque referendum illud *nemo velit*. Sed & ſic fere Idem Famil. 1. 9. *nullum meum minimum dictum, non modo factum, pro Cæſare interceſſit, quod ille non ita illuſtri gratia exceperit, ut*, &c. ubi itidem ex ſuperioribus repetendum *nullum meum minimum*, ſicuti ex poſterioribus ad utrumque membrum referri debet, *pro Cæſare interceſſit.*

cur non modo videatur eſſe reprehendenda, ſed etiam cur in uſu quodammodo ſequenda. Latius hæc Muretus libro 10. cap. 7. Variarum. Accipe rurſus (6) teſtimonia integræ locutionis. Cicero de Senect. *Quia non modo vituperatio nulla, ſed etiam ſumma laus ſenectutis eſt*: ibid. *Nec ſolum non moleſta, ſed etiam jucunda*: ibidem, *Sed videtis, ut ſenectus non modo languida atque iners non ſit, verum etiam operoſa, & ſemper agens aliquid & moliens*: idem

(6) *Teſtimonia integræ locutionis.*] Diverſæ ſunt hæ locutiones, inque iis ideo exprimitur in priore membro negatio, quia in poſteriore eſt ſenſus affirmans, non negans, nec proinde ex poſteriori membro in prius illud revocari poteſt ulla negatio, ſeu potius ex ultimis totius ſententiæ non poteſt ſimul commune verbum & communis negatio in utrumque membrum dividi, ut fit in ſuperioribus locutionibus, in quibus in poſteriore membro occurrit *ſed ne.* Non ergo reprehendi hic debebat Valla, qui d. l. recte ait, *At quoties dictionibus quædam adeſt contrarietas, non poſſis tollere alteram negationem*, h. e. tunc in priore membro, in quo occurrit *non ſolum*, non recte omittitur per Ellipſin altera negatio, ſed omnino exprimi tunc debet, quia ſenſus poſteriori contrarius eam poſtulat. Quæ vera eſt obſervatio, quam videas velim apud ipſum Vallam. Male tamen ibidem incuſat ille Boëthium, tanquam vitioſe locutum lib. 3. in Ciceronis Topica, *ſi non confuſe ſolum, verum etiam diſtributim & ſuarum partium proprietate noſcantur.* Putat dicendum, *non ſolum non confuſe.* Sed non intellexit Boëthium, cui *confuſe noſcere* eſt noſcere generaliter ſumma rei alicujus capita, quod longe utique minus eſt, quam rem noſcere particulatim, & per ſingularum ejus partium proprietatem: atque ita recte progreditur Boëthius per *Non ſolum, ſed etiam*, a minore cognitione ad majorem. Contra Lactantius lib. 1. progreditur a majore ad minus: *Quis enim mentis emotæ non modo futura prædicere, ſed etiam cohærentia poſſit loqui?* Nulla hic culpa librarii, nulla Lactantii. Oratio eſt interrogans, quæ involvit negationem rei interrogatæ. Jam in Negatione directa prius utique negamus in rebus facultatis difficiliora, & ita progredimur ad neganda etiam faciliora. Veluti, *Homo emotæ mentis non modo futura prædicere non poteſt, ſed etiam cohærentia loqui non poteſt.* Vel, ut ex uſu Linguæ & ſuperiorum locutionum ſolebant Veteres, *Homo em. mentis non modo futura prædicere, ſed ne cohærentia quidem loqui poteſt.* Apud Lactantium ergo nihil mutandum, & *non modo* ponitur eo iſtic ſenſu, quo dici potuiſſet, *non dicam futura prædicere, ſed cohærentia poſſit loqui.*

Digitized by Google

idem pro Coel. *In quo non modo crimen non hærebat, ſed vix diſerti adoleſcentis cohærebat oratio*: idem pro Dejot. *Non modo tibi non ſuccenſet, verum omnem tranquillitatem,* &c. idem 2. Philip. *ut non modo non cohærentia inter ſe diceres, ſed maximè disjuncta atque contraria.* Nec tibi ego autor ſum, ut ſemper poſt, *non modo, non ſolum, non tantum*, ſuppleas [ſcil. in explicando] negationem: nam ſenſu integro poteris dicere, *Non ſolum dives eſt, ſed etiam doctus.* Cicero pro Planc. *Manlium non ſolum ignobilem, verum ſine virtute, ſine ingenio.* Hæc verius, quam Valla lib. 3. cap. 27.

Non ſolum. Quinctil. *Quum Ciceroni dormitare interim Demoſthenis oratio, verum etiam Homerus ipſe videatur*, ſubaudi *non ſolum.* Cic. *Urget ille quidem, & Philotimus, & Cincius, ſed etiam ipſe crebro interviſo.*

Olim. Horat. in Arte, *Tibia, non, ut nunc, orichalco vincta, tubæque æmula, ſed*, &c. id eſt, Tibia olim non erat, ut nunc &c.

Poſt. Livius, *Quadringenteſimo anno, quam Urbs Roma condita erat*, (7) id eſt, poſtquam: » [idem, *Is duo-» decimo die, quam conſcenderant navem, Phaleram te-» nuit*:] idem, *Anno triceſimo altero, quam Roma condita erat*: idem, *Altera die, quam à Brunduſio ſolvit.* Cicero ad Terentium, *Poſtridie intellexi, quàm à vobis diſceſſi.*

Prius. Sæpè deeſt (8) particula *Prius*, ante vocem *Quàm.* Terent. Eunuch. *Omnia experiri, quàm armis ſa-*

(7) *Id eſt, poſtquam.*] Vel plenius, *poſt illam horam, ad quam* &c. Vide ſupra pag. 208. & 209. Sed & aliquando, licet rarius, omittitur ſimiliter *Ante.* Plaut. Men. prol. v. 62. *Eum hæredem fecit, quam ipſe diem obiit*, h. e. ante illam horam, ad quam diem obiit. Adde ſeq. paragraphi exempla, præter ultimum, in quo poteſt intelligi *Tā* vel *Magis.*

(8) *Particula prius.*] Aliquando etiam *potius.* Plaut. Men. V. 1. 26. *Quin vidua vivam, quam tuos mores perferam.* Gell. Noct. Att. II. 2. *Declinanda ſenſim, quam reſpuenda.* Deeſt aliquando etiam *Aliter.* Suet. Galb. 8. *Nunquam iter ingreſſus, quam ut ſecum ferret.*

Digitized by Google

ſapientem decet : ſed ibi legitur nunc, *Omnia prius.* Plaut. Amphit. *Gravidam ego illam hic reliqui, quam abeo.* Ita legit Janus Gulielmus in Quæſt. idem Plaut. Trinumm. *Conſit cito, quam ſi tu objicias formicis papaverem.* Vide *Magis.*

Quàm. Terent. Adelph. *Plus quingentos colaphos infregit mihi*, id eſt, plus quàm. Varro Ruſt. *Non minores oportet iniri bimas, ut trimæ pariant*, id eſt, quam bimas : idem, *Videndum ne ſint minores trimæ, majores decem annorum* : » [idem 2. Ruſt. in fine, *Non minus » habemus in centenas oves hirtas, ſingulos homines; in » pellitas, binos*; pro, non minus quam ſingulos, quam binos.] Terent. Eunuch. *Accede ad ignem hunc, jam caleſces plus ſatis*, id eſt, pluſquam ſatis ſit, ut notat Quinctilian. quamvis Donato videatur pleonaſmus. Idem ibid. *Plus millies audivi.* Plin. lib. 10. *Plus vicenaquina ova incubanda ſubjici vetant.* Livius, *Capta amplius duo millia hominum, minus duo millia circa muros cæſa.* Cicero pro Roſc. comœd. *Amplius ſunt ſex menſes.* ibid. *Amplius triennium eſt.* ibid. *Triennium amplius in adverſariis jacere pateris.* Plaut. Epid. *Plus jam ſum libera quinquennium.*

Quam ante. Deeſt & *Quam* poſt aliqua comparativa. Virg. *Triſtior, ac lacrimis oculos ſuffuſa.* Et, *Faciam te certiorem*, ſubaudi, *quàm antea eras.* (9) Nec audiendus eſt Quinctilianus, & alii, qui putant, comparativum poſſe accipi pro poſitivo. Terent. *Liberius vivendi fuit poteſtas*, ſupple *quam antea.*

Quam pro. Docent Grammatici, quaſdam eſſe comparationes obliquas, vel improprias; ut, *ditior opinione, triſtior ſolito, cogitatione citius, calceus major pede.* Sed in his & ſimilibus (10) crediderim deeſſe *quam pro.* Cic.

(9) *Nec audiendus eſt.*] Vide & ſupra pag. 221. 222. & quæ nos iſtic notavimus.

(10) *Crediderim deeſſe quam pro.*] Non adeo male hoc quidem, ſed tamen & illa ſolennis Comparationi vel Superlationi Ellipſis præpoſitionis *Præ*, ſtatui in

Cic. 13. Philip. *Plus etiam quam pro virili parte obligatum puto.* Livius lib. 10. dec. 3. *Major quam pro re lætitia*: idem lib. 1. dec. 3. *Pluribus ignibus, quam pro numero manentium, factis*: idem lib. 5. dec. 3. *Major, quam pro numero hominum, editur pugna.* Q. Curtius lib. 5. *Ventus majorem, quam pro flatu, ſonum edebat.* Integrè itaque dicemus, *veſtis major eſt quam pro corpore*; *calceus laxior eſt quam pro pede*, (11) vel *quam præ pede.*

Quamquam. Particula *Tamen* adverſantem aliam deſiderat.

in his quoque poteſt ac debet. Vide me ad pag. 192. Nec ulla eſt ratio, quare hic admittere nolimus illam, quam vocant Grammatici *Obliquam*, Comparationem, cum ſæpe in aliis locutionibus manifeſte ea deprehendatur. Veluti apud Juſtin. I. 7. *Nullus tamen fortunæ Candauli comparandus.* IV. 3. *Facinus nulli Tyranno comparandum.* Sall. Jug. 85. *Comparate nunc cum illorum ſuperbia me hominem novum.* Vide Gronovium Obſerv. IV. 8. Immo vero pleraque hujus locutionis ſeu Comparationis exempla reſpuunt ſupplementum ab Auctore propoſitum, nec aliud recipiunt, quam uſitatum illud *Præ.* Salluſt. ad Cæſ. *Ita ſibi quiſque alterius potentiâ carior erat.* Neutiquam potes hic intelligere *Quam pro*, ſed neceſſario debes *Præ.* Senſus enim eſt, quiſque ſibi ipſe erat carior, quam erat illi alterius potentia. Corn. Nepos Hannib. 12. *Plures præter conſuetudinem armatos apparere*, h. e. plures, præquam conſuetudo ferebat. Similiter Græci. Aelianus Var. Hiſt. IV. 20. de Democrito, κρείττονα ἀγερμὸν ἀγείρειν Μενελάου, h. e. quam fecerat Menelaus. V. 6. ex perſona Alexandri, ὅτι μείζονας ἀντιπάλους αὐτοῦ Κάλανος κατηγωνίσατο. ubi μείζονας αὐτοῦ non notat directe, *majores ipſo*, ſed oblique, *majores, quam quos ipſe Alexander vicerat.* Sic ergo & *ditior opinione* eſt idem ac *præ opinione hominum*, ſeu *quam eſt opinio hominum*, quod utrumque eodem ſenſu & æque recte dicitur.

(11) *Vel quam præ pede.*] Hoc vero ineptum, nec ullum habet ſenſum. At cum dicis, *Calceus eſt laxior quam pro pede*, ſenſus eſt, calceus eſt laxior præ ea menſura, ad quam eſſe debebat laxus pro pede, ſeu pro pedis magnitudine, h. e. ut aptus ſit pedi. *Calceus laxior præ pede* eſt laxior ſupra vel ultra pedis magnitudinem, aut menſuram: in qua locutione nullum habet locum vocula *Quam.* Auctor noſter confundit in Comparationibus *præ* & *pro*, tanquam ejuſdem, licet revera diverſæ, iſtic ſignificationis præpoſitiones. Vide & ſupra pag. 193. 194. & quæ ibi notavimus.

Digitized by Google

ſiderat. Cicero pro Arch. *Qui ſedulitatem mali poëtæ duxerit aliquo tamen præmio dignam*, id eſt, *quamvis mali*: idem pro Mil. *Qui nondum libera civitate, tamen populi Rom. comitiis liberatus eſt*: idem in epiſt. *Tamen à malitia non diſcedis.* Valla lib. 2. cap. 40. Vide *Tamen.*

Quaſi. Horatius. *Nec verbum verbo curabis reddere fidus Interpres*, id eſt, *quaſi fidus*; hoc enim eſt officium fidi interpretis, ut verbum verbo reddat. Idem, *vixiſſet canis immundus*, id eſt, *quaſi*, *tanquam*, ſeu *veluti canis.* Vide *Tanquam.*

Sive. Catull. in Phaſelo, *Læva, ſive dextera*, pro, *ſive læva, ſive dextera.* Hor. *Cantamus, vacui, ſive quid urimur.* idem, *Quo non arbiter Adriæ major, tollere, ſeu ponere, vult freta.* idem, *Et Sthenelus ſciens pugnæ, ſive opus eſt imperitare equis.* » [Propert. 2. eleg. 26. *Seu* » *mare per longum mea cogitet ire puella, Hanc ſequar,* » *& fidos una aget aura duos.* Ubi *Seu* ſemel tantum po» nitur, (12) & ſignificat *etiam,* ſicut *Vel* ſemel poſitum. Vide *Vel.*]

Sed. Horat. *Qui fit Mæcenas, ut nemo ſua ſorte contentus vivat, laudet diverſa ſequentes?* pro, *ſed laudet.* Idem, *Multis ille quidem flebilis occidit, nulli flebilior quàm tibi, Virgili*, pro, *ſed nulli*: Idem in Arte, *Ex noto fictum carmen ſequar, ut ſibi quivis ſperet idem, ſudet multum, fruſtraque laboret, auſus idem*; pro, *ſed ſudet.*

Si. Horatius, *Decies centena dediſſes huic parco*, ſubaudi, *ſi dediſſes.* » [Catullus, *Utor tam bene, quam mi*» *hi pararim*, ſubaudi *ſi.* Plaut. Pſeud. *Si mihi dare vis* » *pecuniam, magis erit ſoluta, quam ipſi dederis*, pro *quam* » *ſi.* Lucretius, *Scipio oſſa dedit terræ, proinde ac famul*» *in-*

(12) *Et ſignificat etiam.*] Immo aliquid amplius. Scilicet ponitur pro *Vel ſi*, h. e. etiamſi, licet. Sic *Vel ſi* apud Cicer. Famil. V. 12. *Quæ vel ſi nulla ſint, nihilo ſunt tamen obſcuriores clari Viri.* Jam ex *Vel ſi* compoſita & contracta ſunt *Sive* & *Seu*, ut *Neu* contractum eſt ex *Neve.*

Digitized by Google

» *inſimus eſſet*, pro, *ac ſi*: idem lib. 6. *Ubi ſe quiſque* » *videbat Implicitum morbo, morti damnatus ut eſſet*, pro, » *ut ſi eſſet damnatus.*] Cic. Parad. *Poſcit, dandum; ejicit, abeundum; minatur, extimeſcendum*; id eſt, *ſi poſcit.* Terent. *Negat quis, nego; ait, ajo*: idem Phorm. *unum cognoris, omnes noveris*: idem Heaut. *Rectum eſt, ego ut faciam; non, ut deterream*; id eſt, *ſi rectum eſt, ut ego itidem faciam; ſi non eſt, ut te deterream*: Sic enim ego ante Faërnum diſpunxi. Horat. 1. Carm. *Sapias, vina liques*, (13) id eſt, *ſi ſapies.*

Sic. Horat. epiſt. 18. *Ut Matrona meretrici diſpar erit atque diſcolor, infido ſcurra diſtabit Amicus*, id eſt, *ſic infido* &c. Idem Satyr. 1. *Dives, ut metiretur nummos*, id eſt, *ſic dives*, vel *ita dives*, ut infra, *ita ſordibus, ut ſe*, &c.

Tamen. Terent. Adelph. *Quanquam eſt ſceleſtus, non committet hodie iterum ut vapulet*, id eſt, *non tamen committet.* » [Virgil. *Quod cum me ſæpe rogaret, Non tulit* » *Antigenes, & erat tum dignus amari*, pro, *& tamen* » *erat.*]

Tanquam. Apud Horatium » [& Virgil.] ſæpè & elegantiſſimè deeſt *Tanquam*, vel *quaſi.* » [Virg. 1. Æ- » neid. *Ipſe ignotus, egens, Libyæ deſerta peragro*, ubi » Servius; (14) *deeſt* Quaſi: *nam contrarium eſt, quod* » *paulo prius de ſe dixerat Æneas*, Fama ſuper æthera no- » tus. *Facit autem hoc frequenter Virgilius, ut hanc parti-* » *culam ſubtrahat*; *ut*, Medias inter cædes exſultat Ama- » zon, *pro, quaſi Amazon*: *nam Camilla Volſca fuit.*] Hor. Oda 7. lib. 1. *Sic tu ſapiens finire memento triſtitiam*:

(13) *Id eſt, ſi ſapies.*] Abſonum hoc eſt, quum legatur iſtic *ſapias*, ut ipſe etiam Sanctius hic exhibet. Horatius autem Od. I. 11. monet Leuconoen, ut *ſapiat*, h. e. tempore ſuo utatur, &, dum licet, genio indulgeat.

(14) *Deeſt Quaſi.*] Non erat id opus hic quidem loci. Dicit enim Æneas iſtic ſe, non omnino & omnibus ignotum, ſed ignotum in Libyæ deſertis, licet alibi eſſet *fama ſuper æthera notus.*

Digitized by Google

tuam: epiſt. 2. lib. 1. *Quæ ſi cum ſociis ſtultus cupiduſque bibiſſet*, id eſt, *tanquam ſtultus*; Ulyſſes enim non dicitur ſtultus. Oda 26. l. 1. *At tu nauta vagæ ne parce malignus arenæ particulam dare*, id eſt, *tanquam malignus*; Oda 13. libro 4. *Ludiſque, & bibis impudens*; Epiſt. 15. lib. 1. *Quod me Lucanæ juvenem commendet amicæ*, id eſt, *tanquam juvenem*; nam ſenex erat. lib. 1. epiſt. 2. *Vivendi qui rectè prorogat horam, Ruſticus expectat, dum defluit amnis*, id eſt, *tanquam ruſticus*. Vide *Quaſi*.

Vel particula ſæpè ſubticetur, ut diximus in particula *Aut*. Sed aliud habet etiam elegantioris conſiderationis; nam quum dicis, *vel ſtultus hæc intelligeret*; *vel Priamo miſeranda manus*; deeſt aliud *vel*, (15) ut ſit, vel Pria-

(15) *Ut ſit; Vel Priamo.*] Potius, *Vel aliis, vel etiam ipſi Priamo hoſti.* Nam hæ locutiones, in quibus τὸ *Vel* ſolum ita emphatice ponitur, accipiendæ ſunt & ſupplendæ ad exemplum illius Tulliani; *ſunt iſta quidem vel magna, vel potius maxima*; & Plautini ex Pſeudolo; *Vel etiam matrem quoque.* Vide *Neque*, & infra cap. 15. Sunt tamen nonnullæ etiam locutiones, in quibus ſupplementum ex hac Analogia reperire vix ullum poſſis, & in quibus vocula *Vel* emphatice accepta per Ellipſin, degeneravit paulatim in Uſum ab natura & analogia ſuæ ſignificationis longiſſime recedentem. Veluti quando poſt laxiorem ſententiam ſubjicitur unicum, ſed præcipuum, ejus documentum ſeu exemplum. Terent. Heaut. IV. 6. 1. *Nulla eſt tam facilis res, quin difficilis ſiet, quam invitus facias: Vel me hæc deambulatio, (quam non laborioſa!) ad languorem dedit*, Hecyr. I. 1. 1. *Perpol quam paucos reperias meretricibus Fideles evenire amatores: Vel hic Pamphilus jurabat quoties Bacchidi, quam ſancte, nunquam illa viva ducturum uxorem; Hem duxit.* Cicero Famil. II. 13. *Raras tuas quidem, ſed ſuaves accipio literas: Vel quas proxime acceperam, quam prudentes, quam multi & officii & conſilii!* VII. 24. *Amoris quidem tui, quoquo me verti, veſtigia; vel proxime de Tigellio.* Plautus Menech. V. 2. 119. *Heu hercle morbum acrem ac durum; Di voſtram fidem! Vel Hic qui inſanit, quam valuit paulo prius! Ei derepente tantus morbus incidit.* Senſus in his omnibus eſt: *Ut alia taceam, ex ſolo hoc & unico exemplo ſatis patet veritas rei, quam dixi.* Sed quomodo hæc Analogice explenda ſint, haud ſcio, niſi velimus integrum excogitare comma, quod ad eam rem adhibeamus. Nam certe non *alia res*, ſed ſola *deambulatio* ad languorem *dedit*, ſolus *Pamphilus juravit Bacchidi.*

Digitized by Google

Priamo, vel aliis hoſtibus. Scio Donatum accipere *Vel* pro *Etiam*. Budæus in commentariis exponit pro *Nam*. Donatus rurſus in Phormione pro *Saltem*. Ego vero, cui unius vocis unica ſemper eſt ſignificatio, ſemper disjungentem particulam aſſero, & alterum *Vel* deeſſe confirmo. Hoc præclarè elicies ex Perſio Satyr. 1: *Nemo hercule, inquit, leget hæc: vel duo, vel nemo.* Terentius Eunuch. *Hanc tu mihi vel vi, vel clam, vel precario, fac tradas*: (16) tolle hinc duo *vel*, & remanebit Donati

chidi. Dici forſan plenius poſſet; Vel aliud quidvis hanc rem probat, vel etiam hic Pamphilus, fidelis minime Bacchidi, dum juravit &c. & tamen duxit uxorem. Sed longe hæc abeunt ab ipſo illo brevi nexu verborum, quæ retulimus. Urſinus Tom. I. pag. 1097. litem iterum movet mihi & Sanctio de ſupplementis, per quæ hujus particulæ uſum ad rationem Grammaticam redigere ſtuduimus. Ipſe vero vult, quando dicitur, *Vel Priamo miseranda manus*, intelligi potius, *nedum aliis*, vel *non modo aliis*, quia Cicero dicat, *per me vel ſtertas licet, non modo quieſcas.* At quid hæc pertinent ad indagandam primitivam voculæ naturam & ſignificationem & conſtructionis Ellipticæ rationem? Quanto rectius ſupplentur Ciceronis verba hoc modo, *per me ut vel dormias vel ſtertas, licet, non modo licet, ut quieſcas.* Sed Vir Doctiſſimus ſemper fere confundit ſignificationes primitivas, & uſu dein vel abuſu ab illis paulatim longe deflexas, dum in indaganda ſignificationum conſtructionumve origine & vera ratione reſpicit potiſſimum ſignificationes poſteriori uſu receptas. Hinc factum ut voculam hanc modo pro Adverbio, & in contrario quidem ſenſu *Intendendi* & *Minuendi*, modo pro Conjunctione habeat. Sunt ſane quædam hujus Voculæ locutiones Elliptico uſu ſeu abuſu receptæ, quæ commode ſatis ſuppleri nunc nequeunt. Sed hoc non mutat naturam vel primam vocabulorum ſignificationem. Nam quod ait iſtis ſupplementis enervari vim omnem orationis, quia nunquam ita plene loquantur Auctores, id vero quum alibi antea, tum hoc libro cap. 2. No. 1. abunde refutavimus.

(16) *Tolle hinc duo Vel.*] Scilicet cum ſuis adjunctis, ut remaneat, *Hanc tu mihi vel precario fac tradas.* Sic in ſeq. exemplo breviter potuiſſet dici, *Sunt illa quidem vel maxima*: quo modo paſſim loquuntur Auctores. Mela II. 1. *Expertem eſſe cædis, inter opprobria vel maximum eſt.* Phædrus Fab. 84. *Optem necare te vel majore incommodo.* Florus II. 19. 1. *Reliqua ſæculi ut grandia æque, ita vel magis turbida & fœda*, ſupple, *ita vel æque vel magis turb.* ſicuti in Phædro, *vel hoc vel majore incomm.* Nam non ſignificare E-

Donati expoſitio pro *Etiam.* Cic. Q. Fratri, *Sunt iſta quidem vel magna, vel potius maxima*: tolle alterum membrum, ut in ſequentibus. » [Propertius 2. eleg. 3. » *Digna quidem facies, pro qua vel obiret Achilles, vel* » *Priamus.* Si tollas duo poſtrema verba, videbitur » *Vel* ſignificare *Etiam.* Plaut. Merc. act. 2. ſc. 2. *Vel* » *ut ſcias me amare, cape cultrum, ſeca digitum, vel au-* » *rem, vel naſum, vel labrum, non me movebo, nec ſecari* » *ſentiam*: & Pſeud. act. 1. ſc. 1. *Tuum tangam patrem.* » CA. *verum, ſi potes, pietatis cauſa, vel etiam matrem* » *quoque,*] Horat. in Arte, *Multa ſenem circumveniunt incommoda, vel quod Quærit, & inventis miſer abſtinet, ac timet uti; Vel quod res omnes timidè, gelideque miniſtrat*: idem lib. 3. Ode 24. *Vel nos in Capitolium, quo clamor vocat, & turba faventium; vel nos in mare proximum gemmas mittamus*: ibidem Ode 29. *Cras vel atra nube polum pater occupato, vel ſole puro.* Itaque particula *Vel* ſola poni non poteſt, niſi aliud *Vel* intelligatur. Vide *Sive*, » [& *Neque.*]

Vero. Quinctil. *Pro patre mori poſſum, coram patre non poſſum*: deeſt *verò*, vel *autem.* Terent. *Traditus ſum mulieri, illa illico ubi me accepit*, &c. Cic. *Hæc morum vitia ſunt, non ſenectutis.*

Uſque. Horat. *Ad unguem factus homo,* (17) pro, *uſque ad unguem.* Virgil. *Si non exoſus ad unum Trojanos*; Et *ad unum omnes occidit.*

Ut. Terent. Heaut. *Ejus anus cauſa, opinor, quæ erat mortua*, id eſt, *ut opinor.* Cic. Tuſcul. *Niobe fingitur lapidea propter æternum, credo, in luctu ſilentium.* Peſſimè

tiam, ut Donatus voluit, liquet ex hiſce Plauti, *vel etiam matrem quoque*, ubi, ne quis eam ſignificationem huic Voculæ inesse putet, videmus ei addi ſimul *Etiam* & *Quoque.*

(17) *Pro, uſque ad unguem.*] Vel, ad ſuſtinendam probationem unguis, h. e. accuratiſſimam. Vide Perſium Sat. I. v. 65. & ibi Caſaub.

Digitized by Google

ſimè Linacer hic ſupplet, *credo quòd propter*: (18) nihil enim tam barbarum eſt apud Latinos, quàm, *dico, quod, ſequitur quòd, intelligo quòd.* Deeſt & *Ut* in illis, *volo facias*; *nolo dicas*; *velim deſinas*; *reſcribas ad omnia rogamus*; & in illis, *Sine veniat*; *ſine faciat.* Terent. Eunuch. *Sine ut veniat.* » [Deeſt etiam *Ut* in hoc Terentii, Eunuch. act. 2. ſc. 2. *Næ tu iſtas faxo calcibus fruſtra inſultabis.* (19) Priſci enim *Ut* promiſcue cum indicativis, & ſubjunctivis verbis, quæ vocant, jungere ſolebant, cum aliud nihil ſignificet, quam *Quomodo.* Itaque apud eundem Terentium legimus, *Jam faxo hic erit.* Et Plaut. Epid. act. 1. ſc. 2. *Jam faxo hic aderit*: idem Caſ. act. 5. ſc. 2. *Faciam cavèbunt, qui audierint*; & Epid. act. 5. ſc. 2. *Ego faxo ſcies hoc ita eſſe.* In his deeſt *Ut*, quod exprimitur Aſinar. act. 5. ſc. 2. *Faxo, ut ſcias, quid periculi ſit*, id eſt, ita faciam, quo modo ſcies, vel ſcias: Pæn. act. 5. ſc. 2. *Ego faxo hoſpitium hoc leviter laudabitis*, id eſt, ad eum modum faciam hoſpitium, ad quem modum vos leviter illud laudetis, vel laudabitis. Bacch. act. 3. ſc. 4. *Ego faxo haud dices nactam, quem derideat*: & act. 4. ſc. 8. *Faxo ſe haud dicat nactam, quem derideat*: Amph. act. 5. ſc. 1. *Magis jam faxo mira dices*: Rud. act. 5. ſc. 2. *Jam faxo exibit ſenex.*]

Ut ante Ne. Horat. 2. Serm. *Ne faciam, inquis, omnino verſus*, id eſt, *ut ne faciam.* Male Adrianus Cardinalis docet, *ut ne*, idem eſſe, quod *ut*: Imo ſemper in his formis, *cave ne dicas*; *moneo ne facias*; *da operam ne veniat*, deeſt *Ut.* Cicero 3. Verr. *impetrant, ut ne jurent*: ad Q. Fratrem libro 3. *opera datur, ut judicia ne fiant*: idem Bruto lib. 13. *Ut ne quid meorum tibi eſſet ignotum,*

(18) *Nihil enim tam barbarum eſt.*] At vide ſis, quæ pro iſta locutione diſputavimus pag. 499. & ſeqq.

(19) *Priſci enim ut &c.*] Potius crediderim, in his locutionibus *Faxo* poni ſimpliciter, pro *ut faxo*, ſicuti *credo, opinor*, pro *ut credo, ut opinor.*

Digitized by Google

ignotum, animadverti operam te dare. Terent. Hecyr. *Nempe ea cauſa, ut ne id fiat palàm*, Idem And. *Principio, ut ne ducas.* Itaque dicimus eodem ſenſu: *cave cadas; cave ne cadas; cave ut ne cadas.*

Utinam. Catul. *Tecum ludere ſicut ipſa poſſem*, (20) ſupple *utinam.* Virgil. *Troum arma ſecutum Obruerent Rutuli.* Ovid. in epiſt. *Me quoque, qua fratrem, mactaſſes, improbe, clava.* Tibul. *Tunc mihi vita foret.* » [Sic in » *Peream ſi*, *Diſperea m niſi*, ſubauditur *Utinam.*]

(20) *Supple utinam.*] Immo etiam amplius, hoc modo: *Res ita eſt, ut velim, ut poſſem*, ſeu *utinam poſſem.* Vide me ſupra ad I. 13. pag. 89. 93. 94. & lib. 3. cap. 13.

CAP. VIII.

De Zeugmate.

Zeugma, id eſt, jugatio, vel connexio, (quam Fabius *Synezeugmenon* appellat) eſt, (1) in qua unum ad verbum plures ſententiæ referuntur, quarum unaquæque deſideraret illud, ſi ſola poneretur; ut, *ſociis, & rege recepto: Utinam, aut hic ſurdus, aut hæc muta facta ſit: Aquilæ volaverunt, hæc ab oriente, illa ab occidente.* Hoc exemplum, & alia, quæ ſubjiciam, putarunt Grammatici, eſſe figuræ *Prolepſeos*, quia eſſet generis, & ſpeciei: ſed ineptè & contra Quinctilianum, qui ſemper putavit eſſe *Synezeugmenon*, quoties vox poſita in una oratione, in cæteris deſideratur; ut, *Aquilarum alia volavit ab oriente, alia ab occidente*, vel, *Aquilæ volaverunt, alia ab oriente, alia ab occidente.* Nec verum omnino eſt, quod præcipiunt, in hujuſmodi formis debere nos Genitivo Partitionis ſemper uti. Nam Cicero per Nominativum locutus eſt, dicens, *Beſtiæ, aliæ marcs*,

(1) *In qua unum ad verbum &c.*] Sunt hæc ipſa Fabii, ſeu Quinctiliani, verba. Vide eum Inſtit. Orat. IX. 13. pag. 683.

Digitized by Google

mares, *aliæ fœminæ*: Idem, *Homines*, *poſteaquam reus factus eſt*, *alii redditi*, *alii etiam nunc retinentur*. Cæſar 3. Civil. *Tabulæ teſtamenti*, *unæ per legatos ejus Romam erant allatæ*, *alteræ Alexandriæ* &c. (2) Livius dec. 3. lib. 4. *mul-*

(2) *Livius &c.*]Sic Idem XXX. 24. *Onerariæ*, *pars maxima ad Æginam*, *alia ad calidas aquas*, *delatæ ſunt.* IX. 17. *Conſules*, *Sulpicius in dextro*, *Pœtelius in lævo cornu*, *conſiſtunt.* XXI. 24. *Galli*, *quanquam Italiæ bellum inferri audiebant*, *tamen metu conſternati ad arma*, *Ruſcinonem aliquot populi conveniunt.* V. 39. *Romani*, *quum pars major ex acie Vejos petiiſſet*, *nemo ſupereſſe quenquam præter eos*, *qui Romam refugerant*, *crederent*, (ſic habent MSti) *complorati omnes pariter*, V. 40. *Alia plebis turba agmine uno petiit Janiculum*, *inde pars per agros dilapſi*, *pars urbes petunt finitimas.* VI. 41. *Galli &c. in forum perveniunt*, *inde dilapſi ad prædam*, *pars in proxima ruunt*, *pars ultima petunt.* XLIV. 25. *Romanos quoque*, *quia traheretur diutius ſpe ipſorum bellum*, *& ipſos Duces*, *& Senatum*, *non abhorrere à finiendo bello.* Hinc jam emendanda diſtinctio apud Suetonium Aug. 25. Editur etiam in optimis edit. peſſimo ſenſu: *Dona militaria aliquanto facilius*, *phaleras & torques*, *quicquid auro argentoque conſtaret*, *quam vallares ac murales coronas*, *quæ honore præcellerent*, *dabat.* Ergo *Coronæ* hæ non erant inter *dona militaria*? Immo erant vel maxime, & ideo *honore præcellebant.* Diſtingue igitur, *Dona militaria*, *aliquanto facilius phaleras* &c. Senſu optimo per hanc conſtructionem, per quam omnia, quæ ſequuntur, ad *Dona*, ut ad Genus ſuum, referuntur. Immo ſic paſſim, *Milites tot millia.* Liv. III. 5. *Romanos cecidiſſe in Hernico agro quinque millia ac trecentos.* XXXVIII. 26. *Tectoſagi & Trocmi mediam tenebant aciem*, *millia hominum quinquaginta*: *equitatum*, *X. millia hominum*, *ab dextro locaverunt cornu.* XL. 53. *Galli*, *tria millia hominum*, *in Italiam trangreſſi.* XLIV. 24. *Vagi e fuga*, *quinque millia hominum*, *capti.* Sic proinde legerim XXXIII. 3. *Nihil morati Ætoli*, (ſublata diſtinctione majuſcula, & vocula *ſunt*, quæ hic interponitur) *Phænea duce*, *duo millia peditum cum D. equitibus*, *venerunt.* Nec etiam ullam video cauſam, quare XXXV. 20. *Alteri conſuli duæ legiones decretæ*, *quas L. Cornelius Conſul ſuperioris anni habuiſſet*, *& ſocium ac Latini nominis ex eodem exercitu pedites*, *XV. millia*, *& equites D.* Et cap. 23. *Senatui placere*, *tumultuariorum militum*, *ad XII. millia*, *pedites*, *& CD. equites ſcribere eum*; Et XLII. 27. *Et ſocios Latini nominis*, *IV*, *millia peditum*, *ducentos Equites*, *Brundiſii adeſſe jubet*; quare inquam his in locis cum Viro Summo pro *Pedites* reponam *Peditum*, pro *Socios*, *Sociûm*, quum ex ſuperioribus pateat, frequentiſſimam eſſe etiam Livio illam locutionem, qua pro *Geni-*

Digitized by Google

multitudo, pars procurrit in vias, pars in ædium veſtibulis ſtat;

Genitivo Partitionis, ut dicitur, adhibetur ilic ipſe Caſus, quo numerus rei numeratæ dein exprimitur. Quod ſi tamen omnino velis deſiderari Genitivum, intellige vel ſic, relictis locis illis integris, *Hominum.* Eodem enim prorſus modo dictum erit, *Pedites, tria millia hominum*, &c. quo, *Galli tria millia hominum, tranſgreſſi. Equitatum, X. millia hominum, &c.* Sed & ſic alii paſſim. Vide Deſpauterium editum a Rob. Stephano pag. 259. & Me ſupra IV. 4. 83. Adde l. 61. §. 1. Dig. Locati cond. *Navem conduxit, ut de provincia Cyrenenſi Aquileiam navigaret, olei metretis, tribus millibus, impoſitis, & frumenti modiis, octo millibus.* Nam quod hæ locutiones ſint exponendæ non per Concordiam Adjectivi & Subſtantivi, ſed per Appoſitionem duorum Subſtantivorum, liquet ex diverſitate Generum in iiſdem locutionibus. Sic Sulpicius Sev. lib. I. Hiſt. Sacræ, init. *Mundus a Domino conſtitutus eſt abhinc annos jam pene ſex millia.* Ubi vide Druſium ſimilia adferentem. At Sigonius ita videri ſcriptum tradit *non Sulpicii vitio, ſed librariorum, qui quos numeros ille Notis expreſſerit, explicare verbis volentes, perperam ediderint.* Ego potius crediderim Druſio, ſi quid vitii in his inſit, eſſe id vitium iſtius ſeculi, ut jam ſupra monui d. l. Sed & quantopere in his hæſitet Cl. Urſinus, vide in ejus Inſtitutionum To. II. p. 17. 18. qui tamen dein pag. 61. recte agnoſcit Zeugma pro Genitivo Partitionis. Adeo autem frequens fuit hæc locutio Veteribus, ut etiam ille Caſus rei numeratæ, conveniens cum caſu Numeri, per manifeſtam Ellipſin ſæpe ſit omiſſus, quod factum, quando vocabulo *Millia* additum occurrit Maſculinum plurale, hoc modo, *XI. millia interfecti.* Florus III. 21. 25. *Ex ipſo Equeſtris ordinis flore, ac Senatu, duo millia, electi, qui mori juberentur.* Id quod crebrius etiam in antiquiſſimis codd. occurret, quam in vulgatis edd. Certe in ſuo veteri libro perpetuum id eſſe teſtatur Vinetus ad Eutropium initio libri 3. Vide & ipſum Sanctium infra Cap. 10. init. & Me illic. Eadem quoque eſt Conſtructionis ratio in hiſce Salluſtii, *Magna pars vulnerati aut occiſi. Cohors Peligna velitaribus armis, non ſecus atque aliis &c. muniti. Cetera multitudo alius alium ſecuti.* & ſimilibus, quæ ibi nota 2. & 3. attuli: ſed & in eo, quod ex Livio Sanctius citat p. 716. *Capita conjurationis virgis cæſi.* Livium quoque frequentiſſime hanc Ellipſin adhibuiſſe cum excurrente ultra *millia* numero, & non excurrente, vel ex ſolo capite 40. libri XXXVII. patet. Diſtinctionem illam memoravi, quoniam in ea quoque multum diſcriminis ponit Vir Summus ad Liv. XXXIX. 7. cenſens, ſi excurrens addatur numerus, tum id, quod dividitur, plerumque eo caſu poni, quo iſte numerus: at ſi non addatur, tum rem numeratam ſemper efferri patrio caſu:

atque

Digitized by Google

ſtat; pars ex tectis feneſtriſque proſpectant. Hæc tamen more Græco dicta cenſet Budæus in Commentariis.

atque idcirco iſtic pro *tetradrachma Attica CXXVII. millia* reponens prorſus *tetradrachmûm Atticûm.* Et XXXVII. 59. pro *nummos aureos Philippeos CXL. millia*, *Nummorum aureorum* &c. Non video ullam juſtam ſatis ſervati talis diſcriminis cauſam. quum ſive excedens numerus adjiciatur, ſeu minus, utriuſque locutionis eadem ſit ratio & conſtructio. Præterea non eſſe à Livio ſervatum id diſcrimen, ex allatis à me paulo ante locis abunde patet. Græci quoque Zeugmate hoc frequenter ſunt uſi. Sic Aelianus Var. Hiſt. V. 10. Ὁπλῖται δὲ ἀπώλοντο αὐτοῖς ἐν Σικελίᾳ μυριάδες τέσσαρες, χίλιοι δὲ ἐν Χαιρωνείᾳ. Ubi eodem modo ponitur *ὁπλῖται μυριάδες*, quo apud Livium, *Pedites millia.* Recte enim cenſuit Budæus hæc Græco more dici. Dionyſ. Halic. lib. XI. οἱ χαριέστατοι τῶν δημοτικῶν, οἱ μὲν εἰς τὰς πλησιοχώρους πόλεις μετανιστάμενοι τὰς οἰκήσεις· οἱ δὲ εἰς ἀγρούς. Ael. Var. Hiſt. X. 16. οἱ δὲ, οὐδεὶς, αὐτῷ προσέσχον. Manifeſte pro τῶν δὲ. Ubi vide, quæ notavi, ut & ad III. 1. 6. Sic porro IV. 20. Τὴν τοῦ πατρὸς οὐσίαν εἰς τρία μέρη νεμηθεῖσαν τοῖς ἀδελφοῖς αὐτοῦ, τἀργύριον μόνον λαβὼν ἐφόδιον, τὰ λοιπὰ τοῖς ἀδελφοῖς εἴασε. IV. 15. ἵνα μὴ ἀποδράντες (ſcil. Alcibiades & Critias) Σωκράτους, ὁ μὲν ὑβριστὴς γένηται, τυραννικώτατος δὲ Κριτίας &c. XIV. 46. Οἱ Μαιάνδρῳ παροικοῦντες Μάγνητες, ἕκαστος τῶν ἱππέων εἶχεν αὐτῷ συστρατιώτην. Appianus Syriacis, Ῥόδιοι δὲ καὶ Εὐμένης, ὁ Περγάμου βασιλεὺς, μέγα φρονοῦντες ἐπὶ τῇ κατ' Ἀντιόχου συμμαχίᾳ, Εὐμένης μὲν ἐς Ῥώμην ἐστέλλετο. Ῥόδιοι δὲ πρέσβεις ἔπεμπον. Manifeſta jam hinc ratio & ſinceritas locutionis apud Anton. Liber. fab. XI. Ἀηδὼν δὲ καὶ χελιδὼν, ἡ μὲν παρὰ ποταμοὺς τὸν παῖδα θρηνεῖ, χελιδὼν δὲ ἐγένετο σύνοικος ἀνθρώποις. Sollicitant hæc Doctiſſimi Interpretes, ille nonnulla ejiciens, hic interponens. Sed ſicuti nullus codex ad id tentandum illis præivit, ſic nihil eſſe in iſta locutione, quod correctionem deſideret, exemplis aliis liquido ſatis jam probavimus. Similiter adhæſere & Librarii & Auctor Verſionis in fab. I. ἔχρησε δὲ καὶ τοῖς Κείοις. οἱ δὲ θύουσιν ἄχρι νῦν, Ιουλιῆται μὲν Ἀφροδίτην, Κτησύλλαν ὀνομάζοντες, οἱ δὲ ἄλλοι Κτησύλλαν Ἑκαέργην. Omittitur prorſus in verſione illud Ιουλιῆται μὲν, tanquam ſi de omnibus Ceis prius affirmaretur, poſterius vero de aliis extra Ceos; quum Auctor manifeſte hic dividat omnes Ceos in *Julitas*, qui erant pars Ceorum, & *reliquos* Ceos. Eſt tamen in contextu aliquid vitii. Lege omnino & diſtingue, οἱ δὲ θύουσιν ἄχρι νῦν, Ιουλιῆται μὲν Ἀφροδίτην Κτησύλλαν ὀνομ. &c. hoc eſt, Cei accepto illo oraculo, quod jubebat ſacra facere Cteſyllæ, *ad hoc uſque tempus ei ſacrificant, Julitæ quidem appellantes eam Venerem Cteſyllam; alii vero* Ceorum *Cteſyllam Dianam*, ſcil. appellantes eam.

Hæc de grammaticorum *Prolepſi*. Idem illi ineptè diviſerunt Zeugma, in *prozeugma*, *meſozeugma*, *hypozeugma*: nam ſemper quocunque modo ponatur verbum, Zeugma erit. Iidem præcipiunt, verbum vel adjectivum ſemper debere cum propinquiore convenire; ut, *ſociis, & rege recepto*. Ego vero aſſero contra Budæum, & alios, rectiſſimè ſcripſiſſe Lucanum, *Leges & plebiſcita coactæ*. Horat. *O noctes, cœnaque Deûm, quibus ipſe, meique, Ante larem proprium veſcor*. Livius lib. 1. *Ego, populuſque Romanus, populis priſcorum Latinorum bellum indico, facioque*. Statius lib. 7. *Jura, fidem, ac Superos una calcata rapina*. Poteris & hoc ad *Syllepſin* referre. Valer. Maxim. lib. 9. cap. 2. *Pedes ejus præciſos, & caput, & manus, in ciſtam, chlamyde opertos, pro munere natalitio miſit*. Plancus Ciceroni, *Amor tuus, ac judicium de me, utrum mihi plus dignitatis in perpetuum, an voluptatis quotidie ſit allaturus, non facile dixerim*. Cic. 2. Natur. *Quinetiam vites à caulibus, braſſiciſque, ſi propè ſati ſint, ut à peſtiferis & nocentibus, refugere dicuntur, nec eos ulla ex parte contingere*. Livius lib. 5. *Gens eſt, cui natura corpora animoſque magis magna, quam firma dederit*. Julius Obſequens de Prodigiis, *Cœlum, ac terra ardere viſum*. Gell. lib. 8. *Philippi vim atque arma, toti Græciæ cavendam metuendamque, Demoſthenis orationes notificant*. (3) Salluſt. *At ingenii egregia facinora, ſicuti anima, immortalia ſunt*. Hom. 2. Iliad. *At veſtræ uxores, & pignora neſcia fraudis, ſub tectis reſident ſolæ*. Quod malè adducit Linacer.

Eleganter deſideratur idem verbum, ſed in alia ſignificatione; ut, *tu colis barbam, ille patrem*: *Nero ſuſtulit*

(3) *Salluſt.*] Sic Jug. 49. *Cum natura loci, tum dolo, ipſi, atque ſigna militaria, obſcurati*; cap. 50. *Sin opportunior fuga collis, quam campi, fuerat*. Ubi contra codd. *fuerant* editur. Sueton. Calig. 13. *Sic imperium adeptus, Populum Romanum, vel dicam hominum genus, voti compotem fecit*. Ubi itidem ſine juſta ſatis cauſa, & contra MSſtorum conſenſum, Gronovius Pater mallet *compotes*.

Digitized by Google

tulit matrem, ut Æneas patrem. Juſtinus, *Provolutæ deinde genibus Alexandri, non mortem, ſed ut Darii corpus ſepeliant, dilationem mortis deprecantur*: idem, *Egregius adoleſcens, & cædem patris, & necem fratris, & ſe ab inſidiis Artabani vindicavit.* (4) Ovidius, *Pariterque ipſosque, nefaſque, Suſtulit.*

(5) Sæpè plures orationes uno verbo claudi videntur, ſed

(4) *Ovidius.*] Sic Metam. XIV. 36. *Unoque duos ulciſcere facto.* Nempe *ulciſci* dicimur tum illum, in quem, tum illum, propter quem, ultio exercetur. Videmus hinc, etiam uno in commate unum verbum ſemel poſitum, duplici tamen ſignificatione adhiberi. Verum ut in illis Sanctii duo Nomina uni Verbo junguntur, & diverſam ejus ſignificationem faciunt, ſic apud Petron. *Parata erat in craſtinum turba, quæ & injuriam meam vindicaret, & dignitatem.* Salluſt. or. 1. ad Cæſ. *quomodo ſcorta aut convivia exercuerint nonnulli.* Cic. Catil. II. 2. *Jampridem ego L. Catilinam non modo invidiæ meæ, ſed etiam vitæ, periculo ſuſtuliſſem.* Ubi male ingenium ſuum periclitatur conjectando Lambinus. Senſus eſt, periculo invidiæ mihi conflandæ, & vitæ amittendæ: ſeu invidiæ, quam paſſurus ſum, & vitæ, quam ago: ut adeo τὸ *Meæ* active hic & paſſive ſumatur.

(5) *Sæpe plures orationes.*] Sic fere Sall. Jug. 42. *Multos mortales ferro aut fuga extinxit*; at *fuga* non *exſtinguuntur* homines. cap. 46. *Bellum an pacem gerens*: ubi perperam Ciacconius quid deeſſe ſuſpicatur. Tac. Ann. I. 44. *Judicium & pœnas de ſingulis in hunc modum exercuit.* Sæpe etiam verbum refertur ad propinquius ſignificatione & conſtructione, ad remotius conſtructione quidem, ſed neutiquam ſignificatione. Salluſt. Jug. 63. *Etiam tum alios Magiſtratus plebes, Conſulatum nobilitas inter ſe per manus tradebat.* Plinius Panegyr. cap. 70. *Ita illa ſeu negligentia ſeu malignitas Principum, quum male conſultis impunitatem, recte factis nullum præmium polliceretur.* Tac. Ann. II. 20. *Quod arduum ſibi, cetera Legatis permiſit.* VI. 24. *Ut ſicuti nurum, & nepotem, domumque omnem cædibus complevisset.* XII. 64. *Agrippina filio dare imperium, tolerare imperitantem nequibat.* Ter. Andr. III. 5. 18. *Hoc tempus præcavere mihi me, non te ulciſci ſinit.* Nep. Hann. 8. *Alii naufragio, alii à ſervis ipſius interfectum eum ſcripſerunt.* Intellige in priore parte horum exemplorum, *Gerebat*, *Tribueret*, *Sumſit*, *Interfeciſſet*, vel *Vexaſſet*, *Volebat*, *Juſſet*, *Periiſſe.* Vide etiam Munkerum ad Hygin. Fab. 14. circa finem. Similiter Græci, Aelianus Var. Hiſt. II. 7. Νόμος οὗτος Θηβαϊκὸς, ὅτι οὐκ ἔξεστιν ἀνδρὶ Θηβαίῳ, ἐκθεῖναι παιδίον, οὐδὲ εἰς ἐρημίαν αὐτὸ ῥῖψαι, ἀλλ' ἐὰν ᾖ πένης ὁ τοῦ παιδὸς πατὴρ, ἐπὶ τὰς Ἀρχὰς κομίζειν αὐτὸ, ſcil. δεῖ. Pertinet huc etiam, quando

ſed ad verum ſenſum aliud ſupplendum eſt. Virgil. *Sacra manu, victoſque Deos, parvumque nepotem ipſe trahit*: verbum *trahit* non rectè referas ad ſuperiora, ſed deeſt *fert*, vel *portat*. Idem, *Diſce puer virtutem ex me, verumque laborem, Fortunam ex aliis*: ubi Servius, Deeſt, *opta*. Plaut. Moſt. *Ille quidem haud negat. Th. Imo ædepol negat profectò, neque ſe has ædes vendidiſſe*, ſubaudi, *affirmat*, vel *jurat*. Salluſt. Jugurth. *Non enim, regnum, ſed fugam, exilium, egeſtatem, & omnes has, quæ me premunt, ærumnas, cum anima ſimul amiſiſti*, &c. Horatius, *Sæpè velut qui currebat fugiens hoſtem, perſæpe velut qui Junonis ſacra ferret*, ſubaudi *incedebat*.

Negas ad duo commata refertur, in quorum altero intelligendum tantum *Dicit*: de quo vide hic Sanctium & Gronovium Patrem Obſerv. IV. 2. pag. 28. & Me ſupra Cap. 5. not. 7. pag. *661*. & maxime Cap. 7. not. 5. p. *694*.

CAP. IX.

De Pleonaſmo.

PLeonaſmos, ſeu *Parelcon*, fit quum ad legitimam conſtructionem aliquid additur; ut, *Adesdum, Iteradum eadem iſta mihi*; (1) *Quoad ejus fieri poteſt*; *Nuſquam gentium*: *Ubique locorum*: quamvis in his genitivis poterit eſſe Ellipſis nominis. Propriè dicitur *Pleonaſmus*, quum additur (2) nominibus Comparantibus adverbium *Magis*.

(1) *Quoad ejus fieri poteſt.*] In hac locutione tantum abeſt, ut ſit Pleonaſmus, ut certa in ea ſit Ellipſis. Vide ſupra ad III. *6.* init. pag. 421. De reliquis vide infra in *Helleniſmo*.

(2) *Nominibus comparantibus &c.*] Adde Juſtinum. III. 2. 7. *non inventione earum (legum) magis, quam exemplo, clarior*: ubi vide Berneggeri Notas. Plaut. Mercat. V. 2. 57. *neque eſt cui magis me velle melius æquum ſiet.* Additur etiam *Non minus* Comparativis. Florus IV. 2. 47. *ſed nec minus admirabilior illius exitus belli*: ubi vide Indicem Freinshemii. Sed & Græci ita. Aelianus Var. Hiſt. X. *9.* πεύτῃ μᾶλλον ἡδίων ἔσται. Vide Vechnerum Hellenol. I. *6.* & Me ſupra II. 10. 5. pag. 220.

Digitized by Google

Magis. Virgil. Culice: *Quis magis optato queat eſſe beatior ævo?* Ovidius, ſive is Lucanus eſt, ad Piſonem, *Quodque magis dono fuerit pretioſior omni.* Plaut. Aulul. *Ita mollior ſum magis, quam ullus Cinædus*: ibid. *Neque cui plus amplius maleſaciam*: idem Pœnul. *Verum qui dederit, magis majores nugas egerit*: idem Capt. *Nihil magis hoc certo certius*: idem Stich. *Imo enim hic magis eſt dulcius*: idem Bacchid. *Magis amiciorem.* Hinc illud in Sacris, quod imperiti damnant, *Magis pluris eſtis vos.* Julius Ruffianus Rhetor, *Pleonaſmum* vocat, *vivere vitam, pugnare pugnam, ſervire ſervitutem, nocere noxam, furere furorem.* Cui facile aſſentior, dum ne credat, Pleonaſmum eſſe, *Longam vitam vivere* & *hunc furere furorem*: nam ut, *Vidi oculis*, Pleonaſmus erit, ita, *his oculis vidi*, Pleonaſmus non eſt. Additur quoque Superlativis adaugens particula. Columella, *Apis, ſi ſævit,* (3) *maxime peſſima eſt.* Sic dixit Horatius, *Græcorum longè doctiſſimus.*

(3) *Maxime peſſima eſt.*] Sic *perpolitiſſime* Auct. ad Herenn. IV. 31. tum Pomp. de Or. Juris §. 45. *Perquam breviſſimos libros.* Curt. IV. 7. *Beſſum quoque Bactrianorum Ducem, perquam maximo poſſet, exercitu coacto, deſcendere ad ſe jubet.* Ubi non arbitrer temere à codicum fide recedendum, qui ſi omittunt *Ducem*, refer *Bactrianorum* ad ſequens *Exercitu.* Certe cur ita prorſus diſpliceat *perquam maximo*, non video. Vide & Urſinum To. II. pag. 430. 431.

Cap. X.

De Syllepſi.

Concordia vocum verſatur in generibus, numeris, & caſibus; at vero diſcordia caſuum ferri non poteſt, ſed in generibus, & numeris tantum, quæ per Syllepſin excuſatur.

Syllepſis, id eſt, Conceptio, fit, quoties Generibus, aut Numeris, videntur voces diſcrepare.

Syllepſis

Digitized by Google

Syllepſis generis eſt, quum aliud genus proferimus, & aliud concipimus. Cic. pro Sext. *Duo importuna prodigia, quos egeſtas &c.* » [Plaut. prolog. Pœn. *ſcortum* » *exoletum ne quis in proſcenio ſedeat,* (1) pro, ne quis ci- » nædus exoletus : niſi tamen, *Quis*, priſcè, omnium » generum fuiſſe dicamus.] Virgil. 7. Æneid. *Pars arduus altis Pulverulentus equis furit.* Livius lib. 10. *Capita conjurationis virgis caſi* : idem, *Latium Capuaque agro multati* : idem, *Samnitum caſi duo millia trecenta.* [Vide ad cap. 8. not. 2.] Florus, *Duo millia electi, qui mori juberentur.* Curtius, *duo millia crucibus affixi.* Et in Sacris, *Duodecim millia ſignati*, quod Valla ineptè carpit. In Relativis quoque genus videtur diſcrepare. Terent. *ubi illic ſcelus eſt, qui me perdidit?* idem, *Dii illum ſenium perdant, qui me hodie remoratus eſt* : idem, *Aliquid monſtri alunt, ea quoniam nemini obtrudi poteſt*, &c. Eſt & Syllepſis, ut quibuſdam placet, cum nominibus epicœnis aliud genus damus, quam terminatio ipſa præfinit, ut, *Talpæ cæci, & timidi damæ*; *canis fœta*; *boves meas*; *elephantus gravida*; *nova miles*; & multa hujuſmodi : ſed ego ad Ellipſin refero. Catull. ad Manlium, *Nec tantum niveo gaviſa eſt ulla columbo Compar.* Vide *Fœmina.*

(2) Syllepſis Numeri eſt, cum ex ſingulari plurale concipimus,

(1) *Pro ne quis cinædus &c.*] Vel potius, *ne quis exiſtens ſcortum exoletum &c.* Vide ſupra in Ellipſi Nominum vocem *Ens.* Vel etiam, *ne ſcortum exoletum, neu quis hominum ejus generis, ſedeat* &c. Sic certe explicandum videtur illud Catonis apud Feſtum in *Prohibere : Servi, ancillæ, ſi quis eorum ſub centone crepuit, nullum mihi vitium facit.* Salluſt. Catil. 43. *Cetera multitudo ſuum quiſque negotium exſequeretur.* Similiter Terentiana illa, *Aperite aliquis actutum oſtium.* Et ita Plautus quoque Pſeud. V. 1. 37. *Heus Simoni me adeſſe quis nunciate.* Vide & quæ notavimus ad *Zeugma*, cap. 8. not. 2. & ad Aelian. Var. Hiſt. VIII. 9. 3. & X. 16. 1.

(2) *Syllepſis numeri.*] Sic Plautus Pœnul. III. 3. 5. *Sed quid huc tantum hominum incedunt, ecquidnam afferunt?* Cic. Famil. X. 30. *Cornu ſiniſterius ſedem referre cœperunt.* Liv. I. 41. *Clamor concurſuſque populi mirantium.* cap. 50. *ſi ſe audiant, domum ſuam quemque inde abituros.* Sueton. Nerone cap. 1. *ac magna*

cipimus, aut contra. Virgil. *Pars in fruſta ſecant.* Ovid. *Pars volucres factæ.* Terent. *Aperite aliquis.* Salluſt. *Cæpere ſe quiſque magis extollere.* Virgilius, *Alterum in alterius mactatos ſanguine cernam.* Et in ſacris, *Alter alterius onera portate.* Terent. *Eunuchum dixti velle te, quia ſolæ his utuntur reginæ*: idem Heaut. *Nam parentum injuriæ uniuſmodi ferme ſunt, paulò qui eſt homo tolerabilis.* Boëtius, *Nil infelicius homine, quos morſus muſcarum necat.* Eſt & Syllepſis Numeri, quum plura ſingularia feruntur in pluralem, ſuppoſiti dignitate ſervata, ut, *ego & tu valemus; ego & vos ſedemus; tu & pater jubetis.*

Syllepſis (3) per Genera & Numeros ſimul, talis eſt. *Pars in carcerem acti, pars beſtiis objecti.* Livius, *Maxima pars ab equitibus in flumen acti*: idem, *Pars per urbes dilapſi*: idem, *Tunc enimverò omnis ætas currere obvii.* Virgilius 6. *Hic manus ob patriam pugnando vulnera paſſi*: idem, *Pars merſi tenuere ratem.* Statius lib. 7. *Subeunt Tegæa juventus Auxilio tardi.*

Eſt

gna pars rutila barba fuerunt. Sall. Catil. 23. *Pleraque nobilitas invidia æſtuabat, & quaſi pollui Conſulatum credebant.* Vide omnino Gronovium de Pecunia Vetere II. 4. Ita vero & Græci: Aelianus Var. Hiſt. XIV. 22. περιΐσταντο δ' αὐτὸν, καὶ περιῆλθον τὸ πλῆθος.

(3) *Per genera & numeros.*] Sic Sall. Jug. 58. *Magna pars vulnerati aut occiſi.* Cap. 105. *Cohors Peligna velitaribus armis, non ſecus atque aliis armis, adverſus tela hoſtium, quod ea levia ſunt, muniti.* Quem locum perperam ſollicitat Urſinus. Senſus eſt, Pelignos æquè hiſce levibus armis, ac ſi alia & graviora haberent, fuiſſe munitos adverſus tela hoſtium, quoniam & illorum tela iidem eſſent levia. Orat. 1. ad Cæſ. *Cetera multitudo alius alium ſecuti.* Or. 2. *Druſo ſemper conſilium fuit ſumma ope niti pro nobilitate, neque ullam rem agere intendit, niſi illi auctores fierent.* Livius III. 14. *Juniores, id maxime, quod Cæſonis ſodalium fuit, auxere iras in plebem.* Tacit. An. II. 52. *Legionem, & quod ſub ſignis ſociorum, in unum conductos ad hoſtem ducit.* Ael. Var. Hiſt. X. 21. ἑσμὸς μελισσῶν καθίσαντες. Julianus Orat. 1. pag. 19. μοῖρα σφῶν οὐ φαύλη προσθέμενοι. pag. 24. ταῦτα ὁρῶντες τὸ στράτευμα. Et p. 29. ἀκμῆτας ἦγε τὸ στράτευμα. Quem locum male ſollicitavit Petavius, & recte contra eum aſſeruit

Digitized by Google

decus, gloria, in oculis ſita ſunt. Lucret. lib. 1. *Ductores Danaum delecti prima virorum.* Cic. 1. Divin. *Annus ſalubris & peſtilens, contraria*, ſupple *negotia*, id eſt, res contrariæ.

uenturum. Cap. 38. *Nox & præda caſtrorum hoſtes remorata ſunt.* Ita & alibi paſſim. Decl. Latronis adv. Catil. *Nec Sp. Mælio favor civitatis, nec Saturnino jus ſacroſanctæ dignitatis, auxiliata eſt.* Dele omnino τὸ *Eſt*, & intellige *ſunt.* Vide & ſupra IV. 4. 79.

CAP. XI.

De Hyperbato, & ejus partibus.

HYperbaſis, ſive *hyperbaton*, eſt verbi tranſgreſſio, & ordo perturbatus, præter grammatices rationem.

Anaſtrophe eſt dictionum præpoſterus ordo: ut, *mecum, tecum, ſecum; quibus de rebus;* (1) *intereſt mea; adigere arbitrum*, pro, agere ad arbitrum. Cic. in Topicis.

Tmeſis, id eſt, ſectio, quando compoſita vel conjuncta dictio dividitur; ut, *Septemque triones;* (2) *maximo te orabat opere.* Horat. *Quo me cunque rapit tempeſtas, deferor hoſpes.* Virgilius, *Naſcere, præque diem veniens age Lucifer almum.*

Parentheſis eſt ſenſus ſermoni, antequam abſolvatur, interjectus. Virgil. *Tityre, dum redeo, (brevis eſt via) paſce capellas.*

Syn-

(1) *Intereſt mea, adigere arbitrum.*] In his non tam Anaſtrophe, quam Ellipſis, per quam repeti debet præpoſitio, quæ Verbo eſt conjuncta. Sic *Adire aliquem, Adjacent mare &c.* quæ paſſim occurrunt. Vide ſupra ad III. 5. not. 2. & 3.

(2) *Maximo te orabat opere.*] In eo nulla eſt Tmeſis non magis quam in *Pro Conſule, Animum advertere*, quæ etiam contracta fuerunt tandem in *Proconſul, Animadvertere.* Sic ergo & per contractionem dicitur *Magnopere, Maximopere:* Sed genuinum eſt *Magno opere, Maximo opere.*

Digitized by Google

Synchyſis eſt ordo dictionum confuſior; ut, *Quinquaginta, ubi erant centum, inde occidit Achilles*; ordo eſt, ubi erant centum, inde occidit quinquaginta. (3) Multus in hac figura eſt Horatius, ut in Arte, *Qui variare cupit*

(3) *Multus in hac figura.*] In Horatianis his locis, quæ adferuntur ex Porphyrione, non omnino opus putem ad Synchyſin confugere. Certe ea manifeſtior longe eſt in reliquis pleriſque ex Horatio. Sed & apud alios Auctores videas ſæpenumero ordinem vocabulorum confuſiorem, & ſeparata, quæ conjungenda erant. Ex Terentio nunc quidem adferemus nonnulla, ut inde alia ejuſdem loca paulo intricatiora explicemus, & ſic uſum talium obſervationum oſtendamus. Heaut. I. 2. 15. *Timet omnia, Patris iram, & animum Amicæ, ſe erga ut ſiet, ſuæ.* Hec. IV. 4. 57. *Dabo jusjurandum, nihil eſſe iſtorum, tibi.* Adelph. III. I. 5. *Miſeram me, neminem habeo, ſolæ ſumus, Geta autem hic non adeſt: Nec quem ad obſtetricem mittam, nec qui arceſſat Aeſchinum.* Ubi refero hæc poſteriora ad *Neminem habeo*: nam quod *adeſt* hic non repetendum aut intelligendum cenſeam, id oritur ex eo, quod non poterat alius *adeſſe*, quum alium neminem haberet præter Getam. III. 2. 1. *Nunc illud eſt, quod, ſi omnes omnia ſua conſilia conferant, Atque huic malo ſalutem quærant, auxilii nihil adferant, Quod mihique, heræque, filiæque herili, eſt.* Ubi poſterius *quod* reſpicit *malum*, non *auxilium*. Andr. I. 1. 54. *Qui tum illam amabant, forte filium Perduxere illuc ſecum, ut una eſſet, meum.* II. 3. 2. *Si id ſuccenſeat nunc, quia non dat tibi uxorem Chremes, Ipſus ſibi eſſe injurius videatur, neque id injuria: Priuſquam tuum, ut ſeſe habeat, animum, ad nuptias, perſpexerit.* Duplex hic Synchyſis. Altera in eo conſiſtit, quod poſtremus hic verſus non ſubjungitur primo, quem, ut ſtatim ſubſequeretur, ſenſus & Conſtructionis ordo poſtulabat. Ordo enim eſt, *ſi ob id, quod Chremes non dat tibi uxorem, tibi nunc ſuccenſeat pater, priuſquam perſpexerit* &c. *ipſus ſibi* &c. Altera eſt, quod τὸ *ad nuptias* ſeparatur ab iis, *ut ſeſe habeat*, interjectum aliis. Nam etiam hic ordo conſtructionis eſt, *priuſquam perſpexerit tuum animum, ut ſeſe habeat ad nuptias.* Phorm. III. 2. 27. *Nequeo exorare, ut me maneat, & cum illo ut mutet fidem, Triduum hoc.* Phædriæ amicam Leno vendiderat Militi, qui eam ſequenti die erat abducturus. Rogabat itaque Phædria lenonem, ut militi non ſervaret fidem, & ſe opperiretur per triduum, ſeu differret venditionem mulieris in triduum, intra quod tempus pecuniam ſe daturum pollicebatur. *Triduum hoc* reſpicere illa, à quibus diſtractum eſt, *ut maneat me*, clarum ex v. 4. ubi Phædria obſecrans interrogat ipſum lenonem, *Nequeo te exorare, ut maneas triduum hoc?* Ex his

pit rem prodigialiter unam, Delphinum ſilvis appingit, id eſt,

his jam explicari forſan debent etiam ultima prologi Andriæ, in quibus adhæſere Interpretes. *Favete, adeſte æquo animo, & rem cognoſcite: Ut pernoſcatis, ecquid ſpei ſit reliquum, Poſthac quas faciet de integro comœdias, Spectandæ, an exigendæ, ſint vobis prius.* Turbat hic interpretes τὸ *prius*, & idcirco nonnulli in ultimo verſu exponunt τὸ *Spectandæ*, alii τὸ *Exigendæ*, per *Probandæ, Examinandæ*. Ego vero putem, utrumque hic ſumi eo ſenſu, quo ſolent, quando agitur de fabulis, & quidem, ut poni etiam videntur hoc in loco, ſenſu ſibi maxime contrario. Spectabatur per ſilentium comœdia, quæ placebat; Exigebatur & explodebatur, quæ diſplicebat. Sic *ſpectari & cognoſci*, Hec. prol. I. 3. *Exigi* II. 4. & 7. Per Synchyſin autem diſtractum videri poſſit τὸ *Prius*, interpoſitis nonnullis aliis, à τῷ *pernoſcatis*. Quo pacto ſenſus foret: Adeſte, ut pernoſcatis ex hac comœdia prius, ecquid ſperandum ſit vobis de illis, quas poſthac Poëta de integro faciet, utrum eæ, quum proferentur in ſcenam, ſint vobis ſpectandæ, an vero ſtatim exigendæ. Populus enim comœdias, antequam agerentur, non probabat aut examinabat prius, quod ſequitur ex vulgata diſtinctione & interpretatione, ſed Magiſtratus, qui edebant ludos, ad probandas fabulas, antequam eas emerent, adhibebant ſæpe peritum judicem, ſicuti tempore Ciceronis & Horatii adhibebatur P. Mæcius Tarpa. Vide Horatium in Arte Poet. & Cicer. Famil. VII. 1. atque ibi Manutium. Si cui tamen durior videatur illa tranſpoſitio, tum vero putem omnino, ſenſum Terentii eſſe; adeſte, ut ex hac comœdia pernoſcatis, quid de reliquis hujus Poëtæ ſperandum ſit vobis, utrum ſi alia & Nova illius Comœdia in ſcenam proferatur, ex præjudicio hinc ſumpto, ſpectare eam debeatis ad finem uſque, an vero ſtatim & prius, quam agatur tota, exigere & explodere, ut quam ſpectare non ſit operæ pretium. Videtur enim Verbum *Spectare* aliquando poni pro *perſpectare*. Sic in Hec. prol. I. v. 3. *Hæc quum data eſt nova, novum intervenit vitium & calamitas, ut neque ſpectari, neque cognoſci potuerit.* Et prol. 2. v. 12. *Perfeci, ut ſpectarentur.* Verum illhoc Synchyſeos cujuſdam modo exponendum nullus dubito locum Heaut. I. 2. 11. *Quam vellem Menedemum invitatum, ut nobiſcum eſſet hodie amplius, ut hanc lætitiam primus ei objicerem domi, Atque etiam nunc tempus eſt.* Buchnerus in Theſauro Fabri priora hujus loci adferens in voce *Amplius*, exponit eam ipſam, *Lautius, & magis opipare, quam domi ſolet*: quod etiam in poſtremis ejus Theſauri edd. eſt ſervatum. Secundum hanc ergo expoſitionem ſimpliciter dixiſſet Chremes, *Quam vellem Menedemum invitatum*, quaſi antea invitatus plane non fuiſſet. Atqui invitatus jam antea

Digitized by Google

eſt, Delphinum ſilvis appingit prodigialiter : ibidem, *Cho-*

tea fuerat à Chremete I. 1. 110. *Nunc ſi commodum eſt, hodie apud me ſis, volo, &c.* Præterea neque nova eſſe poterat Chremeti, quare nunc denuo vellet Menedemum invitatum, hæc ratio, ut ſecum *lautius ederet* Menedemus, *quam domi ſoleret.* Nam cum eum antea jam invitarit, debuit id ſane ea de cauſa feciſſe, cum hæc inter tales certe homines præcipua ſit invitandi cauſa. Nunc autem nova aliqua deſignatur diſerte cauſa, quæ antea non fuerat, quæque nunc erat, & hæc quidem, *ut hanc lætitiam* reverſi filii *Menedemo primus objiceret.* Quid ergo? Accipe hunc locum ita, ut dicat Chremes, ſe velle Menedemum *amplius* fuiſſe invitatum, quam erat factum. Nam cum ille recuſaſſet venire, deſtiterat ſtatim Chremes ulteriore invitatione. Proinde additur, *Atque etiam nunc tempus eſt*, non ſimpliciter invitandi, quod jam factum erat, ſed denuo & *amplius.* Porro *ut nobiſcum eſſet hodie*, intellige eodem modo, quo illa, *hodie apud me ſis volo.* Sed & ſic accipienda puto, quæ perperam, hoc non animadverſo, ſeparantur & diſtinguuntur Eun. IV. 5. 14. *Itaque ut ne viderem, miſera huc effugi foras. Quæ futura exempla dicunt in eum indigna?* Ita editur & diſtinguitur. At Ego conjunxerim omnia, & ſine interrogatione retulerim *exempla indigna, quæ dicunt in eum futura*, ad verbum *viderem*, ad quod ceteroqui, nihil eſt aliud, quod referatur. Maxime autem adhæſerunt viri docti ad Adelph. V. 7. 19. DE. *Syre, ceſſas ire ac facere?* SY. *quid ago?* DE. *Dirue Tu illas, abi & traduce.* Sic ineptiſſime & ſine ullo ſenſu diſtinguitur in Batavica Variorum Editione. Rectius Faernus & Heinſius, *Dirue. Tu illas abi & traduce.* Sed tamen ſollicitat hæc Guietus, ſolita ſibi conjectandi audacia, legendum pronuncians; *Abi tu Geta & traduce:* quamvis nihil iſta pertineant ad Getam; ac Demea alloquatur his verbis Æſchinum, cui & antea v. 12. dixerat, *hac transfer* ſcil. ſponſam, *unam fac domum*, *TRADUCE & matrem & familiam omnem ad nos.* Secutus eſt tamen noviſſime Guietum Auctor Criticæ P. III. Sect. I. cap. 9. §. 9. jubens, *Lege: Tu (Geta, nimirum) illac abi, & traduce.* Addit. *Vult Getam quam breviſſima via domum ire, ne mora ulla ſit.* Quaſi ſcilicet, interea dum maceria diruebatur, Geta non potuiſſet per plateam citius domum ire, quæ erat in proximo, quam ſi expectaret, uſque dum diruta eſſet illa maceria; & quaſi *illac*, ſeu per eam dirutam, Getæ omnino eundum fuiſſet potius, quam per plateam. Unica tantæ conjecturæ eſt Cauſa, quod τὸ *illas* ceteroqui referendum ſit ad *traduce*, a quo ſeparatum eſt, *quam trajectionem* (ait Clericus) *verborum nemo ferat in Comico æque terſo, ac Terentius eſt:* & *quæ certe Dithyrambici ſit Poëtæ, non Terentii.* At Terentii quoque eam eſſe, tot jam exempla abunde potuerunt probare. Sed & ſic plane

Choruſque turpiter obticuit ſublato jure nocendi, ordo eſt, chorus

Plautus inter *ſerva hunc ſenem* interponit itidem aliud verbum, & quidem Neutrum, Mercat. V. 4. 35. *Eutyche, ſed oro, ſodalis ejus es, ſerva, & ſubveni, hunc ſenem, para me clientem*, ubi male itidem punctum poſt *Subveni* poſitum eſt. Adde jam ſimilem ſeparationem, & alterius conſtructionis, & quidem integri ſenſus, interpoſitionem, ex Hec. prol. II. 25. *Quum primum eam agere cœpi, pugilum gloria, Funambuli eodem acceſſit exſpectatio, Comitum conventus, ſtrepitus, clamor mulierum, Fecerunt, ut ante tempus exirem foras.* Ubi *pugilum gloria* referendum eſt omnino cum reliquis Nominativis ad verbum *Fecerunt*, licet ab eo ſit ſeparatum per integram ſententiam de *Funambulo*, quæ alterius eſt conſtructionis. Quid faciemus jam Salluſtio? Qui in Catil. cap. 16. *Sed juventutem multis modis mala facinora edocebat, ex illis teſtes ſignatoreſque falſos commodare, fidem, fortunas, pericula, vilia habere. Poſt ubi eorum famam atque pudorem attriverat, majora alia imperabat.* In quibus *habere* pendet a verbo *edocebat*, ad quod difficulter referas *commodare*, quod pro *commodabat* videtur poſitum. Et ita in Jug. cap. 17. ubi omnia Africæ in Nominativo memorat, *Mare ſævum, ager frugum fertilis, &c. genus hominum ſalubri corpore; pleroſque ſenectus diſſolvit, niſi qui ferro aut beſtiis interiere. Nam morbus haud facile quemquam ſuperat. Ad hoc malefici generis plurima animalia*, ſcil. *ibi ſunt*. Poſtrema hæc vel *addita a ſciolis*, vel *transpoſita* cenſet Gruterus. Nec minus ineptit Glareanus; quum ejuſdem illa ſint conſtructionis, cujus ſuperiora, à quibus tamen longiore iſta *Hominum* commemoratione ſunt ſeparata. Sic cap. 21. *Legati in Africam maturantes veniunt, eo magis, quod Romæ &c. de prælio facto audiebatur. Sed is rumor clemens erat. Quorum* (legatorum) *Jugurtha oratione accepta*, &c. Multa enim & iſtic ſunt interpoſita. Similiter vero apud Græcos. Ael. Var. Hiſt. I. 15. ὁ ἄῤῥην ἐμπτύει τοῖς νεοττοῖς, ἀπελαύνων αὐτῶν τὸν φθόνον, ἵνα μὴ βασκανθῶσι, δὶ ἄρα τοῦτο. Varie ſollicitant & emendare aggrediuntur hunc locum Interpretes, ut in notis eorum videre eſt. Sed nihil omnino mutandum, ut ad eum locum oſtendi, ubi plura hujus Synchyſeos exempla attuli. Decepit eos, quod non animadverterunt, referenda poſteriora ad τὸ ἀπελαύνων. Scilicet Maſculus inſpuit pullis, abigens per illud ipſum ab iis invidiam, &c. Similiter cap. 24. ἦν οὖν, οἷα εἰκὸς, πολέμιος τῷ Ἡρακλεῖ ὁ Λεπρέας, ἐκ τῆς τοιαύτης συμβουλῆς. Conſtrue, οἷα εἰκὸς ἐκ τῆς τοιαύτης συμβουλῆς. Sic in Actis V. 38. 39. ἀπόστητε ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων τούτων, καὶ ἐάσατε αὐτοὺς, ὅτι ἐὰν ᾖ ἐξ ἀνθρώπων ἡ βουλὴ αὕτη, ἢ τὸ ἔργον τοῦτο, καταλυθήσεται, εἰ δὲ ἐκ Θεοῦ ἐστιν, οὐ δύνασθε καταλῦσαι αὐτὸ, μήποτε καὶ θεομάχοι εὑρεθῆτε. Refer hic τὸ μήποτε cum Pricæo ad ἐάσατε αὐτούς.

Digitized by Google

chorus obticuit, ſublato jure nocendi turpiter. Hæc ex Porphyrione. Idem Horatius, *Et malè laxus in pede calceus hæret*, pro, malè hæret: idem in Odis, *Inultus ut flebo puer*! idem 1. Sermon. *Ubi ſedulus hoſpes Penè macros arſit dum turdos verſat in igne*: idem, *Sæpè velut qui currebat fugiens hoſtem*, id eſt, currebat velut fugiens hoſtem: & Satyr. 1. *At hunc liberta ſecuri Diviſit medium fortiſſima Tyndaridarum*; ordo: (4) liberta fortiſſima diviſit hunc medium ſecuri Tyndaridarum: quem locum ego noſtris temporibus ex Sophoclis Electra primus animadverti: & Satyr. 4. *At veluti te Judæi, cogemus in hanc concedere turbam*, id eſt, *cogemus te, veluti Judæi*, ſubaudi *cogunt*.

(5) *Anacoluthon*, id eſt, Inconſequens, proximè accedit

(4) *Liberta fortiſſima.*] At vide illic Torrentium. Locus eſt Sat. I. 1. 100.

(5) *Anacoluthon.*] Sic Plaut. Pœn. III. 3. 46. *Tu, ſi te Dii amant, agere tuam rem occaſio eſt.* III. 5. 24. *Hi, qui illum dudum conciliaverunt mihi Peregrinum Spartanum, id nunc his cerebrum uritur, Me eſſe hos trecentos Philippos facturum lucri.* Rud. II. 7. 14. *Ille qui conſulte, docte, atque aſtute cavet, diutine uti bene licet partum bene.* V. 2. 4. *Illic ſceleſtus liber eſt, ego qui in mari prehendi rete atque excepi vidulum, dare ei negatis quicquam?* Cic. de Offic. III. 26. *Utile videbitur Ulyſſi, ut quidem Tragici prodiderunt, nam apud Homerum nulla talis de Ulyſſe ſuſpicio eſt: ſed inſimulant eum Tragœdiæ, ſimulatione inſaniæ militiam ſubterfugere voluiſſe.* Aberravit hic Cicero manifeſte ab ea elocutione, qua cœperat, nec enim eadem conſtructione perſequitur exponere, quid *utile* fuerit *Ulyſſi*. At quod Sanctius ex Cicerone pro Mur. adfert, in eo nullum eſt Anacoluthon. Delendum modo comma poſt *interea*. Hirtius B. Afric. cap. 25. *Dum hæc ita fierent, Rex Juba, cognitis Cæſaris difficultatibus copiarumque paucitate, non eſt viſum dari ſpatium convaleſcendi, augendarumque ejus opum.* Sall. Jug. cap. 1. *Sin animus captus pravis cupidinibus ad voluptates corporis peſſundatus eſt, pernicioſa libidine pauliſper uſus, ubi per ſocordiam vires, tempus, ingenium diffluxere, naturæ infirmitas accuſatur.* In his quoque non videntur reſpondere τὰ *uſus* poſtrema. Davifius refert huc quoque Cæſaris locum. B. Gall. I. 18.

Digitized by Google

dit ad Solœciſmum; ſed magis Rhetorum eſt. Terent. Eunuch. *Cur ego in his te conſpicor regionibus? Th. vobis fretus.* Cicero pro Mur. *Prætor interea, ne pulchrum ſe ac beatum putaret, atque aliquid ipſe ſua ſponte loqueretur, ei quoque carmen compoſitum eſt.* Terentius Hecyr. *Nam omnes nos, quibus eſt alicunde aliquis objectus labor, omne, quod eſt interea tempus, priuſquam id reſcitum eſt, lucro eſt.* Donatus hic aliquid deeſſe affirmat; (6) mihi videtur deeſſe κατὰ, id eſt, *circa*.

Cap. XII.

18. *Reperiebat etiam Cæſar inquirendo, quod prælium equeſtre adverſum paucis ante diebus eſſet factum, initium ejus fugæ a Dumnorige atque ejus Equitibus factum eſſe.* At nullum hic Anacoluthon conſtituerim, ſed potius Ellipſin vocis *prælium*, ſeu *in prælium*. Nam abſolute quoque dicitur *inquirere aliquid*. Cicero de Offic. I. 4. *Omnia, quæ ad vivendum ſunt neceſſaria, inquirat & paret.* Et Elliptice, ut hic, ita fere apud Tacit. Ann. XIV. 22. *Igitur quaſi depulſo jam Nerone, quiſnam deligeretur, inquirebant.* Sed ſimplicisſimum videtur, particulam *quod* accipere poſitam, ut ſolet, pro *propterea quod*: nam idcirco *inquirebat, quod prælium eſſet* &c. Frequentiſſime autem anacolutha prioribus ſimilia occurrunt apud Græcos, quæ, ne longior ſim, afferre nunc ſuperſedeo. Vide me ad Aelianum Var. Hiſt. II. 11. & Clericum Arte Crit. P. 2. Sect. 1. cap. 10. §. 10. &c.

(6) *Mihi videtur deeſſe* κατὰ.] Non abſurde. Sic forte Plaut. Bacchid. II. 2. 36. *Etiam Epidicum, quam ego fabulam æque ac me ipſum amo, Nullam æque invitus ſpecto, ſi agit Pellio.* Expone, *etiam Epidicum, immo nullam æque, invitus.* Vel etiam, *quod ad*, κατὰ *Epidicum ipſam, nullam* &c. Rud. IV. 3. 23. *Vidulum iſtum, cujus ille eſt, novi hominem.* Manifeſto pro, *quod ad vidulum iſtum*, &c. Men. II. 2. 37. *Nummum iſtum, quem mihi dudum pollicitus dare, jubeat porculum afferri tibi.* Senſus eſt, vel, *quod ad nummum iſtum, quem &c. jubeas eo porculum &c.* Vel *Nummo iſto, quem iſtum nummum mihi pollicitus, jubeat tibi afferri porculum.* Vide & ſupra Notas ad II. 5. n. 5. pag. 186. 187. & ad II. 9. pag. 202.

Cap. XII.

De Helleniſmo, ſive Antiptoſi.

HEllenifmum → *Helleniſmum*, ſive Græcam conſtructionem, nominamus, quoties auctores ſic græciſſant, ut latina norma defendi nequeant. *Helleniſmum* in infinita genera deducit Linacer; nos tantum *Antiptoſin* perſequemur, quum hæc ſola Latinos canones excedere videatur.

Antiptoſi Grammaticorum nihil imperitius, quum doceant, quemvis caſum pro alio poſſe poni; ut, *venit in mentem illius diei*, pro ille dies. Quod figmentum ſi eſſet verum, magna nos ſolicitudine liberaret: fruſtra enim quæreremus, quem caſum verba regerent.

Græci non raro è duobus caſibus, ſi ſe mutuò reſpiciant, alterum tantum regunt, alterum illi adjungunt, ita ut alter ab altero trahatur; ut, (1) περὶ λόγων, ὧν ἔλεξα, id eſt, *de verbis, quibus dixi*, pro, *quæ*: χρῶμαι, οἷς ἔχω βιϐλίοις, id eſt, *utor, quibus habeo libris*, pro, *quos*. Huc poteſt referri illud ex Pandectis libro 30. tit. I. leg. 114. §. *Divi Severus, & Antoninus reſcripſerunt, eos, qui*, &c. (2) Lego, *ii qui*, pro eorum qui, Exodi cap. 2.

(1) Περὶ λόγων, ὧν ἔλεξα.] Sic Actor. Ap. XXVI. 22. οὐδὲν ἐκτὸς λέγων, ὧν τε οἱ προφῆται ἐλάλησαν μελλόντων γίνεσθαι, καὶ Μωσῆς. Anton. Liber. fab. 12. τῇ ἐσθῆτι, ᾗ ἐφόρει. Aelian. Var. Hiſt. II. 10. ὑπὲρ ἐκείνων, ὧν ἔλεγε. XIV. 32. Καὶ εὑρὼν τὴν οὐσίαν πλείω, ἧς ἀπέλιπε: ubi æque, ac in loco Actorum, prior caſus, quem alter ſequitur, per Ellipſin eſt omiſſus. Utrobique enim deſideratur Pronomen Demonſtrativum in Genitivo, τούτων, & ταύτης, quibus reſpondent ὧν, & ἧς. Vide me etiam ad Ael. IX. 4. 5.

(2) *Lego ii qui.*] Immo vero referri poteſt hoc exemplum ad Anacoluthon, æque ac quæ iſtic notata ſunt, maxime nota 6. Vel ſi quid mutandum, lege cum Gloſſa, *Eor. qui*, h. e. *Eorum.* Locus enim integer ſic ſe habet,

 reſcrip-

Hæc de grammaticorum *Prolepſi.* Idem illi ineptè diviſerunt Zeugma, in *prozeugma, meſozeugma, hypozeugma*: nam ſemper quocunque modo ponatur verbum, Zeugma erit. Iidem præcipiunt, verbum vel adjectivum ſemper debere cum propinquiore convenire; ut, *ſociis, & rege recepto.* Ego vero aſſero contra Budæum, & alios, rectiſſimè ſcripſiſſe Lucanum, *Leges & plebiſcita coactæ.* Horat. *O noctes, cœnæque Deûm, quibus ipſe, meique, Ante larem proprium veſcor.* Livius lib. 1. *Ego, populuſque Romanus, populis priſcorum Latinorum bellum indico, facioque.* Statius lib. 7. *Jura, fidem, ac Superos una calcata rapina.* Poteris & hoc ad *Syllepſin* referre. Valer. Maxim. lib. 9. cap. 2. *Pedes ejus præciſos, & caput, & manus, in ciſtam, chlamyde opertos, pro munere natalitio miſit.* Plancus Ciceroni, *Amor tuus, ac judicium de me, utrum mihi plus dignitatis in perpetuum, an voluptatis quotidie ſit allaturus, non facile dixerim.* Cic. 2. Natur. *Quinetiam vites à caulibus, braſſiciſque, ſi propè ſati ſint, ut à peſtiferis & nocentibus, refugere dicuntur, nec eos ulla ex parte contingere.* Livius lib. 5. *Gens eſt, cui natura corpora animoſque magis magna, quam firma dederit.* Julius Obſequens de Prodigiis, *Cælum, ac terra ardere viſum.* Gell. lib. 8. *Philippi vim atque arma, toti Græciæ cavendam metuendamque, Demoſthenis orationes notificant.* (3) Salluſt. *At ingenii egregia facinora, ſicuti anima, immortalia ſunt.* Hom. 2. Iliad. *At veſtræ uxores, & pignora neſcia fraudis, ſub tectis reſident ſolæ.* Quod malè adducit Linacer.

Eleganter deſideratur idem verbum, ſed in alia ſignificatione; ut, *tu colis barbam, ille patrem: Nero ſuſtulit*

(3) *Salluſt.*] Sic Jug. 49. *Cum natura loci, tum dolo, ipſi, atque ſigna militaria, obſcurati;* cap. 50. *Sin opportunior fugæ collis, quam campi, fuerat.* Ubi contra codd. *fuerant* editur. Sueton. Calig. 13. *Sic imperium adeptus, Populum Romanum, vel dicam hominum genus, voti compotem fecit.* Ubi itidem ſine juſta ſatis cauſa, & contra MStorum conſenſum, Gronovius Pater mallet *compotes.*

tulit matrem, ut Æneas patrem. Juſtinus, *Provolutæ deinde genibus Alexandri, non mortem, ſed ut Darii corpus ſepeliant, dilationem mortis deprecantur*: idem, *Egregius adoleſcens, & cædem patris, & necem fratris, & ſe ab inſidiis Artabani vindicavit.* (4) Ovidius, *Pariterque ipſosque, nefaſque, Suſtulit.*

(5) Sæpè plures orationes uno verbo claudi videntur, ſed

(4) *Ovidius.*] Sic Metam. XIV. 36. *Unoque duos ulciſcere facto.* Nempe *ulciſci* dicimur tum illum, in quem, tum illum, propter quem, ultio exercetur. Videmus hinc, etiam uno in commate unum verbum ſemel poſitum, duplici tamen ſignificatione adhiberi. Verum ut in illis Sanctii duo Nomina uni Verbo junguntur, & diverſam ejus ſignificationem faciunt, ſic apud Petron. *Parata erat in craſtinum turba, quæ & injuriam meam vindicaret, & dignitatem.* Salluſt. or. 1. ad Cæſ. *quomodo ſcorta aut convivia exercuerint nonnulli.* Cic. Catil. II. 2. *Jampridem ego L. Catilinam non modo invidiæ meæ, ſed etiam vitæ, periculo ſuſtuliſſem.* Ubi male ingenium ſuum periclitatur conjectando Lambinus. Senſus eſt, periculo invidiæ mihi conflandæ, & vitæ amittendæ: ſeu invidiæ, quam paſſurus ſum, & vitæ, quam ago: ut adeo τὸ *Meæ* active hic & paſſive ſumatur.

(5) *Sæpe plures orationes.*] Sic fere Sall. Jug. 42. *Multos mortales ferro aut fuga extinxit*; at *fuga* non *exſtinguuntur* homines. cap. 46. *Bellum an pacem gerens*: ubi perperam Ciacconius quid deeſſe ſuſpicatur. Tac. Ann. I. 44. *Judicium & pœnas de ſingulis in hunc modum exercuit.* Sæpe etiam verbum refertur ad propinquius ſignificatione & conſtructione, ad remotius conſtructione quidem, ſed neutiquam ſignificatione. Salluſt. Jug. 63. *Etiam tum alios Magiſtratus plebes, Conſulatum nobilitas inter ſe per manus tradebat.* Plinius Panegyr. cap. 70. *Ita illa ſeu negligentia ſeu malignitas Principum, quum male conſultis impunitatem, recte factis nullum præmium polliceretur.* Tac. Ann. II. 20. *Quod arduum ſibi, cetera Legatis permiſit.* VI. 24. *Ut ſicuti nurum, & nepotem, domumque omnem cædibus complevisset.* XII. 64. *Agrippina filio dare imperium, tolerare imperitantem nequibat.* Ter. Andr. III. 5. 18. *Hoc tempus præcavere mihi me, non te ulciſci ſinit.* Nep. Hann. 8. *Alii naufragio, alii à ſervis ipſius interfectum eum ſcripſerunt.* Intellige in priore parte horum exemplorum, *Gerebat*, *Tribueret*, *Sumſit*, *Interfeciſſet*, vel *Vexaſſet*, *Volebat*, *Jubet*, *Periiſſe.* Vide etiam Munckerum ad Hygin. Fab. 14. circa finem. Similiter Græci, Aelianus Var. Hiſt. II. 7. Νόμος οὗτος Θηβαϊκός, ὅτι οὐκ ἔξεστιν ἀνδρὶ Θηβαίῳ ἐκθεῖναι παιδίον, οὐδὲ εἰς ἐρημίαν αὐτὸ ῥῖψαι, ἀλλ' ἐὰν ᾖ πένης ὁ τοῦ παιδὸς πατὴρ, ἐπὶ τοὺς ἄρχας κομίζειν αὐτὸ, ſcil. δεῖ. Pertinet huc etiam, quando

ſed ad verum ſenſum aliud ſupplendum eſt. Virgil. *Sacra manu, victoſque Deos, parvumque nepotem ipſe trahit*: verbum *trahit* non rectè referas ad ſuperiora, ſed deeſt *fert*, vel *portat*. Idem, *Diſce puer virtutem ex me, verumque laborem, Fortunam ex aliis*: ubi Servius, Deeſt, *opta*. Plaut. Moſt. *Ille quidem haud negat. Th. Imo ædepol negat profectò, neque ſe has ædes vendidiſſe*, ſubaudi, *affirmat*, vel *jurat*. Salluſt. Jugurth. *Non enim, regnum, ſed fugam, exilium, egeſtatem, & omnes has, quæ me premunt, ærumnas, cum anima ſimul amiſiſti*, &c. Horatius, *Sæpè velut qui currebat fugiens hoſtem, perſæpe velut qui Junonis ſacra ferret*, ſubaudi *incedebat*.

Negat ad duo commata refertur, in quorum altero intelligendum tantum *Dicit*: de quo vide hic Sanctium & Gronovium Patrem Obſerv. IV. 2. pag. 28. & Me ſupra Cap. 5. not. 7. pag. 661. & maxime Cap. 7. not. 5. p. 694.

CAP. IX.

De Pleonaſmo.

PLeonaſmos, ſeu *Parelcon*, fit quum ad legitimam conſtructionem aliquid additur; ut, *Adesdum, Iteradum eadem iſta mihi*; (1) *Quoad ejus fieri poteſt*; *Nuſquam gentium*: *Ubique locorum*: quamvis in his genitivis poterit eſſe Ellipſis nominis. Propriè dicitur *Pleonaſmus*, quum additur (2) nominibus Comparantibus adverbium *Magis*.

(1) *Quoad ejus fieri poteſt.*] In hac locutione tantum abeſt, ut ſit Pleonaſmus, ut certa in ea ſit Ellipſis. Vide ſupra ad III. 6. init. pag. 421. De reliquis vide infra in *Helleniſmo*.

(2) *Nominibus comparantibus &c.*] Adde Juſtinum. III. 2. 7. *non inventione earum (legum) magis, quam exemplo, clarior*: ubi vide Berneggeri Notas. Plaut. Mercat. V. 2. 57. *neque eſt cui magis me velle melius æquum ſiet.* Additur etiam *Non minus* Comparativis. Florus IV. 2. 47. *ſed nec minus admirabilior illius exitus belli*: ubi vide Indicem Freinshemii. Sed & Græci ita. Aelianus Var. Hist. X. 9. πάντη μᾶλλον ἰδίαν ἴσασι. Vide Vechnerum Hellenol. I. 6. & Me ſupra II. 10. 5. pag. 220.

Digitized by Google

Magis. Virgil. Culice: *Quis magis optato queat eſſe beatior ævo?* Ovidius, ſive is Lucanus eſt, ad Piſonem, *Quodque magis dono fuerit pretioſior omni.* Plaut. Aulul. *Ita mollior ſum magis, quam ullus Cinædus*: ibid. *Neque cui plus amplius maleficiam*: idem Pœnul. *Verum qui dederit, magis majores nugas egerit*: idem Capt. *Nihil magis hoc certo certius*: idem Stich. *Imo enim hic magis eſt dulcius*: idem Bacchid. *Magis amiciorem.* Hinc illud in Sacris, quod imperiti damnant, *Magis pluris eſtis vos.* Julius Ruffianus Rhetor, *Pleonaſmum* vocat, *vivere vitam, pugnare pugnam, ſervire ſervitutem, nocere noxam, furere furorem.* Cui facile aſſentior, dum ne credat, Pleonaſmum eſſe, *Longam vitam vivere* & *hunc furere furorem*: nam ut, *Vidi oculis*, Pleonaſmus erit, ita, *his oculis vidi*, Pleonaſmus non eſt. Additur quoque Superlativis adaugens particula. Columella, *Apis, ſi ſævit,* (3) *maxime peſſima eſt.* Sic dixit Horatius, *Græcorum longè doctiſſimus.*

(3) *Maxime peſſima eſt.*] Sic perpolitiſſime Auct. ad Herenn. IV. 32. tum Pomp. de Or. Juris §. 45. *Perquam breviſſimos libros.* Curt. IV. 7. *Beſſum quoque Bactrianorum Ducem, perquam maximo poſſet, exercitu coacto, deſcendere ad ſe jubet.* Ubi non arbitrer temere à codicum fide recedendum, qui ſi omittunt *Ducem*, refer *Bactrianorum* ad ſequens *Exercitu.* Certe cur ita prorſus diſpliceat *perquam maximo*, non video. Vide & Urſinum To. II. pag. 430. 431.

CAP. X.

De Syllepſi.

CONCORDIA vocum verſatur in generibus, numeris, & caſibus; at vero diſcordia caſuum ferri non poteſt, ſed in generibus, & numeris tantum, quæ per Syllepſin excuſatur.

Syllepſis, id eſt, Conceptio, fit, quoties Generibus, aut Numeris, videntur voces diſcrepare.

Syllepſis

Digitized by Google

Syllepſis generis eſt, quum aliud genus proferimus, & aliud concipimus. Cic. pro Sext. *Duo importuna prodigia, quos egeſtas &c.* » [Plaut. prolog. Pœn. *ſcortum* » *exoletum ne quis in proſcenio ſedeat,* (1) pro, ne quis ci- » nædus exoletus : niſi tamen, *Quis*, priſcè, omnium » generum fuiſſe dicamus.] Virgil. 7. Æneid. *Pars arduus altis Pulverulentus equis furit.* Livius lib. 10. *Capita conjurationis virgis caſi* : idem, *Latium Capuaque agro multati* : idem, *Samnitum cæſi duo millia trecenta.* [Vide ad cap. 8. not. 2.] Florus, *Duo millia electi, qui mori juberentur.* Curtius, *duo millia crucibus affixi.* Et in Sacris, *Duodecim millia ſignati*, quod Valla ineptè carpit. In Relativis quoque genus videtur diſcrepare. Terent. *ubi illic ſcelus eſt, qui me perdidit?* idem, *Dii illum ſenium perdant, qui me hodie remoratus eſt* : idem, *Aliquid monſtri alunt, ea quoniam nemini obtrudi poteſt*, &c. Eſt & Syllepſis, ut quibuſdam placet, cum nominibus epicœnis aliud genus damus, quam terminatio ipſa præfinit, ut, *Talpæ cæci*, & *timidi damæ*; *canis fœta*; *boves meas*; *elephantus gravida*; *nova miles*; & multa hujuſmodi : ſed ego ad Ellipſin refero. Catull. ad Manlium, *Nec tantum niveo gaviſa eſt ulla columbo Compar.* Vide *Fœmina.*

(2) Syllepſis Numeri eſt, cum ex ſingulari plurale concipimus,

(1) *Pro ne quis cinædus &c.*] Vel potius, *ne quis exiſtens ſcortum exoletum &c.* Vide ſupra in Ellipſi Nominum vocem *Ens.* Vel etiam, *ne ſcortum exoletum, neu quis hominum ejus generis, ſedeat* &c. Sic certe explicandum videtur illud Catonis apud Feſtum in *Prohibere : Servi, ancillæ, ſi quis eorum ſub centone crepuit, nullum mihi vitium facit.* Salluſt. Catil. 43. *Cetera multitudo ſuum quiſque negotium exſequeretur.* Similiter Terentiana illa, *Aperite aliquis actutum oſtium.* Et ita Plautus quoque Pſeud. V. 1. 37. *Heus Simoni me adeſſe quis nunciate.* Vide & quæ notavimus ad *Zeugma*, cap. 8. not. 2. & ad Aelian. Var. Hiſt. VIII. 9. 3. & X. 16. 1.

(2) *Syllepſis numeri.*] Sic Plautus Pœnul. III. 3. 5. *Sed quid huc tantum hominum incedunt, ecquidnam afferunt?* Cic. Famil. X. 30. *Cornu ſiniſterius pedem referre cœperunt.* Liv. I. 41. *Clamor concurſuſque populi mirantium.* cap. 50. *ſi ſe audiant, domum ſuam quemque inde abituros.* Sueton. Nerone cap. 1. *ac magna*

Digitized by Google

cipimus, aut contra. Virgil. *Pars in fruſta ſecant.* Ovid. *Pars volucres factæ.* Terent. *Aperite aliquis.* Salluſt. *Capere ſe quiſque magis extollere.* Virgilius, *Alterum in alterius mactatos ſanguine cernam.* Et in ſacris, *Alter alterius onera portate.* Terent. *Eunuchum dixti velle te, quia ſolæ his utuntur reginæ*: idem Heaut. *Nam parentum injuriæ uniuſmodi ferme ſunt, paulò qui eſt homo tolerabilis.* Boëtius, *Nil infelicius homine, quos morſus muſcarum necat.* Eſt & Syllepſis Numeri, quum plura ſingularia feruntur in pluralem, ſuppoſiti dignitate ſervata, ut, *ego & tu valemus; ego & vos ſedemus; tu & pater jubetis.*

Syllepſis (3) per Genera & Numeros ſimul, talis eſt. *Pars in carcerem acti, pars beſtiis objecti.* Livius, *Maxima pars ab equitibus in flumen acti*: idem, *Pars per urbes dilapſi*: idem, *Tunc enimverò omnis ætas currere obvii.* Virgilius 6. *Hic manus ob patriam pugnando vulnera paſſi*: idem, *Pars merſi tenuere ratem.* Statius lib. 7. *Subeunt Tegæa juventus Auxilio tardi.*

Eſt

gna pars rutila barba fuerunt. Sall. Catil. 23. *Pleraque nobilitas invidia æſtuabat, & quaſi pollui Conſulatum credebant.* Vide omnino Gronovium de Pecunia Vetere II. 4. Ita vero & Græci: Aelianus Var. Hiſt. XIV. 22. περιέστησαν δ' αὐτὸν, καὶ περιῆλθον τὸ πλῆθος.

(3) *Per genera & numeros.*] Sic Sall. Jug. 58. *Magna pars vulnerati aut occiſi.* Cap. 105. *Cohors Peligna velitaribus armis, non ſecus atque aliis armis, adverſus tela hoſtium, quod ea levia ſunt, muniti.* Quem locum perperam ſollicitat Urſinus. Senſus eſt, Pelignos æquè hiſce levibus armis, ac ſi alia & graviora haberent, fuiſſe munitos adverſus tela hoſtium, quoniam & illorum tela itidem eſſent levia. Orat. 1. ad Cæſ. *Cetera multitudo alius alium ſecuti.* Or. 2. *Druſo ſemper conſilium fuit ſumma ope niti pro nobilitate, neque ullam rem agere intendit, niſi illi auctores fierent.* Livius III. 14. *Juniores, id maxime, quod Cæſonis ſodalium fuit, auxere iras in plebem.* Tacit. An. II. 52. *Legionem, & quod ſub ſignis ſociorum, in unum conductos ad hoſtem ducit.* Ael. Var. Hiſt. X. 21. ἑσμὸς μελισσῶν καθίσασι. Julianus Orat. 1. pag. 19. μοῖρα σφῶν ἡ φαύλη [illegible]. pag. 24. ταῦτα ὁρῶντες τὸ στράτευμα. Et p. 29. αἰχμήτας ἦγε τὸ στράτευμα. Quem locum male ſollicitavit Petavius, & recte contra eum aſſeruit

Eſt & audacior quædam Syllepſis Numeri, (4) quum unus tantum Caſus, Sexto comitatus, fertur in pluralem: ut ſi dicas, *Muta cum liquida ancipitem reddunt præcedentem vocalem.* Ovid. *Ilia cum Lauſo de Numitore ſati*: idem Metam. 1. *Littora, cum plauſu clamor, ſuperaſque Deorum Implevere domos*: idem 2. Metam. *Sors eadem Iſmarios, Hebrum cum Strymone, ſiccat.* Virgil. *Alterum in alterius mactatos ſanguine cernam.* Terent. Heaut. *Syrus cum illo veſtro conſuſurrant.* Virgil. 2. Æneid. *Divellimur inde, Iphitus, & Pelias mecum.* Curtius lib. 4. *Pharnabazus cum Apollonide, & Athenagora, vincti traduntur.*

Quemadmodum in Syllepſi Numerorum, ad nomen primæ Perſonæ recurrimus, deinde ad ſecundæ, quia digniora ſunt; ita in Syllepſi Generis, (5) ad Maſculinum, ſi inter alia fuerit, recurremus. Terent. *Quam pridem pater mihi, & mater mortui eſſent.* Ovid. in Faſt. *Mulciberi capti, Marſque, Venuſque, dolis*: ibid. *Jane fac æternos pacem, paciſque miniſtros.* Poteſt & hoc eſſe Zeugmatis. Virg. *Cæſoſque reportant Almonem puerum, fœdatique ora Galeſi.* Plin. lib. 17. c. 11. *Seriores ſupradictis, narciſſus, & lilium.* Livius lib. 7. Maced. *Decem*

aſſeruit Illuſtris Spanhemius pag. 199. Vide & Gronov. de Pec. Vet. II. 4.

(4) *Quum unus tantum caſus*] Sic iterum Salluſt. Catil. 43. *Lentulus cum ceteris conſtituerant.* Jug. 101. *Bocchus cum peditibus poſtremam aciem invadunt.* lib III. Hiſtor. in Ep. Pompeji, *Dux hoſtium cum Valentia & exercitu deleti.* Liv. XXI. 60. *Dux cum aliquot Principibus capiuntur*: ubi vide Gronovium. Florus III. 10. *Cottam cum Titurio Sabino Legatos ibi amiſimus.* Hyginus fab. 6. *Cadmus cum Harmonia in Dracones ſunt converſi*: ubi vide Munkerum, ut & ad fab. 117.

(5) *Ad maſculinum &c.*] Idque ita, ut etiam uno maſculini ſexus & Generis nomine comprehendatur femineum quoque Genus. Tac. Ann. XI. 38. *Cum filios mærentes adſpiceret.* Atqui Claudius, de quo loquitur, unicum habebat *filium* Britannicum. Intellige ergo ſub hoc vocabulo etiam *Filias.* Sic XII. 4. *Fratrumque non inceſtum, ſed incuſtoditum amorem*, h. e. fratris & ſororis. Vide ibi Gronovium & adde quæ ſupra notavi pag. 580.

Digitized by Google

cem ingenui, decem virgines, patrimi omnes, matrimique, ad id ſacrificium adhibiti. Cic. 1. Offic. *Propter ſummam & doctoris auctoritatem, & urbis, quorum alter te ſcientia augere poteſt, altera exemplis*: idem de Senectute, *Quod ſi hæc apparent in beſtiis, volucribus, agreſtibus, natantibus, ſuibus, cicuribus, feris, primum ſe ut ipſi diligant*, &c. Virgil. 4. Georg.

Hinc pecudes, armenta, viros, genus omne ferarum,
Quemque ſibi tenues naſcentem arceſſere vitas.

Dicunt Grammatici, Genus Neutrum concipere cætera, dum non ſint verè Maſculina; ut, *virga tua, & baculus tuus, ipſa me conſolata ſunt.* Sed id falſo docetur; nec enim hic Syllepſis eſt, ſed Ellipſis: deeſt enim *negotia*, græcè *Pragmata.* Quaſi vero in propriis maſculinis id fieri non poſſit: nam recte dicas, *pater tibi, & mater ſunt vilia præ lucro.* Tacit. lib. 5. *Parentes, liberos, fratres vilia habere.* Solinus, *Polypus & Chamæleon glabra ſunt.* Ovid. *Claſſe viriſque potens, per quæ fera bella geruntur.* Cic. 1. Tuſcul. *Dic quæſo, num te illa terrent, triceps apud inferos Cerberus, Cocyti fremitus, tranſvectio Acherontis, mento ſummam aquam attingens ſiti enectus Tantalus.* (6) Salluſt. *præterea divitiæ, decus,*

(6) *Salluſt. præterea.*] Sic Liv. XXVI. 21. *Merito urbs agerque in Sicilia juſſa dari.* Obſeq. cap. 78. *Sacrarium & laurus ex mediis ignibus inviolata ſtetere.* Cic. Famil. VIII. 20. *Tuam domum, tuoſque agros, eaque remoto loco* X. 34. *Si meam vitam ſtudiaque perſpecta habet.* Tac. Ann. IV. 5. *Quantum terrarum ingenti ſinu ambitur, quatuor legionibus coercita.* Sall. Catil. 10. *Iis otium, divitiæ, optandæ aliis, oneri miſeriæque fuere.* Lege *optanda*, ex MSto; quem habuit Vir Ampliſſ. Theoph. Hogerſius, Daventrienſi de Athenæo Profeſſor, de Civitate Conſul, optime quondam meritus. Sic cap. 36. *Otium atque divitiæ, quæ prima mortales putant.* cap. 54. *His genus, ætas, eloquentia, prope æqualia fuere.* Jug. 8. *Ultro illi gloriam & regnum ventura.* Sic lego, quum in Codice, quem Bibliothecæ Daventrienſi quondam comparavit Pater meus, ſit *venturam*, in vulgaris edd. *venturum.*

Digitized by Google

decus, gloria, in oculis ſita ſunt. Lucret. lib. I. *Ductores Danaum delecti prima virorum.* Cic. I. Divin. *Annus ſalubris & peſtilens, contraria,* ſupple *negotia*, id eſt, res contrariæ.

venturum. Cap. 38. *Nox & præda caſtrorum hoſtes remorata ſunt.* Ita & alibi paſſim. Decl. Latronis adv. Catil. *Nec Sp. Mælio favor civitatis, nec Saturnino jus ſacroſanctæ dignitatis, auxiliata eſt.* Dele omnino τὸ *Eſt*, & intellige *ſunt.* Vide & ſupra IV. 4. 79.

CAP. XI.

De Hyperbato, & ejus partibus.

HYperbaſis, ſive *hyperbaton*, eſt verbi tranſgreſſio, & ordo perturbatus, præter grammatices rationem.

Anaſtrophe eſt dictionum præpoſterus ordo: ut, *mecum, tecum, ſecum; quibus de rebus;* (1) *intereſt mea; adigere arbitrum*, pro, agere ad arbitrum. Cic. in Topicis.

Tmeſis, id eſt, ſectio, quando compoſita vel conjuncta dictio dividitur; ut, *Septemque triones;* (2) *maximo te orabat opere.* Horat. *Quo me cunque rapit tempeſtas, deferor hoſpes.* Virgilius, *Naſcere, præque diem veniens age Lucifer almum.*

Parentheſis eſt ſenſus ſermoni, antequam abſolvatur, interjectus. Virgil. *Tityre, dum redeo, (brevis eſt via) paſce capellas.*

Syn-

(1) *Intereſt mea, adigere arbitrum.*] In his non tam Anaſtrophe, quam Ellipſis, per quam repeti debet præpoſitio, quæ Verbo eſt conjuncta. Sic *Adire aliquem, Adjacent mare &c.* quæ paſſim occurrunt. Vide ſupra ad III. 5. not. 2. & 3.

(2) *Maximo te orabat opere.*] In eo nulla eſt Tmeſis non magis quam in *Pro Conſule, Animum advertere*, quæ etiam contracta fuerunt tandem in *Proconſul, Animadvertere.* Sic ergo & per contractionem dicitur *Magnopere, Maximopere:* Sed genuinum eſt *Magno opere, Maximo opere.*

Digitized by Google

Synchyſis eſt ordo dictionum confuſior; ut, *Quinquaginta, ubi erant centum, inde occidit Achilles*; ordo eſt, ubi erant centum, inde occidit quinquaginta. (3) Multus in hac figura eſt Horatius, ut in Arte, *Qui variare cupit*

(3) *Multus in hac figura.*] In Horatianis his locis, quæ adferuntur ex Porphyrione, non omnino opus putem ad Synchyſin confugere. Certe ea manifeſtior longe eſt in reliquis pleriſque ex Horatio. Sed & apud alios Auctores videas ſæpenumero ordinem vocabulorum confuſiorem, & ſeparata, quæ conjungenda erant. Ex Terentio nunc quidem adferemus nonnulla, ut inde alia ejuſdem loca paulo intricatiora explicemus, & ſic uſum talium obſervationum oſtendamus. Heaut. I. 2. 15. *Timet omnia, Patris iram, & animum Amicæ, ſe erga ut ſiet, ſuæ.* Hec. IV. 4. 57. *Dabo jusjurandum, nihil eſſe iſtorum, tibi.* Adelph. III. I. 5. *Miſeram me, neminem habeo, ſolæ ſumus, Geta autem hic non adeſt: Nec quem ad obſtetricem mittam, nec qui arceſſat Aeſchinum.* Ubi refero hæc poſteriora ad *Neminem habeo*: nam quod *adeſt* hic non repetendum aut intelligendum cenſeam, id oritur ex eo, quod non poterat alius *adeſſe*, quum alium neminem haberet præter Getam. III. 2. 1. *Nunc illud eſt, quod, ſi omnes omnia ſua conſilia conferant, Atque huic malo ſalutem quærant, auxilii nihil adferant, Quod mihique, heræque, filiæque herili, eſt.* Ubi poſterius *quod* reſpicit *malum*, non *auxilium*. Andr. I. 1. 54. *Qui tum illam amabant, forte filium Perduxere illuc ſecum, ut una eſſet, meum.* II. 3. 2. *Si id ſuccenſeat nunc, quia non dat tibi uxorem Chremes, Ipſus ſibi eſſe injurius videatur, neque id injuria: Priuſquam tuum, ut ſeſe habeat, animum, ad nuptias, perſpexerit.* Duplex hic Synchyſis. Altera in eo conſiſtit, quod poſtremus hic verſus non ſubjungitur primo, quem, ut ſtatim ſubſequeretur, ſenſus & Conſtructionis ordo poſtulabat. Ordo enim eſt, *ſi ob id, quod Chremes non dat tibi uxorem, tibi nunc ſuccenſeat pater, priuſquam perſpexerit* &c. *ipſus ſibi* &c. Altera eſt, quod τὸ *ad nuptias* ſeparatur ab iis, *ut ſeſe habeat*, interjectum aliis. Nam etiam hic ordo conſtructionis eſt, *priuſquam perſpexerit tuum animum, ut ſeſe habeat ad nuptias.* Phorm. III. 2. 27. *Nequeo exorare, ut me maneat, & cum illo ut mutet fidem, Triduum hoc.* Phædriæ amicam Leno vendiderat Militi, qui eam ſequenti die erat abducturus. Rogabat itaque Phædria lenonem, ut militi non ſervaret fidem, & ſe opperiretur per triduum, ſeu differret venditionem mulieris in triduum, intra quod tempus pecuniam ſe daturum pollicebatur. *Triduum hoc* reſpicere illa, à quibus diſtractum eſt, *ut maneat me*, clarum ex v. 4. ubi Phædria obſecrans interrogat ipſum lenonem, *Nequeo te exorare, ut maneas triduum hoc?* Ex hic

pit rem prodigialiter unam, Delphinum ſilvis appingit, id eſt,

his jam explicari forſan debent etiam ultima prologi Andriæ, in quibus adhæſere Interpretes. *Favete, adeſte æquo animo, & rem cognoſcite: Ut pernoſcatis, ecquid ſpei ſit reliquum, Poſthac quas faciet de integro comœdias, Spectandæ, an exigendæ, ſint vobis prius.* Turbat hic interpretes τὸ *prius*, & idcirco nonnulli in ultimo verſu exponunt τὸ *Spectandæ*, alii τὸ *Exigendæ*, per *Probandæ, Examinandæ*. Ego vero putem, utrumque hic ſumi eo ſenſu, quo ſolent, quando agitur de fabulis, & quidem, ut poni etiam videntur hoc in loco, ſenſu ſibi maxime contrario. Spectabatur per ſilentium comœdia, quæ placebat; Exigebatur & explodebatur, quæ diſplicebat. Sic *ſpectari & cognoſci*, Hec. prol. I. 3. *Exigi* II. 4. & 7. Per Synchyſin autem diſtractum videri poſſit τὸ *Prius*, interpoſitis nonnullis aliis, à τῷ *pernoſcatis*. Quo pacto ſenſus foret: Adeſte, ut pernoſcatis ex hac comœdia prius, ecquid ſperandum ſit vobis de illis, quas poſthac Poëta de integro faciet, utrum eæ, quum proferentur in ſcenam, ſint vobis ſpectandæ, an vero ſtatim exigendæ. Populus enim comœdias, antequam agerentur, non probabat aut examinabat prius, quod ſequitur ex vulgata diſtinctione & interpretatione, ſed Magiſtratus, qui edebant ludos, ad probandas fabulas, antequam eas emerent, adhibebant ſæpe peritum judicem, ſicuti tempore Ciceronis & Horatii adhibebatur P. Mæcius Tarpa. Vide Horatium in Arte Poet. & Cicer. Famil. VII. 1. atque ibi Manutium. Si cui tamen durior videatur illa tranſpoſitio, tum vero putem omnino, ſenſum Terentii eſſe; adeſte, ut ex hac comœdia pernoſcatis, quid de reliquis hujus Poëtæ ſperandum ſit vobis, utrum ſi alia & Nova illius Comœdia in ſcenam proferatur, ex præjudicio hinc ſumpto, ſpectare eam debeatis ad finem uſque, an vero ſtatim & prius, quam agatur tota, exigere & explodere, ut quam ſpectare non ſit operæ pretium. Videtur enim Verbum *Spectare* aliquando poni pro *perſpectare*. Sic in Hec. prol. I. v. 3. *Hæc quum data eſt nova, novum intervenit vitium & calamitas, ut neque ſpectari, neque cognoſci potuerit.* Et prol. 2. v. 12. *Perfeci, ut ſpectarentur.* Verum iſthoc Synchyſeos cujuſdam modo exponendum nullus dubito locum Heaut. I. 2. 11. *Quam vellem Menedemum invitatum, ut nobiſcum eſſet hodie amplius, ut hanc lætitiam primus ei objicerem domi, Atque etiam nunc tempus eſt.* Buchnerus in Theſauro Fabri priora hujus loci adferens in voce *Amplius*, exponit eam ipſam, *Lautius, & magis opipare, quam domi ſolet*: quod etiam in poſtremis ejus Theſauri edd. eſt ſervatum. Secundum hanc ergo expoſitionem ſimpliciter dixiſſet Chremes, *Quam vellem Menedemum invitatum*, quaſi antea invitatus plane non fuiſſet. Atqui invitatus jam antea

Digitized by Google

eſt, Delphinum ſilvis appingit prodigialiter : ibidem, *Cho-*

tea fuerat à Chremete I. 1. 110. *Nunc ſi commodum eſt, hodie apud me ſis, volo, &c.* Præterea neque nova eſſe poterat Chremeti, quare nunc denuo vellet Menedemum invitatum, hæc ratio, ut ſecum *lautius ederet* Menedemus, *quam domi ſoleret.* Nam cum eum antea jam invitarit, debuit id ſane ea de cauſa feciſſe, cum hæc inter tales certe homines præcipua ſit invitandi cauſa. Nunc autem nova aliqua deſignatur diſerte cauſa, quæ antea non fuerat, quæque nunc erat, & hæc quidem, *ut hanc lætitiam* reverſi filii *Menedemo primus objiceret.* Quid ergo? Accipe hunc locum ita, ut dicat Chremes, ſe velle Menedemum *amplius* fuiſſe invitatum, quam erat factum. Nam cum ille recuſaſſet venire, deſtiterat ſtatim Chremes ulteriore invitatione. Proinde additur, *Atque etiam nunc tempus eſt,* non ſimpliciter invitandi, quod jam factum erat, ſed denuo & *amplius.* Porro *ut nobiſcum eſſet hodie,* intellige eodem modo, quo illa, *hodie apud me ſis volo.* Sed & ſic accipienda puto, quæ perperam, hoc non animadverſo, ſeparantur & diſtinguuntur Eun. IV. 5. 24. *Itaque ut ne viderem, miſera huc effugi foras. Quæ futura exempla dicunt in eum indigna?* Ita editur & diſtinguitur. At Ego conjunxerim omnia, & ſine interrogatione retulerim *exempla indigna, quæ dicunt in eum futura,* ad verbum *viderem,* ad quod ceteroqui, nihil eſt aliud, quod referatur. Maxime autem adhæſerunt viri docti ad Adelph. V. 7. 19. DE. *Syre, ceſſas ire ac facere?* SY. *quid ago?* DE. *Dirue Tu illas, abi & traduce.* Sic ineptiſſime & ſine ullo ſenſu diſtinguitur in Batavica Variorum Editione. Rectius Faernus & Heinſius, *Dirue. Tu illas abi & traduce.* Sed tamen ſollicitat hæc Guietus, ſolita ſibi conjectandi audacia, legendum pronuncians, *Abi tu Geta & traduce:* quamvis nihil iſta pertineant ad Getam, ac Demea alloquatur his verbis Æſchinum, cui & antea v. 12. dixerat, *hac transfer* ſcil. ſponſam, *unam fac domum,* *TRADUCE & matrem & familiam omnem ad nos.* Secutus eſt tamen noviſſime Guietum Auctor Criticæ P. III. Sect. I. cap. 9. §. 9. jubens, *Lege: Tu (Geta, nimirum) illac abi, & traduce.* Addit. *Vult Getam quam breviſſima via domum ire, ne mora ulla ſit.* Quaſi ſcilicet, interea dum maceria diruebatur, Geta non potuiſſet per plateam citius domum ire, quæ erat in proximo, quam ſi exſpectaret, uſque dum diruta eſſet illa maceria; & quaſi *illac,* ſeu per eam dirutam, Getæ omnino eundum fuiſſet potius, quam per plateam. Unica tantæ conjecturæ eſt Cauſa, quod *tu illas* ceteroqui referendum ſit ad *traduce,* a quo ſeparatum eſt, *quam trajectionem* (ait Clericus) *verborum nemo ferat in Comico æque terſo, ac Terentius eſt:* & quæ certe *Dithyrambici ſit Poëtæ,* non Terentii. At Terentii quoque eam eſſe, tot jam exempla abunde potuerunt probare. Sed & ſic plane

Choruſque turpiter obticuit ſublato jure nocendi, ordo eſt, chorus

Plautus inter *ſerva hunc ſenem* interponit itidem aliud verbum, & quidem Neutrum, Mercat. V. 4. 35. *Eutyche, ſed oro, ſodalis ejus es, ſerva, & ſubveni, hunc ſenem, para me clientem*, ubi male itidem punctum poſt *Subveni* poſitum eſt. Adde jam ſimilem ſeparationem, & alterius conſtructionis, & quidem integri ſenſus, interpoſitionem, ex Hec. prol. II. 25. *Quum primum eam agere cæpi, pugilum gloria, Funambuli eodem acceſſit exſpectatio, Comitum conventus, ſtrepitus, clamor mulierum, Fecerunt, ut ante tempus exirem foras.* Ubi *pugilum gloria* referendum eſt omnino cum reliquis Nominativis ad verbum *Fecerunt*, licet ab eo ſit ſeparatum per integram ſententiam de *Funambulo*, quæ alterius eſt conſtructionis. Quid faciemus jam Salluſtio? Qui in Catil. cap. 16. *Sed juventutem multis modis mala facinora edocebat, ex illis teſtes ſignatoreſque falſos commodare, fidem, fortunas, pericula, vilia habere. Poſt ubi eorum famam atque pudorem attriverat, majora alia imperabat.* In quibus *habere* pendet a verbo *edocebat*, ad quod difficulter referas *commodare*, quod pro *commodabat* videtur poſitum. Et ita in Jug. cap. 17. ubi omnia Africæ in Nominativo memorat, *Mare ſævum, ager frugum fertilis, &c. genus hominum ſalubri corpore; pleroſque ſenectus diſſolvit, niſi qui ferro aut beſtiis interiere. Nam morbus haud ſæpe quenquam ſuperat. Ad hoc maleſici generis plurima animalia*, ſcil. *ibi ſunt*. Poſtrema hæc vel *addita a ſciolis*, vel *tranſpoſita* cenſet Gruterus. Nec minus ineptit Glareanus; quum ejuſdem illa ſint conſtructionis, cujus ſuperiora, à quibus tamen longiore iſta *Hominum* commemoratione ſunt ſeparata. Sic cap. 21. *Legati in Africam maturantes veniunt, eo magis, quod Romæ &c. de prælio facto audiebatur. Sed is rumor clemens erat. Quorum* (legatorum) *Jugurtha oratione accepta*, &c. Multa enim & iſtic ſunt interpoſita. Similiter vero apud Græcos. Ael. Var. Hiſt. I. 15. ὁ ἄῤῥην ἐμπτύει τοῖς νεοττοῖς, ἀπελαύνων αὐτῶν τὸν φθόνον, ἵνα μὴ βασκανθῶσι, δι' ἄρα τοῦτο. Varie ſollicitant & emendare aggrediuntur hunc locum Interpretes, ut in notis eorum videre eſt. Sed nihil omnino mutandum, ut ad eum locum oſtendi, ubi plura hujus Synchyſeos exempla attuli. Decepit eos, quod non animadverterunt, referenda poſteriora ad τὸ ἀπελαύνων. Scilicet Maſculus inſpuit pullis, abigens per illud ipſum ab iis invidiam, &c. Similiter cap. 24. ἦν οὖν, οἷα εἰκὸς, πολέμιος τῷ Ἡρακλεῖ ὁ Λεπρεὺς, ἐκ τῆς τοιαύτης συμβουλῆς. Conſtrue, οἷα εἰκὸς ἐκ τῆς τοιαύτης συμβουλῆς. Sic in Actis V. 38. 39. ἀπόστητε ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων τούτων, καὶ ἐάσατε αὐτοὺς, ὅτι ἐὰν ᾖ ἐξ ἀνθρώπων ἡ βουλὴ αὕτη, ἢ τὸ ἔργον τοῦτο, καταλυθήσεται, εἰ δὲ ἐκ Θεοῦ ἐστιν, οὐ δύνασθε καταλῦσαι αὐτὸ, μήποτε καὶ θεομάχοι εὑρεθῆτε. Refer hic τὸ μήποτε cum Pricæo ad ἐάσατε αὐτούς.

Digitized by Google

chorus obticuit, ſublato jure nocendi turpiter. Hæc ex Porphyrione. Idem Horatius, *Et malè laxus in pede calceus hæret*, pro, malè hæret: idem in Odis, *Inultus ut flebo puer!* idem 1. Sermon. *Ubi ſedulus hoſpes Penè macros arſit dum turdos verſat in igne*: idem, *Sæpè velut qui currebat fugiens hoſtem*, id eſt, currebat velut fugiens hoſtem: & Satyr. 1. *At hunc liberta ſecuri Diviſit medium fortiſſima Tyndaridarum*; ordo: (4) liberta fortiſſima diviſit hunc medium ſecuri Tyndaridarum: quem locum ego noſtris temporibus ex Sophoclis Electra primus animadverti: & Satyr. 4. *At veluti te Judæi, cogemus in hanc concedere turbam*, id eſt, *cogemus te, veluti Judæi*, ſubaudi *cogunt*.

(5) *Anacoluthon*, id eſt, Inconſequens, proximè accedit

(4) *Liberta fortiſſima.*] At vide illic Torrentium. Locus eſt Sat. I. 1. 100.

(5) *Anacoluthon.*] Sic Plaut. Pœn. III. 3. 46. *Tu, ſi te Dii amant, agere tuam rem occaſio eſt.* III. 5. 24. *Hi, qui illum dudum conciliaverunt mihi Peregrinum Spartanum, id nunc his cerebrum uritur, Me eſſe hos trecentos Philippos facturum lucri.* Rud. II. 7. 14. *Ille qui conſulte, docte, atque aſtute cavet, diutine uti bene licet partum bene.* V. 2. 4. *Illic ſceleſtus liber eſt, ego qui in mari prehendi rete atque excepi vidulum, dare ei negatis quicquam?* Cic. de Offic. III. 26. *Utile videbitur Ulyſſi, ut quidem Tragici prodiderunt, nam apud Homerum nulla talis de Ulyſſe ſuſpicio eſt: ſed inſimulant eum Tragœdiæ, ſimulatione inſaniæ militiam ſubterfugere voluiſſe.* Aberravit hic Cicero manifeſte ab ea elocutione, qua cœperat, nec enim eadem conſtructione perſequitur exponere, quid utile fuerit *Ulyſſi*. At quod Sanctius ex Cicerone pro Mur. adfert, in eo nullum eſt Anacoluthon. Delendum modo comma poſt *interea*. Hirtius B. Afric. cap. 25. *Dum hæc ita fierent, Rex Juba, cognitis Cæſaris difficultatibus copiarumque paucitate, non eſt viſum dari ſpatium convaleſcendi, augendarumque ejus opum.* Sall. Jug. cap. 1. *Sin animus captus pravis cupidinibus ad voluptates corporis pessundatus eſt, pernicioſa libidine pauliſper uſus, ubi per ſocordiam vires, tempus, ingenium diffluxere, naturæ infirmitas accuſatur.* In his quoque non videntur reſpondere τὰ priùs poſtrema. Daviſius refert huc quoque Cæſaris locum. B. Gall. I. 18.

dit ad Solœciſmum; ſed magis Rhetorum eſt. Terent. Eunuch. *Cur ego in his te conſpicor regionibus? Th. vobis fretus.* Cicero pro Mur. *Prætor interea, ne pulchrum ſe ac beatum putaret, atque aliquid ipſe ſua ſponte loqueretur, ei quoque carmen compoſitum eſt.* Terentius Hecyr. *Nam omnes nos, quibus eſt alicunde aliquis objectus labor, omne, quod eſt interea tempus, priuſquam id reſcitum eſt, lucro eſt.* Donatus hic aliquid deeſſe affirmat; (6) mihi videtur deeſſe κατὰ, id eſt, *circa.*

CAP. XII.

18. *Reperiebat etiam Cæſar inquirendo, quod prælium equeſtre adverſum paucis ante diebus eſſet factum, initium ejus fugæ a Dumnorige atque ejus Equitibus factum eſſe.* At nullum hic Anacoluthon conſtituerim, ſed potius Ellipſin vocis *prælium*, ſeu *in prælium.* Nam abſolute quoque dicitur *inquirere aliquid.* Cicero de Offic. I. 4. *Omnia, quæ ad vivendum ſunt neceſſaria, inquirat & paret.* Et Elliptice, ut hic, ita fere apud Tacit. Ann. XIV. 22. *Igitur quaſi depulſo jam Nerone, quiſnam deligeretur, inquirebant.* Sed ſimpliciſſimum videtur, particulam *quod* accipere poſitam, ut ſolet, pro *propterea quod*: nam idcirco *inquirebat, quod prælium eſſet* &c. Frequentiſſime autem anacolutha prioribus ſimilia occurrunt apud Græcos, quæ, ne longior ſim, afferre nunc ſuperſedeo. Vide me ad Ælianum Var. Hiſt. II. 11. & Clericum Arte Crit. P. 2. Sect. 1. cap. 10. §. 10. &c.

(6) *Mihi videtur deeſſe κατὰ.*] Non abſurde. Sic forte Plaut. Bacchid. II. 2. 36. *Etiam Epidicum, quam ego fabulam æque ac me ipſum amo, Nullam æque invitus ſpecto, ſi agit Pellio.* Expone, *etiam Epidicum, immo nullam æque, invitus.* Vel etiam, *quod ad*, κατὰ *Epidicum ipſam, nullam* &c. Rud. IV. 3. 23. *Vidulum iſtum, cujus ille eſt, novi hominem.* Manifeſto pro, *quod ad vidulum iſtum,* &c. Men. II. 2. 37. *Nummum iſtum, quem mihi dudum pollicitus dare, jubeas porculum afferri tibi.* Senſus eſt, vel, *quod ad nummum iſtum, quem* &c. *jubeas eo porculum* &c. Vel *Nummo iſto, quem iſtum nummum mihi pollicitus, jubeas tibi afferri porculum.* Vide & ſupra Notas ad II. 5. n. 5. pag. 186. 187. & ad II. 9. pag. 202.

Digitized by Google

Cap. XII.

De Helleniſmo, ſive Antiptoſi.

Helleniſmum, ſive Græcam conſtructionem, nominamus, quoties auctores ſic græciſſant, ut latina norma defendi nequeant. *Helleniſmum* in infinita genera deducit Linacer; nos tantum *Antiptoſin* perſequemur, quum hæc ſola Latinos canones excedere videatur.

Antiptoſi Grammaticorum nihil imperitius, quum doceant, quemvis caſum pro alio poſſe poni; ut, *venit in mentem illius diei*, pro ille dies. Quod figmentum ſi eſſet verum, magna nos ſolicitudine liberaret: fruſtra enim quæreremus, quem caſum verba regerent.

Græci non raro è duobus caſibus, ſi ſe mutuò reſpiciant, alterum tantum regunt, alterum illi adjungunt, ita ut alter ab altero trahatur; ut, (1) περὶ λόγων, ὧν ἔλεξα, id eſt, *de verbis, quibus dixi*, pro, *quæ*: χρῶμαι, οἷς ἔχω βιβλίοις, id eſt, *utor, quibus habeo libris*, pro, *quos*. Huc poteſt referri illud ex Pandectis libro 30. tit. I. leg. 114. §. *Divi Severus, & Antoninus reſcripſerunt, eos, qui*, &c. (2) Lego, *ii qui*, pro eorum qui, Exodi cap. 2.

(1) *Περὶ λόγων, ὧν ἔλεξα.*] Sic Actor. Ap. XXVI. 22. *οὐδὲν ἐκτὸς λέγων, ὧντε οἱ προφῆται ἐλάλησαν μελλόντων γίνεσθαι, καὶ Μωσῆς.* Anton. Liber. fab. 12. *τῇ ἐσθῆτι, ᾗ ἐφόρει.* Aelian. Var. Hiſt. II. 10. *ὑπὲρ ἐκείνων, ὧν ἔλεγε.* XIV. 32. *Καὶ εὑρὼν τὴν οὐσίαν πλείω, ἧς ἀπέλιπε*: ubi æque, ac in loco Actorum, prior caſus, quem alter ſequitur, per Ellipſin eſt omiſſus. Utrobique enim deſideratur Pronomen Demonſtrativum in Genitivo, *τούτων*, & *ταύτης*, quibus reſpondent ὧν, & ἧς. Vide me etiam ad Ael. IX. 4. 5.

(2) *Lego ii qui.*] Immo vero referri poteſt hoc exemplum ad Anacoluthon, æque ac quæ iſtic notata ſunt, maxime nota 6. Vel ſi quid mutandum, lege cum Gloſſa, *Eor. qui*, h. e. *Eorum.* Locus enim integer ſic ſe habet,

 reſcrip-

cap. 2. Ἐπὶ τῆς γῆς ἀγαθῆς, ἧς κύριος ὁ θεός σου δίδωσί σοι, id eſt, *In ſolo terræ bonæ, cujus Dominus dabit tibi*, pro, *quam.* Et Lucæ cap. 1. Καὶ μνησθῆναι διαθήκης

reſcripſerunt, eos, qui teſtamento quid vetant alienari, nec cauſam exprimunt, &c. nullius momenti eſſe ſcripturam. Huc autem pertinent, quæ relativum habent poſitum, non in eo caſu, quem requirebat verbum, cui jungitur, ſed in eo, quo poſitum fuit Subſtantivum, ad quod refertur, ut λόγων ὧν ἤκουσας. E contrario alienum ab hoc loco eſt, quod Auctor adfert ex Lucæ cap. 21. referendumque & illud ad Anacoluthon. Similiter & Lucæ cap. 1. hinc excludo, niſi, ut hic locum habeat, legendum ſit cum & ex Theophylacto, ὅρκον, ὃν. Ceteroqui ſi vulgatam nunc lectionem volumus tueri, refero ad Ellipſin præpoſ. κατὰ, ut ὅρκον illic ſit poſitum pro καθ' ὅρκον. Ex Latinis Sanctianis duo priora ſola ſunt hujus loci & generis. Quibus adde Salluſt. Hiſtor. I. in oratione Philippi. *Non pro ſua, aut, quorum ſimulat, injuria*, h. e. aut pro eorum injuria, quos *ſimulat*, h. e. prætexit. Gell. II. 26. *In iis coloribus, quibus modo dixiſti, denominandis.* Cic. Famil. II. 15. *Cum, in quo accuſabar, culpa vacarem, in quo autem deſiderare te ſignificabas meas literas, præ te ferres ſtudium &c.* Hic τὸ *in quo* ortum inde, quod in priore conſtructionis ordine identidem præmittitur, licet per Ellipſin ſuppreſſum, *in eo.* Pertinet huc etiam uſitata illa locutio, *non quo*, Terentius prol. Eun. v. 28. *non quo furtum facere ſtuduerit.* Et plenius I. 2. 16. *Non pol quo quenquam plus amem aut plus diligam, eo feci.* Nempe *quo* ponitur hoc caſu, quia refertur ad *eo.* Sall. Catil. 34. *Maſſiliam in exilium proficiſci, non quo ſibi tanti ſceleris conſcius eſſet, ſed uti Reſp. quieta foret.* Cicero Famil. II. 5. *Non quo verear &c.* Et ſic alibi paſſim. Pene tamen crediderim, etiam hasce locutiones ortas primitus ex Ellipſi, qua tamen non animadverſa à poſteris, factum fuerit, ut ſæpe eas ad exemplum aliorum adhiberent, ſed perperam eo modo, quo nulla ſtatui poteſt Ellipſis. Nam apud Ciceronem cum dicitur, *Aliquid ages eorum, quorum conſuevisti*, poſſis & debeas ſupplere, *agere aliquid.* Apud Salluſtium, *aut quorum ſimulat injuria*, ſuppleas licet, *aut pro injuria eorum, pro quorum injuria ſimulat ſe arma cepiſſe.* Apud Livium *raptim quibus quiſque poterat elatis, exibant*, non abſurde item ſuppleas, vel explices, *quibus elatis quiſque poterat exire.* Confer quæ proxima dicuntur Nota. Sed tamen quia non ſemper ita liquido res procedit, putem poſteriores Græcorum Latinorumque Ellipticam hanc locutionem corrupiſſe, vel aliter, quam oportuerit, protuliſſe. Adde his, quæ mox Sanctius pag. 731. profert, veluti *Maminæ Putres, Equina quales ubera*, pro *qualia.*

Digitized by Google

θήκης ἁγίας αὐτοῦ, ὅρκον, ὃν ὤμοσε πρὸς Ἀβραάμ, id eſt, *ut memor eſſet teſtamenti ſui ſancti, jusjurandum quod juravit ad Abraham*, pro, *jurisjurandi, quod*: Lucæ cap. 21. εἶπε, ταῦτα, ἃ θεωρεῖτε, ἐλεύσονται ἡμέραι, ἐν αἷς οὐκ ἀφεθήσεται λίθος ἐπὶ λίθῳ. id eſt, *Dixit, Hæc quæ videtis: venient dies, in quibus non relinquetur lapis ſuper lapidem*, pro, *ex his*, vel *horum*. Demoſthenes, ἐκ τῶν ἐπιστολῶν τῶν ἐκείνου μαθήσεσθε, ὧν εἰς Πελοπόννησον ἔπεμψε, id eſt, *ex epiſtolis ejus cognoſcetis, quibus in Peloponneſum miſit*, pro, *quas*. Lucejus ad Ciceronem lib. 5. epiſt. *Quum ſcribas, & aliquid agas eorum, quorum conſueviſti*, pro, *quæ*. » [Livius I. *Raptim quibus quiſque poterat, elatis exibant*: ibid. *Mitteret cum imperio, quem ipſi videretur*, (3) pro, *eum qui*. Cic. *Conſulibus Senatus permiſit, ut his rebus legem, quam ipſis videretur, dicerent*.] (4) Plaut. Curc. *Sed iſtum, quem quæris, ego ſum*: idem Amph. *Naucratem, quem convenire volui, in navi non erat*: idem Aul. *Pici divitiis, qui aureos montes colunt, ego*

(3) *Pro, Eum qui.*] Minime gentium. Ellipſis in his eſt, quæ verbum ſemel poſitum repeti jubet, hoc ſenſu, *eum, quem ipſi mittere videretur*. Similiter in eo, quod continuo ſequitur, *quam ipſis videretur*, ſupple *dicere*. Miror Scioppium credidiſſe aliquid inſoliti & peregrini in his ineſſe, cum paſſim ita loquantur veteres. Cic. Famil. XIII. 10. *Si me tanti facis, quanti Varro exiſtimat.* h. e. quanti Te facere me, Varro exiſtimat. I. 9. *Magnus animorum motus factus eſt, cum illorum, quorum oportuit, tum &c.* Intellige, quorum animorum motum fieri oportuit. De Offic. I. 31. *Ajax, quo animo traditur, millies mortem oppetere maluiſſet.* Expone, Ajax præditus eo animo, quo animo præditus fuiſſe traditur. II. 22. *Ne illam quidem conſequuntur, quam putant, gratiam*, ſcil. ſe conſecuturos. Tacitus Ann. XII. 7. *Cuncta Feminæ obediebant, non per laſciviam, ut Meſſalina, rebus Romanis illudenti*, h. e. ut Meſſalina rebus Rom. illuſerat. Gellius IX. 4. *Veſtigia pedum habentes retro porrecta, non, ut ceterorum hominum, proſpectantia*, h. e. ut proſpectant veſtigia ceterorum hominum.

(4) *Plaut. Curcul.*] Hujuſmodi loca attulimus, & aliter explicuimus ſupra ad pag. 186. 187. & 201. denique & ſuperiori capite ad *Anacoluthon*, not. 6.

Digitized by Google

ego ſolus ſupero. (5) alii emendarunt *Picos.* ibid. *Quaſi pueri, qui nare diſcunt, ſcirpea inducitur ratis*: quidam legunt *pueris.* Horat. 1. Serm. *Occurrunt animæ*, (6) *quales nec candidiores terra tulit*, pro, *qualibus*: quod non intellexit Lambinus. Idem epod. 5. *Nardo perunctum, quale non perfectius meæ laboraverunt manus*, pro, *quali*: hoc quoque ignoravit Lambinus. Hujus generis ſunt illa, (7) *Non vacat mihi eſſe ſecuro.* Martialis, *Nobis non licet eſſe tam diſertis*, pro, *diſertos*: » [ſicut Cic. *Civi* » *Romano licet eſſe Gaditanum.*]

Trahitur etiam caſus inter duo verba, à non ſuo verbo. [Vide me ad pag. 186. 187.] Plaut. Amph. *Atque ego te faciam, ut miſer ſis*: idem Pſeud. *Satis ſi hanc hodie mulierem efficio, ut tua ſit*: ibid. *Eia, ſcimus nos quidem te, qualis ſis*: idem Aulul. *Sed ſervum meum Strophilum miror, ubi ſit*: ibid. *Nimis herclè illum corvum ad me veniat, velim.* Cic. Q. Frat. *Hæc me, ut confidam, faciunt.* Terent. Adelph. *Illum, ut vivat, optant*, pro, optant ut ille vivat: idem Phorm. *Metuo lenonem, nequid ſuo ſuat capiti*, pro, *Metuo, ne leno ſuat*; idem Eunuch. *Hanc metui, ne me criminaretur tibi*: ibid. *Metuo fratrem, ne intus ſiet*, pro, *frater*: nam ſequitur, *Pater autem ne rure redierit*: idem Heaut. *Atque iſtud, quicquid eſt, fac me, ut ſciam.*

Trahitur

(5) *Alii emendarunt, picos.*] Ego potius id referrem ad Synchyſin, & conſtruerem hoc modo: *Ego ſolus divitiis ſupero piceos, qui pici aureos montes colunt.* Vide ſupra Sanctium, ubi agit de *Synchyſi*, nec minus confuſi ordinis loca ex Horatio adfert. Simul autem & hoc & ſequens exemplum refero quoque ad Ellipſin, per quam Subſtantivum nomen Ante Relativum Pronomen ſupprimitur, at Cum eo exprimitur: ut ſenſus ſit poſteriori, *quaſi* pueris, *qui pueri nare diſcunt.* De qua Ellipſi vide ſupra II. 9. pag. 201. & quæ ibi notata.

(6) *Quales nec candidiores.*] Senſus videtur eſſe & conſtructio: *tales, quales alios, neutiquam candidiores his, unquam terra tulit.* Sic mox, *Quale meæ manus laborarunt nunquam perfectius eo, quod nunc laborarunt.*

(7) *Non vacat mihi eſſe ſecuro.*] Vide ſupra II. 6. 2. pag. 191. ac Voſſium de Conſtruct. cap. 20.

Digitized by Google

Trahitur etiam per Helleniſmum genus à genere; ut ſi dicas, *vide templum*; *quale eſt mons*, pro, *qualis*. Hor. Epod. 8. *Sed incitat me pectus, & mamma putres, equina quales ubera*, id eſt, *qualia*: (8) unde illa trita, *eſt ſtella, qui Mars dicitur: Eſt locus in carcere, quod Tullianum appellatur*. Virgil. *Saxum antiquum, ingens, campo qui forte jacebat Limes agro poſitus*. Hæc enim Græca ſunt.

Cupio eſſe clemens, Laboras videri doctus, ita tritus eſt Helleniſmus, ut Grammatici Latini regulam conſtituerint, quam non intelligunt. Regula vera eſt, ut ſemper poſt hujuſmodi infinita ſequatur accuſativus; ut, *cupio dici doctum*. Ratio eſt, quia ſemper accuſativus præcedit expreſſus, aut ſubintellectus. Sed quia Græci non rarò ante infinitum collocant nominativum, inde factum eſt, ut nominativus ſequatur. Græcè dicitur,

(8) *Unde illa trita*.] Diverſa ſunt hæc à ſuperioribus, ſed tamen vel ſic ad Græciſmum recte referuntur. Plura ejus generis vide apud Voſſ. de Conſtruct. cap. 55. Adde iis hec Ennii apud Feſtum in *Sublime*; *Aſpice hoc ſublime candens, quem vocant omnes Jovem*. Sall. Jug. 18. *Occupavere ea loca, quæ proxima Carthaginem Numidia appellatur*: ſed forte leg. iſtic *appellantur*, ut conſtructio ſit, *quæ loca proxima Carthaginem appellantur Numidia*. Cap. 75. *Ex flumine, quam proximam eſſe aquam oppido diximus*. Orat. adv. Salluſt. *Si fuerim in Rep. vigilans, quam tu proſcriptionem vocas*. Referam quoque huc prenomina demonſtrativa, ſenſu id, quod præceſſit, reſpicientia, ſed conſtructione id, quod ſequitur. Sall. Catil. 7. *Eas divitias, eam bonam famam, magnamque nobilitatem putabant*. h. e. ea, quæ memoravi, putabant eſſe *divitias, bonam famam* &c. Male Ciacconius & Fulv. Urſinus *ea* præferunt, rectius faciente Rivio, qui ſcripturam codicum tuetur. Liv. I. 57. *Eaque ipſa cauſa belli fuit*, pro, id ipſum. Plaut. Pœn. V. 84. *Nunc quod boni mihi Dii dant, vobis, veſtraque matri, eas eſt æquum nos Diis gratias agere ſempiternas*; *Eas gratias* pro, gratias ejus boni nomine. Plura hujus generis congeſſi in Animadverſionibus Hiſtoricis cap. 2. Denique huc refero etiam Participia paſſiva, genere vel numero cum poſteriore Subſtantivo convenientia, ſenſu cum priore. Liv. I. 35. *Loca illa ſunt appellati fori*. Qualia occurrunt etiam Vocativis addita, Veluti, *Lectule deliciis facte beate meis*. Vide ſupra lib. II. c. 6. pag. 191.

Digitized by Google

tur, *Ajunt rex hoc feciſſe*; *dicunt tu eſſe dives*: unde Latini dicunt, *Vis videri probus*, quaſi integrum eſſet, *Tu vis videri tu eſſe probus.* Hoc autem Græcè dictum eſſe, Budæus in Commentariis, Muretus in Catullum, Lambinus in 2. Od. Horatii adnotarunt. Sed nemo Græcam phraſin melius expreſſit, quam Ovid. in Faſtis.

(9) *Seu genus Adraſti, ſeu furtis aptus Ulyſſes,*
Seu pius Æneas, eripuiſſe ferunt.

Sed nihil avidius arripuere Latini, quam Atticiſmum illum, ubi κατὰ ſubauditur; ut, *fractus membra*; *cætera Grajus*; *albus dentes*; *panditur artus*; *purgor bilem*; *poſco te pacem*; *doceo te artes*; *doceris artes*; *multa ſeſe incuſans*; *latus ulnas duas*; *abſuit totum menſem*; *pendit libras centum.* De quibus formis in Ellipſi præpoſitionis Κατὰ.

Præpoſitio Ἐκ, quæ genitivum regit, ita paſſim deſideratur apud Græcos, ut multi apud eos crediderint, verba aliqua genitivum regere: dicunt enim, *Imperti me divitiarum*: *arripuit illum pedis*: *guſtavit mellis*: *audivit muſicæ*: & multa hujuſmodi. Sed quis eſt tam hebes,

(9) *Seu genus Adraſti.*] Locus ille Faſtor. VI. 433. aliter eſt editus à Magni Nominis Critico, Nicol. Heinſio, ſcil. *eripuiſſe datur.* Certe non putem, vel ita locutum Ovidium, vel ita conſtruenda ejus verba, ut vult Sanctius. Nam ſi maxime iſta ſic eſſent ab Ovidio profecta, aliter tamen ordinanda & explicanda cenſerem. Nempe, ſive eripuerit Genus Adraſti, ſive Ulyſſes, ſive Aeneas, aliquem certe ex iis eripuiſſe illam Trojæ ferunt. Ceterum pro hoc diſticho aliud in iſtius locutionis probationem adferam ex eodem libro v. 123. *Tunc mihi poſt ſacras monſtratur Junius Idus, Utilis & nuptis, utilis eſſe viris.* Et Triſt. II. 10. *Acceptum refero verſibus eſſe nocens.* Terent. Andr. IV. 5. 3. *Quæ ſeſe inhoneſte optavit parere hic divitias Potius, quam in patria honeſte pauper vivere.* Adde & quæ Laur. Valla habet Eleg. III. 23. & Urſinus Inſtit. Tom. II. p. 379. & quos ille iſtic citavit. De uſu hujus locutionis apud Græcos vide etiam, quæ notavi ad Aelian. XIII. 20. & 43.

Digitized by Google

bes, qui non videat, illa Horatiana (10) excedere Grammaticos Latinos canones? *Abſtine irarum, calidæque rixæ; Deſine mollium querelarum; Agreſtium regnavit populorum; Laſſus maris, & viarum, militiæque; Patiens pulveris, atque ſolis; Integer vitæ, ſceleriſque purus; Nec medici credis, nec curatoris egere.* Sic illa trita: *curarum plenus: implentur veteris Bacchi; ſecurus amorum; vacuus laborum*; » [*dives ægri; frugum, pabulique lætus* » *ager*;] deeſt, ἐκ, id eſt, de: nullum enim nomen adjectivum, aut verbum, Græcè aut Latinè regit genitivum. (11) Huc etiam illa referuntur: *ubique gentium; nuſquam locorum; huc viciniæ; pridie, & poſtridie ludorum.*

(10) *Excedere Grammaticos Latinos canones.*] Non excedere patet ex obſervatione Ellipſeôn Latinis uſitatarum. Sed jam ſatis ſuperque errare Auctorem, quum putat in his deſiderari Græcam præpoſ. ἐκ, demonſtravimus ſupra lib. II. c. 3. pag. 165. 166. &c.

(11) *Huc etiam illa referuntur.*] Immo etiam hæc Latinâ dicuntur Ellipſi & Conſtructione. In prioribus intellige *Negotium*. *Ubique gentium* idem eſt, ac *ubique in negotio gentium*, vel *in numero gentium*. Vide de iſtis Voſſ. de Conſtruct. c. 64. *Pridie ludorum* dicitur pro *die pri*, vel *pris*; *ante diem ludorum*, ut *poſtridie* pro *die poſteri poſt diem ludorum*. Jam *die poſteri* dicitur plane, ut *die craſtini*. Vide ſupra ad pag. 152. Sed & ita *Meridies*, pro *dies meri Solis*, h. e. integri, ſolidi.

Cap. XIII.

De Ellipſi præpoſitionis κατὰ, *id eſt*, Juxta, *vel* Secundum, *vel* Per.

Aſſerunt Grammatici, multa eſſe Verba, quæ duos poſſint regere accuſativos. Hoc eſt falſiſſimum: nam in altero eorum deeſt præpoſitio Græca κατὰ, id eſt, *Per*, vel *In*, vel *Juxta*; quæ in verbis activis, & paſſivis, & participiis, & adjectivis nominibus, ſolet ſuppleri, ut, *Poſco te pacem, frangitur membra, fractus membra*,

Digitized by Google

membra, cætera Grajus, albus dentes. » [Horat. *Docte* » *ſermones utriuſque linguæ.*] Solet item intelligi non raro in temporis & aliarum rerum menſuris; ut, *Totum diem dormire : vixit annos centum : patet janua tres ulnas : pendit aries libras triginta*; de quibus ſigillatim diſſeramus.

Ac primum illud veriſſimum præmittamus oportet, quod & doctiſſimè admonuit Thomas Linacer, nullum in republica literaria eſſe Adverbium, quod faciem Nominis habere videatur; ut, *multum*, *paulum*, *plus*, *plurimum*, *melius*, *pejus*, *nihil*, *aliquid*, *id*, *quid* & ſimilia. Nam *docte*, *ſancte*, *modo*, *profecto*, *præterea*, *interea*, (1) quum adverbia ſunt, in quantitate ultimæ ſyllabæ a ſuis primigeniis variant : at *melius*, *pejus*, *doctius*, *facile*, *breve*, nunquam erunt adverbia, ſed accuſativi adjectivorum, in quibus deeſt κατὰ, & ſubſtantivum *negotium*. Vide Ellipſin. Horat. 2. epiſt. *Quinctiam canet indoctum, ſed dulce bibenti.*

Porrò præpoſitio κατὰ ſubintellecta tantum lepôris apud Græcos obtinuit, ut vix reperiatur appoſita : ſed accipe nihilominus aliqua teſtimonia. Quod Ariſtophanes dicit, Γνώμην ἐμὴν, Plato ſolet dicere, teſte Budæo in comment. Κατὰ τὴν ἐμὴν, id eſt, juxta meam ſententiam : & Homerica illa clauſula eſt frequentiſſima, Κατὰ φρένας, καὶ κατὰ θυμὸν, id eſt, *ut mea mens, & animus eſt*, aut, *ſecundum meam mentem, & animum.* Quum dicis, *urbs partim capta, partim incenſa*, deeſt κατὰ, & (2) *Partim* accuſativus eſt a recto antiquo *Partis.* Ovi-

(1) *Quum adverbia ſunt.*] Revera etiam quatuor poſteriora ab natura & origine ſua ſunt Nomina. Quod autem ultima eorum Syllaba in metro producitur vel corripitur, contra quam oportebat ſecundum analogiam, id abuſum quendam prodit. Vide ſupra cap. 4. in Ellipſi ad Vocem *Judicio.*

(2) *Partim Accuſativus eſt.*] Hinc ſæpe reſpondet τῷ *Alias*, Gell. II. 22. *Legebatur Hiſtoria partim Græcæ linguæ, alias Latinæ.* Sed & ſæpiſſime conſtruitur, prorſus ut Subſtantivum Nomen. Sall. in fragm. *Quorum malorum alia toleravi, partim repuli,*

Digitized by Google

Ovidius 11. Metamorph. *Partem damnatur in unam*; Græci dicunt, τὰ κατὰ μέρος. Ariſtoteles libro 1. Rhetor. ἐςὶ δὲ τῆς ῥητορικῆς εἴδη τρία, τὸν ἀριθμὸν, id eſt, *Sunt tria Rhetorices genera numerum.* Porphyrius cap. de Specie, Πρῶτον μὲν εἶδος ἄξιυς τυραννίδος, id eſt, *Primum quidem ſpeciem, dignos imperio*, ubi bis deeſt κατὰ, ut ſit, *circa primum*, &, *circa ſpeciem* : nam ſic legendus eſt locus. At vero ubi ſuppletur κατὰ, teſte eodem Budæo, ex innumeris accipe nonnulla. Theocritus, Ἀλγῶ τὰν κεφαλὰν, *doleo caput.* Plato ſæpè, τὸ ἐμὸν, & τὸ ἐμὸν πρᾶγμα, pro, τὸ κατὰ ἐμὲ, *pro eo quod ad me attinet* : idem 2. de Repub. diſertè explicuit duos accuſativos, Ταῦτα δὴ καὶ ταῦτα ἐγκωμιάζυσι δικαιοσύνην, *hæc & ſimilia ipſi laudant Juſtitiam.* Apertius etiam Theognis, Αἰσχρὰ δὲ μ' ὐκ ἐθέλοντα βίῃ, καὶ πολλὰ διδάσκεις, *turpia autem me nolentem, & invitum, multa doces.* Æſchines, Τίνεθι δή μοι μικρὸν χρόνον τὴν διάνοιαν, *Adeſte nunc mihi mentem exiguum temporis*; hic bis deeſt κατὰ. Syneſius, Ταῦτα θεὸν, ταῦτα ἀνθρώπυς μαρτύρομαι, *hæc Deum, hæc homines teſtor.* Multa alia, ſi voles, apud Budæum leges : ex quibus velim elicias, nullum omnino eſſe Verbum, quod hujuſmodi accuſativum, cum κατὰ, non poſſit habere. Unde activa omnia [Vide me ſupra II. 5. 7. p. 188.] duos accuſativos habebunt; & reliqua, ut paſſiva, & ſubſtantiva, unum, Terent. Eunuch. *Ecquid nos amas de fidicina iſthac? Th. Plurimum merito tuo.* Plaut. Amphit. *Nunc jam hoc animum,*

qua

puli, *Poſt* repuli *adde.* Livius XXIII. 11. *Bruttios, Apuloſque, partim Samnitium Lucanorumque, defeciſſe ad Pœnos.* Corn. Nepos Attico cap. 7. *quorum partim invitiſſimi caſtra ſunt ſecuti.* Vide Voſſium de Conſtruct. cap. 64. & Gronov. Obſerv. III. 2. Daviſius ad Cæſarem B. Gall. I. 49. ſic quoque accipit vocem *Numerum* in his verbis : *Eo circiter hominum numerum XVI. millia expedita miſit.* Exponit enim, *quod ad numerum*, ut adeo conſtruxerit illa, *XVI. millia hominum, quod ad numerum.* Sed quid opus tam dura & inſolita comminiſci, quum res ſit planiſſima per Appoſitionem ſatis uſitatam, *miſit hominum numerum, XVI. millia.*

Digitized by Google

quæ loquar, advertite, (3) id eſt, circa ea: ibid. *Hæc heri immodeſtia cogit me*, id eſt, circa hæc. Cic. lib. 13. Famil. *Literæ, non quæ te aliquid juberent, ſed commendatitiæ.* Plaut. Aulul. *Cœpi obſervare, ecquid majorem mihi filius honorem haberet.* Terentius Phorm. *Nequid plus minuſve faxit, quod nos poſtea pœniteat*, id eſt, circa. Cic. l. 1. epiſt. 9. *Noſtram vicem ultus eſt ipſe ſeſe.* Terent. Phorm. *Argentum, quod habes, condonamus te*: Idem Eunuch. *Habeo alia multa, quæ nunc condonabitur*, ubi imperiti legunt, *condonabuntur*: Idem, *Neque ſe id pigere.* Statius 10. Thebaid. *Quæ te leges præceptaque belli Erudiit genetrix.* Cicero 6. epiſt. *Quum ignoverit omnibus, qui multa deos venerati ſunt contra ejus ſalutem.* Virgil. Georg. *Multa gemens ignominiam, plagaſque ſuperbi Victoris*: quo in loco, *multa*, pro *multum*, accipiunt imperiti, idque, ſi diis placet, adverbialiter utrumque. Audi etiam in paſſiva quomodo græciſſent Latini. Virgil. 6. Æneid. *Nec magis incepto vultum ſermone movetur, Quam ſi* &c. Æneid. 4. *Expleri mentem nequit*: Æneid. 5. *Flavaque caput nectentur oliva.* Ovid. 2. Metamorph. *Partes quaſcunque ſedendo flectitur*: idem 2. Faſt. *Carpitur attonitos ſenſus*: idem, *Aſper equus duris contunditur ora lupatis*: » [Idem 10. Metamorph. *Induiturque* » *aures lente gradientis aſelli.* Plaut. Rud. *Hoc quod induta* » *ſum, ſunt meæ opes oppido.*] Horat. in Arte, *Qui purgor bilem.* Idem, *Agreſtem Cyclopa movetur.* Statius lib. 9. Theb. *Figitur ora Lamus.* Tacitus lib. 21. *Neque quicquam prius imbuuntur, quam contemnere deos.* Idem lib. 3. *Sane gravaretur aſpectum civium ſenex imperator.* Idem lib. 18. *Uxorem quoque ejus Saloninam, tanquam læſi, gravabantur.*

(3) *Id eſt, circa ea.*] Poſſis & hoc modo exponere, *Advertite animum huic rei negotiorum, quæ loquar.* Vel brevius, *advertite animum ad hæc*, immo etiam, *advertite hæc ad animum.* Certe in eo, quod ſequitur, ſenſus eſt, *Immodeſtia heri cogit me hæc facere.* Ceterum duo Accuſativi, quorum alter per Præpoſ. κατὰ eſt explicandus, ſæpe Verbis junguntur. Vide ſupra II. 5. 6. pag. 185. 186.

vabantur. Quinctil. lib. 1. *Quapropter præcipienda ſunt optima, quæ ſi quis gravabitur*, &c. Idem lib. 4. *Quod quum audivit judex, cætera, tanquam ſupervacua, gravari ſolet.* Sueton. Auguſt. *Ampla & operoſa prætoria gravabatur.* » [Plaut. Epid. *Ne gravetur, quod velis.* Idem Rud. *Cur tu aquam gravare, amabo, quam hoſtis hoſti commodat.*] Horat. lib. 1. epiſt. *Quis magna coronari contemnat Olympia?* Expreſſit illud uſitatiſſimum, ἔϛεψαν τὰ ὀλύμπια. Idem Oda 6. libro 3. *Motus doceri gaudet Jonicos Matura virgo*; quod Ariſtophanicum eſt in Concion. Τὸν ἀπὸ Ἰωνίας τρόπον τάλαινα κνησιᾷ; , id eſt, *Miſella pruris nunc Jonicum modulum.*

Sed etiam ſi ſolem in manibus geſtemus, ſunt tamen nonnulli ita obcæcati, ut ad hanc clariſſimam lucem caligent. Enixéque poſtulant, ſibi tradi teſtimonia, ubi hæc præpoſitio ponatur expreſſa. Iniqui ſanè, qui velint ſibi in lingua Latina oſtendi, quod autores, ut minus elegans, ſoleant ſubterfugere. Quis ignorat, præpoſitiones nominibus præponi debere? At vero poſtquam Latinis auribus dicere ſemel placuit *mecum, tecum, ſecum, nobiſcum, vobiſcum*, jam nemo dicere audebit, *cum me, cum te*, &c. Sed tamen, ut obſtinatis auribus ſatisfacerem, operam dedi, ut undiquaque, ſi qua eſſent, teſtimonia perſcrutarer.

Per pro Κατὰ. Ea ſunt hujuſmodi. Virg. in Culice, *Pinus hirſuta per artus.* Terent. Eunuch. *Neque ſciebat, nec per ætatem dicere poterat.* Livius, *Per ea tempora perraræ literæ fuerunt.* Cic. *Per inſidias interficere*: idem, *Per legem illam hoc mihi licet.* Perſius, *Per me equidem ſint omnia protinus alba.* (4) In his omnibus Græci dicerent κατά.

(4) *In his omnibus Græci &c.*] Sed tamen Latini iſta per Ellipſin præpoſitionis non efferrent. Nec enim dicerent, *interfectus inſidias*, *Licet hoc mihi legem illam.* Sed & ſequentia Ellipſeos exempla non deſiderant Præpoſitionem *Per*, niſi in his, quando dicitur, *Magnam partem conſulatus tui abſfui.* Pro iis enim dici poteſt;

Digitized by Google

κατά. Hinc patet ſyntaxis in illis Ciceronis ad Attic. *Amariorem me ſenectus facit, ſtomachor omnia* : & ad Marium, *Utrumque lætor, & ſine dolore te fuiſſe, & animo valuiſſe* : idem, *Stoici, qui de virtutibus diſputant, magnam partem in his partiendis occupati ſunt* : & I. Offic. *Maximam autem partem ad injuriam faciendam aggrediuntur nonnulli, ut adipiſcantur ea, quæ concupierunt* : & in epiſt. *Magnam partem conſulatus tui abſui* : & in Orator. *Magnam enim partem ex jambis noſtra conſtat oratio.*

Ob, ſeu Propter, pro Κατά. Livius, *Clamor undique ab ſolicitis vicem imperatoris militibus ſublatus eſt*, » [pro, » *Ob vicem*. Curt. 7. *Mœſtus non ob ſuam, ſed fratrum » vicem, propter ipſum periclitantium.*] Rurſum Liv. *ſuam quiſque vicem officio functus eſt.* Idem lib. 3. *Ut hoc inſigne regium in orbem, ſuam cujuſque vicem, per omnes iret.* » [Cic. *Ipſe ſe noſtram vicem ultus eſt.* Plautus, *Quis patietur ſe excruciari meam vicem*, ſubaudi *in*. Eſt autem, » *In meam vicem*, idem quod *meo loco*. Sueton. Clau- » dio, *Præſedit nonnunquam ſpectaculis in Caji vicem.*] Terent. *Domum ire pergam, ubi plurimum eſt.* In omnibus his deeſt κατά, id eſt, *per*.

Ad pro κατά. (5) Interdum κατά explicatur per AD. Cic. Attic. lib. 4. epiſt. penultima, *Dicis, quid mihi hoc monumentum proderit? ad quid laboramus res Romanas?* Idem 6. Verr. *Nam & ſitu eſt munito, & ex omni aditu, vel terra, vel mari, præclaro ad aſpectum* : idem Curioni, *A*

teſt, *Per magnam partem* &c. Sed quam intelligemus Latinam Præpoſitionem in illo Plauti Amphitr. III. I. 8. *Ut pariat, quod gravida eſt Viro, & quod Me gravida eſt?* An *Per*, vel *Ob?*

(5) *Interdum* κατὰ *explicatur per Ad.*] Poſſunt quidem ſæpe & Κατὰ Græcorum, & *Ad* vel *In* Latinorum, promiſcue adhiberi : ſed tamen, ſi attendas, diverſa eſt utriuſque vis & ſignificatio. Κατὰ adhibetur ad notandam vel Cauſam, propter quam aliquid fit, vel Quietem & Moram in aliqua re, vel Partem totius, de qua aliquid dicitur. At vero *Ad* & *In* progreſſum, quouſque aliquid fiat, aut Finem homini vel rei propoſitum, denotant. Sed tamen, ut dixi, promiſcue ſæpe adhibentur.

Digitized by Google

A te vero bis terve ad ſummum, & eas perbreveis, accepi: idem pro Mil. *Quatuor, ad ſummum quinque, ſunt inventi.* Huc referendæ ſunt illæ phraſes, » [*Abeſt trium die-* » *rum viam* :] *Pendit aries libras triginta* : *Paries latus decem ulnas*, id eſt, κατὰ, hoc eſt, *ad*, vel *per*. Varro lib. 3. cap. 5. Ruſt. *Eſt lapis à falere pedem & dodrantem altus, ipſum falere ad duos pedes altum à ſtagno, latum ad quinque.* Lactant. de Phœnice, *Per bis ſex ulnas eminet ille locus.*

Circa pro κατὰ. Quin & ipſa præpoſitio *Circa*, pro κατὰ, invenitur. Corn. Celſus lib. 7. cap. 15. *Circa ſingulas heminas*, id eſt, in ſingulis heminis. Liv. lib. 9. cap. 23. (6) *Nam & circa omnia defecerunt.* Quinctil. in procem. 8. *Præcipuè circa partis hujus præcepta elaboravit.* » [Salluſt. 2. hiſt. *Modeſtus ad alia omnia, niſi ad domina-* » *tionem.* Potuiſſet dicere, *cætera modeſtus*, pro, *ad cæ-* » *tera, quantum ad cætera attinet* : nam & *Sanctus alia* » idem Salluſtius dixit, teſte Servio, Græca locutione, » ſicut *Cætera Grajus.*]

In pro κατὰ. Frequentior uſus eſt præpoſitionis *In*, pro κατὰ : nam quod paſſim dicitur *Æternum vale* : & quod

(6) *Nam & circa omnia defecerunt.*] Alienus hic locus, ut in quo τὸ *Circa* adverbialiter ponitur, nec proinde regit τὸ *omnia*, ut videtur voluiſſe Sanctius. Sic Liv. I. 19. *Omnia circa finitimorum.* I. 44. *Locum, qua murum ducturi erant, certis circa terminis conſecrabant.* I. 58. *Cum ſatis omnia tuta circa viderentur.* Obſeq. c. 61. *Romæ, & circa, plurima decuſſa.* c. 57. *Procelloſa tempeſtate in Capitolio ædes Jovis, & circa, quaſſata.* Corrige ex his Vellejum, ut jam faciendum cenſuit Doctiſſimus ille Lipſius, II. 68. *Dum in acie Pharſalica Africaque de ſumma rerum Cæſar dimicat, M. Cælius* &c. Etenim diverſis annis in Theſſalia, ubi Pharſalos, & in Africà dimicavit Cæſar, nec quum in Africa dimicavit, accidit illud, quod de Cœlio refert Vellejus, ſed antea. Lege itaque cum Lipſio *circaque* pro *Africaque.* Nam illo Pharſalici prælii anno variis in locis bellum geſſit Cæſar, in Epiro, Macedonia, *Ægypto*, Aſia. Sic apud Sueton. Aug. 40. *Negotium ædilibus dedit, ne quem poſthac paterentur in Foro Circove, niſi poſitis lacernis, togatum conſiſtere.* Ubi ille omnium optimus codex Salm. legit. *circave*, quod verum eſt.

quod Æn. 6. dixit Virgilius, *Sedet, æternumque ſedebit Infelix Theſeus*: alibi expreſſit, *In æternam clauduntur lumina mortem.* Liv. lib. 4. *In æternum urbe condita, & in immenſum creſcente.* Virgilius Bucol. *Cauſando noſtros in longum ducis amores.* Livius lib. 39. *Nihil autem in ſpeciem fallacius eſt, quam prava religio.* Ovid. 11. Metam. *Cætera ſunt hominis, partem damnatur in unam.* Plin. l. 20. c. 36. *Solutus columbarum volatus eſt in multum velocior.* » [ſubaudi *res*, id eſt, multo velocior.] Plautus Aſinar. *Ageſis, tu in partem nunc jam hunc delude, atque amplexare hanc*, id eſt, partim & viciſſim, Græcè, κατὰ μέρος, id eſt, *in partem.* Horat. 2. Epod. *Quod ſi pudica mulier in partem juvet domum.* Propert. lib. 4. *Nanus & ipſe ſuos breviter curvatus in artus.* Livius, *Obſidio vix in paucos dies tolerabilis.* Plin. in Panegyr. *Si denique in tantum diligo optimum Principem, in quantum inviſus peſſimo fui.* Plin. lib. 8. cap. 16. *Et male credi libertas ei, cui in tantum ceſſiſſet etiam feritas*: idem lib. 10. cap. 53. *Aliquæ in tantum, ut effœtæ moriantur.* Horat. *Quod & in hunc annum vivat, & plures*: idem 2. epiſt. *Sed in longum tamen manſerunt.* Hinc illa trita, *Tuam vicem doleo, invicem dolere.* Dicimus itaque, *Ero tibi perpetuum*, vel *in perpetuum, amicus*, ſubaudi *tempus.* Præterea Donatus in illis Terentianis, *Quid veniſti; Id viſo; neque tu id indignari poſſes*; ſupplet *ob*, vel *propter*, contra ineptiſſimos Grammaticos, qui docent, *id, aliquid, nil, nihil, quid*, eſſe accuſativos extravagantes.

CAP. XIV.

De Vocibus Homonymis. Æquivoca *nulla ſunt. Unius Vocis unica eſt ſignificatio.*

SI quis primo intuitu nos paradoxon, non veram ſententiam, proponere arbitretur, audiat Ariſtotelem, quem

Digitized by Google

quem ſententiæ noſtræ præcipuum facimus adſertorem; qui res natura diverſas uno nomine poſſe quidem vocari docet, ſed per *analogiam*, id eſt, comparationem, vel proportionem. *Homonyma*, inquit, *dicuntur*, *quorum ſolum nomen commune eſt*, *ratio verò naturæ circa illud nomen*, *alia atque alia*; ut, Animal, quod eſt homo, & id, quod pingitur. Quo in loco perperam vertit Boëtius, *Æquivoca dicantur*: nam neque *æquivocum* vox Latina eſt, neque ſatis ad Ariſtotelis mentem accommodata: *Hômonymon* enim, concors in voce, ſeu ſimile in voce, ſignificat. Itaque tolerabilius verteret, *Analoga dicuntur*, &c. Ego certè, ſi nominibus barbaris uti liceret, quæ iſti vocant *æquivoca*, *univoca* nuncuparem; & rurſus, quæ illis *univoca*, mihi eſſent *æquivoca*: » [ſicuti Priſcianus ſuper verſus Virgilii lib. I. » quibuſdam viſum teſtatur, cum ita ſcribit, *Cum no-* » *men*, *Arma*, *ſit Homonymon*, *quod quidam Univo-* » *cum dicunt*, *& varias res ſignificet.*] id quod Ariſtotelea exempla oſtendunt planiſſimè. Quæ ſi hebes Dialecticorum acumen conſideraſſet, non inter tot tenebras hactenus verſarentur. Priſcianus lib. 9. *Synonymiam vertit ancipitem ſignificationem.* Nec quiſquam mihi jure objiciet tot temporum curricula, in quibus ſemper hæc ita tradita ſunt, & pro veris habita: nam poſſeſſor malæ fidei, ut eſt apud Jureconſultos, nunquam poteſt præſcribere. *Nobis*, inquit D. Auguſtinus, *qui ratione vincimus*, *fruſtra conſuetudo objicitur*, *quaſi conſuetudo major ſit veritate.* Divus certè Thomas, diligentiſſimus Ariſtotelis & veritatis interpres, ſæpè aliàs, ſed in illo præcipuè Porphyrii, *Si quis omnia entia dicat*, *æquivoce nuncupabit*; *æquivoce*, inquit, *id eſt*, *analogicè.* Rudolphus Agricola lib. I. cap. 23. Homonyma vertit *agnominationem.* Ego verò quatuor potiſſimum rationibus adducor, quibus *Æquivoca* iſta radicitus putem exſtirpanda.

I. (1) Si voces, (ut ait Plato in Cratylo, & Aulus Gellius

(1) *Si voces &c.*] Vetus fuit hæc inter philoſophos quæſtio, ſed

Gellius libro 10. cap. 4. & divinæ literæ non paſſim docent)

ſed inepta & nullius uſus, utrum nomina rerum ſint φύσει ἢ θέσει, h. e. ut exponit Gellius, *naturalia an arbitraria.* Fuerit ſic ſane, quemadmodum loquens inducitur in Cratylo Socrates, ὅτι τὰ πρῶτα ὀνόματα οἱ θεοὶ ἔθεσαν, καὶ διὰ τοῦτο ὀρθῶς ἔχει, *prima nomina impoſuiſſe Deos, & propterea recte ſe ea habere*: vel potius, ut Clemens Alex. Strom. lib. 1. Ἀδὰμ ἐπί τε τῆς γυναικὸς, ἐπί τε τῶν ζώων ὀνομασίας προθεσπίσας, *Adamum in denominatione tum uxoris, tum animalium, vaticinatum*; Fuerit, inquam, ita, ſed vel ſic neceſſe eſt, ut fuerit id tantum in primitiva lingua. In qua quidem facile largior commoda vocabula animalibus ab Adamo impoſita, nec tamen ita, ut ipſo ſono, ſed ut derivatione, & proinde ſignificatione ex aliis Linguæ jam Homini datæ vocabulis petita, naturam eorum aliquo modo declaraverint. Ceterū ſic tamen eſſent, non φύσει, ſed θέσει, ſeu non ab *natura*, ſed ex *inſtituto*, inter quæ in hac quæſtione vere differentia eſt conſtituenda, & conſtituta ſemper fuit, adeo ut vere cum Platone pugnet Ariſtoteles. Nam Plato, & qui eum ſequuntur, inter quos etiam Pontus Tyardæus Epiſcopus Cabilonenſis initio ſuperioris ſeculi fuit, libello ea gratia ſcripto *de rectâ nominum impoſitione*; illi vero ſentiebant, vocabula non ex ullo etiam peritiſſimorum hominum inſtituto, ſed ex naturali, inter eorum ſonum, motumque labiorum in pronunciando, ac res ipſas, convenientiâ, fuiſſe formata, & proinde ori hominum ſua ſponte indita; ſicuti patet ex inepta illa argutia naturalis diſcriminis, quod inter *nos* & *vos*, *mihi* & *tibi*, ſtatuit Nigidius apud Gellium X.4. Certe alieniſſima ſunt hæc omnia ab hodiernis linguis, & quas ſuperſtites in Libris habemus, ut quæ omnes ex prima formatæ ſunt non ſine magna pronunciationis mutatione, nec ulla naturæ rerum habita ratione, quippe formatæ ex incerto uſu, & fortuito arbitrio vulgi, alio atque alio tandem modo, immo & ſenſu, quæque vocabula enunciantis. Ut adeo etiam illud inane prorſus ſit, fingere hic conſenſum *prudentiorum virorum*, quaſi Senatum quendam Reip. literariæ, qui *rerum inſpecta natura* iis *nomina imponere ſoleant*, tanquam ſi linguæ pleræque ſua vocabula ex ſe, non aliunde, habuerint, & antiquiſſimis temporibus, quando ſingulæ ſunt ortæ, tanta fuerit copia virorum peritorum, aut tanta cura formandorum vocabulorum naturæ rerum convenientium. Cum Romani primum elephantos in Lucania vidiſſent, non novo nomine, ex natura animalis formato, eos appellaverunt, ſed primum *Lucanos boves*, quia aliquo modo bubus gravi inceſſu & vaſto corpore ſimiles videbantur, licet cetera diſſimillimi: dein vero peregrino vocabulo *elephantes*, quod ipſum ex Oriente ab אלף *Bos* deductum. Atque ita ſe in omnibus linguis, ubi a prima diſceſſeris, res habuit, ut

vocabula

Digitized by Google

docent) *natura* ſignificant, quonam, obſecro, pacto, uno eodemque nomine diverſæ naturæ nuncupabuntur? ſin autem (*ut* docet Ariſtoteles, qui cum Platone non pugnat, modo rectè intelligatur) ſignificent *ex inſtituto*, ſeu ad placitum, (inſtitutum autem intelligo prudentium virorum, qui, rerum inſpecta natura, nomina ſolent imponere) dementem & inſanum impoſitorem vocum judicemus oportet, qui Menſam, & Librum uno nomine nominari præceperit.

2. (2) Præterea ſi eſſent *Æquivoca*, id eſt, quæ ex æquo, & æqualiter, plura ſignificarent, perpetuo nobis eſſet utendum adjectivis nominibus, aut aliqua alia diſtinctione, qua res inter ſe differrent; nec enim ſatis eſſet dicere, *vidi canem*, aut *mordet canis*, niſi adderes, *terrenum*, vel *cæleſtem*, vel *marinum*. *Canis* etiam in talis jactus eſt.

3. Adde, quod negligentem & deminutum judicaremus Ariſtotelem, ſi nullam Analogiæ regulam tradidiſſet, quæ ita erat ad ſyllogiſmos neceſſaria, quàm quæ

vocabula aliunde formata ſint caſu quodam, & arbitrio hominum vulgarium, qui tamen vel ſic noluerunt res natura contrarias ſine ulla analogia, quam ſibi ſaltem finxerint, uno deſignare vocabulo. Sic enim, quum vocabulorum verus uſus ſit diſtinguere quodam ſono res diverſas, ſeu quum vocabula ſint ſigna διακριτικὰ rerum, illi e contrario confudiſſent temere omnia, & colloquia ſua vix eluctabili ambiguitate implicuiſſent.

(2) *Præterea ſi eſſent &c.*] Non video, quæ vis in hoc argumento ſit magis contra *Aequivoca*, ut dicunt, quam contra *Analoga*. Nam & hæc indigent aliqua diſtinctione, unde cognoſcatur, an adhibita ſint in ſenſu primitivo, an vero in analogico, & figurato. Sæpiſſime id quidem cognoſcitur ex re ipſa, de qua agitur, aliiſque, quæ ad perficiendam ſententiam adjunguntur. Sed ita ſe res habet etiam in *Aequivocis*. Sumamus nomina, quæ dicuntur Propria, & tamen diverſos denotant æqualiter Homines vel Urbes, atque adeo vere ſunt Aequivoca. Addendum utique eſt illis, & addi ſolet, diſtinctionis gratia vel Epitheton aliquod, vel Familiæ, aut ſaltem Patris, nomen. Sæpiſſime tamen etiam adhibentur ſola, & ab iis, qui ea audiunt, vel ſic recte ſatis intelliguntur. Vide & infra cap. ſeq. prorſus in extr.

Digitized by Google

quæ maximè. Sed nullam aliam nobis, præter hanc, præſcripſit: neceſſe eſt igitur illam ſic interpretemur; *Analoga dicuntur*, &c.

4. Poſtremò, me movent doctiſſimorum teſtimonia. Cicero enim lib. ultimo, epiſt. 17. docet, verborum domicilium in re una eſſe proprium, migrationes in alienum multas. Aulus Gellius libro 11. cap. 12. *Chryſippus ait, omne verbum ambiguum natura eſſe: quoniam ex eodem duo vel plura accipi poſſunt. Diodorus autem, cui Crono cognomentum fuit, nullum, inquit, verbum eſt ambiguum; (3) nec quiſquam ambiguum dicit aut ſentit:*

(3) *Nec quiſquam ambiguum dicit.*] Senſus philoſophi fuiſſe debet, nunquam Ambiguitatem eſſe in dicente, licet ſæpe oriatur in audiente. Vocabula enim omnia præfinitæ ſunt ſignificationis, ut linguæ peritus directa locutione dicere poſſit quicquid velit, & ſcire ac ſentire queat, quid dicat; atque adeo nunquam eveniat, ut dicens aliquid, præter ſuam voluntatem, & ſimul ſciens prudenſque, dicat duo vel plura. Evenit tamen ſæpe, ut dicens aliquid, aliud dicere putetur, quam voluerit dicere, ejuſque verba aliam, quam voluerit, eamque veram quoque & rectam ex uſu Linguæ, patiantur interpretationem, & ſic imprudens duo vel plura dicat. Sed hoc Diodorus cenſet *obſcure* potius dictum reſpectu audientis, quam *ambigue*, ſcilicet reſpectu dicentis. Ceteroquin enim in ipſis vocabulis, de quibus hic agitur, in hunc vel illum modum conjunctis, quum duplicem & diverſum poſſunt recipere ſenſum, utrumque analogiæ & genio linguæ convenientem, revera ineſſe ambiguitatem negari nequit. Nonne enim Ambigue eſt dictum, quod auditum vel lectum diverſis modis poteſt ſecundum verborum uſum explicari? Quapropter ab animo dicentis non Ambiguo perperam argumentatur philoſophus ad tollendam verborum aut phraſium ambiguitatem, h. e. poteſtatem recipiendi uſitata & legitima earum interpretatione duplicem ſenſum. Aliud omnino eſt *ſentire*, aliud *dicere*; & ſæpenumero verba ab homine prolata aliud dicunt, quam ipſe ſentiebat, id quod ſufficit ad demonſtrandam eorum Ambiguitatem, licet non naturalem. Præterea ſæpe quis etiam ſciens volenſque iiſdem verbis duo diverſa dicit. Veluti Cicero, apud Sueton. in Cæſ. *quo melius emptum ſciatis, Tertia deducta eſt.* Volebat enim, hæc à nonnullis intelligi, tanquam ſi dixiſſet, *ut etiam vilius hoc emptum ſciatis, tertia pars pretii tam exigui inſuper de eo detracta & deducta eſt* ab aliis, *ut ſciatis & cognoſcatis tanto melius emptionem hanc, loco juſti*

tit : nec aliud dici videri debet, quàm quod ſe dicere ſentit is, qui dicit : at cum ego, inquit, aliud ſenſi, tu aliud acceptiſti, obſcure magis dictum, quam ambigue, videri poteſt : ambigui enim verbi natura illa eſſe debuit, ut qui diceret, duo vel plura diceret : nemo autem duo vel plura dicit, qui ſe ſentit unum dicere. Hæc Gellius. Scaliger in calce libri *De cauſis linguæ Latinæ* rectè carpit Nonium Marcellum, & alios, qui cùm, *De ſermonis proprietate*, libros inſcripſiſſent, multa ſignificatorum monſtra uni eidemque voci deſignarunt : tunc ſubdit, *Unius namque vocis una tantùm ſit ſignificatio propria, ac princeps; cateræ aut communes, aut acceſſoriæ, aut ſpuriæ.* Foreirus Luſitanus ſuper Eſaiam multis in locis, ſed præcipuè cap. 8. in principio, *Ego*, inquit, *in hac ſemper fui ſententia*, (4) *ut non niſi unam habere ſignificationem verba Hebræa exiſtimarem.* Joannes Mercerus in annotationibus Dictionarii Pagnini, in voce אבד *abad*, inquit, *Semel admonitum illud oportuit : ubicumque plura, aut diverſa, ejuſdem vocis ſignificata feruntur, fere prima eſſe propria ac genuina, cætera metaphorica, vel ad quæ per ſimilitudinem magis*

juſti pretii Tertia Serviliæ Filia ad concubitum Cæſaris eſt deducta. Non Ambiguus in his Ciceronis animus, ut qui ſciebat ſua verba recipere duplicem hanc interpretationem, eaque cauſa iſtis utebatur : ipſa tamen revera erant Ambigua, æque ac quum Græce diceret de Craſſi Filio, ſed qui credebatur genitus ab Axio quodam, illum eſſe Ἄξιον Κράσσου h. e. *dignum Craſſo*, vel *Axium Craſſi Filium.* Nihil igitur cauſæ eſt, cur non hujuſmodi explicationum & diſtinctionum argutias Philoſophis lubentes relinquamus. Male tamen & alter philoſophus *omne verbum natura eſſe Ambiguum* tradidit. Immo uſu pleraque dici poſſunt ambigua, ſed per analogiam ſignificationis, non autem natura : nam natura ſua ſimplicem habent ſignificationem. Niſi *Naturam* vocaverit, quod omnia vocabula poſſint, ſi uſus ita velit aut ſors ferat, diverſam accipere ſignificationem. Sicuti *Gallus* & *Germanus* diverſa notant in L. Latina, ſic & *Hiſpanus* poſſet itidem ad diverſas res ſignificandas adhiberi, ſi occaſio tuliſſet. Vide & Quintilianum VII. 9. ubi de *Amphibolia* agit.

(4) *Ut non niſi unam &c.*] Scilicet propriam & genuinam : at figuratas & analogicas ſæpe multas.

Digitized by Google

magis quandam, & linguæ dilatationem, dictio propoſita extendatur. Idem ferè ait Rabbi Mardochai in Concordantiis Hebraicis. Valla lib. 6. cap. 3. contra Nonium Marcel. ſic ait. *Nam quis credat, autores uni dictioni tot ſignificata, & quidem pro ſe quemque nova, dare voluiſſe, tanquam linguam ipſam confundere cuperent?* Vide eod. libro, cap. 5. 8. 11. 12.

Sed antequam ad exempla tranſeo, ſex præmittendæ ſunt regulæ, quibus totum negotium dilucidè explicabitur, & aſſertio noſtra conſtabilitur.

1. Hæc doctrina in Nominum & Verborum *rectis* intelligitur: hi enim ſunt propria rerum nomina. *Catonis, & Catoni*, inquit Ariſtoteles, *non ſunt Nomina, ſed Caſus nominis: ſicut Sanabitur, & Sanabatur, non ſunt Verba, ſed Caſus verbi.* Fruſtra igitur mihi objicis, *ducis, duces*, eſſe nomina, & eſſe verba, ac proinde ambigua; ſic *legis, legi, leges*: ſic *vis*, nomen & verbum: ſic *avis*, quæ volat, & *avis* dativus, ab *avus*: ſic *ſatis*, adverbium, & *ſatis* à *ſata ſatorum*: ſic *canis* verbum, & *canis* nomen: quanquam antiqui *hæc canes*, ut *hæc vulpes*, dixerunt. Sub hac etiam doctrina volo comprehendi *rectos plurales*, qui aliis ſingularibus aſſimilantur; ut *prudentia* in plurali, cum *prudentia, æ*; ſic *temperantia, continentia*, & alia hujuſmodi. Quanquam & his alia commodior poteſt reddi ratio: quia nomina adjectiva non facient cum ſubſtantivis ambiguitatem, utpote quæ ſola in oratione ſine ſubſtantivo non ponantur; & ita multum differt, *auditus ſermo*, ab *auditus, us*; & *cenſus homo*, à *cenſus, us*; & *guſtatus cibus*, à *guſtatus, us*: ſic *multa, pro* pœna, & *multa virtus*, quamvis *mulcta* aliqui ſcribant. Denique adjectivum & ſubſtantivum unum quiddam eſſe cenſentur, non duo.

2. Inſpicienda eſt diligenter *prima nominum forma & impoſitio*: nam aliter multa mihi objicies etiam in *rectis*, quæ omnino ambigua videantur; ut, *ligo, onis*, & *ligo, as*. Sic *lens*, pro verme, & legumine: *frons*, pro folio,

Digitized by Google

folio, & parte capitis. Cui objectioni ſic reſpondeo, *Antiquitus*, teſte Soſipatro Chariſio, & M. Varrone, *nullum nomen in duas conſonantes deſinebat*: unde etiam ſæpe legimus, *hæc ſæpes*, *trabes*, *plebes*, *ſortis*. Teſtimonia lege apud Priſcianum lib. 7. Varronis accipe verba ex lib. 9. *Videmus*, inquit, *ex his verbis*, *trabes*, *duces*, *de extrema ſyllaba*, *E*, *literam excluſam*, *& ideo in ſingulari factum eſſe trabs*, *dux*. Hæc ille. Ego addo, Cum *E*, vel *I*, aufertur, ſi tres remanent conſonantes, perit penultima; ut, hæc *frondes*, *frons*, hæc *frontes*, *frons*, hæc *lentis*, *lens*, hæc *lendes*, *lens*. Non tamen omittenda eſt Chariſii differentia, (5) *Fros*, inquit, *ſine N litera*, *ne faciat*, *inquit Plinius*, *frontis*; citatque bis Varronem ſic, *ulmos & populos*, *unde eſt fros*: *item*, *fros*, *fœnum*, *meſſis*. Vide Lipſium lib. III. cap. 19. Variarum Lect. Ego tamen apud Lucretium, *fruns*, & *frundes*, ſemper invenio; & ita legendum apud Virgilium, & Ovid. Servius, & alii contendunt. At de *Ligo*, inquis, quomodo te expedies? Inſpice, inquio, primam formam; *ligon*, *cudon*, *udon*, *harpagon*, *mangon*: nam legimus apud poëtas, *cudonas*, & *harpagonas*. *Sed Latini*, ut ait Priſcianus, *ſolent auferre* N *his nominibus*; *ut*, *Plato*, *pro*, *Platon*; *ſic Vangio*, *Brito*, (6) *Agamemno*. » [*Milon* quidem Ovidio dici» tur, qui aliis *Milo*, Metam. 15. *Robora fletque Milon* » *ſenior cum ſpectat inanes*.] Sic *harpago*, *ligo*, pro, *harpagon*,

(5) *Fros inquit &c.*] Senſus eſt Chariſii, ſcribendum eſſe *Fros* vel *Frus*, quum frondem volumus notare, ne, ſi ſcribamus *Frons*, ex ea voce formetur *Frontis*. Addit Chariſius, *quaſi non dicatur niſi Frons τὸ μέτωπον*, h. e. quaſi *Frons* non dicatur, niſi quum intelligimus τὸ μέτωπον, frontem capitis.

(6) *Agamemno.*] Vide Gronovium Patrem ad Senecam Agam. v. 514. ut & quæ ego notavi in *Diſſertationum Triade* pag. 19. Sed & in loco illo Ovidii codices nonnulli præferunt *Millo*, teſtante Nic. Heinſio. Olim autem dixiſſe Veteres, neque tum *Centurion*, *onis*, ſed *Centurionus*, *oni*, & ſic *Decurionus* &c. prodit Feſtus in *Centurionus*.

Digitized by Google

pagon, *ligon*, ſic *turbo*, vel *turbon*, quod ſemper facit, *onis*, contra Grammaticorum recentiorum differentiam: nam cùm legis *turbinis* & *turbinibus*, eſt ab *hic turben*, ut ex Cæſare & Plinio diſputat Chariſius.

3. Nec mihi etiam fraudi ſint *varia linguarum idiomata*: ſæpè namque ſic continget, ut una voce multa ſignificentur. Luſitani enunciant UN GRAN RATO, nos item eodem modo: at illi *magnum murem* ſignificant, nos *ſpatium temporis*.

Ergo pro cauſa Græcus Caſus eſt ab *ergon*; Latinis eſt Conjunctio: & (7) fortaſſe ſemper utrumque idem eſt.

Hic

(7) *Fortaſſe ſemper utrumque idem eſt.*] Omnino ita ſe res habet. Semper *Ergo* eſt Græcæ declinationis ab ἔργον. Nam ſicuti dicitur, *Illius ergo venimus*, ſic & ſimpliciter recte dicitur, eodemque ſenſu, *Ergo venimus*, h. e. illius memoratæ rei ergo, ea gratia. Plaut. Pſeud. IV. 6. 22. *Malum & ſceleſtum & perjurum ajebat eſſe me. SI. Pol haud mentitus eſt. BA. Ergo haud iratus fui*, h. e. *eo ergo*, vel *illius ergo*, ſcil. quod non mentitus eſt. Perſa, I. 1.24. *Satin' tu uſque valuiſti? TO. Haud probe. SA. Ergo edepol palles*, h.e. *eo ergo, eo facto, ea gratia palles.* Similiter Ciſtel. I. 1.74. *GR. Perfidioſus eſt amor. SI. Ergo in me peculatum facit.* Phædr. fab. 15. *Ergo, quid refert mea, cui ſerviam*, h. e. *eo ergo exiſtente, ſi hoc ita eſt.* Liv. I. 37. *Albano non plus animi erat, quam fidei, nec manere ergo, nec tranſire aperte auſus*, h. e. *ea re, ejus rei ergo.* Immo hinc conjungitur cum *Itaque.* cap. 25. *Conſederunt utrimque periculi magis præſentis, quam curæ expertes, quippe imperium agebatur. Itaque ergo erecti, ſuſpenſique &c.* Nempe *ergo* ſumitur in lingua Latina, plane ſicut illud *Itaque*, quapropter idem eſt, ac ſi hic diceretur, *& ita ſe re habente, & ita ergo hoc exiſtente.* Ovid. Metam. XIII. 560. *Spectat truculenta loquentem, Falſaque jurantem, tumidaque exæſtuat irâ, Atque ita correptum &c. Involat.* Jam ſicut illud *Itaque* ſimpliciter ſæpe adhibitum pro Conjunctione, qua ratio ſignificatur rei, quæ traditur: ſic & *Ergo* in eundem uſum paulatim invaluit, & ideo ſimpliciter tranſitioni rationali ſæpe inſervit, atque etiam ita aliquando, ut appareat ſatis, prævalente uſu, rationem originis vel parum habitam, vel non animadverſam, vel etiam integrum comma, cui reſpondeat τὸ *Ergo*, per Ellipſin omiſſum. Unde & factum, ut etiam correptum aliquando occurrat, immo & Feſtus ipſe diſtinguat illius ſignificationem, & ex ea quantitatem ultimæ ſyllabæ. Nihil itaque mirum hujus & ſuperioris

ſeculi

Digitized by Google

Hic ſeps, pro fera, Græcum eſt, & à putredine dicitur; *hæc ſepes*, unde *ſeps*, Latinis eſt vallum.

Græcè *mna*, unde *mina* Latinis, *minæ*, pro interminatione.

Hic axis, pro fera, Græcum; pro parte currus, Latinum.

Liber, pro Baccho, Hebræum eſt; à *Li*, populi, & (8) *Ban*, pario, vel gigno. *Libar*, populorum procreator: eſt enim *Noë*. Sed *Liber*, *a*, *um*, Latinum eſt, ut *libertas*: at *liber libri*, pro cortice arboris, primam breviat.

Pax, Græcis eſt adverbium ſilentii, cum digitus ori apponitur, non admirantis, ut docent aliqui; (9) Latinis eſt, quies.

Hic, vel *hæc*, *calx*, pro calcaneo, Latinum, (10) à calcando; *hæc calx*, vel potius *chalx*, pro lapide cocto, Græcum. Aliter Caper de orthograph. nam pro materia, *calcs*, ſcribit; pro parte pedis, *calx*.

Taurus, pro monte Aſiæ, Scythica vox eſt, (11) *Tauru*,

ſeculi eruditos etiam diverſam ei tribuere originem, ſicuti videre eſt apud Voſſium. At Urſinus Tom. I. pag. 1011. diſerte me maluit ſequi.

(8) *Ban, pario vel gigno.*] Quidni potius vel a ברא / unde haud dubie בר *filius*, vel פרה / unde *pario*. Sed falſæ omnino hæ Etymologiæ. *Liber* pro Baccho prorſus eſt à λείβω, quod ſignificat *libo* & *ſtillo*. Appoſitum utrumque. Unde λιβυρὸς & λιβρὸς *humidus*, *ſtillans*. Poſteriore modo Bacchum Siculi appellarunt, ut docuit nos Heinſius ad Silium Ital. Id vero ſi Latina forma pronuncietur, eſt *Liber*. At *Liber*, *era*, *um*, deduco cum Voſſio ab ἐλεύθερος. Modum etymi & ſimilia exempla ille adfert. *Liber*, *bri*, cum Eodem à Græco λίπος, vel Aeolico λίπορ, *cortex*.

(9) *Latinis eſt quies.*] Vel potius, pactio quietis, quæ inter homines fiebat data dextra, ſeu conſerta invicem manu. Eſt enim à *pago*, Veteribus uſitato, ut ex reliquiis XII. Tabb. liquet, ſed pro quo poſteriores dixerunt *pango*, unde & *Pactum* & *Paciſcor*.

(10) *A Calcando.*] Contrario modo ſe res habet, ſcil. ut *calcare* à *calx* derivatum ſit. Vide Voſſii Etymologicon.

(11) *Tauru id eſt effector &c.*] Forte voluit deducere ab Hiphil ejus radicis, unde Hebræi יאר *rivus* deduxerunt. Sed rectius Bochartus à תור *Thûr* & *Thaura*,

Digitized by Google

ru, id eſt, effector ſive opifex fluviorum; *Taurus*, pro animali, Græcum eſt, Ταῦρος, unde Latinè *Taurus*.

(12) *Fucus*, pro ape, Latinum; *fucus*, vel *phucus*, pro purpura, Græcum.

Gallus, cum eſt vox Phrygia, fluvium ſignificat, ubi Cybeles ſacerdotes, ob id dicti *Galli*, emaſculabantur. Vide Plinium libro 5. cap. 32. Idem lib. 35. cap. 12. *Samia teſta matris Deûm ſacerdotes, qui Galli vocantur, virilitatem amputant.* Vide Ovid. 4. Faſt. ex illo loco, *Cur igitur Gallos, qui ſe excidêre, vocamus, Cum tantum à Phrygia Gallica diſtet humus? Gallus* apud Græcos, album ſignificat, inde *Gallorum* gens vocata, quia corporibus albis ſint præditi. Unde Virg. l. 8. Æneid. de Gallis, *Tum lactea colla Auro innectuntur. Gallus* Latinis avis eſt nota; ſed qui Latinè loquuntur ſolent addere *gallinaceus*, propter ambiguitatem. Xenophon in Homonymis.

4. (13) *Syllabæ quantitas* apud Romanos ſatis ſuperque diſtin-

ra, quod Chaldæis & Syris *montem* notat. Sicuti & alterum *Taurus* non Græcum eſt origine ſua, ſed itidem Hebraicum & Chaldaicum, à שור / טור / *Sór*, *Tor*, quod iſtic itidem *Bovem* ſeu *Taurum* notat.

(12) *Fucus pro ape.*] Haud dubie eſt idem vocabulum. Etenim ſicuti *fucus* mentitur nativum colorem, ſic *fuci* ſua ſimilitudine mentiuntur veras apes. Porro omnia eadem habet hæc vox in utraque ſignificatione, etiam prioris ſyllabæ quantitatem. Ut adeo origine ſua fuerit Græca, ſed a Latinis recepta, & translata etiam ad animalcula apes mentientia.

(13) *Syllabæ quantitas &c.*] Syllabæ Quantitas & Accentus diſtinguunt quidem vocabula, ut rectius in audiendo intelligantur, de quo vide Me ſupra I. 3. 1. ſed eo ipſo non faciunt, ut vere diverſa ſint, aut ab initio fuerint, veluti *Dico, are*, & *Dico, ere.* Id potius præſtat ſola vocabulorum origo, quæ hic præ omnibus his regulis maxime eſt ſpectanda, ut ex qua vocabula naturales ſeu primitivas ſuas ſignificationes accipiunt, ſæpe etiam ſyllabarum quantitates. Neutiquam igitur pro iiſdem ſunt habenda, quæ origine diſcrepant, licet iiſdem plane conſtent literis, eandemque habeant per omnia formam, immo & ſyllabarum quantitatem. Veluti *Liber* pro Baccho, & pro homine ſui juris; *Pilare* pro denſare, & pro furari; *Olere*

Digitized by Google

diſtinguebat voces, quod nos, niſi in carmine, non ſentimus. Hujus generis ſunt, *populus*, pro arbore, prima longa; pro turba, brevi; *Palus*, *udis*, prima brevi; *palus*, *i*, prima longa. *Uter*, *tris*, prima longa; *uter*, *a*, *um*, prima brevi. *Labor*, nomen, prima brevi; verbum, longa. *Colo*, *as*, producit, *colo*, *is*, breviat. *Sinus*, pro gremio, brevi; pro vaſe, longâ. *Pila* luſoria, prima brevi (14) a πιλέω, æquo; *pila*, pro mortario, prima longa (15) quaſi pinſa, vel piſa, à pinſendo. Sed Æneid. 9. ubi legitur, *Saxea pila cadit*, (16) libentius legerem, *Saxea pyla cadit*; πύλη enim columnam etiam ſignificat. *Compilare* vero a nullo horum ducitur, ſed a Græco, teſte Turnebo; nam *piletem* Æoles furem vocant, Heſiodus *phileten*. Vide Joſephum Scaligerum, in Feſtum, *compilare*.

(17) *Plagæ*, pro funibus illis, quibus retia tenduntur circa ſummam & imam partem, aut pro mundi regionibus, quæ Græcè *climata* dicuntur, breviat; pro vulnere, producit.

Anus,

Olere pro odorem ſpargere, & pro creſcere. Sed tamen ſi in eodem vocabulo diverſæ ſignificationis diverſa etiam ſit Proſodia, juſtiſſima datur tunc nobis ſuſpicio ſtatuendi diverſam etiam originem, licet eam, ut ſæpe fit, ſatis exploratam non habeamus; & ſic porro dividendi unum illud vocabulum in duo diverſa.

(14) *A πιλέω.*] Immo potius a πάλλα, quod ſignificat *ſphæram*, unde Aeoles πόλλα, Latini, qui maxime ſequebantur Aeolicam dialectum, & porro olim literas non geminabant, *pola*, cujus veſtigia etiam nunc occurrunt, & ſic tandem *pila*; ſicuti pro *conis* (nam Græcum eſt κόνις) dixerunt *cinis*. Vide Voſſium.

(15) *Quaſi pinſa, vel piſa.*] Immo à *piſa*, diminutive *piſilla*, & inde *pila*, ſicuti *qualus* à *quaſillus*. Vide ſupra I. 10. 4. pag. 69. 70.

(16) *Libentius legerem pyla.*] Nihil minus. Feſtus, *Pila, quæ parietem ſuſtentat.* Suet. Claud. 20. *Congeſtiſque pilis altiſſimam ſuperpoſuit turrim*, ſcil. moli portus. Columnæ autem, quibus quid ſuſtinetur, videntur ideo etiam *pilæ* dictæ, quia ſimiles ſunt mortariorum piſtillis. Vide Voſſii Etymol.

(17) *Plagæ pro funibus.*] Haud dubie à Græco πλάγιος *obliquus*, quod à πλέκω. Unde & *plagulæ* lecticarum & papyri. At *plagæ* pro regionibus cœli & terræ ab Hebr. פלג *diviſit*, unde פלגה

pars,

Digitized by Google

Anus, pro vetula, breviat; pro podice, producit. *Acer*, *eris*, pro arbore, breviat; *acer*, *acris*, & *acre* producit.

Os oris, unde *oſculum*, producit; *os oſſis*, breviat, teſte Divo Auguſtino in libro de Grammatica, & lib. 3. cap. 3. doctr. Chriſtian. Lucretius lib. 3. *Exos*, & *exanguis tumidos perfluctuat artus*.

5. *Accentus* mirè diſtinguebat ambiguum. Nec hic loquor de ridiculis illis, *ſanè*, *palàm*, *porrò*: hi enim nec erant apud antiquos, (18) ante Quinctiliani tempora, nec poterant amphiboliam parere, ut in prima regula admonuimus, præſertim cum *porrò*, pro *deinde*, merè ſit Græcum; ſed de aliis ſecretioribus, & qui noſtras aures omnino fugiunt. Aliter enim enunciabant, *ſeps* Græcum, aliter *ſeps* Latinum, quoniam illud per *eta*, id eſt, *e longum*, ſcribitur Græcè, hoc per *epſilon*, id eſt, *e tenue*. Sed hoc illuſtremus doctorum teſtimoniis.

Luſtra, inquit Feſtus Pomp. *ſignificant lacunas lutoſas, quæ ſunt in ſilvis aprorum cubilia; à qua ſimilitudine ii, qui in locis abditis & ſordidis ventri & deſidiæ operam dant, dicuntur in luſtris vitam agere. At quum ejuſdem vocabuli prima ſyllaba producitur, ſignificat nunc tempus quinquennale, nunc populi luſtrationem*; (19) illud à *luto*, hoc à *luendo*.

Adeo,

pars, *claſſis*, vel à Chald. פלך *tractus*, *regio*. Denique *plaga* pro vulnere à Gr. πληγή.

(18) *Ante Quinctiliani tempora.*] Sed nec eo tempore videntur Figuræ hæ Accentuum in uſum inductæ. Tantummodo refert ille lib. I. c. 3. inter vitia pronunciationis, quod nonnulli figerent tonum in ultimis quorundam vocabulorum, ut diſtinguerentur ab iiſdem alio ſenſu adhibitis. Vide ſupra ad I. 3. 1. pag. 23. &c.

(19) *Illud à luto.*] Cum apud Græcos λῦτρον à λύω ſignificet quoque aquam ſordidam, qua quis ad lavandum eſt uſus, vel aquam, in qua quis lavare ſe ſolet, (ſic Herculis λύτρα apud Anton. Liber. fab. 4.) idcirco & apud Latinos *luſtrum* à *luendo* pro *lavando* primitus ſignificare potuit aquam ejuſmodi ſordidam, dein quia cœno & ſordibus delectantur apri, aprorum cubilia, &

Digitized by Google

Adeo, inquit idem, *duas habet ſignificationes; nam cum prima ſyllaba Acuta effertur, idem ſignificat quod* accedo, *ut cum dicimus*, adeo prætorem: *cum autem ſecunda, idem eſt, quod* uſque eo, *non quidem ſecundum rationem, quia*, ad, *præpoſitio accuſativis accommodata eſt, ſed vetuſta quadam loquendi conſuetudine.* Vide Feſtum in vocibus *Ergo*, *Muſcerda*, *Parret*, *Pone*, *Sagaces*, *Quando*: & Aul. Gellium lib. 6. cap. 15. de *Quieſco*.

Quidam, inquit M. Varro, *reprehendunt, quod* pluit, *&* luit, *dicamus in præterito, & præſenti tempore, cum analogiæ ſui cujuſque temporis verba debeant diſcriminare. Falluntur, nam eſt, ac putant, aliter; quod in præteritis, U, dicimus longum*, lûit, plûit; *in præſenti, breve*, luit, pluit. *Ideoque in venditionis lege fundi*, ruta cæſa *ita dicimus, ut U producamus.*

Donatus

& ſic denique ſordida & infamia ferarum hominumque receptacula: at *luſtrum* pro ſacrificio piaculari a *luere* pro purgare tunc foret derivandum: quia tali ſacrificio Reus criminum apud Deos credebatur purgari & expiari, & quia Homines non modo, ſed & ipſa prodigia, ſic uti dicuntur *expiari*, ſic & *Lui*. Gellius IV. 5. *Ob id fulgur piaculis luendum Haruſpices ex Etruria acciti.* Sed tamen, quia hoc *luſtrum* à Feſto diſerte dicitur producta priore ſyllaba ac vocali pronunciari, & quia ejuſdem haud dubie eſt originis, cujus *illuſtris*, *præluſtris*, *colluſtrare*, *illuſtrare*, *perluſtrare*, immo ipſum *luſtrare*, eorumque omnium ſignificatione ipſa declaratur ſatis, eſſe ea orta a *lucendo* & *lumine*, quo ſive ignis & flammæ, ſive oculorum, aliquid perfunditur & cognoſcitur, vel etiam aliis cognoſcendum datur, idcirco putem prorſus, luſtrum dictum contracte pro *luciſtrum*, a *luceo*, plane ut a *Rodo Roſtrum*, a *Rado Raſtrum*, a *Plaudo Plauſtrum*. Sed & ſic CI eliditur in *Luna* contracta voce ex *Lucina*, & *Lumen* ex *Lucimen*. Cui ſimile eſt *Fulmen* pro *fulgimen*, *Fulmentum* pro *fulcimentum*, *Momen* & *Momentum* pro *Movimen*, *Semen* pro *Serimen*, & multa ſimilia. Hæc videtur vera origo vocabuli *Luſtrum*, & Verbi *Luſtrare*, quæ notant vel maxime, licet in Compoſitis aliter ſe res habeat, ſacrificium piaculare, & expiationem, quia in illis ſacris adhibebatur vel maxime Lumen & Flamma ignis. Forſan & hinc *Luſtra* Meretricum, ut noctu plerumque *lucentia*: & quia hæc maxime erant in abditis cellis, inde & *Luſtra* ferarum in ſylvis.

Donatus ad illud Terent. *Filium perduxere, ut una eſſet*, notat, ſi productè legatur *Eſſet*, ſignificare, cibum caperet, ſive ederet; Item ad illud, *ut de ſymbolis eſſemus*; *melius*, inquit, *Eſſemus*, *producta E* littera. Ego in illis locis (20) corruptum exiſtimo Donatum; ſed tamen id, quod volumus, oſtendit. » [Quod ipſum Ser- » vius monet Æneid. ad verſum illum, *Non media de* » *gente Phrygum exediſſe nefandis.*] Cicero in Oratore perfecto docet, *inclytus* prima brevi enunciari, *inſanus*, prima longa. De hac re vide pulchrum locum apud Aul. Gell. lib. 9. cap. 6.

6. *Euphemiſmos*; id eſt, bona ominatio, inquit Demetrius Phaler. eſt figura, quæ odioſas res bonis verbis edit, & impia itidem facta piis. (21) Hinc multa dicuntur

(20) *Corruptum exiſtimo.*] Cur corruptum pronunciet Donatum, neſcio. Certe ſententiam Donati confirmat Servius ad Aen. V.785. Idem facere videtur Gellius cit. loco, *eſito* primâ longa pronunciari ſcribens.

(21) *Hinc multa dicuntur in contrariam &c.*] Si vere in contrariam partem dicerentur multa per εὐφημισμὸν, ut idcirco εὐφημισμὸς ille inter exceptiones non ſervatæ in ſignificationibus vocabulorum analogiæ referri debeat, tum ſane quam proxime accederent illa ad ἀντίφρασιν, immo dicerentur revera per ἀντίφρασιν εὐφημισμοῦ. At vero Sanctius in ſequentibus ſummo ſtudio & jure explodit omnem ἀντίφρασιν. Quid ergo? Euphemiſmus neutiquam contrariam primitivæ ſignificationem vocabulis tribuit, ſed adhibet in rebus triſtibus & impiis ſæpe, vitandi ominis cauſa, verba mitioris ſignificationis per analogiam deflexæ paululum à ſua origine; quæ ſic deflexa ſignificatio ſenſum tunc exhibet ſequiorem. Exemplis ab Auctore allatis rem probabimus. *Benedicere*, ſeu potius Hebr. ברך / nunquam ſimpliciter ſignificat *maledicere*, ſed primitus *fauſtis ominibus aliquem proſequi.* Id vero quia fiebat inprimis in valedicendo, hinc pro *valedicere* ſæpe ponitur. Jam quia quibus valedicimus, ab iis nos vel ſegregamus, vel eos dimittimus, hinc in omnibus pene linguis eos etiam, quos abdicamus, & quibuſcum nihil nobis negotii deinceps eſſe volumus, jubemus *valere.* Notum illud Terentii, *Valeant, qui inter nos diſcidium volunt.* Serv. ad Eclog. 8. *Vivite, valete, non bene optantis eſt, ſed renunciantis.* Aſpaſia apud Aelian. XII. 1. μακρὰ χαίρειν εἰποῦσα τοῖς ἰατροῖς, h. e. *dimittens medicos*, Belgice, *ſeggende hen goeden dag.* Suetonius Nerone 39. ex cantico quodam, ὑγίαινε πάτερ;

cuntur in contrariam ſignificationem; ut, *benedicere*, pro maledicere, ſæpe in Sacris Literis: ut, 3. Reg. cap. 21. *Benedixit Naboth Deum & regem.* Job. cap. 1. *Niſi in facie benedixerit tibi*: ibid. cap. 2. *Videbis, quòd in facie benedicat tibi*: ibid. *Benedic Deo, & morere.* Sic *ſperare*, pro timere: ſic *potiri hoſtium*, & *potitus hoſtium*, apud Plautum in Captivis, pro, captivum eſſe. Et in Digeſt. l. 11. & 12. de Capt. & poſtlim. Et l. 192. de verb. ſign. *Sacer*, pro execrando, &c. Antiqui ſummopere obſervabant auguria, ſed illa præcipuè, quæ ab hominum ore prodibant, quæ propriè *omina* vocabantur, Hiſpanè, *Alfil Toledano.* Cicero 1. de Divinat. *Neque ſolum Deorum voces Pythagorei obſervaverunt, ſed etiam hominum, quæ vocant* omina; *quæ majores noſtri quia valere cenſebant, idcirco omnibus rebus agendis*, Quod Bonum, Faustum, Felix, Fortunatumque esset, *præfabantur*; *rebuſque divinis, quæ publicè fierent*, Ut Faverent Linguis, *imperabatur*, &c. *Favere autem linguis*, non intelligo idem eſſe, quod *tacere*, ut multi arbitrantur, ſed *bona verba dicere*: nam credebant vitiari ſacra, ſi quis dura, mala, vel ominoſa verba loqueretur. Tibull. lib. 2. eleg. 2.

τερ, ὑγίαινε μῆτερ, *vale pater, vale mater.* Sic ergo & apud Hebræos *Benedicere Deo & Regi* nihil aliud eſt, quam jubere eos valere, dicere ſe non curare Deum & Regem. Vide accuratiſſimum Joh. Cocceji Lexicon. Sic autem Analogia ſignificationis quam optime ſervata. *Sperare* neutiquam ad εὐφημισμὸν pertinet, cum primitiva ejus ſignificatio ſit *exſpectare*, ſeu *præcipere animo aliquid futuri*, ſive boni, ſive mali. Cum Virgilius ait: *Hunc ego ſi potui tantum ſperare dolorem, Et perferre, Soror, potero*; quid aliud notat, quam, ſi potui animo præcipere, animo meo ut eventurum aliquando proponere, & ita me ferendo huic dolori præparare. Sall. Jug. 88. *Lætiſſimis animis contra ſpem ſuam excipitur*, h. e. exſpectationem. Manifeſtior hæc genuina vocabuli ſignificatio ex ejus origine. Etenim antiquiſſimi Latini dixerunt *ſperis* pro *ſpes*. Id autem recte deduxit Voſſius ab Hebr. שבר *Exſpectavit*; vel Nomine שבר *Exſpectatio. Potiri hoſtium* non magis eſſe huc referendum, patet ex iis, quæ diximus ad III. 3. pag. 369. De reliquis ſuo loco mox agemus.

eleg. 2. *Dicamus bona verba, venit natalis, ad aras; Quiſquis ades, lingua, vir mulierque, fave.* Ovid. 1. Faſt. *Proſpera lux oritur, linguis animiſque favete; Nunc dicenda bona ſunt bona verba die.* Horat. 3. Carm. *Male ominatis parcite verbis.* Terent. Andr. *Bona verba, quæſo,* id eſt, Bene ominare. Idem in eadem, *Valeant qui inter nos diſſidium volunt*, id eſt, pereant. Sed exemplis agamus.

Adoleo, & *adoleſco*, creſcere eſt; ſed in ſacris, ut notat Servius ad illud Virg. 4. Georg. *Panchæis adoleſcunt ignibus aræ*, incendere & cremare, idque per figuram *euphemiſmon*; (22) nam quia victima & altare verbenis,

(22) *Nam quia victima &c.*] Si ita, eſt in eo proinde analogia quædam Significationis, non mutatio ejus, ſine ulla analogia, per ἐυφημισμὸν. Sed, ſi modo Verbum hoc in utroque ſenſu ejuſdem eſt originis, ut ſane putem & Ego, primitus & præcipue *adoleo* notavit *augeo*, *creſco*, dein *incendo*, quoniam quicquid incenditur, quaſi creſcit, dum flamma cum eo corpore, quod crematur, conjuncta exſurgit, & ſe in altum exſerit. Unde apud Virgilium, *adoleſcunt ignibus aræ*: & Tacitum Hiſt. II. 3. *Precibus & igne puro altaria adolentur*, h. e. Incenduntur Sacra vel hoſtiæ in altaribus. At apud Gellium III. 10. *Modus eſt ſummus adoleſcendi humani corporis ſeptem pedes*: & Tac. Ann. II. 33. *Auctu imperii adoleviſſe etiam privatas opes*, pro Creviſſe. Porro ſic *Abolere* modo active notat *delere*, *facere ut minuatur*, *decreſcat*, *& ſic tandem penitus exſtinguatur*, modo neutraliter ponitur pro *interire*, *comminui*. Livius I. 23. *Donec cum re nomen quoque vetuſtate abolevit.* Hinc *abolita* pro vetuſtis & oblivioni jam datis, opponuntur *recentibus* apud Tacit. An. VI. 38. Origo autem hujus verbi in illo ſenſu valde eſt incerta. Putem tamen repetendam cum Voſſio ab Græco ἄλδω vel ἀλδίω *augeo*, unde ἀλδήσκω *creſco*. Litera Δ videtur eſſe inſiticia. Accedunt & alia iſtic vocabula ſine Δ, quæ ad præparandi frumenti & farinæ, ſignificationem pertinent. Sic enim ἀλωὴ notat *aream*, in qua frumentum trituratur & purgatur; & ἀλίω *molo*. Utcunque ſit, videntur hinc & *Alere*, & hoc *Olere*, accepiſſe Latini, atque ita hæc verba ejuſdem originis, diſtinxiſſe tamen diverſa forma in ſenſum activum & neutralem; nam *Olent* & *adoleſcunt*, h. e. creſcunt, quos bene quis *Alit*. Et ſic habuimus ſupra *Sedére* & *Sidere*, *Jacére* & *Jacere*, *Fugere*, & *Fugare*, *Placere* & *Placare*, &c. Vide Me ſupra III. 2. 2. pag. 271. 272. & III. 3. 67. Poſſis etiam utrumque derivare ab Hebr. עלה *aſcendo*. Solet enim

Digitized by Google

nis, thure, vino, & extis creſcebant, & augebantur, dictum eſt *adoleſcere*, pro cremare. Vide Feſtum & Nonium.

Mactare (23) ex eodem omine dictum eſt, pro, interficere; cùm propriè ſit *augere*, hoc eſt, magis auctare; unde *mactus*, id eſt, magis auctus. Servius ad illud Virgil. *Mactant lectas de more bidentes*; *Verbum ſacrorum*, inquit, *per euphemiſmon*, *ut adolere*.

Rectè,

nim litera Hebr. ע mutari in O Græcorum Latinorumque. Et hinc ab *alo Altus* h. e. excelſus. Vide me infra IV. 16. 15. At quod idem Voſſius hoc verbum in ſignificatu cremandi derivat ab Gr. ὀλέω & ὄλλυμι, *perdo*, in eo non poſſum illi aſſentire, quum Latinum hoc verbum non ſignificet inflammare quid animo *perdendi*, ſed tantum ad ſacra adhibeatur de rebus, quæ in altari cremantur, & ita *Creſcunt* ſeu ſurgunt in altum. Sic Tacit. Ann. VI. 28. Phœnicem Avem dicit *patrium corpus in Solis aram perferre atque adolere*. Vide & Feſtum in v. October, & Nonium capp. 1. & 4. Porro autem, ut recte rurſus monuit Voſſius, ab ὄω, ὄζω, formatur alterum *oleo*, quod ſignificat odorem ſpargo, pro quo primi dixerunt *odeo*, unde & *odor*, & *odefacit* pro olefacit apud Feſtum, etiamnum ſupereſt, D interpoſito primum inter vocales, & dein mutato in L, quod utrumque ſæpiſſime factum, ſæpe etiam in uno vocabulo, ut in *Salus* & *ſalvus* à σάος, *Filius*, *Fidius*, ab υἱὸς, *ſella* & *ſolium* à *ſedeo*, & hoc ab ἵω, ἵζω.

(23) *Ex eodem omine.*] Immo per μετωνυμίαν ſeu μετάληψιν conſequentis, qua conſequens intelligitur ex antecedente: nempe quia in ſacris Cædes victimæ ſemper ſequebatur *Mactationem* proprie dictam, quæ conſiſtebat in ornanda ea verbenis & infulis, ac mola ſalſa capiti ejus imponenda. Cujuſmodi tranſlatæ ſignificationis uſus eſt quam maxime analogicus. Sed tamen, cur in hoc vocabulo ita frequentaretur ea μετάληψις, cauſam fuiſſe εὐφημισμὸν, facile largior. Id tantum volo, nunquam per εὐφημίαν ſimpliciter in contrarium, & contra ἀναλογίαν, mutatam eſſe verborum ſignificationem. Porro *Mactus* ego quidem deduco ſimpliciter a *Magis*, unde forte verbum *Mago* vel *Magio*, ſicuti à *Minus*, *Minuo*: & ſic deinceps *Mactus*, quemadmodum ab *Ago*, *Actus*, à *Pago*, *Pactus*. Nam G frequentiſſime tranſit in C. Ab hoc ipſo *Magis* eſt *Macſimus*, ut ſcripſere antiquiſſimi, ac dein *Maximus*. Sed & ejuſdem originis *Mactus* eſt & *Magmentum*, plane ſicuti *Sagmentum* à *Sagio*, unde & *Sactus*, ſed pro quibus poſteriores dixere *Sancio* & *Sanctus*. Analogia porro ſignificationis liquidiſſima. Nam *Mactus* proprie ſic notabit *major factus*, *auctus aliqua re*.

Digitized by Google

(24) *Rectè*, pro nihil, aut non, aut male. Ter. Heaut. *Tum quod dem ei, Recte eſt; nam Nihil eſſe mihi religio eſt dicere*: idem Eunuch. *Numquid vis? C. recte*, id eſt, non, vel nihil. (25) Plaut. Aſinar. *Nec rectè quæ tu in nos dicis, aurum atque argentum merum eſt.*

Sacer

(24) *Recte pro nihil.*] Nunquam *recte* ſignificat *nihil*, ſed uſu adhibetur ſæpe in reſponſionibus, in quibus *Nihil* poterat vel debebat reſponderi, quando ſcilicet id vocabulum, ſeu directum ex rei veritate & animi ſententia reſponſum, vitatur aut metu aut conſilio. Nam idem eſt, ac ſi loco talis directi reſponſi reſponſum quis declinaret, ac proinde diceret, *noli quærere, recte ſe res habet.* Hinc apud Terentium Heaut. II. 1. 16. *Tum quod dem ei, Recte eſt*, h. e. ſi illa me quid rogat, ut dem, loco reſponſi & muneris repono & do ei *Recte*, h. e. Belgice, *het is vvel.* Et III. 2. 7. ubi Syrus ſervus, ignarus adeſſe herum, quum aliquid de fallaciis ſuis in herum effutiiſſet, rogatus ab eo, *Quid tu iſtic*, ſcil. dicis, vel dixiſti? reſpondet, *recte equidem*, & ſtatim ſermonem confert ad palpum hero obtrudendum. Et Phorm. V. 3. 15. ubi Chremes itidem ignarus adeſſe uxorem, quam tamen mox videt, quum Fratri dixiſſet, *Nollem datum*, & Frater eum dein rogaſſet *Cur nolles?* reſpondet, *jam recte*, quia ſcilicet præſente uxore nihil amplius ea de re volebat aut audebat dicere. Manifeſte autem iſtic explenda ſic eſt ſententia, quaſi dixiſſet, *temere hoc dixi, jam recte ſe res habet.* Et ibid. v. 29. *Illa amici noſtri filia quid futurum eſt? Recte*, h. e. res illa recte ſe habet, nihil in ea eſt difficultatis. Hinc etiam ſimul aliquando cum τῷ *Nihil*, tanquam diverſum & diſtinctum ab eo, in reſponſionibus adhibetur, Ter. Adel. IV. 5. 19. *Perii.* MI. *Quid eſt? Æ. Nihil; recte; perge.* h. e. nihil eſt, recte ſe habent omnia; perge modo rem narrare. Bene itaque ad Hec. III. 2. 20. ubi Pamphilus rogatus à matre, quid lachrymaret, aut quid eſſet tam triſtis, reſpondet ſimpliciter *Recte*, notat Donatus: *Sic dicimus, cum ſine injuria interrogantis aliquid reticemus.* Pro illo *Recte* aliquando etiam uſurpatur *Bene*, eodem ſenſu, Plaut. Bacchid. I. 1. 6. *Quid in conſilio conſuluiſtis? BA. Bene.* q. d. noli id quærere, bene ſe habet res.

(25) *Plaut. Aſinar. &c.*] Locus hic eſt alieniſſimus à mente Sanctii, qui deceptus vitioſa videtur Plauti lectione. Edidit enim ipſe, ut ex Salmant. ed. & Paradoxis Sanctii, quæ ex Plantini prodierunt officina, & totum hoc ac pleraque ſequentia continent capita, *Hæc recte.* Sed Scioppius videtur jam ex Plauti edd. emendaſſe *Nec recte.* Et ita vere Plautus habet Aſinar. I. 3. 3. Similiter ibidem II. 4. 65. *Malo hercle jam magno tuo nunc iſti nec recte dicis.* Bacchid. I. 2. 11. *Tu Diis nec recte dicis.* Et ſic alibi paſſim. Frequentiſſimum enim

Sacer dicunt eſſe nomen medium, ut Græcis *Anathema*, & nunc in bonam, nunc in malam partem accipi. Sed, quid ſit *homo ſacer*, vel *Anathema*, ab antiquiſſima hiſtoria petendum, quam narrat Joh. Zetzes hiſtor. 23. Chiliad. 5. Cujus carmina ſic vertebam,

Catharma quondam tale purgamen fuit;
Si peſtis, aut fames, vel alia calamitas
Vexaret Urbem ira Deorum percitam,
Ad victimam deformis ante omnes homo,
Purgamen, atque pharmacus, ductus fuit.
Cum ventum ad aram eſt, caſeum, ficus, adori,
Ipſi in manum dabant: deinde ſepties
Pudenda ſcillis verberabant victimæ,
Caprifico, & aliis ſurculis agreſtibus;
Agreſtiumque urebant ramis arborum
Devota membra: tum ſacrum cinerem gravis
Levamen urbis ventilabant in mare.

Hæc ille, atque alia; citatque teſtem Lycophronem, & Hipponactem. Idem Chiliada 8. hiſtor. 239. cineres ſpargi ſolitos, addit, per totam civitatem. Suidas præterea in dictione *Peripſema*, addit, dicere ſolitos cives ad hujuſmodi anathemata, *Purgamen pro nobis eſto, ſalus, & redemtio.* » [Servius in illud Æneid. 3. » 57. *Auri ſacra fames*, ita commentatur, Sacra, *ex-* » *ſecrabilis. Alii* ſacra, *devota accipiunt, unde & V*er » ſacrum. *Alii*, ſacrum, *pro*, *ſceleſtum*, *vel ſacrilegum.* » *Tractus eſt autem ſermo ex more Gallorum: nam Maſſi-* » *lienſes quoties peſtilentia laborabant, unus ſe ex paupe-* » *ribus offerebat, alendus anno integro publicis & puriori-* » *bus*

enim eſt Plauto, *nec recte alicui dicere.* In illo ergo Aſinariæ loco τὸ *Recte* notat, quod propriè & primitus notavit, non autem *Nihil*, aut *Male*, neque vero Elliptice iſtic ponitur, ut in proximæ ſuperioris Notæ exemplis.]

Digitized by Google

» *bus cibis. Hic poſtea ornatus verbenis & veſtibus ſacris,* » *circumducebatur per totam civitatem, cum exſecrationi-* » *bus, ut in ipſum reciderent mala totius civitatis; & ſic* » *projiciebatur.* Hæc ex Petronio Servius.]

Hujuſmodi ſacrificium Hebræis vocabatur *Azazel*, id eſt, caper emiſſarius, de quo Levitic. cap. 16. ab *Ez*, id eſt, *caper*, & *Azal*, id eſt, *abiit*: Græcis *Apotropæon*, ſive *Apopompæon*, id eſt, *malorum depulſio.* Dicebatur etiam propriè *Anathema.* Itaque *Sacer* apud Latinos idem eſt, quod *anathema* Græcis, (26) & ita per Euphe-

(26) *Et ita per Euphemiſmon &c.*] Siquidem ſimpliciter per Euphemiſmon τὸ *Sacer* etiam exſecrandum, & ſceleſtum notaret, foret hæc Antiphraſis, ad quam proinde figuram à nonnullis hoc quoque vocabulum refertur illo ſenſu adhibitum. At vero nullam ego hic agnoſco ἀντίφρασιν, aut ſignificationem in contrarium mutatam, ſed per juſtiſſimam Analogiam parumper deflexam. Cujus vera & unica hæc eſt ratio. Quidquid decreto publico Diis erat conſecratum, illud dicebatur *ſacrum.* Jam vero, quia, quod ſic Diis ſacrabatur, id ex uſu & commercio hominum penitus tollebatur; unde & in commercio requirebatur *aurum profanum*, Vide Feſtum in V. *Puri*: & infelices notiſſimo adagio dicebantur *aurum Tholoſanum*, quod erat Sacrum ex templis Tholoſanis, *attigiſſe*, Vide Gellium III. 9. & porro quia victimæ Diis itidem Sacratæ ſemper occidebantur: hinc ſi quos homines ſceleratos populus ſciſceret impune interficiendos, eos publice *ſacrabat* Diis, tanquam victimas quaſdam, quarum cædes grata Diis eſſet futura; ut ſic impune à quolibet poſſent occidi, & ita ex ſua civitate funditus tollerentur. Liv. III. 55. *Ut qui Tribunis pl. nocuiſſet, ejus caput Jovi Sacrum eſſet.* Feſtus in *Plorare* ex Legibus Regiis, *Si parentem puer verberit, aſt illi ploraſſint, puer Divis parentum Sacer eſto.* Idem, *Sacratæ leges ſunt, quibus ſanctum eſt, ut, qui quid adverſus eas fecerit, Sacer alicui Deorum ſit cum familia pecuniaque.* Et in v. *Sacer*, *Homo Sacer is eſt, quem populus judicavit ob maleficium, neque fas eſt eum* (proprie) *immolari, ſed qui occidit, parricidii non damnatur. Nam lege Tribunicia prima cavetur: Si quis eum, qui eo plebiſcito Sacer, occiderit, parricida ne ſit. Ex quo quivis homo malus atque improbus Sacer appellari ſolet.* Non obſcura hæc, ut mox Sanctius ait, ſed liquida & ſola vera. Hinc jam apud Plautum in prol. Pœnuli v. 90. de Lenone, *Homini, quantum hominum terra ſuſtinet, ſacerrimo.* Et Moſtell. IV. 2. 67. *Unus iſtic ſervus eſt ſacerrimus, is vel Herculi conterere quæſtum poſſiet.* Porro ipſæ quoque Res peſſimæ,

Digitized by Google

Euphemiſmon, pro execrando accipitur. Quanquam Mona-

peſſimæ, in perniciem publicam vergentes, & ideo ex uſu & vita hominum quaſi expellendæ, & exſtinguendæ penitus, vocabantur *Sacræ*, ut *Auri Sacra fames*, h. e. non *magna*, ſed *deteſtabilis*. Adde his Servium ad Virgilium Aen. X. 419. de Haleſo, *Injecere manum Parcæ, teliſque Sacrarunt Evandri*, h. e. devoverunt telis, & neci per ea inferendæ. Similiter vero ſe res habet, quod ad 'Ανάθεμα & 'Ανάθημα. Significat quippe primo rem Uſibus humanis exemptam, & Deo repoſitam, ſacratamque, ſine jure redemptionis. Jam quod ſic erat ſacratum, id, quod ad homines, plane quaſi interierat, ſeu ex hominum commercio ſublatum erat, etiam ſi animal eſſet. Vide Macrobium Saturn. III. 7. & ſic apud Suetonium Cæſ. cap. 81. Cæſar dicitur *Equos conſecraſſe in trajiciendo Rubiconi flumini*, & idcirco *vagos ac ſine cuſtode dimiſiſſe*: & Tacit. de Germ. cap. 10. equi Germanorum Sacri dicuntur *publice ali in nemoribus ac lucis nullo mortali opere contacti*. Ita ergo hi Equi commercio & poſſeſſioni hominum per iſtam conſecrationem erant exempti. Aliæ etiam Res, etiamſi ſacris non amplius inſervire poſſent, tamen vel ſic hominibus neutiquam reſtituebantur, ſed potius conſumebantur penitus, & abolebantur: apud Romanos etiam in cellis ſubterraneis ſeu faviſſis reponebantur. Vide Feſtum in *Faviſſæ*. Hac igitur de cauſa is, qui à conſortio Eccleſiæ prorſus erat ſegregatus, dicebatur *Anathema*, quaſi Sacratus Morti & Exitio, ſeu Inferis & eorum Principi, atque ideo a reliquis Chriſtianis abſciſſus, qui & talis hominis commercium fugiebant. Hinc & aliquando ſeparationis particulas habet ſibi adjunctas. Veluti Rom. IX. 3. ἀνάθεμα ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ, h. e. Morti & exitio æterno devotus, cum ſeparatione à Chriſto, & ejus Eccleſia. Vide omnino iſtic Bezam. At Salmaſius ad Solinum pag. 1089. 1090. vult ἀνάθεμα proprie & primitus notare ſegregatam & ſeparatam rem. Ego vero prorſus putem, vocabuli hujus ſignificationem primam repetendam ab Hominis vel agri aut alterius rei conſecratione Diis facta. Uſu autem differre in eo ἀνάθημα illud & ἀνάθημα, quod hoc notet donaria, ſtatuas, aliaque in honorem Deorum in templis vel alibi poſita, at ἀνάθεμα, rem ſimpliciter Deo conſecratam, veluti Urbem, Terram, Hominem. Talia vero commercio hominum revera fuiſſe exempta, immo exitio & internecioni dedita, liquet ex ipſa S. Scriptura, veluti Levit. XXVII. 29. ubi traditur Hominem Deo *conſecratum*, (ipſo hoc verbo apud LXX. ἂν ἀνατεθῇ) *non redimi debere*, *ſed omnino occidi*. Et hinc Urbes quoque & Populi in Libro Deuteronomii & Joſuæ dicuntur ἀνάθεμα declarari, & ἀναθεματίζεσθαι h. e. *exſcindi*. Hinc jam factum, ut re vera Ἀνάθεμα, de Homine dictum,

 ſigni-

Monachus Meneſius, qui de Accentibus ſcripſit, aliter quæſtionem ſolvit: contendit enim, in ſacris Bibliis duo nomina, Anáthema, & Anathéma; & illud, cum accentu in antepenultima, & cum epſilo in penultima, ſemper accipi in malam partem, pro exſecrando: at cum accentu in penultima, & eta, id eſt, e longo, ſemper accipi pro donario, vel re templis dicata. Ego ſcripturam quidem in Bibliis Græcis ſic reperiri animadverti: ſed quomodo ab eodem verbo ἀναθεῖναι duo ducantur nomina contrariæ ſignificationis, non video. Unum ſemper nomen eſt, *anathema* ſive *anathéma*, ut *ſacer* apud Latinos. Quid eſt igitur illud tam crebro in Conciliis repetitum, *Anathema ſit*? Reſpondeo primum, poſſe dici per Euphemiſmon, ut *benedicere*, pro maledicere, quaſi dicat, *Anathema ſit*, id eſt, ſit benedictus, quia viros ſanctos non decet maledicere. Deinde reſpondeo, poſſe etiam intelligi juxta propriam & genuinam nominis notionem, *Anathema ſit*, id eſt, ſit peccatum pro toto populo, ſit devotio, ferat omnia populi peccata. Ita D. Paulus ad Rom. 2. *Optabat eſſe anathema poſt Chriſtum pro fratribus*, id eſt, ſe devoveri, & hoſtiam fieri *à Chriſto*, id eſt, *poſt Chriſtum*; quia

ſignificet ἐπάρατον, *devotum*, ut recte Heſychius exponit. Talis enim Homo erat internecioni devotus, quaſi ſacrata Diis victima, & ſic a reliqua Hominum ſocietate excluſus & commercio. Certior autem hæc Significationis in hiſce vocabulis diſtinctio evadit eo, quod ipſum Verbum ἀνατιθέναι, unde illa pariter deſcendunt, duplicem quoque hanc habet ſignificationem. Pro dono Diis conſecrato, Heſiod. Ἔργ. 656. de Triode, Τὸν μὲν ἐγὼ Μούσαισ' ἀνέθηκα. Pro devovendo Græci Interpretes, non modo Levit. d. l, ſed & Michæ IV. 13. ad Sionis Filiam, Καὶ κατατήξεις λαοὺς πολλοὺς, καὶ ἀναθήσεις τῷ Κυρίῳ τὸ πλῆθος αὐτῶν, *& confringes populos multos, & anathemate devovebis Domino eorum multitudinem.* In Hebraico eſt Hiphil verbi חרם. Ita vero liquet eſſe utriuſque vocabuli, Ἀνάθημα & Ἀνάθεμα, ut eandem originem, ita eandem primitivam ſignificationem, ſed uſu & analogia in contrarium pene flexam, æque ac *obſervare aliquem*, & multa ſimilia. Fruſtra itaque hic adeo laborat Sanctius, & Euphemiſmum fingit.

Digitized by Google

quia *Chriſtus fuit pro nobis hoſtia, & factus eſt pro nobis peccatum, cùm peccatum non haberet: Et verè languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portavit.* Feſtus in voce *Sacer* obſcura quædam profert, quæ à Macrobio lib. 3. cap. 7. Saturn. explicantur. Illud verò Virgilii, *Auri ſacra fames*, alia res eſt: nam Græci ἱερὸν, id eſt, *ſacrum*, pro magno ſolent uſurpare: unde *os ſacrum*, id eſt, magnum; & *morbus ſacer*, pro, magnus vel comitialis. Plutarchus de induſtria animalium. Unde Adag. *ſacram ancoram ſolvere*, id eſt, magnam.

(27) *Alter* in auguriis dicebant, pro, non bono, ut ait Feſtus in dictione, *Altera avis.* Et in ſenatu dicebat conſul, *Qui hoc ſentitis, huc tranſite, qui alia omnia, illuc*, id eſt, qui negatis, vel diſſentitis. Cic. lib. 1. epiſt. *De tribus legatis, frequentes iêre in alia omnia*, id eſt, diſſenſere: & lib. 10. *Eum ſenatus reliquit, & in alia omnia diſceſſit.* Vide Suidam in voce *Eumenides*, & *Callias.* Et nos etiam in *Antiphraſi* de *Eumenidib.* ſatis.

(27) *Alter in auguriis.*] Etiam in iis de duobus tantummodo dicitur, *Alter.* Etenim quia vel Læta, vel Triſtia, evenire auſpicantibus ſolebant, ſi lætum ſignum, quod deſiderabatur, non eveniſſet, dicebatur *Alterum* eveniſſe, ſcil. ab eo, quod deſiderabatur, h. e. non lætum, non felix. Sic paſſim *Secus* itidem pro *male*, Salluſt. or. 2. ad Cæſ. in extr. *Si fato, huic imperio ſecus accidat.* Livius X. 19. *Rei bene aut ſecus geſtæ decus dedecuſque.* At *Alia omnia ſentire* notat ſententiam plane & per omnia diverſam ab ea, quæ jam dicta erat.

Cap. XV.

De Analogia ſignificationum.

His regulis præmiſſis, ad Analogiam ſignificationum tranſeamus.

Jus,

Digitized by Google

(1) *Jus*, *juris*, propriè ſignificat diarium, ſive portionem victus. *Antiqui* enim, ut inquit Valer. Maxim. lib. 2. *adeo erant continentiæ attenti*, *ut frequentior apud eos pultis uſus*, *quam panis eſſet.* Plinius lib. 18. cap. 8. *Pulte autem*, *non pane*, *vixiſſe longo tempore Romanos manifeſtum* : *quoniam inde & pulmentaria hodie quoque dicuntur.* Non itaque veſcebantur carnibus, ſed oleribus, aut pultibus, totumque prandium *Jus* vocabant. Horat. 2. Serm. 4. *Eſt operæ pretium duplicis cognoſcere juris Naturam.* Hujus autem *juris* in conviviis pares dabantur unicuique partes : unde Homerus *convivium*, *æquale* ferè ſemper nominat. Vocabantur verò *Duplicarii*, ut ait Varro, *quibus in conviviis ob virtutem duplicia ut darentur cibaria*, *fuit inſtitutum.* Cujus rei etiam in ſacris Bibliis

(1) *Jus juris &c.*] Neutiquam aſſentior Sanctio, quum putat, *Jus*, quod ſuum cuique tribuit, dici per Analogiam ſignificationis ab eo *Jure*, quod ſignificat diarium. Ego utrumque, ut diverſæ prorſus ſignificationis, ſic diverſæ putem eſſe originis. Certe *jus* illud prius eſt à *jubendo*, non, ut cenſet Magius in Miſcell. IV. 1. quia illud *jubet & præcipit*, ſed quia *jubetur* ab eo, qui ſummam habet poteſtatem. Nihil enim apud Romanos olim fuit *Jus*, niſi quod *juſſum* à populo, cujus pro ſua ſuprema poteſtate proprium erat *jubere*, & *rogari* à Magiſtratibus. Unde & Leges ſæpe *Rogationes* appellantur, & quod legibus juſſis ſancitum, *jus* erat, quaſi *juſſum.* Hinc Feſtus *Juſſa*, *Jura* exponit. Scilicet antiquiſſimi dixerunt *juſa*, ut qui non geminabant literas, nec habebant literam R. Poſteriores itaque in Participio, iterata tunc ſibilante litera, dixerunt *juſſa*, in Nomine *jura*, ſibilante converſa in caninam, ut ſolebant. JCtos, qui *jus* à *juſtitia* dictum tradunt, caſtigat ſatis ſuperque d. l. Magius. Alterum *jus* eſculentum à *juvando* recte deduxerunt nonnulli, ut quod alimonia ſua juvat corpus humanum. Plautus Captiv. I. 2. 33. *Neque unquam quidquam me juvat*, *quod edo domi*, Ubi Vide Lambinum. Sic à Gr. *φάω*, unde Latinum *Fari & Fatum*, eſt etiam *Fas* : à *Moveo*, non à *Meo*, ut male Martinius, eſt haud dubie *Mos*, qui ſemper quaſi movetur. Seneca Ep. 114. *Conſuetudo civitatis nunquam in eodem diu ſtetit.* Sic *Dos* à *Do*, vel Græco *δόω*, *pus* à *puteo* ſeu *πύθω*, *thus* à *θύω*. *Jus* autem hocce non notat portionem cibi aut convivii, ut vult Sanctius noſter, ſed liquidum illud, quod pani & obſonio infunditur. Hinc apud Plautum Moſtell. I. 3. 120. *quaſi cum unâ*

Digitized by Google

bliis fit mentio; nam Geneſ. cap. 43. *major portio data eſt Benjamino*, quàm cæterorum cuilibet. Itaque propriè *Jus* eſt, quod Hiſpanè dicimus, *Quiñon*, *parte*, *porcion*, *ordinario*. Græcis eſt *Chœnix*, id eſt, *dimenſum*, ut vocavit Terentius. Hebræis eſt *Man*, à verbo *manâ*, id eſt, *diviſit*, vel *numeravit*: nam ubi legitur Daniel. cap. 1. *Et conſtituit illis rex annonam per ſingulos dies de cibis ſuis*, Hebraicè legitur *manâ*. Hinc igitur metaphoricè *Jus* vocatur, munus illud, quod ſuum cuique tribuit.

Vertex, inquit Fabius lib. 8. cap. 2. *eſt contorta in ſe aqua, vel quicquid aliud ſimiliter vertitur; inde propter flexum capillorum, pars eſt ſumma capitis; & ex hoc, quod eſt in montibus eminentiſſimum.* (2) Valla lib. 6. cap. 11. *Rectè*, inquit, *dixeris hæc omnia, vertices, proprie tamen unde initium eſt. Quare nemini debet mirum videri, cur interdum una vox plura ſignificet.* Hæc illi. (3) Ego tamen magis

nâ multa iura confudit cocus. Vide & Horatium Satyr. II. 4. 63. &c. & Terent. Eun. V. 4. 17.

(2) *Valla lib. 6. &c.*] Turpiter hic ſe dedit Sanctius. Verba enim hæc, *Recte dixeris hæc omnia Vertices, proprie tamen, unde initium eſt*, quæ Vallæ tribuit, ſunt ipſius Quintiliani, quem Valla iſtic laudavit, & ex quo totum hunc locum libri 8. capitis 2. exhibuit. Cui loco ſubjicit tandem de ſuo, *Quare nemini debet &c.* Scilicet inſpexit Sanctius tantum Vallam, non etiam Quinctilianum, & ita deceptus eſt eo, quod olim ſine ullo literarum diſcrimine edebantur Verba aliunde citata, & ea, quæ ipſius erant Scriptoris. Senſus autem Quinctiliani eſt, omnia iſta analogice dici *vertices*, at *proprie* tantum illud, *unde initium eſt* ſignificationis totius.

(3) *Ego tamen magis aſſentior.*] Male profecto. Vide Voſſium. *Vertex* & *Vortex* eſt revera ejuſdem originis, & proinde unum idemque vocabulum, ſive contortam aquam, ſive quid aliud notet. Immo ſi maxime ſcriptura diſcreparet pro diverſo variæ ſignificationis uſu, vel id non obſtaret, quo minus etiam in illa diverſa ſcripturâ ſit tamen idem vocabulum. Sic enim eadem quoque ſunt *Coitus* ac *Cœtus*, *Columen* & *Culmen*, *Caudex* & *Codex*, *Fingo* & *Figo* (Vide ſupra I. 2. 1. pag. 26. 27.) *Mœvia* & *Munia*, *Lavare* & *Luere*, *Quæro* & *Quæſo*, *Quæſitor* & *Quæſtor*, *Confertim* & *Confeſtim*, quorum illud rerum in loco, hoc actio-

magis aſſentior Chariſio lib. 1. *Vertex*, inquit, *à vertendo; vortex, à vorando; & vult Plinius verticem immanem vim impetus habere; ut, ingens à vertice pontus; vorticem verò, circumactionem undæ eſſe; ut, Et rapidus vorat*

actionum in proximo tempore conjunctionem notat, unde & *Feſtino*, h. e. in magno & continuo ſum motu agendi aliquid. Vide ſupra III. 3. 59. Immo & ſic hodie in Gallica *Monſeigneur* & *Monſieur*, in Scotica *Lord* & *Laird*. Omnia hæc origine ſua eadem ſunt vocabula, licet diverſæ dein ſignificationi diverſa etiam ſcriptura quaſi propria ſit facta. Quin & ſic *Ara* & *Anſa* diverſam eſſe ſcripturam puto unius antiqui vocabuli *Aſa*, quod ſignificabat primitus omne id, quod ex aliqua re eminet, & quo quid apprehenditur, unde poſteriores interpoſita N dixerunt eo ſenſu *Anſa*: Deinde κατ' ἐξοχὴν cornu altaris, quod apprehendere ſolebant Supplices, tum Sacrificantes, & Jurantes, unde *Ara*, S mutata in R, quæ vox per Synecdochen frequentiſſimam partis pro toto, altare ipſum vel maxime dein notavit. *Aſa* autem ab Hebr. און / *auris*, videtur formatum. Vide Voſſium Etymol. in voce *Anſa*. Certe *Aram & Anſam* pariter dictas pro *Aſa*, id diſerte tradit Varro apud Macrobium Saturn. III. 2. cujus verba lectu digniſſima hic exhiberem, niſi jam a Voſſio in V. *Ara* vidiſſem allata, quem conſuli velim. Adde Servium ad Aen. IV. 219. Liquebit inde etiam illud, orantes ac jurantes ſolitos *aram tenere*. Ceterum offendit quoſdam, quod *cornua* tribuerim altaribus. Ego vero non quibuſvis, non vulgaribus, quolibet loco poſitis, ſed ſolennibus, majoribus, & maxime illis quadratis, quæ in præcipuis erant templis, *cornua* tribuere haud vereor. Primum enim in Oriente, unde omnia iſtius generis devenerunt ad Græcos & Romanos, Aræ habuerunt cornua, quæ ſupplices apprehendebant. Diſerte ita, Salomone Rege facto, Adonias & Joabus 1. Reg. capp. 1. & 2. dicuntur confugiſſe ad aram, & ἐπιλαβέσθαι, ſeu κατέχειν, τῶν κεράτων τοῦ θυσιαστηρίου, *apprehendiſſe*, ſeu *tenere*, *unum ex cornibus altaris*. Sed & apud Græcos & Romanos reperiuntur ſæpe in nummis altaria, ex quorum angulis eminent cornua incurva, & in acutum deſinentia. Vide Numm. 2. Gentis Tarquitiæ in Famil. Rom. Urſini, & N. 18. ac 23. Tab. XVI. Arſchot. & N. 21. Tab. XXVII. Denique Servius ad Virgil. Aen. VI. 123. diſerte *Anſas* tribuit Altaribus, quas tenerent Orantes. Etenim iſtic quum Poeta dixiſſet, *Talibus orabat dictis, araſque tenebat*, notat Servius, *Rogabant enim Deos, ararum anſas tenentes*. Quas *anſas* S. Scriptura dicit κέρατα, *cornua*.

Digitized by Google

vorat æquora vortex. Caper Grammaticus, *Vortex fluminis eſt, vertex capitis.*

Tempus, ut Varro ſcribit lib. 5. *intervallum mundi & motus, diviſum in partes aliquot maxime ab Solis & Lunæ curſu, à quorum tenore temperato tempus dictum eſt. Tempora* in capite (Hiſpan. *las ſienes*) (4) ob id dicta putant, quòd ab iis indicia petamus ſenectutis. Poſuit enim natura in multis animantibus ætatis ſigna; ut, veterinis & ovibus in dentibus; cervis in cornibus: ſic homines in temporibus gerunt ætatem; unde Homerus ſenes vocat *Poliocrotaphous*, id eſt, canorum temporum, quia plurimum inde cani incipiunt: nam priora capitis, humiditatis pituitæque plus habent, quàm poſteriora. Virgilius 5. Æneid. *Æmula necdum Temporibus geminis canebat ſparſa ſenectus.* Vide Alexand. Aphrodiſ. problemata, & Columellam lib. 6. cap. 29.

Nepos, inquit Chariſius, *ſignificat, & certum cognationis gradum, & rei avitæ conſumtorem.* Mihi tantum ſignificat filiorum filium. Romani pueri patruis tradebantur erudiendi & caſtigandi: unde proverbium; *Ne ſis patruus mihi*: quia patrui, etiamſi ament, neſciunt ad peccata connivere. Avi contra impotentius amant,

(4) *Ob id dicta putant.*] Forte à *tepeo* dicta, interpoſita litera M, ut ſæpiſſime ante P vel B. Sic τύμπανον à τύπτω, *Campus* à *Capus*, unde *Capua*, & illud à κῆπος. *Cumbo* à *Cubo* & κύπτω, *Lambo* ab antiquo *Labo*, & λάπτω & λάπω, unde & *Labium*. At alterum *Tempus* cum Voſſio à τῆμος, *tunc*, derivem, vel à τέμνω *ſeco*, ut notet omnem totius temporis particulam. Unde *in tempore venire*, eſt, venire opportuno temporis puncto. Nam Tempus ſecatur in minima momenta, ſeu puncta. Hinc Ovid. Metam. XV. 183. *Tempora ſic fugiunt pariterque ſequuntur, Et nova ſunt ſemper; nam quod fuit ante, relictum eſt. Fitque, quod haud fuerat, momentaque cuncta novantur.* Similis plane a Verbo Τέμνω derivationis ratio reperitur in voce Τέμπεα, Τέμπη, ex voce Τέμενος, ſeu in plurali Τεμένη. Illa dicebantur amœnæ & divinæ valles, quæ montes *ſecabant*, at Τεμένη loca ex reliqua parte regionis quaſi *deciſa* & Diis conſecrata, veluti Luci & Templa. Vide omnino Iſacum Voſſium ad Melam. II. 3. 19.

Digitized by Google

amant, omnia indulgent, caſtigare neſciunt; inde Nepotes evadunt perditiſſimi. Ariſtoteles 3. Ethic. in calce, intemperantiam vocat *Acolaſiam*, id eſt, incaſtigationem; & *acolaſti* dicuntur incaſtigati. Tales igitur ſunt Nepotes. Invenio & apud Græcos, (5) *Nepodes* vocari nepotes, quaſi ſine pede, hoc eſt, fundamento: quia filiis fundamentum rei familiaris non erunt: dilapidant enim rem familiarem. Qui deducunt à *nepa*, id eſt, ſcorpione, quia filios devorat, mihi non placent. Vide Feſtum.

Tollere liberos, *tollere onera*, *tollere in crucem*, *tollere aliquem è medio*, vel *è vita*, ſemper eſt ſublevare: ſed *tollere*, pro educare, vel habere filios, ex antiqua conſuetudine petendum. Antiquitus pueri recenter nati terram primùm omnium tangebant, tanquam rerum omnium parentem; autor eſt Plinius in proœmio libri 7. Tertulliani verba ſunt; *Dum prima etiam conſtitutio infantis ſuper terram, ſtatim Edaœ ſacrum eſt.* Sapientiæ cap. 7. *Et ego natus accepi communem aërem, & in ſimiliter factam decidi terram.* Sic poſitum infantem Patres ſolebant ſtatim allevare; qui autem non tollebatur, ut abdicatus & projectitius habebatur, idque inauſpicatum putabatur. Papinius, ultima Silva, deplorat ſervulum immatura morte ſurreptum, ſed ante donatum libertate, hæc addens, *Meus ille, meus, tellure cadentem Excepi.* Vide Turneb. lib. 22. cap. 11. & lib. 4. cap. 14. D. Auguſtin. libro 4. de Civit. Dei, capite 11. *Ipſe levet de terra, & vocetur Dea Levana.*

Cernere, inquiunt, eſt videre, eſt pugnare; & *cernere hæreditatem* eſt audire hæreditatem. Non ita eſt, nam

(5) *Nepodes vocari Nepotes.*] Vide Notas Auguſtini ad Feſtum, & cognoſces ipſum illud vocabulum *Nepos* etiam in prima ſignificatione ex Græco deduci. Recta porro ratio alterius ſignificationis à Sanctio eſt reddita, quæ nempe petita eſt ab indulgentia *Avorum* in *Nepotes.*

Digitized by Google

(6) nam propriè *cernere* eſt ſeparare furfures à farina, id eſt,

(6) *Nam proprie cernere &c.*] Immo vero propria & primitiva hujus Verbi ſignificatio non eſt ſingularis facti, ſed generalis. Significat enim proprie aliquid ſecernere, & dirimere, ſive id fiat cribro, ſive ſorte, ſive pugna, ſive oculis, ſive animi noſtri cogitatione & judicio; derivaturque à Gr. κρίνειν, quod item ex una generali varias ſingulares, & quaſi uni facto proprias, recepit ſignificationes. Prima ergo, ut dixi, generalis eſt diſtinguendi & diſcernendi in Græco Latinoque. Hinc Heſiodus Aſpid. v. 55. κεκριμένην γενεὰν, h. e. *diverſam generationem*, vocat Herculem & Iphiclea, Alcmenæ quidem pariter liberos, ſed illum ex Jove, hunc ex Amphitruone conceptum. Similiter apud Latinos *Diſcernere*, *Excernere*, *Secernere*, immo ipſum *Cernere* eam ſignificationem aperte præferunt. Liv. XLIII. 12. *Priusquam id ſors cerneret*, h. e. dijudicaret, diſtingueret provincias duas in duos Conſules. Porro hinc *Cernere aliquid* eſt ita liquido quid videre & cognoſcere, ut oculis noſtris diſtinguatur ab aliis rebus, cum quibus, antequam viſu noſtro ita clare cognoſceretur, quaſi confuſum erat. Inde & *Certum* dicitur, quaſi prorſus liquidum, & ex omni obſcuritate ac controverſia protractum in manifeſtam & diſtinctam cognitionis noſtræ lucem. Sed inprimis hæſit hujus verbi uſus, in ſignificanda ea Mentis noſtræ vi, quæ in deliberando, judicando, & certum aliquid ſtatuendo conſiſtit. Plautus Ciſtel. I. 1. 1. *te mihi amicam eſſe crevi*, h. e. judicavi, judicio mentis meæ certum habui. Caſin. III. 1. 2. *Nunc ſpecimen ſpecitur, certamen cernitur, an ſis amicus*, h. e. periculum fit, experimentum in alterutram partem reipſa ſumitur, & ſic dijudicatur. Similiter Bacchid. III. 2. Hinc ergo *Crimen*, quod in judicium vocatur, quod dijudicatur. Sed & quia ſæpe manibus ac pugna controverſiæ dirimebantur, idcirco *Cernere* ſæpe etiam pro pugnare ponitur, Cœl. Famil. VIII. 14. *Quamdiu civiliter ſine armis certetur.* Immo & inde orta eſt uſitata illa ſignificatio Verborum *Certare*, *Decernere acie*, pro pugnare, & *Diſcrimen* pro quocunque periculo. Nunc tandem videndum etiam, quæ ſit ratio illius locutionis, *Cernere hæreditatem.* Eadem forſan, quæ illius, *Cernere vitam*, h. e. pugnare quod ad vitam. Ennius Medeâ Exule: *Nam ter ſub armis malim vitam cernere, Quam ſemel modo parere.* In quibus Nonius τὸ *Cernere* peſſime interpretatur per *Amittere.* Sicuti ergo *Cernere vitam* eſt certare de vita, pugnæ judicio dijudicare vitam ſuam, ſic *Cernere hereditatem* proprie notare poſſit deliberare, certamen cernere, apud animum ſuum, de hereditate, utrum velit adire, nec ne. Certe hanc eſſe hujus phraſeos ſignificationem, manifeſtum ex Fragm. Ulpiani, qui Tit. 22. §. 27. *Cretio*, inquit, *eſt certorum dierum ſpatium, quod datur inſtituto heredi ad deliberandum,*

eſt, cribrare; Hiſpanè, *cerner*. Plinius lib. 18. cap. 11. *Poſteaque gypſi pars quarta inſpargitur, atque ut cohaſerit, farinario cribro ſubcernunt; quæ in eo remanſit, exceptitia appellatur, & grandiſſima eſt, rurſus, quæ tranſit, arctiore cernitur, & ſecundaria vocatur.* Hæc Plinius. Cùm igitur *cernere* ſit propriè ſeparare furfures à farina, non malè pro diſcriminare cœpit accipi; deinde etiam pro *dimicare*; quia olim lites omnes, & præcipuè de terminis agrorum, ferro decernebantur. Et Stobæus Sermone 8. ex lib. de moribus gentium Nicolai hæc refert; *Umbrici cum controverſias inter ſe habent, pugnant armati, ſicut in bello; qui ſuos adverſarios interemerint, juſtiorem cauſam habuiſſe videntur.* Unde Ennius apud Ciceronem, *Ferro, non auro, vitam cernamus utrique.* Et Virgil. 12. Æneid. *Inter ſe coiiſſe viros, decernere ferro.* Sic enim legit Faërnus ex antiquis codicibus. Poſtremò, cum ait Ulpianus, *Titius hæres eſto, cernitoque in diebus centum proximis, quibus ſcieris, pote-*

dum, utrum expediat ei adire hereditatem, nec ne; Veluti, Titius heres eſto, cernitoque in diebus centum proximis: niſi ita creverit, exheres eſto. Sed tamen ſicuti ſæpe ſignificatio conſequentis elicitur ex antecedente, ita & hic *Cernere hereditaté* plerumque adhibetur ad notandum actum, qui ſequitur *cretionem* proprie dictam, ut adeo tum ſignificet, reipſa, & adeundo ſolenniter hereditatem, declarare ſuam *cretionem* de hereditate factam. Hinc ibidem Ulpianus: *Cernere eſt verba cretionis dicere ad hunc modum: Cum me Mævius hæredem inſtituerit, eam hereditatem adeo cernoque*, h. e. *Cernere* eſt ſententiam animi ſui verbis & factis declarare de illa hereditate, dicere verba conſilii ſui & decreti in rem ipſam deducti. *Adeo cernoque*, h. e. in adeundo conſilium meum expono, & cretionem exſequor. Cicero Famil. IX. 14. *Sinas me hanc quaſi falſam hereditatem alienæ gloriæ cernere.* Liv. XL. 8. *Hereditatem meam ſpe & cupiditatem improba creviſtis.* Hæc propria *Cretionis*, h. e. deliberationis, & tranſlata *Cretionis* in factum deductæ, & in aditione ipſa declaratæ, ſignificatio diſtingui debebat, ſecus quam facit Vinnius ad Inſt. *de Heredum qualitate* §. 6. Scaligerum erroris incuſans, quod hæc diſtinxerit, dicendo, *Crevi non proprie ſignificat hæreditatem adii, ſed Cretionem Aditio hereditatis ſtatim ſequebatur.* Veriſſime ille, quicquid oblo-

Digitized by Goo

poteriſque; *niſi ita creveris*, *exhæres eſto*: hic *cernere* pro de

obloquatur Vinnius. Nam *Cretio* proprie dicta præcedit revera Aditionem, licet ſæpe ad eam directe notandam per Μετάληψιν consequentis adhibeatur, quoniam Aditione impletur & declaratur. Sic & apud Græcos Κρίνω non modo *judico* ſignificat, ſed &, quia judicio noſtro ſæpe conjungitur ejus exſecutio, pro ea, ſeu pro judicio noſtro in factum deducto, h. e. pro *ulciſcor* & *punio*, aliquando ponitur. Geneſ XV. 14. καὶ τὸ ἔθνος κρινῶ ἐγὼ, h. e. *ulciſcar*. Similiter apud Latinos *bene* vel *male conſulere alicui* proprie quidem notat conſultare in commodum vel noxam alicujus, dein vero etiam, illud conſilium reipſa exſequi, ſeu facere quid bene vel male alicui. Quando autem Nonius *Cernere* exponit etiam per *Amittere*, *Audire*, *Cedere*, ineptit, nec intelligit exempla à ſe allata. *Idem omnes cernimus*, non notat *audimus*, ſed *judicamus*. *Cernam*, *tradam exercitum*, expone, *deliberabo*, *rem videbo*. Quod vero Græci κρίνω, Latini *Cerno* dixerunt, & hi porro ab eodem verbo, *Crevi*, *Cretus*, *Crimen*, *Cribrum*, & *Certus*, *Certo*, formaverunt, ratio hæc haud dubie eſt, quod antiquiſſimi dixerint κέρω, unde κερίνω, & contracte Latini *Cerno*, Græci κρίνω. Sic à πόω, πείνω, πίνω, à βάω, βαίνω, βαίνω, &c. Eliſa itaque à Græcis eſt primæ ſyllabæ vocalis, à Latinis mediæ, eademque varietate res geſta in derivatis a *Cerno*, ut dicatur tum *Certus* & *certo* ejecta ſecunda vocali, tum *Crevi*, *cretus*, *crinis*, *crimen* q. *cerimen*, ejecta prima. Quin immo ſicuti à *cerno* derivatur *cribrum*, ſic & omnino inde repete, quod & meam ſententiam confirmat, *Cerebrum*, ut quo uti credimur ad res, mentis acie cernendas dijudicandasque. Quas alii adferunt hujus vocabuli etymologias, vel à κάρας vel à κέρας, eæ, ni valde fallor, longe huic cedunt. Sed & hinc potius, quam à *creo*, *Creber* formatum arbitror, ut proprie notet cribro excretum; Hoc autem quia multis particulis conſtat, hinc *crebrum* pro frequenti & denſo ponitur. Denique, ne dubites illam fuiſſe cauſam diverſæ pronunciationis in Græco & Latino, ſic plane ſe res habet in βραδὺς & *bardus*. Nulla neque hic metatheſis literarum facta, ſed eliſio ejuſdem vocalis diverſis in ſyllabis. Nam utrumque diverſo modo contractum eſſe ex βαραδὺς, patet ex eo, quod βραδὺς à βαρὺς derivatur.

Digitized by Google

RESPONSIO
AD
LUDOL. KUSTERI V. DOCTISSIMI,
Diatriben de Verbo CERNO, contra ſuperiora potiſſimum ſcriptam.

1. RElíqui & repetii has de Verbo *Cernere* Obſervationes, ſine ulla mutatione, prout jam ante hos XI. ferme annos eas edidi. Soleo ceteroqui mea ipſius vineta in recognoſcendo hinc inde cædere, ſed nunc, quia Viro Doctiſſ. Ludolpho Kuſtero lubuit iſthæc clam palamque extra ordinem, ſingulari eam in rem conſcripta Diatribe, vellicare, viſum & mihi fuit faciundum, ut priora mea ſimpliciter repetendo, integram Lectoribus & æquis rerum Arbitris facerem recte judicandi copiam, ac cognoſcendi, in quibus ille ad meam accedat ſententiam, in quibus in contrariam diſcedat, qua denique ratione ac vi me refutet. Etenim in pleriſque ille me ſequitur, licet tunc nuſquam ullo deſignet verbo. Paulo uberius tantum ſingula probare annititur, prout longe ſpatioſior eſt campus Diatribes, quam Notarum. Certe mei non arbitrabar eſſe muneris, copioſius in Notis probare, quod in Lexicis Vulgatiſſimis, in Fabri Theſauro, aliiſque, ad ſatietatem demonſtratum jam erat, atque ideo cum primam nominaſſem *ſecernendi*, quæ *fit cribro*, ſignificationem, eamque non Sanctius modo ſed & Fabri Theſaurus jam multis Veterum locis confirmaſſet, non ſuſtinui illam, ut notiſſimam, amplius & denuo demonſtrare. Diatribes Auctor ſex tamen loca in eam rem aufert, ſed quæ omnia ad unum, eaque ipſa, nec plura, reperies in illius Theſauri edd. priorem Plinii in poſtremis, at reliqua quinque in prioribus. Non ſum ex iis, qui Lexicis nos uti vetant. Nam quum id agitur, utrum phraſis quædam certo ſenſu fuerit olim adhibita, quando nihil mihi eſt in promptu, nec ex memoria, neque ex Adverſariis meis, quidni decurram ad Lexicon, ut videam, ſi quod iſtic illius locutionis exemplum occurrat? At tot loca pariter de una re ex Lexico haurire, nec ullum alium de ſuo addere, non meæ eſt frontis, ſed gloriolam hanc compilati Theſauri Doctiſſimo Diatribes Scriptori facile relinquo. Nonnulla etiam hinc inde aſperſit partim bona, partim dubia, partim aliena. Nam quid alienius, quam arripere locum, quem male prius interpreteris, tantum ut habeas plurium ſignificationum Articulos, at dein recte, eoque ſenſu, qui in oculos incurrebat, exponas, & tamen Articulorum numerum reddas eo ipſo majorem. Vide ejus Artic. 2. & 11. Adde his multiplicatas ſignificationum ſpecies, quæ ad unam commode ſatis referri queant & debeant.

2. At Nos videamus hic primo,

mo, in quibus conſentimus, dein ea, in quibus diſſentimus. Concurrimus pariter in eandem Verbi Originem ex Gr. Κρίνειν repetendam. Oſtendi utriuſque Verbi, Græci & Latini, eandem fuiſſe primitivam *diſtinguendi, dirimendi, ſecernendi*, ſignificationem, eamque probavi idoneo in Græcis exemplo. Utrumque agnoſcit ac facit & ille, Artic. 1. Probavi id porro ex tribus Compoſitis *Diſcernere, Excernere, Secernere.* Ex iiſdem tribus tantum & ille, licet addi potuiſſent, *Incernere*, h. e. unam rem in alteram cribro cernere, unde Feſtus *Increta* exponit *indiviſa*; & *Succernere* non modo ex Plinio XVIII. 11. mox apud Sanctium, ſed & ex Plauto Pœn. III. 1. 10. *Succretus cribro pollinario.* Hinc jam derivandas eſſe reliquas ſignificationes oſtendi, & ita, ut proinde, quando *Cernere* notat *Videre*, notaverit proprie *videre liquido, & ut oculis noſtris illud, quod videmus, ab aliis rebus quaſi diſtinguamus.* Eundem nexum facit & ille Art. 3. exponens, *clare & diſtincte videre, ſive rem a re viſu diſcernere.* Sed uſu, quod notiſſimum eſt, invaluit, ut etiam ſimpliciter omni fere modo pro *videre*, etiam procul, ponatur, quod probatu non erat opus. Sed tamen, ſi foret opus, diſertiſſimum eſſet, quod ait Ovidius Metam. XIV. 244. *terris allabimur illis, Quas procul hinc cernis.* Tum Lucretius IV. 242. *Nos Oculis quia ſolis Cernere quimus.* Et tamen Idem de *Mente* ibid. v. 746. *Videt æque, Nec minus atque Oculi, niſi quod mage tenuia cernit.* Cicero Acad. IV. 42. *omne Bonum in Mente poſitum & mentis acie; qua Verum Cerneretur.* Scilicet ut *Oculi*, ſic & *Mens* noſtra dicitur æque *Videre* & *Cernere*, etiam præteriti aliquid & futuri, immo & obſcuri. Cic. Famil. VI. 8. *Quem* (exitum) *ego tum VIDEO Animo, quam ea, quæ Oculis CERNIMUS.* IV. 7. *qui horum malorum initia multo ante Videris.* Non adeo itaque opus erat, ex eo, quod dicitur quis etiam *animo cernere aliquid futuri vel abſentis*, peculiares nobis ſignificationum Articulos cudere. Hinc jam tranſitum feci ad oſtendendum hujus Verbi *uſum in ſignificanda ea Mentis noſtræ vi, quæ in deliberando, judicando, & certum aliquid ſtatuendo conſilii.* Ille vero itidem ad *mentem* demum tranſit & *animum.* Sed pleraque a *viſu* repetit, quod neutiquam erat faciendum, quum *Cernere* primitivam Videndi non habuerit ſignificationem, ſed Conſiderandi diligenter & diſtinguendi; atque ideo, etiam ipſo fatente, primum non directe & proprie notavit Videre, ſed Viſu aliquid Conſiderare, plane Cognoſcere, & ita ab alio Diſtinguere. Qua ergo ratione Verbum hoc ab illa Diſtinguendi, ad hanc per viſum & Oculos Cognoſcendi ſignificationem tranſlatum eſt, eadem, conveniens eſt, ut tranſlatum quoque ſtatuatur ad vim & aciem Mentis, quæ accurate Intuendo & conſiderando quamque rem, Cognoſcit illam & intelligit, ac judicat, quid ſit verum aut falſum, faciendum aut non faciendum, atque adeo poſt illam accuratam conſiderationem eligendo & conſtituendo, quid me-

melius ſit, *Decernit*, h. e. ad finem uſque Cernit, conſiderat, & capto conſilio conſiderare jam deſinit. Sic enim *Decernere* pro Dijudicare rem dubiam, & ita finem hæſitationi imponere, poſuit Livius V. 55. *Moviſſe eos Camillus dicitur, ſed rem dubiam Decrevit oportune vox emiſſa; qua voce audita & Senatus accipere ſe omen conclamavit, & Plebes circumfuſa approbavit.* Nempe deliberabant, fluctuabant adhuc incerti, & conſiderabant rem diligenter, utrum migrandum eſſet Vejos, nec ne; moverat quidem eos aliquantulum oratio Camilli, ſed *Decrevit rem dubiam* Vox ſubito emiſſa, quam omnes mox ſecuti ſunt ut divinam. Quid ergo fecit illa Vox? Fecit ut deliberare & conſiderare rem deſinerent, tum ſtatim ab ea audita, quaſi ab ſententia Judicum pronunciata, obtemperabant, & conſilium capiebant manendi in Urbe. Salluſt. Or. 2. ad Cæſarem *Equidem mihi decretum eſt, nihil tam ex alio reperiri poſſe*, h. e. mihi ſatis deliberatum de eo eſt, atque adeo *cretum*, *decretum*, ſeu *certum* jam eſt. Ceterum in his omnibus fere conſentimus, niſi quod non accuratum ſatis fecerit ille nexum ſignificationum; nullo tamen verbo hactenus me vel leviſſime deſignat. At mox, quia verba *deliberandi & judicandi*, quaſi ea odio haberet, neutiquam ullo in loco adhiberi vult ad vim verbi *Cernere* explicandam, idque Ego tamen feceram, idcirco confeſtim me ſatis diſerte ex Notis ad Sanctii hunc locum provocat in publicum.

3. Expoſueram τὸ *Cernimus* in verbis Attii ex Nonio, *Quid agam? Certe vox illius eſt: Idem omnes cernimus*: per *judicamus*. Negat id eſſe faciendum, & mavult exponi per *intelligimus*, *& clare cognoſcimus*. At qua tandem ratione obtigit illis iſte *intellectus & clara cognitio*, niſi mente & ejus judicio, quo, dum audiebant & agnoſcebant illam *vocem* ſæpius ante auditam, judicabant eam eſſe *illius*, non alterius? Quid? quod *cognoſcere & judicare* adeo arcte cohærent, ut promiſcue paſſim de Judiciis adhibeantur? Quid enim ſunt *Cognitiones rerum capitalium*, niſi Judicia? Quando Auguſtus *Cognoſcendum de iis cenſuit, qui ad infamiam cujuſquam libellos ſub alieno nomine ederent*, aliudne voluit aut dixit, quam ut illi judicarentur & punirentur? Proprie quidem, ſi volumus hæc diſtinguere, *cognitio* præcedit, ſed tum ſequitur ita continuo *judicatio*, ut hæc duo, quaſi in unam rem coëuntia, promiſcue ideo adhibeantur. Sed miror hic ſolertiam Viri, qui unum hunc locum arripuit, verbo tantum uno a me in Notis explicitum, quum ibidem paulo ante diſertius etiam Plauti locum expoſuiſſem, & ſimul declaraviſſem, quo ſenſu acceperim hic τὸ *judicare*. Ille ergo in Ciſtell. ait: *Et te mihi amicam eſſe crevi*, quod expoſui, *judicavi, judicio mentis meæ certum habui*: at V. Doctiſſimus pag. 83. interpretatur, *apud animum meum ſtatui*. Nunc, te rogo, mi Lector, quid diſcriminis hic reperias inter *illud ita eſſe judicio mentis meæ certum habui*, & *illud ita eſſe apud animum meum ſtatui*: tum annon utrumque ſit idem, quod, *illud ita*

Digitized by Google

ita eſſe judicavi? Ille vero non vult hoc verbum adhiberi, quia hujus *ſignificatio verbo Cernendi male tribuitur.* Dixeris ſane, illum ſine ulla ergo *judicii* ope *cernere* tam *acutum*, ut huic Verbo neget, quod, ut ipſe ait pag. 92. *Feſtus, Nonius, & Omnes, quod ſciat, Recentiores ei tribuunt.* In his lubens Ego nomen meum profiteor, & oſtendam clariſſime, niſi fallor, verbum *Cernere* habuiſſe olim etiam *Judicandi* ſignificatum.

4. Etenim derivatur a Græco Κρίνειν. Hoc autem, ut ipſe V. D. ait pag. 92. *præcipue ſignificat Judicare*, & p. 94. *notione Judicandi maxime frequentatur.* Ita vero habemus manifeſtam iſtius ſignificationis Analogiam, cui non adeo temere eſt repugnandum. Nunc videamus & Uſum, ſed qui diſtinguendus eſt in Antiquiſſimum Veterum Poetarum, & Recentiorem temporis Tulliani & Auguſtei. Multa enim vocabula & phraſes olim varias habuerunt ſignificationes, ſed quarum pleræque paulatim dein deſierunt, quum aliæ contra invaleſcerent. Ipſe V. D. affirmat pag. 83. *Tò Cernere notione Decernendi, Conſtituendi, Scriptoribus Latinis ante Ciceronem potius uſurpari, quam ipſi Ciceroni, aliiſque, qui ipſius tempore & poſtea vixerunt.* Sic Seneca Epiſt. 58. oſtenſurus, *quantum verborum apud Ennium & Attium ſitus occupaverit*, probat id exemplis ex ipſo Virgilio petitis, quæ & ipſa ſuo tempore jam fuerint obliterata. Inter ea adfert phraſin hanc, *inter ſe cernere ferro*, & addit, *quod nunc Decernere dicimus. Simplicis iſtius Verbi Uſus* (in illo ſcil. ſenſu) *amiſſus eſt.* Iniquiſſimum ergo foret, a nobis poſtulare, ut ſignificationem *judicandi* magis, quam Ille *conſtituendi*, ex ævo Tulliano probemus. Sufficit eam oſtendiſſe ex antiquiore tempore, quando ſignificationes Verborum potiſſimum ſunt formatæ, & ex Primitivis in Figuratas deflexæ. Tanto magis, quoniam omnis hæc controverſia a V. D. movetur de interpretatione Verbi *Cernere* in Antiquiſſimo Poeta. Diſertiſſimam ergo auctoritatem ex Ejuſdem temporis Poeta, Pacuvio, accipe. Etenim Nonius cap. IV. §. 69. Verbo *Cernere* inter alia ſignificata etiam illud *judicandi* tribuit & ex Pacuvio probat; *Cernere* (ſignificat) *judicare: Pacuvius Armorum judicio, Et æquum eſt & rectum, quod poſtulas: Jurati cernant.* Quid certius? quid clarius? Tragœdia hæc Pacuvii, nomen habet & argumentum ex celebri *Judicio de Armis* Achillis, quæ poſt hujus necem petebant Ajax & Ulyſſes. Ergo delecti ſunt Græcorum Principes, qui controverſiam hanc judicarent & dirimerent. In illis autem Verbis inducitur vel Ajax, vel Ulyſſes, æqui aliquid poſtulans, & forſitan hoc ipſum, ut judices *jurati* ſententiam dicant: cui reſpondet, haud dubie Agamemnon, æquum eſſe, quod poſtulet, atque ideo permittere ſe & conſtituere, ut Judices *jurati cernant*, h. e. conſiderent rem & judicent. Nam qui, quæſo, ſunt *jurati* illi? niſi Judices, qui ſolebant in judiciis ſuam fidem jurejurando aſtringere, apud Græcos & Romanos? Vide Iſæum Orat. I. extr. Ciceronem

Digitized by Google

de invent I. 39. de Officiis III. 10. & Imp. Juſtinianum l. ult. Cod. de Judiciis. Sed res eſt notiſſima. Quid porro jurati illi in hoc *Armorum judicio* facient? *Cernent*, h. e. judicabunt poſt auditam utramque Partem, cui Arma hæc tradi debeant. Adeo manifeſta hæc ſunt, ut ipſe V. D. hunc locum ex Nonio, a pleriſque jam ſæpius allegato, quum ignorare non poſſet, abdiderit quaſi in articulum 9. & dicat, *Cernere interdum ſignificat controverſiam vel litem dirimere, ſive rem aliis ambiguam & in controverſia poſitam dijudicare, quo ſenſu judex* &c. rem cernere *dicitur. Pacuvius &c.* Jurati cernant: *ubi* Cernere *eſt ſententia vel decreto rem dijudicare.* Quid videtur Lector? Annon arguiſſimæ hæc ſunt ſubtilitatis & diſtinctionis lepidæ, negare Verbo *Cernere* ſignificationem *judicandi*, ſed tribuere *dijudicandi*? At quid faciunt Judices, qui judicant, niſi ut ſententiam ferant de re controverſa, cui illa aſſignari debeat? Hoc ſive *judicare* ſive *dijudicare* dicas, annon perinde eſt? Immo an non illa ſubtilitas certiſſimum præbet opinionis temere arreptæ & tamen pervicaciter defenſæ documentum? Pertinent huc quoque allata jam olim a Me in Notis Verba Livii XLIII. 12. *priusquam id ſors cerneret.* Agitur ibi de provinciis, Italia & Macedonia, utram uter Conſul eſſet habiturus. Res permittitur *Sorti*, quæ proinde tanquam Judex, dijudicatura erat hanc controverſiam, addicendo huic Macedoniam, illi Italiam. Nihil ergo aliud ſhic notat, *id cerneret*, quam id judicaret, id dijudicaret. Taceo, quod Compoſitum *Decernere* & *Decretum* de lata jam & pronunciata Judicum ac Magiſtratuum ſententia frequentiſſime adhibeatur, ex quo ipſo tamen liquet, a Simplice Verbo *Cernendi* non adeo alienam ergo fuiſſe *judicandi* ſignificationem, poſt aliquam qualiſcunque rei aut cauſæ cognitionem, cui, ut modo oſtendimus, arctiſſimo nexu cohæret. Adde jam his locum Plauti ex Ciſtellaria, ut & ipſa verba Attii. Ita ſatis ſuperque Uſum antiquiſſimi temporis, æque ac Analogiam, habebimus demonſtratum.

5. Negat id ille quidem, ſed una hac & futili prorſus ratione, quod reperiantur in L. L. multæ locutiones, in quibus *judicare* recte adhibeas, non item *cernere*; Veluti in illo trito, *Quid judicas de hac re? i. e. quanam eſt tua hac de re opinio vel ſententia: pro quo barbare dixeris, Quid cernis de hac re?* Vide Eum pag. 93. Sed primo ſciendum eſt, nos hic agere de ſignificatione antiqua, quæ ſenſim longo tractu temporis in deſuetudinem abiit, & ideo a nobis probanda eſt potiſſimum ex antiquiſſimis Poetis, Pacuvio, Attio, Plauto. Sed & quantillum ab hac locutione abeſt illud Taciti Ann. XV. 14. *illum locum tempuſque conſilio deſtinatum, quid de Armenia cernerent*, h. e. deliberationi ejus negotii, quid de Armenia faciendum cenſerent, judicarentque. Plane uti Judices cauſa cognita, dicuntur *mitti & ire in conſilium*, ut ſic *quænam ſua de re controverſa ſit opinio vel ſententia* deinproferant. Sed dicit, *Cernerent* in iſto Taciti loco notat *decernerent*,

rent. Recte & illud, ſed quid differunt, *decernerent*, *ſtatuerent*, *judicarent*, *ſuo jure & arbitrio*, *quid de Armenia ſit faciendum?* Adde illud Ciceronis Tuſcul. V. 8. *Pleræque res ex majore parte nominantur, etiam ſi qua pars abeſſet, ut Vires, Valetudo, Divitiæ, Honos, Gloria; quæ Genere, non Numero, cernuntur*, h. e. *judicantur*, *æſtimantur*, *conſiderantur*, & ex concepto ſic judicio *Nominantur* dein *Vires* &c. etiamſi hæ majores eſſe poſſint. Deinde quis unquam poſtulavit, ut quando rarior quædam Verbi & vetuſtior ſignificatio per aliud notius & uſitatius Verbum declaratur, ut illud haud recte factum haberi debeat, niſi prius illud Verbum, velut *Cernere*, habeat omnes eaſdem poſterioris, veluti *judicare*, ſignificationes Ipſe V. D. ut oſtendimus in Præfatione ad Lib. *de Aere Gravi*, interpretatur τὸ *Cernere* variis modis per *cognoſcere*, *intelligere*, *conſtituere*, &c. Quando ergo dicit Terent. Eun. *In cognoſcendo tute ipſe aderis*, pro eo an dici poteſt in *cernendo?* Quando idem ait, *Stulto intelligens* (h. e. Sapiens) *quid intereſt?* vel Cicero pro Sulla cap. 21. *Pompejani ſic Intelligunt*, (h. e. ſentiunt, cenſent) *non Colonos a Sulla magis, quam ſeſe defenſos.* An illis in locis reponere quis audebit *Cernens*, *Cernunt?* Quando Livius I. 46. *Conſtituere mores Civitatis*, h. e. formare: Salluſt. Jug. 93. *Ei negotio proximum diem conſtituit*: Mela I. 18. *Conſtituta Urbs miræ magnitudinis*: quis in his omnibus Verbum *Cernere* adhiberet? Sic Vir D. dum nimio aliena taxandi ſtudio ardet, ſuum ipſius jugulum petit & ferit. Eat itaque nunc & jactet, *quamvis* τὸ Cerno *videatur etiam exponi poſſe per* judico, *minus recte tamen quis notionem illam ſpecialem per verbum multo generalius exponat, præſertim quum in promptu ſint Verba* Conſtituere & Decernere. Nam certe neutiquam hoc *Conſtituere* minus generale eſt reſpectu τοῦ *Cernere*, quam eſt *Judicare*. Denique nemo contendit τὸ *Cernere* notare proprie aut præcipue *judicare*, ſed tantum certis & paucis in locis. Ipſe agnoſcit *videri* τὸ *Cerno etiam per Judico exponi poſſe*, & *pro eo adhiberi ſalvo ſenſu poſſe Judicare*: immo ut videas rem tanti conatus ad nugas vel nihilum recidere, ſic ait p. 94. *quare, ut rem in pauca conferam, ſic cenſeo: Notionem* judicandi *verbo* Cernere *non convenire, niſi quatenus* judicare *etiam ponitur pro, rem controverſam vel litem dijudicare*, h. e. ſi verum volumus, *niſi quatenus Judicare etiam ponitur pro judicare.* Nam quid aliud faciunt quæſo Judicantes, niſi ut re utrimque audita & cognita ſententiam de ea forment, eaque ſententia *rem controverſam dijudicent?* quid ſinguli Judices in judicio, quid immo extra judicium privati de aliqua re judicantes, niſi ut de re controverſa aut dubia & obſcura, *quæ ſua ſit ſententia & opinio*, proferant? Propria ergo eſt hæc Verbi *judicare* ſignificatio ad quam admittit ita & ipſe Verbum hoc *Cernere*, quod ex noſtra quoque ſententia quibuſdam tantum in locutionibus notat *judicare*. Præterea annon eodem modo de τοῦ *Conſtituere* poſſumus dicere? *ejus*

notionem verbo Cernere *non convenire*, niſi *quatenus* Conſtituere *etiam notet*, *vi mentis certi aliquid ſtatuere*, quæ tamen neutiquam propria ſeu primitiva eſt ejus Verbi ſignificatio. Sed, ait p. 93. *Cernere*, quando ponitur eodem ſenſu, quo *cognoſcere*, *judicare*, &c. tranſlatam hanc ſignificationem accepit *a viſu oculorum*, *quæ vis & notio verbo* judicare *minime ineſt*. An ergo magis ineſt Verbo *Conſtituere?* Non putem neque ipſum V. D. hoc affirmaturum, nedū Alium quenquam. Deinde falſum eſt, Verbum *Cernere* in illo ſenſu *conſiderandi*, *conſtituendi*, *judicandi*, tranſlationem hanc ſumſiſſe *a viſu Oculorum*, quaſi primitiva hæc fuiſſet Verbi ſignificatio. Ipſe fatetur utique *Cernere proprie eſſe ſeparare vel ſeiungere* p. 75. & *ab illa notione verum hoc ad alia transferri*, *veluti ad viſum*, p. 77. Ut ergo inde transfertur ad viſum oculorum, ſic & inde ad attentionem mentis noſtræ: ut viſu oculorum rem obſcuram modo, mox ita cognoſcimus, ut ab aliis diſtinctam habeamus, ſic vi mentis noſtræ rem obſcuram diligenter conſiderando ab aliis dubiis ſeparamus, & quid veri vel falſi in ea ſit, quid ſit vel non ſit faciendum, dijudicamus. Quando Terentius ait Andr. I. 1. *Tum illa*, *ut conſuetum facile amorem cerneres*, *rejecit ſe in eum flens quam familiariter*, iſtic vero V. D. quod ad ſenſum dici potuiſſe *judicares*, ultro largitur pag. 93. Sed tamen τὸ *Cerneres* vult contineri intra *viſum oculorum*, qui nihil ad τὸ *judicare* pertineat. Quam falſa hæc ſint, vel ex eo patet, quod etiam Homo plane ſtupidus & mente captus, immo etiam canis aut equus, oculis ſuis Videre potuit, puellam iſtam *ſe rejicere in Pamphili* brachia, ſed neutiquam inde *Cernere conſuetum inter eos amorem*. Hoc *cernere* eſt judicii, quo quis ex ſignis, ab ſe inſtrumento oculorum viſis, colligit facile, & intelligit, & judicat conſuetum jam inter eos eſſe amorem. Immo hinc a Verbo *Videre*, quando proprie loquuntur Veteres, diſtinguitur τὸ *Cernere*, ut illud ad Oculos, hoc ad Mentem referatur. Livius XXXI. 34. Macedones *poſteaquam diviſa a corpore capita*, *patentiaque viſcera*, *aliamque fœditatem vulnerum Viderunt*, *adverſus quæ tela*, *quoſque viros*, *pugnandum eſſet*, *pavidi vulgo* CERNEBANT, h. e. mente intuebantur, cogitabant.

6. Sed tædium haud dubie Te jam dudum cepit, Lector, talium tricarum & argutiarum, quæ magno conatu meras Tibi nugas ingerunt. Quapropter tranſibimus jam ad aliud & præcipuum controverſiæ inter Nos Caput, h. e. ad vexatiſſimam illam Juris Civilis phraſin *Cernere hereditatem*, quam ſe accurate expoſiturum promittit. De Ea tamen antequam agamus, monendus es, mi Lector, alias in hac re eſſe partes JCti, alias Grammatici. JCtus docet tantum, quid ex Uſu recepto in Jure Civili illa phraſis iſtic notet, ſeu quo ſenſu adhibeatur a Veteribus JCtis: tum quid in Hereditate cernenda juris ſit & obſervetur, quibus ritibus, modis, formulis, res peragatur, &c. Poſteriora hæc nihil proprie ad Grammaticum pertinent, qui tantum

Digitized by Google

tantum indagat receptam uſu ſignificationem, & qua ratione, analogia, nexu ad eam in Jure Civili iſta phraſis devenerit. Hoc ipſum unice eſt inter nos controverſum, qui de ſola phraſi agimus, non de Rei, per illam phraſin declaratæ, jure, ac ſolenni peragendæ modo. Cenſet ergo V. D. pag. 64. *Cernere hereditatem eſſe proprie nihil aliud, quam ſucceſſionem in bona defuncti decernere ſeu conſtituere.* Probat id ex eo, quod *Hereditas deſignet etiam Jus adeundæ Hereditatis, ſeu, ut definiatur* in *Reg. Juris*, & *Verbor. Signif. ſucceſſionem in univerſa Bona, quæ* (at in iſtis legibus dicitur *univerſum jus, quod*) *defunctus habuit.* Deinde ex eo, quod ſic dicatur *Cernere bellum, expeditionem*, pro *decernere.* Hanc autem eſſe iſtius phraſeos *propriam & principem notionem, rarius tamen uſitatam.* Nam dein *apud JCtos ſignificare* eam, *conſilium ſuum de adeunda hereditate ſolenniter ſeu certa verborum formula declarare.* Poſtremum hoc ſolum eſt verum, ſuperiora falſa plane & aliena. Si ita, tum vero principiis illis ſubrutis, cadet tota utique Viri D. ſententia de origine & analogia phraſeos, quod unum eſt inter nos controverſum. Quocirca ut jam taceam, quod illa *Hereditatis* interpretatio ſit longius petita, quum ſimpliciter *Hereditas* nihil aliud in hac phraſi notet, quam in *Adire Hereditatem*, *Repudiare Hereditatem*, *Acquirere Heredit.* &c. Sed hæc prætermitto, id vero negaverim, *Cernere bellum* apud Latinos idem eſſe, quod *decernere bellum.* Debuiſſet id probari a V. D. quum ad hujus phraſeos inſtar fermet ſignificationem ℱ *Cernere Hereditatem*: Duo quidem loca adfert pag. 91. ex Lucretio, ſed quorum in altero ipſa hæc phraſis exſtare non videtur, certe alium plane in ſenſum in utroque ea, ſi exſtat, adhibetur. Prior eſt Lucretii V. 393. ubi agitur de naturali quaſi pugna inter Solem & Ventos hinc, Aquam & Amnes inde. Ergo ait, *Tantum ſpirantes æquo certamine bellum Magnis de rebus inter ſe cernere certant.* Non videntur iſtic in unam phraſin conjungenda *cernere bellum*, ſed *Tantum bellum ſpirantes*; & ſic dein *cernere de magnis rebus* abſolute pro pugnare, contendere ponitur, ut ſæpius ſit. Et plane ita Ennius apud Servium ad Virgil. Aen. XII. 709. *Olli cernebant magnis de rebus agentes.* Sed ſi maxime iſtic conjunctim accipiatur *cernere bellum*, minime tamen vel ſic ſignificaret, quod V. D. voluit, *decernere bellum*, ſed *pugnando gerere bellum*, eodem ſenſu, quo dicitur *pugnare pugnam*, & de quo mox, *cernere certamen.* Res manifeſta ex altero Lucretii loco IV. 965. ubi tradit Poeta, Homines ſibi in ſomniis videri eadem agere, quæ vigilantes ſolent, *Cauſidici cauſas agere & componere leges, Induperatores pugnare, ac prælia obire, Nautæ contractum cum Ventis cernere bellum.* Nam quid hoc aliud eſt, quam colluctari cum Ventis quaſi bello quodam, & reſiſtere iis in navem magno impetu irruentibus? Neque alio ſenſu dixit Plautus, non modo Caſin. III. 1. 2. ſed & Bacchid. III. 2. 15. *Nunc ſpecimen ſpecitur*,

tur, nunc certamen cernitur, at cujus rei? *Siſne, necne, ut eſſe oportet.* Quæ, quæſo, alia hujus locutionis *cernere certamen* eſt ratio & ſignificatio, quam illarum *ſpecere ſpecimen*, *pugnare pugnam* &c. quidve aliud notant, quam ipſam *cernendi*, *ſpeciendi*, *pugnandi* actionem? Clarum itaque, principium hoc analogicæ conſtructionis & ſignificationis, qua τῷ *Cernere hereditatem*, pro conſtituere ſe aditurum eam, derivatur a τῷ *Cernere bellum* & ſimilibus pro Decernere, eſſe falſum & nihili, certe neutiquam a Viro Doct. probatum, ut oportuerat. Non negavero tamen *potuiſſe* etiam analogice dici forſan a quibuſdam *Cernere bellum*, &c. pro Decernere, quum eo Decernendi ſenſu verbum hoc *Cernere* ſæpius olim fuerit adhibitum, ut vel ex ſolis Legibus Ciceronis, in quibus frequentes occurrunt antiquarum locutionum formulæ, liquet. Veluti III. 3. *quodcunque Senatus creverit agunto: Si Senatus creverit: Quum Senatus creverit, Populuſve juſſerit.* Sed plerumque in hoc ſenſu cum infinito conſtruitur, ut ex Nonio patet, nec quæritur hic, quid *potuerit* dici, ſed quo ſenſu adhibita a Latinis fuerit hæc phraſis, quæ Viro D. principium eſt argumentandi ex Uſu Linguæ Latinæ, & confirmandi ex eo controverſæ locutionis, *Cernere hereditatem*, analogiam & ſignificationem. Porro autem, quæ hæc eſt loquendi ſtribligo? *Cernere hereditatem proprie nihil aliud eſt, quam ſucceſſionem in bona defuncti decernere ſeu conſtituere.* Id enim eſt, obſcurum & difficile per longe obſcurius & inuſitatius interpretari. Nam ubi unquam Heres legitur *decernere Hereditatem* vel *ſucceſſionem in bona defuncti? Decernit* ille *de Hereditate* adeunda ab ſe, vel non adeunda, l. 13. §. 2. D. de adquir. hered. At *Decernere* alicui *Hereditatem* controverſam Prætor & Judex vel Arbiter recte dicuntur, nunquam Heres. Hinc l. 54. D. de manumiſſis teſtam. *Scripti teſtamento Heredes ante aditam Hereditatem pacti ſunt cum creditoribus, & ita, Decreto a Prætore interpoſito, adierunt hereditatem*, ſcil. decreto hereditatis ea conditione adeundæ. Sed & ita a Prætore *Decreta* dicitur *alicui bonorum poſſeſſio* l. 1. §. 5. D. de Succeſſ. edicto. Et in Politicis Senatus *decernit alicui ſupplicationem*, *triumphum*, &c. Vide Cicer. Famil. III. 9. & VIII. 11. Æque abſonum eſt, quod *Heredem* ait *Conſtituere ſucceſſionem in bona defuncti*, quorum nullus eſt ſenſus. Magiſtratus ſeu ſumma Poteſtas poteſt dici *Conſtituere ſucceſſionem in b. d.* h. e. ordinare totam ſucceſſionis rationem legibus in eam rem juſſis. Immo & Heres recte diceretur *conſtituere hereditatem*, ſed pro, hereditatem implicitam variis difficultatibus & turbatam, in liquidum, expeditum, & certum redigere ſtatum. Plane ut *conſtituere rem ſuam familiarem*, Cic. Philipp. XI. 2. *rem nummariam* de Offic. III. 20. Sed & ita *Remp.* bellis civilibus turbatam ſumſerunt ſuo modo & arbitrio *conſtituendam* Triumviri. Verum quidem eſt, quod Varro de L. Lat. VI. p. 81. dicat, *Heres cum conſtituit ſe Heredem eſſe, dicitur*

Cernere,

Digitized by Google

Cernere, *& quum id fecit*, *Creviſſe*, h. e. quum poſt deliberationem conſtituit hereditatem ſibi relictam adire, idque palam (nam de ſolennibus nihil ille addit) declarat, quo facto demum pleno jure Heres eſt, tunc dicitur *Cernere* Hereditatem. At neutiquam ille diceret, *Heres quum conſtituit hereditatem* vel *ſucceſſionem in bona defuncti*, *dicitur Cernere*.

7. Contra hanc Viri D. interpretationem illius phraſeos, ejusque rationem analogicam, nunc meam velim compares, mi Lector. Etenim Verbum *Cernere*, ut in confeſſo eſt utrimque, notat proprie aliquid confuſum ſecernere & ſeparare. Hinc transfertur, quum ad vim oculorum, quibus corpora nobis objecta vel obvia intuemur & diſtinguimus ab aliis, tum ad aciem mentis, qua res obſcuras, controverſas, implicitas acriter itidem intuemur & conſideramus, & ſic verum a falſo ſecernimus, & quid faciendum ſit, nec ne, decernimus, & dijudicamus. Sicuti autem de Oculis adhibitum, etiam ſimpliciter Videre, ſic de Mentis vi etiam ſimpliciter Conſiderare aliquid & Contueri diligenter, notat, eâdem prorſus analogiæ ratione. Et ſic, quum *Cernere aliquid*, V. D. *rationem alicuius habere* interpretatur art. 6. nihil hoc eſt aliud, quam id conſiderare, mentis ſuæ cogitationibus & deliberationibus habere propoſitum: Nam quid aliud ſignificat Cicero, quum ait de Leg. I. 18. non, ut V. D. ex Nizolio ejus verba deſcripſit ad literam, *Gratus eſt*, *qui in referenda gratia non ſuum commodum*, *ſed eum ipſum*, *cui refert gratiam*, *cernit*: ſed, ut in ipſo eorum Auctore verba hæc leguntur, *Ubi Beneficus? ſi nemo alterius cauſa benigne facit*: *ubi Gratus? ſi non eum ipſum cernunt grati*, *cui referunt gratiam*. Res quidem ipſa eodem redit, ſed non debebat nimium Lexicis fidere, & ita ex Nizolio ejus paraphraſin pro ipſis Tullii verbis Lectori ſuo ingerere. Ceterum quid aliud hic eſt *Cernunt*, quam mentis ſuæ cogitationibus propoſitum habent, conſiderant in referenda gratia non tam quid ſibi, quam quid illi gratum ſit & utile. Sic apud Nonium d. l. Attius, *Regnum tibi permitti malunt. Cernam*, *tradam exercitum*. Ubi *cernam* nihil aliud videtur poſſe ſignificare, quam ut is, cui Myrmidones Regnum volebant permitti, reſponderit, conſiderabo rem, & ſic dein tradam exercitum, forſan illi, cui, ipſo Rege facto, tradi eum volebant. Quin adeo non aliena a Verbo *Cernere* hæc ſignificatio haberi debet, ut etiam in Verbum *Videre* conveniat, unde liquet, quam parili modo & ſignificatione dicatur quis *Cernere* vel *Videre oculis*, & *Cernere* vel *Videre vi mentis*. Sic Plautus Mercat. V. 4. 13. *At*, *quaſo hercle*, *etiam vide*, h. e. etiam dum conſidera, an vere ita ſe res habeat. Trin. III. 3. 34. *Vide*: *utram tibi libet capere*, *cape*. Et ſic paſſim apud Plautum & Terentium, *Hoc vide*, pro, hoc conſidera. Sed & ſic Cicero de Offic. I. 18. *Sed in his Officiis videndum*, *quodcunque maxime neceſſe ſit*. cap. 37. *Videat in primis*, *quibus de rebus loquatur*. Immo ut uſitatius

Digitized by

tius hoc eſt Verbum, ita frequentius etiam illo ſenſu occurrit, quam *Cernere.* Sed tamen etiam hoc ipſum vel maxime & proprie illam habere ſignificationem acriter conſiderandi, intuendi, diſceptandi non verbis modo, ſed & pugna ac armis, liquet ex Compoſito *Decernere*, quod proprie notat, ut jam ſupra pag. 774. monuimus, finem facere Cernendi, ſive id fiat armis, ſive rem conſiderando. Livius I. 23. *Ineamus aliquam viam, qua ſine magna clade utriuſque populi decerni poſſit, uter utri imperet.* XXVIII. 21. *quas diſceptando controverſias Finire nequierant aut noluerant, pacto inter ſe, ut victorem res ſequeretur, ferro Decreverunt*, ubi manifeſte *decernere* ponitur pro *controverſias finire diſceptando vel ferro.* Cap. 33. *Emiſſis levibus telis, quæ irritare magis, quam decernere pugnam, poterant*, h. e. finem imponere pugnæ & cernendo armis. XXXII. 31. *Omiſſa ſpe per unam dimicationem rei decernendæ*, h. e. finem imponendi bello, quo cernitur armis. Vellejus Pat. II. 118. *Et ſolita armis decerni*, (ſic enim ibi legendum cum Gronovio Patre Obſerv. III. 13. non *diſcerni*,) *jure terminaretur.* Cicero Famil. X. 10. *Quanquam in uno prælio omnis fortuna Reip. diſceptat, quod quidem, quum hæc legeres, jam decretum arbitrabar fore:* VIII. 16. *Eligas, cenſeo, aliquod oppidum vacuum a bello, dum hæc* (belli civilis certamina) *decernuntur*, h. e. ad finem cernendi deducuntur: Sed & in Judiciis, & in Cognitionibus Magiſtratuum, Livius I. 41. de Servio Tullio, qui Regis vices agebat, *Alia decernit, de aliis Regem ſe conſulturum ſimulat;* ubi *decernere conſultationi* opponitur. Gellius VII. 19. *Octo Tribuni cognita cauſa decreverunt*, h. e. poſtquam cauſam cognoviſſent, & *in conſilium ſeceſſiſſent*, ut de hac ipſa re loquitur Livius XXXVIII. 60. finierunt illius provocationis controverſiam pronunciando ſuam ſententiam: Immo & in privatis rebus, Terent. Adel. IV. 2. 5. *Quid hoc infelicitatis? nequeo ſatis decernere*, h. e. deliberationibus & cogitationibus meis certi quid ſtatuere. Et hinc paſſim apud Eundem pro judicare, cenſere, Hec. II. 1. 5. *Qui illum decrerunt dignum, ſuos cui liberos committerent*, h. e. judicarunt. IV. 1. 27. *Verum id vitium nunquam decrevi eſſe Ego adoleſcentiæ*, h. e. cenſui. Heaut. I. 1. 95. *Decrevi tantiſper me minus injuriæ meo gnato facere, dum &c.* h. e. judicavi. Cicero ad Attic. III. 15. *Nihil impertiſti tuæ prudentiæ ad ſalutem meam, quod aut in me ipſo ſatis eſſe conſilii decreras, aut Te nihil plus mihi debere, quam ut præſto eſſes*, h. e. judicaveras. Liquet ex his omnibus manifeſtum in modum, *Cernere* & *Decernere* proprie ſignificationis eſſe diſtinctæ, æque ac *Bellare* & *Debellare*, *Pugnare* & *Depugnare*, *Sævire* & *Deſævire*, *Fervere* & *Defervere*, *Tonare* & *Detonare*, & ſimilia, atque adeo *Cernere* notare proprie ipſam actionem videndi, conſiderandi rem & cognoſcendi, diſceptandi, pugnandi, at *Decernere* actionem, quæ ex illis ſequitur, certi quid ſtatuendi ac judicandi, decidendi controverſiam & bellum.

Digitized by Google

bellum. Sed tamen quia hæc inter ſe connexa ſunt, quia videmus & intuemur rem, eamque conſideramus diligenter, ut certi quid ſtatuamus & judicemus, quia diſceptatur & pugnatur, ut controverſia dijudicetur & decidatur, ſeu breviter, quia *cernimus* ut *decernamus*, hinc duo hæc Verba promiſcue ſæpe adhibentur, & τὸ *Cernere* notat inter alia etiam judicare & certi quid ſtatuere.

8. Hæc jam transferenda ſunt ad phraſin, in Jure Civili receptam potiſſimum vel retentam, *Cernere hereditatem*, quæ proinde notat hæc duo ſimul, Conſiderare eam diligenter & inſpicere; atque ita Judicare, utrum ſibi expediat, eam adire, nec ne, vel poſt illam deliberationem certi quid conſilii Capere de ea adeunda vel repudianda. Plane ut jam in Notis ad h. l. oſtendimus, Κρίνειν apud Græcos habere prius quidem *judicandi*, ſed dein etiam *puniendi* ſignificationem: Et *Conſulere* apud Latinos proprie quidem eſſe idem quod *conſultare*, *conſilium quærere*, at dein, quia fruſtra fit conſultatio ſine effectu, etiam idem, quod *conſilium capere*, denique & idem, quod *illud exſequi*, ſeu *facere quid ſibi aut aliis boni vel mali*. Sic Plautus Aſin. V. 2. 88. *Dicebam tibi, ne Matri conſuleres male*, ſcil. maledicendo. Cicero Famil. II. 18. *Si me audies, vitabis inimicitias, & poſteritatis otio conſules*, h. e. facies ea, quæ non turbabunt tibi otium poſteri temporis, ut ita deinceps in otio poſſis vivere. III. 2. *Etiam atque etiam peto, & quæſo, ut, quibuſcunque rebus potes, (potes autem plurimis) proſpicias & conſulas rationibus meis*, h. e. facias, quæ mihi ſucceſſori tuo erunt maxime accommodata. Ep. 5. *Te omnibus in rebus habuiſſe rationem, ut mihi conſuleres, reſtitueresque & præparares quodammodo omnia, quo mea ratio facilior & ſolutior eſſe poſſet.* Sed & res inanimatæ dicuntur *optime alicui conſulere*, quæ ſine ullo ſuo conſilio aliquid boni præſtant. Varro de Re Ruſt. III. 3. *Quum prata & paſcua & ſylvæ, ſi centenos Seſtertios in ſingula jugera efficiant, optime Domino conſulere videantur.* Diſerta ſatis hæc ſunt loca, ex quibus manifeſtum, *Conſulere* notare tria, *conſultare & conſilium quærere*, tum *certi quid conſilii capere*, denique *facto ipſo id præſtare & exſequi*. Hinc jam ſicuti a *Cernere*, quod proprie notat diligenter aliquid conſiderare & contueri, derivatur *Certum*, h. e. firmum, & decretum, ita, ut nullum ſuperſit dubium, ſic a *Conſulere*, quod primitus ſignificat deliberare, *Conſultum* h. e. certum, decretum. Plautus Rud. I. 4. 6. *Neque quo eam, neque qua quæram, conſultum eſt* ſcil. mihi, h. e. certum eſt. Et ſic paſſim *conſulto* aliquid feciſſe, h. e. certo conſilio jam capto. Sed & hinc *Conſulta & Decreta* conjunguntur a Salluſt. Jug. 11. *Oportere quinquennii conſulta & decreta omnia reſcindi.* Inde jam *Senatus Conſultum*, pro ipſo ejus Decreto, quum, ſi non haberet vim decreti per interceſſionem Tribunorum, diceretur tantum *Senatus auctoritas*. Ut ergo *Conſulere* tria notat, ſic vero & *Cernere hæreditatem* non duo tantum,

tantum, modo memorata, notat, ſed & tertium, quod eſt Declarare ſolenniter ſuam animi ſententiam, & poſt deliberationem captumque jam conſilium adire hereditatem, cum quibus hæc Declaratio connectitur neceſſario, ut quæ ſine ea nullum in jure aut re ipſa habere poſſunt effectum. Frequens autem etiam hoc eſt Latinis, ut Verba notent ſimul res diverſiſſimas, ſed quæ continuo fere nexu cohærent, ſeu per μετωνυμίαν notent etiam rem, a re primitivæ & propriæ ejus ſignificationis plane diverſam, tantum quia illa eam fere ſemper conſequitur. Sic *immolare* & *mactare* in ſacrificiis proprie ſignificant molam ſalſam victimæ capiti imponere, & ornare victimam ornamentis ſacris. Verum quia hanc proprie dictam *immolationem* & *mactationem* ſequebatur continuo cædes victimæ, hinc factum, ut Verba hæc non modo illam victimæ cædem, ſed dein etiam abſolute omnem jugulationem & cædem notent: immo *immolare* itidem tria ſignificet, Primo rem ipſam, unde appellationem ſuam habet; Dein totum ſacrificium, unde ex perſona muſcæ apud Phædrum fab. 80. *Ubi immolatur, exta prægusto Deûm*: nec enim poterat id facere muſca, niſi longe poſt immolationem proprie dictam, immo poſt victimam jam cæſam & aræ impoſitam; Denique omnem immaniorem notet cædem. Hinc apud Eundem fab. 64. muſtelæ victores dicuntur captos mures, *immolatos avidis dentibus. Capacis alvi merſiſſe tartareo ſpecu.* Ad quam tamen ſignificationem frequentius etiam adhibetur Verbum *Mactare*, ut notum eſt omnibus. Eadem ergo ratione vel figura *Cernere hereditatem* non tantum deſignat, quæ τοῦ *Cernere* ſunt propria & uſitata, Conſiderare Hereditatem, & certi quid Conſilii de ea capere, ſed etiam, quod longius a genuina Verbi ſignificatione abit, Declarare publice conſilium illud de ea captum. Quo ſenſu diſertiſſime adhibetur a Cicerone ad Atticum XIII. 46. *Nunc mittendum eſt*, ſcil. ad Veſtorium Puteolos, *ut meo juſſu cernat* hereditatem iſtic a Cluvio mihi relictam. Et ep. 47. *Idem Pollex remittendus eſt, ut ille* Veſtorius *cernat.* Ubi *Cernere* nihil aliud poteſt notare, niſi ipſam actionem declarandæ voluntatis & conſilii, quod Heres ceperit de adeunda hereditate. Ipſe enim Cicero rem conſideravit, & conſilium cepit, atque ita dein miſit literas & nuncios ad Veſtorium, ut ſuo abſentis juſſu declararet publice & ſolenniter ſe adire & accipere hereditatem. Solennitas autem illa, & aliæ circumſtantiæ nihil pertinent ad ſignificationem phraſeos, ſed ad rationem juris Romani.

9. Atque ideo V. D. qua Grammaticus, vel potius, quia hoc nomen faſtidit, qua Criticus, nimiam ſane facit diſtinctionem inter ipſas phraſes *Adire & Cernere Hered.* dum ait pag. 85. *Aditur hereditas quovis modo, at Cernitur ſolenni tantum & certo quodam modo.* Et, *Adire dicitur, qui verbis ſimpliciter declarat ſe hæredem fore; at qui Cernit, id ipſum facit ſolenniter, i. e. certa verborum formula, & teſtibus præſentibus.* Verum eſt in jure Romano

mano differentiam talem fuiſſe conſtitutam inter *Adire* & *Cernere Her.* & ad eam *Cernendam*, quoniam talis hereditas plerumque erat anceps & diſcrimini obnoxia, ideoque voluntas Heredis incerta, requiſita & adhibita ſolennia iſta. At in Lingua Romana promiſcue *& ſine diſcrimine adhiberi phraſes illæ poſſunt* & ſolent, non tantum, ut male V. D. cenſet, *in metaphoricis ſive allegoricis locutionibus*, ſed etiam in directis & propriis. Certe Varro d. l. phraſin hanc explicans, *Heres*, ait, *quum conſtituit ſe Heredem eſſe*, *dicitur Cernere*, *& cum id fecit*, *Creviſſe.* Nihil hic dicitur, quod non etiam de phraſi *Adire her.* dici queat. Sed & lib. V. p. 60. *Cernito in teſtamento*, *id eſt*, *facito videant te eſſe heredem. Itaque in cretione adhibere jubent teſtes.* Poſtrema hæc ad jus pertinent; Priora ad vim verbi explicandam, ſed quæ conveniunt æque in *Adeundi* quam *Cernendi* verbum: nam & qui Adit, facit, ut alii videant ſe Heredem. Nihil ergo diſcriminis ille inter vim utriuſque Verbi ſtatuit. Sed & diſerte Cicero in Rull. II. 15. *cernere her.* pro *adire* dixit, nullaque ad vim & uſum iſtius phraſeos ſolennia requirit. Etenim memorat iſtic Romanos Regnum Bithyniæ ex teſtamento Nicomedis ultimi Regis accepiſſe & ſibi vindicaſſe. Vide Livii Epit. 93. Non erat Populus inſtitutus ab Extero Rege cum Cretione propria Romanis, nec Populus iſtic in adeunda hereditate ſolennia Cretionis verba pronunciavit. Et tamen dicit Cicero d. l. *Quid Regnum Bithyniæ? quam hereditatem jam crevimus.* Quid ergo aliud hic notat *Crevimus*, quam ſimpliciter & directe *adiimus & cepimus* ſeu *nobis vindicavimus*? Sed & hinc ſimpliciter, etiam extra ſeu citra teſtamentum, quicquid quis a defuncto tanquam heres ejus accepit & accipere voluit, dicitur id *creviſſe.* Sic apud Valerium Max. V. 3. in ext. 3. de Cimone Miltiadis F. qui ut patrem in carcere mortuum ſepulturæ poſſet mandare, ſe in eundem carcerem dediderat, dicitur, *Hanc hereditatem paternam Maximi Ducis Filius*, *& futurus ipſe ætatis ſuæ Dux Maximus*, *ſolam ſe creviſſe*, *catenas & carcerem*, *gloriari potuit.* Male iſtic a pleriſque, etiam nuper a Canteiio, præter auctoritatem optimorum fere Codicum editur *ſortitum*, ſed Colerus & Vorſtius recte jam ex ſuis reſtituerunt *creviſſe*, quod nihil aliud hic notat, quam *accepiſſe.* Cum hoc loco conferendum omnino, quod Cicero ait ad Atticum VI. 1. *Nunc*, *credo*, *etiam magis* me amabit, *quod debet etiam Appii amorem erga me cum reliqua hereditate creviſſe*, ubi videtur itidem ſimpliciter pro *adiiſſe* vel *accepiſſe* poſitum, certe non de tota hereditate, ſed de re peculiari, quæ fuerit in *reliqua hereditate*, & quam cum ea acceperit, tanquam Heres, adhibetur. Porro Livius XXIV. 25. *Cum clauſis Andranodorus Inſulæ portis hereditatem regni* (Syracuſani) *creverit*, h. e. facto ipſo ſibi vindicaverit & ceperit tanquam Heres, poſt mortem Hieronis, ſui Soceri, & poſt ejus Nepotis, Hieronymi, cædem. Similiter XL. 8. loco jam in Notis allato, ubi pater Philip-

pus Rex Macedoniæ ad Filios ait, *Vivo & ſpirante me hereditatem meam ambo & ſpe & cupiditate improba creviſtis*, h. e. non quidem ipſa re & facto, ſed ſpe tamen & cup. imp. adiiſtis, & vobis quaſi jam veſtram animo & cogitatione vindicatum itis. Panegyr. Epithalamius Maximiano & Conſtantino dictus cap. 5. ad Conſtantinum, *Ipſum imperium hoc fore pulchrius judicabas, ſi id non hereditarium ex ſucceſſione creviſſes*, (h. e. accepiſſes) *ſed virtutibus tuis debitum a ſummo imperatore meruiſſes*, ſcil. Maximiano. Denique Prudentius Hymn. XII. Cathem. de Chriſto, *Hunc Teſtator & ſator jubet Adire regnum & cernere*, h. e. adire, & conſulto conſilio capeſſere tanquam Heredem. Hinc jam figurate apud Ciceronem Famil. IX. 14. *A te autem peto, ut me hanc quaſi falſam hereditatem alienæ gloriæ ſinas cernere*, ubi Manutius & Grævius exponunt ſimpliciter *adire*. Liquet ex his omnibus in Lingua Latina, ſeu apud Latinos Auctores, *Cernere hereditatem* poni ſimpliciter & directe etiam pro *Adire*, *capeſſere*, *& ſibi vindicare* eam, at in jure Civili diſtinguuntur *Adire* & *Cernere*, tanquam, ut Logici ajunt, generalius & ſpecialius, atque adeo *Cernere* iſtic notat vel maxime ultimum totius cretionis actum, quo res conſummatur, heres inſtitutus fit demum revera Heres, h. e. quo declaratur ab Herede palam coram teſtibus, & ſolenniter certa verborum formula, ſe agnoſcere & adire illam Hereditatem. Hinc Ulpianus ait in frag. tit. 22. §. 26. *Cernendo fit heres, & excluditur, ſi intra diem cretionis non Creverit.* Ratio rei eſt, quia conditio *cretionis* addebatur plerumque tunc demum, quando vel alia odioſa ac moleſta ab Herede exigebatur conditio, vel Hereditas ipſa multis erat difficultatibus implicita, ut adeo incertum eſſet, & idcirco non ſine cauſa teſtator dubitaret, utrum Heres eam accipere & adire velit, nec ne. Quocirca etiam major ſolennitas & difertior declaratio in adeunda tam dubia & ancipiti hereditate requirebatur, ne dein Heres pœnitentia forſan ductus, ſe iſtam adiiſſe hereditatem negare poſſet, quod in hereditate locuplete, ſine moleſta conditione, relicta, non erat metuendum. Et tamen vel ſic etiam in Jure Civili duo hæc *adire* & *cernere* tanquam ſynonyma aliquando conjunguntur. Ipſa in *Cretionis* formula apud Ulpianum d. tit. §. 24. id reperimus, quæ eſt, *Cum me Mævius Heredem inſtituerit, eam hereditatem adeo cernoque*, h. e. adeo eam, idque me facere ſolenni cretionis formula declaro.

10. Hic vero V. D. pag. 85. captat nos ſatis jejune, quia *Adire* iſtic *ponatur ante Cernere*, *notandum id* addit, *propter eos, quibus Cretio olim Aditionem præceſſiſſe exiſtimatur.* Reſpicit Me potiſſimum, qui in Notis hoc dixi, ſed ita, *Cretio proprie dicta præcedit revera aditionem*. Quid hic dicam? Callidéne, an ſocorditer omiſit hoc, quo bis diſerte ſum uſus, *proprie dicta?* quod additum, vel prætermiſſum, diſcriminis habet multum. Nam ſi prætermittas, ſenſus erit ſimpliciter,

Digitized by Google

citer, Cretionem in Jure Civili præcedere Aditionem, quod minus recte forſan diceretur, niſi quatenus tamen poſt factam demum ſolennem illam cretionem aditur facto ipſo hereditas: at ſi ſolennem declarationem ſpectamus, conjunguntur hæc, tanquam res connexæ ejuſdem facti & temporis. Sin addas, tum vero declaratur eo, Rem, quam Verbum *Cernere* in hac phraſi proprie denotat, non ex uſu tandem potiſſimum recepto, ſed ex analogia primitivarum ejus ſignificationum, per quam ad illam uſu receptam devenit, eam ergo rem præcedere ipſam aditionem. Res illa mihi, qua Grammatico, eſt, Conſiderare ac inſpicere hereditatem, utrum ſibi adire eam expediat, nec ne. Hæc enim mihi eſt *proprie dicta Cretio*, a qua analogica & primitiva illius phraſeos ſignificatione ortæ ſunt & profectæ dein reliquæ, veluti capiendi certi conſilii de hereditate adeunda, ac dein potiſſimum conſilii ſui ſolenniter declarandi, & ſic hereditatis adeundæ, & ſibi vindicandæ. Nihil enim proprie eſt in analogica ſignificatione Verbi *Cernere*, quod *declarare ſuum conſilium*, & *ſibi vindicare hereditatem*, notet, non magis quam in Verbo *Mactare*, quod *cædem*. Sed ſicuti hoc eum in ſenſum uſu eſt receptum ex conſequenti & connexo; ſic & illud, & ita quidem, ut hæc uſu recepta ſignificatio prævaluerit, ac primitiva, in hac phraſi, fere obliterata ſit penitus; quod ipſum & in aliis quam plurimis factum locutionibus, quarum ſignificatio uſu recepta longiſſime ſæpe a primitiva receſſit, ac, primitivâ tandem extinctâ, penitus invaluit. Quin ipſe V. D. pag. 84. ſcribit, *Cernere hereditatem PROPRIE nihil aliud eſt, quam ſucceſſionem in bona defuncti decernere ſeu conſtituere*, quam dein iterum *Notionem Propriam & Principem rarius tamen uſitatam*, dicit. Jam vero rogatum velim, annon ſuum illud *Cernere proprie dictum*, illa *Propria ejus & Princeps notio*, *ſed rarior*, quæ ex ejus ſententia in decernendo & conſtituendo, quid facere velit aut debeat, conſiſtit, præcedat itidem *Aditionem* ipſam, & uſitatiſſimam illam *Cernendi ſolenniter* in Jure Civili ſignificationem, æque ac mea *proprie dicta Cretio*, quæ in deliberando de adeunda hereditate, ſeu conſideranda ea prius & examinanda, a me collocatur? Si ita, quid cauſæ tum dicet, quo minus ſuo ſe gladio, niſi obtuſus is valde eſſet, facile jugulatum iri fateatur?

11. Sed opponit ſe vel maxime *deliberationi*, quam omni modo ex hujus Verbi ſignificatione vult excluſam. Unde ait pag. 82. *Male a Viris Doctis notionem Deliberandi, Verbo Cernere tribui*, & pag. 87. peccare in eo *tam JCtos, quam Criticos*. At vero docuimus jam ſupra pag. 773. & 778, 779. Verbum *Cernere* ex analogia primæ ſignificationis, ſicuti notat oculis ſuis aliquid diligenter intueri, ut id cognoſcas & ab aliis diſtinguas, ſic & notare, mentis vi & acie aliquid accurate intueri, & conſiderare, ut in eo, aut de eo, certi quid conſilii capias: quod nihil eſt aliud, quam deliberare apud animum ſuum de aliqua re. Porro

autem in toto hoc adeundæ & cernendæ hereditatis negotio ipſi Veteres JCti *deliberationem* vel maxime requirunt. Hinc in Codice titulum habemus *de jure deliberandi*, ubi paſſim permittitur Heredi inſtituto, antequam adeat aut agnoſcat hereditatem, *petere tempus ad deliberandum* l. 9. Cod. eod. tit. vel ſimpliciter *deliberationem* l. 19. & 22. Hinc jam in Inſtit. de Heredum Qualit. §. 5. *Extraneis heredibus Deliberandi poteſtas eſt de adeunda hereditate vel non adeunda*: ſed addit Juſtinianus *ſcriptam* ab ſe *Conſtitutionem*, per quam Heredibus illud *deliberationis auxilium* non ſit amplius neceſſarium. Vide Eam l. 22. Cod. de jure deliber. Hæc ergo *Deliberatio* an locum non habebit in *Cernenda Hereditate*? præſertim quum illa, quæ *cum Cretione* relicta eſt, plerumque ſit, ut ſupra diximus, dubia, & quum ipſa phraſis, ſi ejus originem ſpectes & nexum derivatarū inde ſignificationum, ſenſum hunc admittat, immo ſignificatio illius, uſu recepta, & in Jure Medio maxime uſitata, inde potiſſimum deduci debeat. Sed & diſerte Ulpianus in fragm. d. l. *Cretio eſt certorum dierum ſpatium, quod datur inſtituto heredi ad Deliberandum.* Hic vero V. D. reponit pag. 88. *definitionem Ulpiani laxiorem eſſe, & ad vulgarem popularemque notionem tantum accommodatam, neque tam ipſam Cretionem, quam adjuncta ejus tangere.* Sed quibus verbis quid velit, optima fide dico, me non intelligere. Nam quæ eſt illa *vulgaris & popularis notio* cretionis? Si talis exſtat, quæ *deliberationem* quoque continet, ut videtur V. D. ſentire, tum utique habeo omne illud, quod volo & contendo. Sed pergit pag. 89. *Si verbis Ulpiani accurata definitio* Cretionis *continetur, tum* Cernere *ſignificare iſtic proprie debebit* Deliberare. Accipio quod largitur; ſed quam accuratas ab JCto definitiones exigat, neſcio. Senſus Ulpiani eſt ſatis clarus, *Cretionem dici totum illud ſpatium temporis, quod datur heredi ad deliberandum.* Hinc *dies Cretionis* non ſunt proprie illi tantum dies, quibus conſtituit Heres velle ſe hereditatem adire, idque ſolenniter declarat, ſed omnes dies deliberationis, ſeu illius ſpatii, quod ad deliberandum heredi eſt datum. Quid vero? An tot dies (*centum* habemus apud Ulpianum) dabuntur tantum ad Conſtituendum ſubito, ſine deliberatione, de adeunda hereditate? Quid opus tot dierum ſpatio, quum heres ſtatim poſſit, ſi neceſſe ſit, nec concedatur tempus deliberandi, conſilium qualecunque capere & declarare? Sic certe in adeunda hereditate, ſi eſſent, qui id poſtularent, fieri ſolebat, niſi Heres peteret Deliberationem. Vide l. 9. Cod. de jure delib. *Rector provinciæ aditus, ſi* Heredes inſtituti *hereditati necdum ſunt obligati, eos, an Heredes ſint, interrogare debebit, ac, ſi tempus ad deliberandum petierint, moderatum ſtatuet.* Manifeſtum hinc, ſi deliberatio in adeunda vel cernenda hereditate non admittitur, debere tunc Heredem ſtatim, ubi id poſtulatur, Conſtituere & ſuam animi ſententiam Declarare. Non opus ergo, ut *Cretioni* dentur tot dies niſi *ad deliberandum*, quam ad

Digitized by Google

ad rem etiam unice ab Ulpiano dicuntur dati: immo hinc poſtea apud Impp. atque ipſum Juſtinianũ videtur *Deliberationis* Vox *Cretioni* ſucceſſiſſe, maxime poſtquam *Cretionum ſcrupuloſam ſolennitatem penitus amputarunt* Impp. l. 17. Cod. de jure deliber. Neceſſaria autem vel maxime erat *Deliberatio* Heredi, ſi hereditas eſſet ſuſpecta, tanquam oneroſa, quales pleruinque erant hereditates *cum cretione.* Hinc ergo concedebatur etiam ſine Cretione inſtitutis, ſi eam peterent, ut modo oſtendimus. In illa autem Deliberatione & Cretione tot dierum id agebant, ut conſiderarent & examinarent diligenter hereditatis totius rationes. Unde ex ſententia Ariſtonis JCti, *Prætor aditus facultatem facere DEBET Heredi, Rationes defuncti ab eo petere, penes quem depoſitæ ſunt, Deliberanti de adeunda hereditate.* l. 28. D. de adquir. vel omitt. her. Et vel ſic aliquando etiam cautus heres decipiebatur, ſi ex. gr. *poſt aditam hereditatem grande æs alienum, quod tempore aditæ hereditatis latebat, emergit.* Vide Inſtit. de Heredum qualit. §. 5. Illud autem Deliberare, & Conſiderare hereditatem, eleganter vocat Juſtinianus l. 22. §. 13. Cod. de Jure delib. *Inſpicere hereditatem*, quod ipſum mihi eſt *Cernere hereditatem*, quando hujus phraſeos originem & primam ſignificationem cogito.

12. Sed videamus jam mirificas & faceti ſſimas Viri D. objectiones. Jactat ergo magna ſcilicet cum ſapientiæ ſpecie; *Qui deliberat, nondum certi quid ſtatuit vel eligit; ſed poſtquam deliberare deſiit. Unde apparet, quam male Viri Docti notionem* deliberandi *verbo huic* cernere *tribuunt.* At idem hoc eſt, quaſi dicas, *Qui mactat victimam, nondum jugulat, ſed demum poſtquam mactare deſiit. Ergo male Verbo* mactare *notio* cædendi *vel* jugulandi victimam *tribuitur.* Similia ſunt infinita numero. Ipſum *videre* & *ſpectare*, *providere* ac *proſpicere*, habent primum propriam *videndi* ſignificationem, ſed dein transferuntur etiam ad facta, quæ ſequuntur viſum. Livius II. 11. *Vile corpus eſt illis, qui magnam gloriam vident*, h. e. *expetunt, ſibi proponunt.* Ubi vide omnino Gronovium Patrem, plura hujus locutionis adferentem exempla. Sic pro *cavere*, Phædrus fab. 45. *Vide, ne dolone collum compungam tibi.* Sic *providere*, Terent. Andr. I. 3. 3. *Quæ* (Nuptiæ) *ſi non aſtu providentur, me aut herum peſſum dabunt*, h. e. *caventur & impediuntur.* At pro *invenire & facere aliquid* apud Livium XXXIX. 25. *niſi provideant aliquid Romani, quo Græcis metus, Philippo audacia minuatur.* Pro *curare & facere, ut in promptu quid ſit.* Liv. XLIV. 16. *Commeatus a Prætore profectos in hiemem ſe habere.* Jam vero ridiculum utique foret, hic dicere, qui tantum *videt, providet*, &c. *nondum expetit, cavet, invenit, aut facit aliquid, ſed poſtquam videre* &c. *deſiit.* Ergo Verbis *videndi* &c. male tribuuntur hæ ſignificationes. Adde jam, nequaquam ſeparanda adeo τὸ *deliberare*, & τὸ *certi quid ſtatuere*, ut hoc demum fiat, poſtquam deliberare deſieris. Etenim ſi recte rem conſideres, deliberamus

uſque dum certi quid ſtatuimus, ut proinde hoc ipſum ſit ultimus deliberandi actus, & ad deliberationem ipſam pertineat; atque adeo non ſtatuimus aliquid, poſtquam deliberare deſiimus, ſed deſinimus tum demum deliberare, poſtquam aliquid certi ſtatuimus. Diſtingui quidem hæ res poſſunt & ſolent, ſed tamen quia ita cohærent connexæ inter ſe, idcirco plerumque uno verbo pariter denotantur, ut ex Verbo *Conſulere*, de quo ſupra jam egimus, æque ac ex hoc *Cernere*, abunde liquet. Sed & ſiquid ejus in verbo *Cernere* diſtinguendum, tum vero notat illud potiſſimum Deliberare, Conſiderare, & diligenter rem quandam Intueri, at *Decernere* demum notabit proprie certi quid ſtatuere, quia tum deſinimus *cernere*, quando *decernimus*, ut ſupra jam oſtendimus. Sic *Cernere* notat in Judiciis maxime cauſam audire, conſiderare, cognoſcere, in Bello pugnare, at *Decernere*, potiſſimum judicare, ſententiam ferre, & bellum ac belli cauſam prælio dirimere. Vide ſupra pag. 782. 783.

13. Aeque porro inſeitum eſt, quod ait *V. D.* p. 89. *Si Cernere in illa phraſi, Cernito in diebus Centum proximis, ſignificaret proprie Deliberare, tum Heredi integrum foret etiam poſt exactum centum dierum ſpatium hereditatem adire, quia ſcilicet ſatisfeciſſet voluntati defuncti, qui eum Deliberare, non autem Conſtituere vel Adire intra illud tempus juſſiſſet. Ridiculum* hoc tore pronunciat, ſed profecto ridiculum & inſulſum eſt ita argutari, quaſi aut olim Ulpianus, aut nunc quiſquam interpretum, vellent ſignificationem *Cernendæ hereditatis* intra *deliberationem* conſiſtere, licet proprie & primitus ea phraſis illam denotaverit. Certe Ego, quem in his maxime reſpicit, diſerte utique tradidi τὸ *Cernere hereditatem* in JCtorum ſcriptis maxime ſignificari, *declarare ſolenniter ſuam cretionem de hereditate factam*, ſeu *dicere ſolennia verba conſilii ſui & decreti in rem ipſam deducti*: at apud Hiſtoricos, alioſque Scriptores, ut nunc itidem ſupra jam probavimus, ſimpliciter *adire & ſibi vindicare hereditatem*, vel *rem hereditariam*. Solent autem paſſim Auctores in Verbis voluntatis & conſilii intelligere quoque factum ipſum, quod ex iis oritur, aut iis connexum eſt, ut ſupra jam diximus. Quid faciet V. D. ipſo Juſtiniano, qui Inſtit. de Her. qual. §. 6. *Extraneus Heres poteſt aut pro herede gerendo, aut etiam Nuda Voluntate ſuſcipiendæ hereditatis, Heres fieri.* Et dein, *ſicut autem Nuda Voluntate extraneus Heres fit, ita contraria deſtinatione ſtatim ab hereditate repellitur.* An ergo etiam hic argutabitur & ridiculum dicet Imperatorem, ita locutum, quaſi nuda, ſola, & tacita quoque voluntas, nullis verbis aut factis declarata, ſufficeret in Jure Civili ad id, ut quis fiat Heres, quum *Nuda Voluntas* videatur excludere omnem alterius facti acceſſionem vel neceſſitatem. At longe aliter ſentiunt periti ſſimi ſuæ artis Interpretes, in *declarationem voluntatis* ſub ea intellexiſſe Imperatorem cenſent. *Palam eſt*, ait Vinnius, *Voluntatem ſuſcipiendæ hereditatis hic totum facere:*

Digitized by Goo

facere: tantum relinqui, ut illa Declaretur. Et dein, *Voluntas amplectendæ hereditatis aut facto aliquo aut aperte verbis Declaranda eſt, ſiquidem, ut vulgo dicitur, propoſitum in mente retentum nihil operatur.* Sed mira maxime res eſt, quod V. D. identidem talibus utitur argutiis, quæ in ipſum eadem prorſus vi & ratione retorqueri poſſunt & debent. Ipſe affirmat, *Cernere hereditatem proprie NIHIL ALIUD eſſe quam ſucceſſionem* (h. e. ex illius elegantia, *ſe velle ſuccedere*) *in bona defuncti decernere ſeu conſtituere.* Pono nunc caſum: Inſtitutus Heres ſub Cretione intra 100 dies, re deliberata conſtituit jam intra 50 dies ſe hereditatem agniturum, idque uni aut alteri amico privatim declarat, ſed mox ſubito cogitur proficiſci in Siciliam aut aliam provinciam, ad res ſuas multo majoris momenti iſtic expediendas, atque ibi dein detinetur ita, ut negligat hereditatem in Italia ſibi relictam. Quid ille? an Heres erit poſt 100. dies. Nam conſtituit utique & decrevit ſe hereditatem aditurum: atque adeo *integrum ei quoque erit etiam poſt* 100 *dierum ſpatium hereditatem adire, quia ſatisfecit teſtatori, qui eum Cernere, quod proprie nihil aliud eſt, quam Conſtituere, intra illud tempus juſſit.* Sed negabit id Ulpianus, cui τὸ *Conſtituere* neutiquam in cretione ſufficit ad adeundam vel repudiandam hereditatem, & qui idcirco diſertiſſime illud a τοῦ *Cernere*, *quo* dicit quem *fieri heredem*, diſtinguit in fragm. XXII. 26. *Cum cretione Heres inſtitutus ſicut Cernendo fit Heres, ita non aliter excluditur, quam ſi intra diem Cretionis non Creverit, ideoque etiamſi CONSTITUERIT nolle ſe Heredem eſſe, tamen, ſi ſuperſint Dies cretionis, pœnitentia actus, Cernendo Heres fieri poteſt.* Videmus hic manifeſte diſtingui inter *Conſtituere* & *Cernere*: quocirca Hoc notat iſtic directe & ſimpliciter, non magis *Conſtituere*, quam *Conſiderare* aut *Deliberare*, ſed unice ultimum *Cretionis* actum, quo tota *Cretio* abſolvitur & conſummatur, h. e. *declarationem ſuæ voluntatis ſeu conſilii ex deliberatione*, cui tot dies conceduntur, *capti*, quum ceteroquin illud Conſtituere, & Declarare ſolenniter ſuam animi voluntatem uno die peragi poſſit. Eadem autem eſt ratio, ſive *velle*, ſive *nolle* ſe *conſtituat* hereditatem adire, ac dein *pœnitentia agatur*, & ex ea faciat vel negligat Cretionem. Quid reponet jam his V. D. Nihil, opinor, niſi ſe velle, ut, qui jam conſtituit, *conſilium ſuum de adeunda Hereditate ſolenniter, ſeu certa verborum formula, declaret.* Atqui idem & Nos volumus. Ego certe tradidi id diſerte poſt explicitam propriam controverſæ phraſeos ſignificationem, his verbis; *Sed tamen, ſicuti ſæpe ſignificatio conſequentis elicitur ex antecedente, ita & hic* Cernere Hereditatem *plerumque adhibetur ad notandum actum, qui ſequitur Cretionem proprie dictam; ut adeo tum ſignificet declarare ſuam cretionem de hereditate factam.* Et diſertius inſuper paulo poſt, quod in Notis velim videas. Dixi autem *plerumque* quia eo ſenſu maxime ſumitur apud JCtos & alios, ſed tamen ſæpe apud Hi-

deliberare accipitur: nam *cretio* eſt certorum dierum ſpatium, quod datur inſtituto hæredi ad deliberandum, utrum

ſtoricos adhibetur etiam ſimpliciter pro Adire & ſibi vindicare abſque ulla ſolenni verborum declaratione hereditatem ipſam vel res hereditarias, ut ſupra abunde probavimus.

14. Non debebat ergo poſtulare, ut *dicerem, apud quem Veterum formulæ huic ſimile quid unquam mihi lectum fuerit: Titius hæreditatem repudiavit, poſtquam centum diebus eam creviſſet, h. e. de aditione ejus deliberaſſet.* Nec enim mea aut cujuſquam alterius eſt ſententia, ut tota hæc phraſis *Cernere hereditatem* de ſolo deliberandi actu frequentata fuerit, aut facile reperiatur apud Veteres, licet prima hæc fuerit & propria ſeu analogica ejus ſignificatio, & ipſum *Cernere* pro deliberare, ſeu conſiderare & inſpicere diligenter rem dubiam, reperiatur revera poſitum, ut oſtendi ſupra. Sed denuo V. D. etiam hic ſuo ſibi gladio repellendus. Etenim oſtendam illi iſtam, quam exigit, Formulam, ubi mihi oſtenderit prius hancce aut huic ſimilem; *Titius hæreditatem repudiavit, licet eam antea jam creviſſet, h. e. adire conſtituiſſet;* quam ille adeo *propriam, & principem* dicit *ejus notionem*, ut *proprie* Phraſis hæc, *Nihil aliud notet.* At Varro quum ait, *Heres cum conſtituit ſe heredem eſſe, dicitur Cernere; & cum id fecit, Creviſſe;* intellexit etiam ipſam voluntatis declarationem, ſine qua voluntas illa & illud *Conſtituere* nihili eſſet. Aeque ac Juſtinianus, quando *Nuda voluntate* ait *poſſe quem heredem fieri*, & *contraria deſtinatione ſtatim repelli*, intelligit itidem ejus voluntatis qualemcunque declarationẽ. Sed & valde dubitem, an illud *eſſe* apud Varronem, qui conciſe loqui ſolet, ex gloſſa ſit ortum. Ut adeo ſenſus & mens ejus fuerit, *Heres cum conſtituit ſe heredem, dicitur cernere*, h. e. quum facit, quod ad conſtituendum ſe heredem & hereditatem ſibi vindicandam facere debet. Hoc autem erat, conſilium ex deliberatione captum ſolenniter declarare, quo ipſo ſe Heredem conſtituit. Sed de eo non diſceptabimus, quum iſte Varronis locus ad talem Formulam, qualem V. D. mihi objecit, & Ego ipſi repoſui, nihil faciat, quippe in qua formula diſerte ultimus ille actus declarandi ſuam animi ſententiam, atque ita adeundi vel repudiandi hereditatem, ſeparatur & excluditur a propria illius phraſeos ſignificatione, quæ iſtic unice refertur vel ad *Deliberare*, vel ad *Conſtituere.* Satis prolixe, fateor, de uno hoc Verbo *Cernere*, & hinc orta locutione *Cernere hereditatem*, egi, verum eo me adegit Viri D. Diatribe, conſulto contra Me, meamque ſententiam potiſſimum, ſcripta. Licet autem multum mihi tædii in cavillationibus plane frivolis, & futilibus prorſus argumentis, depellendis ac retorquendis in ipſum Auctorem, fuerit devorandum, id tamen viciſſim me aliquantulum

Digitized by Google

utrum expediat ei adire hæreditatem, necne. Varro lib. 5. dum hujus verbi etymon conatur indagare, tres ſignificationes ſic ad unam reducit; *Dictum cerno à creo, id eſt à creando, ab eo, quod cùm quid creatum eſt, tum denique videtur: hinc fines capillorum diſcreti, quod finis videtur diſcrimen.* Cernito in teſtamento, *id eſt, facito, videant te eſſe heredem.* Hìc Varro mihi non magnoperè placet, ſed tamen, quod volumus, efficit. Ego certè multò antè docui, quod poſtea Joſepho Scaligero placere animadverti, *cerno*, à *crino* Græco deduci, id eſt, *Judico*; unde *crimen*, de quo judicatur, & *crines*, qui diſcernuntur.

Opus, ſi carnificibus linguæ Latinæ, id eſt Grammaticis, credas, in mille munia diſtrahitur: nunc enim ſubſtantivè indeclinabile, nunc adjectivè indeclinabile accipiunt, & omnibus ferè caſibus jungi poſſe aſſeverant: quin etiam ſunt, qui *opus habeo*, pro *neceſſe eſt mihi*, dicant. Ego hæc omnia puto deliramenta: nam (7) nec *Opus* ſumitur pro *Neceſſe eſt*, nec aliud unquam

lum oblectat, quod & veram rationem, analogiam & nexum ſignificationum Verbi iſtius & controverſæ Phraſeos, in clariſſimam me lucem expoſuiſſe putem, de quo tua eſto, mi Lector, exiſtimatio.

(7) *Nec Opus ſumitur pro Neceſſe.*] Hinc Cicero diſtinguit ea Famil. I. 9. *Legem curiatam conſuli ferre Opus eſſe, Neceſſe non eſſe.* Adde & quæ jactavit Urſinus to. 2. p. 99. 100. Sed & hinc promiſcue dicitur *Opus* & *Uſus*, ut mox oſtendemus. Quin & Plautus explicat per utile mihi eſt, Trucul. IV. 4. 20. DI. *Quid opus eſt?* PH. *E re mea eſt.* h. e. utile id mihi eſt. Porro hoc ſenſu conſtruitur etiam cum UT, Idem ibid. II. 6. 19. *Nunc tibi opus eſt, ægram ut te adſimules.* Et II. 3. 7. *Mihi quoque præ laſſitud. ne opus eſt, ut lavem.* In quibus tamen aliquid amplius, quam *utile eſt*, ſeu aliquid *neceſſitatis* ſimul, ſignificare videtur. Sic fere Cicero Famil. III. 3. *Præſidio firmiori ad eam provinciam opus eſſe*, h. e. neceſſarium eſſe firmius præſidium. Livius I. 41. *Quæ curando vulneri opus ſunt*, h. e. requiruntur ad curandum vulnus. Sed diſerte Terentius Hec. III. 4. 17. *In arcem tranſcurſo opus eſt.* PAR. *cui homini?* PAM. *Tibi.* Nihil hoc aliud notat, quam, Tu debes tranſcurrere, neceſſe eſt, ut tranſcurras. Nam invitus plane id faciebat Parmeno. Idem Phorm. III. 3.

 24.

unquam ſignificat, quàm hoc nomen *opus operis*; ut, *opera noſtra*, *opera regis*: nam cum dicis, *libri ſunt mihi opus*, ſignificas, libros eſſe tibi omnia. Hiſpanè, *el todo*: cùm autem dicis, *opus eſt mihi libris*, dicis totum negotium eſt mihi in libris: ſic *opus eſt facto*, id eſt, negotium & difficultas, ſive uſus, eſt in facto. Sic Virgil. (8) *Nunc viribus uſus*, id eſt, nunc eſt uſus,

24. *Quantum opus eſt tibi argenti?* h. e. neceſſe eſt ad ſatisfaciendum Jenoni; Cumque id ſervus promiſiſſet, reſp. Adoleſcens, *jam opus eſt*, h. e. debeo illud neceſſario habere hoc die. Reſp. Servus, *jam feres. Sed opus eſt, mihi Phormionem ad hanc rem adjutorem dari.* Conveniunt fere eundem in ſenſum hæ Phraſes & Participia in DUM. Nepos Eum. 9. *Conveniunt Duces, quæritur, quid opus ſit facto*, h. e. quid faciendum ſit.

(8) *Nunc viribus uſus.*] Eodem modo conſtruuntur *Uſus* & *Opus*, unde colligendum, eandem quoque fuiſſe utriuſque ſignificationem. Ut dicitur, *Opus eſt Reip. ſummo imperatore*, apud Livium XXIV. 9. *Opus eſt mihi hac empta, ſi tibi opus eſt veniſſe.* Plaut. Perſa IV. 4. 35. *Sic Viginti jam uſus eſt Filio argenti minis*, Aſin. I. 1. 76. Porro ut dicitur *quid facto eſt opus?* ſic apud Plaut. Bacchid. IV. 4. 97. *Quid uſus eſt conſcriptis ad hunc modum tabulis*, & Men. V. 2. 1. *hoc uſus facto eſt.* Et ut *Opus* liquidius etiam cum Nominativo conjungitur, Veluti Liv. XXVII. 10. *quæ ad bellum opus erant*, ſic & *Uſus*, Plaut. Rud. IV. 4. 34. *Hoc neque iſti uſus eſt, & illi miſeræ ſuppetias feret.* Sed &, ut multi cenſent, *Opus* etiam cum Accuſativo conſtruitur, (vide me ſupra cap. 4. n. 93.) ſic plane & *Uſus*, quo ipſo etiam illa Conſtructio in τοῦ *Opus* confirmatur. Plaut. Pſeud. I. 3. 251. *Hoc ego oppidum admœnire, ut hodie capiatur, volo; Ad eam rem uſus eſt hominem aſtutum.* Immo &, ut Genitivus jungitur τοῦ *Opus* apud Apulejum Metam. IX. *Sed mihi operæ ejus opus eſt*, ſic plane *Uſus* apud Livium XXVI. 9. *Alii accipiunt imperia, diſceduntque ad ſuas quiſque officiorum partes: Alii Offerunt ſe, ſi quo uſus operæ* (ſuæ) *ſit.* Male ergo Sanctius ſupra pag. 623. Apulejum emendandum cenſet. Videtur hinc etiam confirmari, quod Gronovius Pater apud Liv. XXIII. 21. ex optimis codd. legit, *ſtipendium, quanti argenti opus fuit, accepit.* Sed poſſis illic etiam intelligere *ſtipendio*, ut ita inde Genitivus, non a τοῦ *Opus*, regatur; Præterea, ut apud Livium antea edebatur, legas apud Terent. Phorm. III. 3. 23. *Quantum opus eſt tibi argenti?* Denique ut *Opus* aliquando aliquid Neceſſitatis ſuæ ſignificationi habet implicitum, ſic & *Uſus*, quod ceteroqui vel maxime Utilitatem notat. Gellius II. 15. *Poſtquam ſoboles Civitati neceſſaria viſa eſt, & ad prolem populi frequentandam præmiis atque invitamentis Uſus fuit,*

Digitized by Google

uſus, opus, negotium, & tota vis in viribus. Hoc melius intelligetur, ſi addas adjectivum. Horat. libro I. carm. *Sunt quibus* (9) *unum opus eſt, intactæ Palladis urbem*

fuit, h.e. neceſſe fuit præmia promittere. Promiſcue ergo & eodē ſenſu hæc duo *Opus* & *Uſus* ſæpe iiſ:em in locis adhibentur. Plautus Amphitr. I. 3. 7. *Citius, quod non facto eſt uſus, fit, quam quod facto eſt opus*. Terent. Heaut. I. 1. 28. *Mihi ſic eſt uſus; tibi ut opus facto eſt, face*. Vide & Urſin. To. 2. p. 106. Idem ſedulo etiam inqu rit pag. 104. in phraſin, *quod facto eſt opus*, vel *uſus*, utrum in ea & ſimilibus τὸ *Quod* Nominativi, an Accuſativi ſit Caſus. Plerique Accuſativum, at ille Nominativum eſſe affirmat, ſed ex Abuſu ipſorum Veterum ortum. Affentirer ei, niſi varia obſtarent loca, quæ ab Nominativo abhorrent, ut ille Gellii XIV. 2. *dicere & quærere ea, quæ dicto quæſitoque opus eſt*. Nulla enim eſt conſtructio, *quæ opus eſt*, pro quo dicendum foret, *quæ opus ſunt*, ut loquuntur ſæpe Veteres, veluti Livius, *quæ opus ſunt curando vulneri, quæ ad bellum opus erant*. Sed & paſſim, *ſi quid opus fuerit me*, apud Plaut. Aſin. I. 1. 104. *Nam quid mihi opus eſt vitâ*, Aulul. IV. 9. 13. *Quando multos habeo cognatos, quid opus mihi ſit liberis*, Mil. III. 1. 111. *Si quid eſt, quod opera meâ opus ſit vobis*, Terent. Andr. IV. 3. 23. *Nihil opus fuit monitore*, Heaut. I. 1. 119. *Nihil jam opus eſt exſpectare te, quibus eum verbis tibi commendem*. Cicer. Famil. XIII. 33. In his & quamplurimis aliis, *Quid*, *Quod*, *Nihil* &c. certiſſimi ſunt Accuſativi, qui reguntur per Ellipſin a Præpoſ. *Ad* vel *Propter*. At ſine Ablativo addito ſunt fere Nominativi, ut apud Ter. Adelph. III. 2. 37. *ac potius, quod ad hanc rem opus eſt, proſpice*. Cic. de Offic. III. 32. *Si de captivis, quod ſibi opus eſſe videretur, non quod Reip. cen,uiſſet*. Famil. XVI. 4. *quod ad valetudinem tuam opus ſit*. Sed quid dicemus de talibus. *Quæritur, quid facto opus ſit; quod parato opus eſt, para: nam mihi iſtuc primum exquiſito eſt opus* &c. Poſſent hæc pro Nominativis haberi, maxime ſi *facto, parato* &c. forent Dativi. Sed ſi hi ſint Ablativi, ut eſſe videntur, tum vero hæſito, utrum cum Urſino credam, ipſos Veteres, aliis locutionibus deceptos, pro Nominativis illa adhibuiſſe, an, quod Alii volunt, pro Accuſativis accipiam per Ellipſin Præpoſitionis, ut modo vidimus factum, quando Ablativi reperiuntur phraſi huic additi, ſed ita, ut hi Accuſativi tunc quaſi pendeant ab Ablativis Partic. conſtructione Verbalium, plane ut *Oratum juſtam rem*. Vide ſupra p. 124. 125. ut & paulo ante locum Gellii, qui certe ita exponendus.

(9) *Unum opus eſt.*] Sic frequentiſſime Græci. Ael. V. H. I. 26. *γυναῖκα ἀκέω σαλπίσαι, ϗ τοῦτο ἔργον ἔχειν ἅμα, ϗ τέχνην*, plane ut Ovid. Faſtor. IV. 208. *Hoc Curetes habent, hoc Corybantes opus*. Idem Æl. III. 14. *ϗ τὸ ἔργον αὐτοῖς αὐλεῖσθαι ἰςὶν*. Cap. 18.

bem Carmine perpetuo celebrare, » [pro, quidam habent » hoc unum opus, ut celebrent.] Virgil. 6. Æneid. *Hoc opus, hic labor eſt.* Cùm additur genitivus, longè alia res eſt, quàm Grammatici putant. Virgil. 10. Æneid. *Sed famam extendere factis, Hoc virtutis opus*, » id eſt, res eſt virtutis, hoc virtus efficiat, oportet.] Ovid. epiſtol. Parid. *Teque mei ſcires eſſe laboris opus*, » [pro, te eſſe (10) opus futuram, ſeu creaturam mei » laborantis :] idem, *Non minor eſt virtus, quàm quærere, parta tueri; Caſus ineſt illic, hic erit artis opus*, id eſt, in hac parte totum eſt negotium artis : » [niſi » *Opus artis* dicatur pro Ars : ſicuti, *Res cibi*, pro, » cibus : idem 1. Faſtor. *Hic qui nunc aperit percuſſi* » *viſcera tauri, In ſacris nullum culter habebat opus*, id » eſt, Nullum opus, nullus uſus, cultri, erat in ſa» cris. Idem igitur ſignificant, *Nullum opus habet in* » *ſacris culter*, & *nihil opus eſt cultro in ſacris*; ubi, (11) » *cultro*, dativus eſt : ſicut etiam cum dico, *Opus ha*» *beo cultro*, vel *opus mihi eſt cultro*, opus ſcilicet, quod » culter peragat.] Propert. lib. 2. eleg. 10. *Magni nunc erit oris opus*, id eſt, negotium & labor. (12) Græci dicunt ἔργον εὑρεῖν : Cicero vertit, *difficile eſt invenire.* Sophocles in Ajace, οὐδὲν ἔτι ἔργον ἐστὶν, id eſt, *nihil*

18. *γεωργεῖν δὲ καὶ σπείρειν οὐδὲν αὐτοῖς ἔργον εἶναι.* In hiſce locis notat *quotidianum* alicujus hominis *opus*. Vide me ad III. 18. Similiter fere Epict. cap. 31. *μήτι οὖν τὸ σὸν ἔργον ἐστὶ τὸ ἀρχῆς τυχεῖν*, *num igitur tuum opus eſt conſequi imperium*, ſeu an id tibi unice agendum eſt, an in eo tibi omnia ſita ?

(10) *Opus futuram.*] In qua ſcilicet meus labor verſetur. Sed de Genitivo vide me paulo ante, N. 8. & Cap. 4. N. 93. Sed & mox, *hic erit artis opus*, videtur, certe ſi ſpectes ſenſum, idem eſſe, quod *hic erit arte opus.*

(11) *Cultro Dativus eſt.*] Malim Ego Ablativum dicere, ut ſolet hiſce locutionibus, *nihil opus eſt*, *mihi opus eſt*, Ablativus jungi. Dativus notat eum, Cui eſt opus aliqua re. Terent. Andr. III. 4. 23. *Si quid eſt, quod mea opera opus ſit vobis.* Adde Plaut. Pœn. III. 1. 44. Sine Dativo Terent. Heaut. I. 1. 119. *Nihil opus fuit monitore.* Vide & Urſinum Inſtit. Gramm. To. 2. p. 102.

(12) *Græci dicunt*, ἔργον &c.] Sic

Digitized by Google

nihil opus eſt. » [Xenophon, *ἔργον ἔχω τοῦτο σκοπεῖν*, *O-* » *pus habeo providere, mihi opus eſt providere, meum opus* » *ſive officium eſt providere, aut perpendere.*] Eſt igitur nomen *Opus* ſemper ſubſtantivum. Ovid. 4. de Pont. *Quodque aliis opus eſt, hoc tibi luſus erit.* Vide *Opus* in Ellipſi, [& ibi Notas pag. 622.]

Volo, as, & *volo, vis*, (13) valdè diverſa videntur. Sed accipe M. Varronis verba ex lib. 5. ling. Latin. *Volo à voluntate dictum, & à volatu, quòd animus ita eſt, ut puncto temporis pervolet, quò volt*: idem libro 8. *Fit enim ut rectus nonnunquam ſit ambiguus; ut in hoc verbo Volo, quod id duo ſignificat, unum à voluntate, alterum à volando: itaque à Volo intelligimus volare & velle.* Hæc verba ſunt objectio contra Varronem, quorum reſponſio Varroniana deſideratur.

(14) *Puto, as*, propriè eſt *purum facere*, ut ait Varro, Hiſpan. *podar*: ideo antiqui *purum putum* appellabant; unde *diſputatio, computatio*, & *putator*, qui arbores puras

Sic Aelianus Var. Hiſt. X. 12. *ὥσπερ ἔργον ἐστὶν εὑρεῖν ἰχθὺν, ἀκανθῶν μὴ ἔχοντα.*

(13) *Valde diverſa videntur.*] Revera etiam valde diverſa ſunt, quicquid dicat Varro. Neque ſic tamen accedo Viris Doctis, qui diverſa quidem, ſed aliena prorſus, jam attulerunt etyma. Immo miror tam aliena adferri, quum vera ſint in promptu & obvia. Quid enim? *Volo, volare* deſcendit non a *Vola*, quod ipſum potius eſt a *Volo*, nec ab *Ala*, nec à *ποτῶ*, quod præfert Voſſius, ſed omnino ab *ἐλάω*, h. e. *agito, moveo*, ſicuti *Ala* volucrum ab *Ago*. Qui attenderunt derivationibus Latinæ linguæ ex Græca, norunt, ſecundum earum analogiam *ἐλάω* & *Volo* eſſe idem plane vocabulum; ſicut *ἐμέω* & *Vomo*, *ἐλύω* & *Volvo*. Vide & ipſum Sanctium cap. 16. p. 841. Nihil enim frequentius, quam ut V præponatur vocabulis à Vocali incipientibus, & E mutetur in O. *Volo velle*, niſi malis à *θέλω*, θ in φ, & hac dein in V tranſeunte, ut ſolent aliquando, multo item probabilius deduxerim ab antiquo *ἕλω*, unde Fut. *ἑλῶ*, Aor. *εἷλον*, *capio, eligo*, quam a *βούλομαι*, quod volunt Viri Eruditi, Martinius & Voſſius.

(14) *Puto, as &c.*] Vide omnino Gellium VI. 5. de prima & analogica hujus verbi ſignificatione recte illic diſputantem.

ras facit. Ideò *ratio putari* dicitur, in qua ſumma ſit pura: ſic is ſermo, in quo pura diſponuntur verba, ne ſit conſuſus, atque ut diluceat, dicitur *diſputari.* Hæc ferè Varro. [lib. V. p. 56.] Hinc igitur apta eſt translatio ad cogitationem, cùm in dubiis ſententiis amputamus ſuperflua, & unam ſeligimus, quam ſequamur.

Vas vadis, & *vas vaſis*, quantum differant, notum eſt. Sed *Vas* pro ſponſore antiquitus erat hic *Vadis*, (15) à vadendo: id eſt, eundo: quia qui vades dabat, vadere

(15) *A vadendo.*] Haud dubie *vades à vadendo*, ſed non omnes, qui dabant vades, ruri habitabant. Ideo veriſimilius alii dicunt *Vades* appellatos, quoniam, qui vades dabat, vadendi, h. e. abeundi habebat poteſtatem. Sed tamen etiam ſic *Vades* dicerentur, non quod ipſi vaderent, ſed quod alios vadere facerent. Quapropter cenſeam ego quidē *Vades* ſimpliciter dictos a vadendo in judiciū, unde & *vadimonium* pro judicio, in certum diem ſtatuto, ſed itione in judicium dicto die, paſſim ponitur. Sic *Vadimonia conſtituta* dicuntur, quando certus dies, quo ſe pariter ſiſtant in judicio, conſtituitur, apud Cicer. de Senect. c. 7. Hinc jam *res cœpit eſſe in vadimonium*, ut ait Idem pro Quinctio, quando ad Prætorem & in jus eſt delata. Vide Ferratium lib. 1. ep. 2. At *vadimonia* ſunt *dilata*, quando dies dictus prodicitur & profertur, Famil. II. 8. *promiſſa* vero, quando, maxime quidem Reus, ſed & Actor viciſſim reo, immo & Vades ipſi, promiſerunt itionem in jus dicto die. Gellius VII. 1. *Tum e militibus, qui in jure apud eum ſtabant, interrogat quiſpiam ex more, in quem diem locumque vadimonium promitti juberet; Et Scipio, Perendie, inquit, ſeſe ſiſtant illo in loco, Atque ita factum. Die tertio, in quem vadari juſſerat, oppidum captum, eademque die in arce ejus oppidi jus dixit.* Ubi *Vadari* & *Vadimonium promittere* de eâdem re dicitur. Et illi, qui promiſerunt, dicuntur dein *ſe ſiſtere*, non Reus tantum, ſed & Actor. Similiter *vadimonium facere*, Valerius Maxim. III. 7. 1. *Tribunal ſuum adeuntes, in ædem, quæ intra mœnia hoſtium erat, vadimonia in poſterum diem facere juſſit*, h. e. ſibi invicem condicere, & conſtituere pariter, venturos ſe in jus dicto die & loco. Hinc apud Plautum Epid. V. 2. 19. *Ilicet, vadimonium mihi ultro hic facit*, h. e. ultro me vocat in jus, ultro mihi dicit diem. Sed & ipſi Vades dicuntur *vadimonium promittere*, ut diſerte tradit Varro lib. V. de L. L. p. 59. *Vas appellatus, qui pro altero vadimonium promittebat.* Quem locum male interpolare volunt Ampliſſ. Græſius Animadv. ad Pilatum Judicem §. 12. p. 71. quaſi *Vades*

Digitized by Google

vadere ei in urbem erat neceſſe. Horat. Satyr. 1. *Ille datis vadibus, qui rure extractus in urbem eſt, Solos felices viventes clamat in urbe*: poſtea verò, ex *vadis* ſeu *vades*, factum eſt *vas*. At *vas* pro poculo antique *vaſum* dicebatur: unde *vaſculum*, & *vaſa* in plurali. Nonius Marcel. in illo Ciceronis, lib. 3. Offic. *Vas factus*

des non poſſint dici *promittere vadimonium*, quum utique illi ſe obligent etiam ad ſubeundum jus & judicium dicto die, ſi reus ſe non ſiſtat. Hinc apud Tacitum Ann. V. 8. *Neque aliud periclitantibus auxilii, quam in fratrum conſtantia fuit, qui vades exſtitere*, h. e. ultro ſe obligarunt ad vadimonium obeundum pro fratribus, ſi hi non obirent ipſi, quod quid eſt aliud quam promittere vadimonium pro fratribus obeundum? Neque ſatis recte Idem in Addendis ad h. l. phraſin hanc reſtringit ad ſolos Reos. Rectius tamen, quam Salmaſius de Modo Uſur. pag. 696. ad ſolos Vades: quum Reus præcipue quidem, ſed tamen ſimul etiam Actor & Reus ſibi invicem, immo & Vades dein pro Reo, vadimonium promittant. Senſus autem Horatiani loci eſſe videtur; ille, qui ad vadimonium conſtituendum coactus fuit venire in urbem, & datis tunc vadibus rediit rus, clàmat &c. Nam qui vades dare non poterat, compingebatur in carcerem, Vide Livium XXV. 4. Vel forſan potius; ille, qui ab Amico extractus in urbem eſt, quando *dati* ſunt, vel dari debebant *Vades* ab illo Amico; inter quos hic Agricola datus, in urbem ideo venire, & in judicio ſe Vadem Amici declarare debuit. Nam ſua cauſa non dicendus erat veniſſe in urbem ad vadimonium, & *vadibus* jam *datis*, quippe qui jam antea, quando vades dederat, in Urbe fuiſſe debuiſſet. Horatius vero ita videtur loqui, tanquam hic Homo tunc primum, extractus in Urbem, vidiſſet Urbanorum vitam. Liquere jam ex his omnibus puto, *Vades* dictos primum omnes, qui in jus eunt ſeu vadunt, Reos æque ac Sponſores. Sed Uſus poſtea hanc vocem relegavit ad ſolos Sponſores, eoſque ipſos, non in pecuniariis, ſed ſolis in capitalibus actionibus, licet idem Uſus *vadimonia* ad pecuniarias & civiles potiſſimum retulerit. *Vaſa* deduxerim à Gr. πάω, unde *&* *paſco*. Nam etſi alterius quoque generis vaſa eſſent, quod ait Voſſius, tamen prima haud dubie & potiſſima apud antiquos fuere eduliorum vaſa. Jam à potiori denominationes fieri ſolitas, etiam vulgo notum. *Vaſum* autem pro *vas* dixiſſe Veteres, vel ex Plauto conſtare poteſt. Trucul. I. 1. 33. *Aut aliquod vaſum argenteum; aut vaſum aëneum aliquod.* Similiter Livius XLV. 33. *Vaſorum ex auro & argento, & ære, & ebore factorum.* Vide & Voſſium de Analog. II. 20.

Digitized by Google

ctus eſt alter, notat, *vas* poſitum pro *vades*. Ac neſcio (16) an alibi reperiatur *vas* in recto pro Sponſore.

Flamen maſculinè Sacerdotem ſignificat, & neutraliter Flatum ventorum: ſed pro flatu an in recto reperiatur, dubito; in plurali tritum eſt *flamina*; & aliquando in ſexto caſu ſingulari *flamine*. Citatur in recto ſingulari ex Arato Ciceronis, *Inferior paulo eſt Aries, & flamen ad Auſtri Inclinatior*, ſed legendum eſt, *flamina ad Auſtri*. (17) Quid ſi potius *hic Flammen*, pro Sacerdote, ſcribendum ſit, duplici *m*; nam, ut Dionyſius Halicarn. ait, dicitur à *flammeo*, id eſt, linteo rubro, non à *filamine*, ut ajunt Grammatici.

Pecus, *udis*, & *pecus*, *oris*, ſic diſtinguunt Grammatici, *Una ſola pecus inficit omne pecus*: ipſi magis ad pecudes ablegandi. Soſipater Chariſius lib. I. *Alia autem, quamvis plurali numero per omnes caſus declinentur, nominativum tamen ſingularem vocativumque non habent; ut, dapes, preces, proceres, pecudes, fruges, fauces, vices*, &c. Itaque aut caret Recto, quod ait Chariſius, aut Rectum erit, *hæc pecudes, is.* » [Cæſar tamen in » auguralibus dixit, *ſi ſincera pecus erat.*]

Appello as, & *appello is*, apud antiquos (18) non differebant:

(16) *An alibi reperiatur Vas.*] Reperitur in loco Varronis in proximis allato. Sed & Auſonius Edyl. 12. in Monoſyllabis per interrogationem, *Quis ſubit in pœnam capitali judicio? VAS.*

(17) *Quid ſi potius hic Flammen.*] Vera eſt omnino etymologia Dionyſii Halic. Nam dicti *Flamines*, non à *filo lanæ*, ut ineptiunt ipſi Veteres, ſed à *flammeo*, h. e. velamento, quod geſtabant in capite, flammei coloris, ut exprimerent colorem fulguris. Nam præcipuus *Flamen*, & abſolute ita dictus, erat Dialis, h. e. Jovis, cujus quaſi proprium eſt fulgur. Hinc Feſtus, *Flameo veſtimento Flaminica utebatur, id eſt, Dialis uxor, & ſacerdos Jovis, cui telum fulminis eodem erat colore.* Nec tamen propterea opus, ut ſcribamus *Flammen*; quoniam antiquiſſimi non geminarunt literas, & proinde ſcripſerunt etiam *Flama*. Hinc ergo *Flamen*, quod ita retentum dein, licet pro *Flama* dixerint tunc *Flamma*.

(18) *Non differebant*] Dubitem ſane. Nec abſurde meâ ſententiâ

rebant; (19) nam *appellare* erat idem quod *applicare*, ut, *appellare ad molem naviculam.* Poſteà factum eſt, ut pro *imponere nomen* ſit paululum immutatum, ut, *appellatus Aphricanus*, ex Nonio. Et *appellare Senatum*, *appellare Conſules*, quaſi appellare ad majorem poteſtatem videri dictum poteſt: nam dicitur etiam, *appellare Tribunos*, & *appellare ad Tribunos.*

Poſis, ut aliquid quoque de Græcis attingamus, varia videtur ſignificare: nam pro *potione* ſive *hauſtu* ſæpiſſimè accipitur, & non rarò pro *marito.* (20) Sed à Potione

tiâ Becmannus Simplex illud, unde *Appellare*, *Compellare*, *Interpellare*, deduxit ab Hebr. פלל *Palal, oravit.* Nec tamen repugnem, ſi quis a Græco potius πελάω, *appropinquo*, *accedo*, & active, *admoveo*, *applico*, derivet. Certe inde, vel a πέλω, quod non modo *ſum*, ſed & *moveo me*, notat, videtur *Pellere* ortum. De his utcunque ſit, hoc certum eſt, *appellare ad majorem poteſtatem*, *ad Tribunos*, alienum prorſus eſſe ab uſu Veteris linguæ Latinæ: quo dicitur quidem *provocare ad populum*, ſed *Appellare populum*, & maxime *Tribunos*, ſine præpoſitione, h. e. implorare fidem populi, vel Tribunorum. Immo neque in aliis hujus Verbi ſignificationibus præpoſitionem reperies unquam, ut arbitror, additam. Excipio tamen JCtos. Nam in Pandectis jam ſæpe occurrit *appellare ad aliquem* pro provocare; ſed & iſtic etiam *Provocare majorem judicem* dicitur, pro ad judicem, quæ pariter ab Uſu linguæ Latinæ, Tulliano ævo, ſunt aliena prorſus.

(19) *Nam appellare erat &c.*] At hoc ſine dubio eſt falſum; licet ex Nonio Marcello ſit hauſtum. Ille enim cap. 4. *Appellare eſt Applicare. Afranius Excepto, Abi tu, appellant huc ad molem noſtram naviculam. Lucillius, id dant operam, ut quamprimum appellant.* Sed vel pro *Appellare* legendum iſtic *Appellere*, ut edidit Had. Junius; vel erravit ipſe Nonius, ut cenſuit Mercerus, quia MSti habent *Appellare.* Certe exempla, quæ ſubjecit Nonius, manifeſte ſunt Verbi Appellere. Quod quum tam liquidum ſit, vix poſſum mihi perſuadere, erraſſe in eo Nonium, & ideo, etiam contra MStos, Junii emendationem ſequi malim.

(20) *Sed a potione ad maritum &c.*] Id vero videtur mihi longè nimis petitum, licet ex Phavorino ſumptum ſit, ut opinor, a Sanctio. Crediderim πόσις, quando *Maritum*, vel potius ſimpliciter *Virum*, notat, fuiſſe vocabulum, quo per blanditias feminæ viros appellabant; & ejuſdem eſſe originis, cujus πόσθη, quod membrum virile notat. Et niſi repugnaret quantitas prioris ſyllabæ, *Puſus*, & *Puſio*, hinc itidem derivata putarem apud Latinos, tanto magis, quoniam Heſychius etiam Græce *Pueros*, vel

tione ad Maritum ſit elegans translatio: nam quemadmodum terra, potioni ſive aquæ miſta, arborum & ſeminum redditur fœcunda generatrix, ita fœminæ miſtus vir, procreandorum liberorum eſſe cauſa intelligitur. Hanc Græcam vocem Virgilium habuiſſe ante oculos crediderim, cùm 2. Georgic. hæc ſcripſit,

Vere tument terræ, & genitalia ſemina poſcunt;
Tum pater omnipotens fœcundis imbribus Aethe
Conjugis in gremium lætæ deſcendit, & omnes
Magnus alit, magno commiſtus corpore, fœtus.

Huc refer illud Juvenalis Satyr. 10. *Quot longa viros exſorbeat uno Maura die.* Et illud Virgil. Æneid. 3. &c.

Cœlum pro mundo, & inſtrumento cælandi, dicunt accipi; ſed manifeſto errore. Nam *cœlum* pro mundo, ſeu æthere, cum œ debet ſcribi; quicquid dicat Aldus, & alii multi. A Græco enim Κοῖλον, id eſt, concavum, deducitur. Et id videntur verba Varronis licet corrupta, ſentire, quæ ſic legit & emendavit Joſeph. Scalig. *Quare à cavo cavea, & caulæ, & convallis, cavata vallis, & cavædium; ut cavum ſit ortum, unde omnia apud Heſiodum, à cabo; à cavo cœlum.* Hinc locum Plinii reſtituo lib. 2. cap. 4. *Cœlum quidem haud dubiè cavati argumento diximus, ut interpretatur M. Varro.* Legitur, *cœlati*, (21) pro quo ſuppoſui, *cavati.*

vel *homines pueriles*, inde dictos πόσθωνας ait. Ceterum πόσις, & πόσθη, formaverim à πόσθος, quod itidem erat virile membrum.

(21) *Pro quo ſuppoſui Cavati.*] Immo nihil mutandum in Plinio. Nam is omnino in ea fuit ſententia, *cælum* dici quaſi *cælatum* à *cælando.* Patet id ex eo, quod addit, cælum eſſe *deſcriptum in XII. animalium effigies.* Interim parum ille accuratus in eo eſt, quod Varronem ipſum ſic ait *interpretari cælum*, cum is id dicat ex ſententia Aelii, eamque poſthabeat alteri, quæ *cælum* à *cavo* vel *chao* deducit. Hujuſmodi porro ἁμαρτήματα μνημονικὰ etiam ipſis Veteribus accidiſſe, quamplurimis exemplis declaravi in *Animadverſionibus* meis *Hiſtoricis*, inprimis Capite IX. Ceterum recte Varro, niſi quod tamen proxime *Cœlum* forſan ſit a Gr. Κοῖλον, Hoc verò à Χάος vel Κόος: Unde & Feſtus monet cœlum à Poetis etiam dici *Cohum*, idque venire à *Chaos.* Sed tamen, utrum *Cœlum*,

Digitized by Google

vati. Sed nemo eſt jam mediocriter eruditus, qui pro mundo non ſcribat *cœlum* cum œ, pro inſtrumento *cælum* cum æ. Vide infra Antiphraſ. 9. & ibi Notas.

Mundus varia videtur ſignificare: nam pro cœlo ipſo accipitur, ut ſæpè apud Ciceronem, & Plinium: & adjectivè ſumitur, ut *mundus victus*, *munda veſtis*: & pro ornatu muliebri, ut, *mundus Virginalis.* At verò mihi ſubtilius rimanti, ſemper adjectivum nomen eſt: (22) nam ſi etymon ſcruteris, à *movendo* dicitur, teſtibus Feſto,

Cœlum, an *Cælum*, quod voluit Aldus, ſcripſerunt Veteres, vide infra ad Cap. 16. n. 16. Locus porro Varronis lib. IV. de L. L. p. 9. ſic videtur legendus, *Quare ut a Cavo Cavea, & Caula, & Covallis, Cavata vallis, & Cavere, & Cautiones: ita Cavum ſit* &c. *Cælum* autem pro inſtrumento, & *Cælare*, ſine dubio eſt à *Cædere*, ut voluit etiam Voſſius in Etymol. ſicuti ab *Ancidere* & *incidere* ſunt *Ancilia* & *Incilia.*

(22) *Nam ſi etymon ſcruteris &c.*] Certe ſi ex Lingua Latina hujus vocabuli, quæcunque tandem genuina ſeu primitiva ejus ſignificatio, etymon eſt petendum, nihil mihi probabilius occurrit, quam à *Movendo* dici *Moundus*, & dein *Mundus*, ſicuti *Nundinæ* dicuntur pro *Novendinæ*, certe a *Novem*: Sed & ſic à *juvando jucundus*, ut a *feo* vel *fio*, *fecundus*; a φάω *fari*, *facundus.* Atque ita *Mundus* primitiva ſignificatione deſignaret univerſi hujus compagem, quæ in continuo eſt motu. Hinc vero deinceps, quia, quicquid eſt in rerum natura, in mundo eſt, orta foret locutio, ut aliquid *in mundo nobis eſſe* dicatur, quod nobis imminet, quod noſtra cauſâ jam quaſi natum eſt, vel etiam ſimpliciter, quod habemus in noſtra poteſtate, nobis paratum promtumque. Plaut. Epid. V. 1. 12. *Cui libertas in mundo ſita eſt*, h. e. jam quaſi nata eſt, & ideo brevi eventura. Pœn. III. 5. 38. *VÆ veſtræ ætati.* reſpond. *Id quidem in mundo eſt tuæ.* Et ſic Aſin. II. 2. 50. *Mirabar, quod dudum ſcapulæ geſtibant mihi, Hariolari quæ occeperunt, ſibi eſſe in mundo malum*, h. e. ſibi jam imminere malum, ut virgis vel flagellis cædantur. Sed & ſimpliciter pro paratum eſſe & ad manus, ponitur apud Plaut. Caſ. III. 3. 5. *Stultitia eſt, hominem amatorem, cui, quod amet, in mundo ſiet, ad forum procedere in eum diem.* Et Sticho III. 2. 23. invitans alterum ad cœnam ait, *cenſeo Eas, neſcio quid vero habeo in mundo*, h. e. habeo neſcio quid delicati cibi paratum. Hoc modo exponi poteſt locus quoque Plauti ex Aſinaria, quem adfert mox Auctor. Jam porro *Mundus muliebris* pro inſtrumento proprio mulieribus, quod illis quodammodo propriè ad cultum

Digitized by Google

Feſto, & D. Iſidoro. Feſti Pompeii verba hæc ſunt, *Mundus*

tum corporis aptum natum conceditur, & quod proinde habent in ſua poteſtate & ditione, dici eadem ratione potuit. Denique ſic exculta mulier vocari ἀναλογικῶς poſſit *Munda*, & inde etiam homo purus, excultus, *Mundus*. Sed tamen Veteres plerique ſentiunt, Univerſum hoc ab Latinis dici *Mundum* ob naturalem ejus Decorem, ad exemplum Græcorum, qui & inde Κόσμον eum appellarunt: naturalis autem Decor proprie deſignatur vocabulo Adjectivo *Mundus*, unde etiam in *mundo muliebri* ponuntur à JCtis, non aurum, argentum, & ejuſmodi exteriora corporis ornamenta, ſed quæ proprie pertinent ad corpus nativo & puro decore ac nitore excolendum; veluti unguenta, lotiones, & argentum, ſed quod in inſtrumentis ad has res pertinentibus conſiſtit. Sic *ſpeculum argenteum mulier* dicitur *mundi cauſa habere* L. 19. §. 8. Dig. de auro, arg. &c. ubi *mundus* videtur ipſum notare Decorem, qui vultui additur adjumento ſpeculi. Vide & omnino Ulpianum l. 15. §. 10. & Paulum l. 32. §. 7. eod. tit. Quibus Ego potius crediderim, quam Tertulliano, qui in lib. de habitu Mul. cap. 4. contrarium in modum diſtinguit *muliebrem Mundum* & *Ornamenta*. Nam & in aliis rebus *Munditiei* notat ſplendorem & nitorem, qui non tam appoſito ornatu, quam opera & purgatione conciliatur. Sic de domo, non ſuppellectili inſtruenda, ſed ſcopis verrenda, Plautus Sticho, II. 2. 23. *Munditias volo fieri, efferte huc ſcopas, ſimulque arundinem, ut operam omnem aranearum perdam.* Hinc *immunditia* pro ſqualore, ſordibus, Pl. Sticho V. 5. 6. & Ciſtell. I. 1. 116. *Immundas fortunas æquum eſt ſqualorem ſequi*; Reſpondetur hoc ab ea, quæ rogabatur, *ſiccine immunda ibis*, h.e. ſordida? Quapropter aliunde potius & ego hujus vocabuli ſi non originem, certe ſignificationem primam repeterem. Nempe ut *Mundus* Adjectivum proprie ſignificet nativum cujuſque rei decorem, nitorem, ſplendorem, ac derivetur à *Movendo*, quia ille nitor ſervatur vel redditur cuique rei lotione, abſterſione, aut alio quovis majore motu, quum ſqualor & illuvies contrahatur ex ſitu & quiete. Videtur ergo primitus fuiſſe Adjectivum, quod & etymo & terminatione Adjectivis propria firmari putem. Quod ſi tamen aliam velis originem, haud abſurdum ſane mihi viſum, quod inter alia refert Martinius, *Mundus* dici quaſi *aqua adſperſus*, & ſic nitidus, a Chald. נדא, unde paſſivum in Hophal formari debeat *Mudde* pro *Munde*. Jam iſtius phraſeos, qua *aliquid in mundo alicui eſſe* dicitur, hic item ea eſſe poſſit ratio & analogia, quam ſuperius attuli, petenda ſcilicet à *mundo*, quum pro hoc univerſo, quod omnia nata comprehendit, ponitur; vel etiam à *mundo muliebri*, quo proprie notatur omne inſtrumentum, ad purificandum & excolendū muliebre corpus pertinens, quod mulieres

Mundus etiam dicitur ornatus muliebris, quia non alius eſt, quàm quod moveri poteſt. Iſidorus ſic, *Mundus à movendo, vel à motu, quod in ſempiterno motu ſit: eſt enim propriè Cœlum ipſum, cujus elementis nulla eſt conceſſa requies.* Hæc ille. Hunc, quia Græci ab ornatu dixere *κόσμον*, Latini per translationem ad Munditiam ſignificandam deflexere: ſemper tamen adjectivè, ut, *munda domus.* Quum ergo dicis, *Mundus muliebris*, ſubintellige *ornatus*, vel *cultus*. Lucretius lib. 4.

Nam facit ipſa ſuis interdum fœmina factis,
Morigeriſque modis, & mundo corpori' cultu.

Livius lib. 8. ab urb. *Mundior juſto cultus.* Cic. 2. Natur. Deor. *Admirabilis cœli ornatus.* Virgil. *Omnis ornatus virginis*, id eſt, mundus: nam & pro muliebri ornatu *mundus* aptè dicetur *à movendo*: nam, ut inquit Feſtus, non alius eſt, quàm quod moveri poteſt. Et igitur arcula muliebris mobilis, ubi aurum & munditiæ reconduntur. Janus Gulielmus libro 3. cap. 13. Veriſim. ſic ait. *In Apuleii lib. 6. priore ſic legitur.* Erant & falces, & opere meſſorio, modus omnis, ſed cuncta paſſim jacentia, & incuria confuſa: *lego*, & operæ meſſoriæ mundus omnis: Mundus *enim, non muliebris tantum ornatus, ſed cujuſvis rei prompta & parata copia eſt: unde vulgatum loquendi genus*, In mundo eſſe, *de*

lieres quaſi proprie poſſident, utpote maxime inſerviens nativæ corporis formæ excolendæ: unde idcirco & aliis hominibus *in mundo eſſe* dicatur, quod eſt in ipſorum inſtrumento proprio, ſeu quæ eſt res ipſis mox eventura, & ſic futura propria. Prior tamen Ratio mihi potior videtur. *Mundum ruſticum* pro inſtrumentis rei ruſticæ, quem mox ex Gulielmio adfert Auctor, & illa ex Plauto, non agnoſcunt optimæ & hodiernæ Plauti edd. Legitur enim in Mercat. I. 1. 63. *Multo opere immundo ruſtico ſe exercitum.* Longe id quidem rectius, quam ut citat Gulielmius. Sed & in Genere Neutro dicebatur olim *mundum*. Lucillius apud Gellium IV. 1. *Legavit quidam uxori mundum omne penumque.*

de eo, quod in promptu, & domi ad manum eſt, nec quærendum foris. *Ita Plautus*, Mundum ruſticum, *dixit, pro hiſdem rei ruſticæ inſtrumentis, Mercatore*, Multopere in mundo ruſtico ſe exercitum. Hæc ille. Locus autem Plauti eſt in Aſin. act. 2. ſc. 1. ſic, *Certè herclè ego quantum ex augurio auſpicii intelligo, Aut mihi in mundo ſunt virgæ, aut atrienſi Saureæ.* Idem Caſin. ſcen. Stultitia; *Cui, quod amet, in mundo ſiet*, id eſt, paratum, & ad manum. Et quamvis uſus obtinuit, ut, *Mundus, a, um*, & *mundior* & *mundulus*, pro terſo, puro, polito accipiatur: unde *mundities*, vel *munditia*: non tamen aptè ducas inde verbum *Mundo, as, mundare*, nec *mundatus, a, um.* Nam locus Plinii lib. 15. cap. 6. corrigendus, & legendus ſic eſt; *Ob id crebrius vaſa mutanda*, (23) non *mundanda*, Ex Catone, & ex antiquis codicibus. » [Columella tamen *Emundandi* ver- » bo utitur libro 3. cap. 15. Et Juvenal. Satyra 14. *Se-* » *modio ſcobis hæc emundat ſervulus uno.*]

Res multa videtur ſignificare: unde Auſonius in monoſyllabis quærit, *Imperium, litem, venerem, cur una notet Res?* Reſpondeo, *Res, negotium*, & apud Græcos, χρῆμα, πρᾶγμα, eſſe nomina, quæ vocant Dialectici *tranſcendentia*, quibus omnia ſubjiciantur; ſed tamen ſignificari variatio ex adjunctis dependet. Pro imperio ſumpſit Virgilius in illo: *Poſtquam res Aſiæ*, &c. Pro lite, Horat. l. 1. Sat. *Dubius ſum quid faciam, tene relinquam, an rem.* Pro Venere paſſim apud Comicos; ut Terent. *Poſtquam ſenſit me tecum rem habere.*

(23) *Non Mundanda.*] Sic tamen editur ſine ulla lectionis varietate. Immo videtur id non modo non reſpuere, ſed & velle ſenſus loci. *Emundare*, ſi non ipſum *Mundare*, adhibuit quoque Ulpianus l. 25. §. 10. Dig. *de auro, argento: Mulieres*, inquit, *quæ ſe emundaverint lotæ in balneo.* Poſſet videri non abſurde, ut arbitror, illud E ortum ex repetitione ultimæ literæ in proximo ſuperiore vocabulo. *Commundare* dixit Obſequens cap. 115. & Ulpianus dicta l. & §.

Digitized by Google

habere. Sumitur & pro multis aliis rebus, ſed eadem eſt ſignificatio.

Sed jam aliqua de *particulis*, quas *indeclinabiles* vocant, addamus; nec de omnibus, ſed quæ præcipuæ videantur.

(24) *Cum*, præpoſitio, & adverbium temporis, dicitur; ſed magno cum errore. Nam cum tempus ſignificatur, non *cum*, ſed *quum*, aut *qum*, debet ſcribi: antiquitus ſemper *Quom*. Hæc Victorinus de orthographia.

Ut dicunt accipi pro *Quamvis*, ſed id imperite docetur: nam *Ut* ſemper & ubique ſimilitudinis eſt particula, ut oſtendemus. Quum videtur accipi pro *quamvis*, deeſt *eſto*, *fac*, *da*. Ovid. *Protinus ut redeas, facta videbor anus*: id eſt, (25) fac ut, eſto ut protinus venias. Cicero 2. Finib. *Eſto fecerit, ſi ita vis*, id eſt, eſto ut fecerit, Horat. Satyr. 6. lib. 1. *Namque eſto, populus Lævino mallet honorem, Quàm Decio mandare*. Quinctil. lib. 12. cap. 1. *Da nunc ut crimine manifeſto prematur dux bonus*.

» [*Ut* accipi dicunt pro *Poſtquam*. Sed falli eos,
» neque

(24) *Cum præpoſitio &c.*] *Cum* Præpoſitio videtur eſſe à Græco σὺν, & utrumque ab Hebr. עם. Nam ע Hebræorum ſolet mutari in graviorem aſpirationem, vel in X, Γ, aut denique K. Illa autem aſpiratio ſæpe porro tranſit in ſibilantem literam. Sic à עלה *aſcendit*, deduxerim ἅλλομαι, & *Salio*: a עורב *Corvus*, a עור *Corium*. Similiter itaque a עם Græci σὺν, Latini dixerint *Cum* vel *Con*. At τοῦ *Quum* Adverbii, ut &, quod ei reſpondet, *Tum*, eadem prorſus eſt origo, quæ τῶν *Quam* & *Tam*. Etenim Accuſativi ſunt ex Græco formati, ſicuti illi ab ἣν & τὴν, ſic hi ab ὃν & τὸν. Unde & olim dixere *Quom* & *Tom*, atque etiamnum dicimus *Quoniam*, pro *Quon* ſeu *Quom jam*. Et *Quondam* h. e. ad (κατὰ) aliquod tempus, ſive præteritum, ſive futurum, pro *Quomdam*, a *Quidam*. Dicitur ergo *Quum* per Græcæ præpoſitionis Ellipſin, etiam Latinis frequentem, pro καθ' ὃν, *Tum* pro κατὰ τὸν, ſcil. χρόνον. Vide ſupra III. 14. pag. 484. 485.

(25) *Fac ut, eſto ut.*] Vel plenius, Fac ita, ut, Eſto ita, ut redeas protinus.

Digitized by Google

» neque *Ut* aliud quam ſimilitudinem ſignificare, (26) » vel hic Lucretii locus lib. 3. planum facit, *Tu qui-* » *dem ut es leto ſopitus, ſic eris, ævi Quod ſupereſt, cunctis* » *privatu' doloribus ægris.* Et hic Livii 21. *Saguntini ut* » *à præliis quietem habuerunt per aliquos dies, ita non no-* » *cte, non die umquam ceſſaverunt ab opere.*]

(27) *Ut* dicunt accipi pro *Utinam,* Terentius Adelph. *Ut Syre te magnus perdat Jupiter,* Catullus in Coma, *Jupiter, ut Chalybum omne genus pereat.* Horatius 2. Sermon. *Jupiter, ut pereat poſitum rubigine ferrum.* Sed in his & aliis quis non videt deeſſe, *oro*, *precor*, *quæſo?* Ut in illo Livii libro 1. *Jupiter pater, ſi eſt fas hunc Numam Pompilium regnare, ut tua ſigna nobis certa ac clara ſint.* Terent. Andr. *Deos quæſo, ut ſit ſuperſtes.* Cicero 2. Catil. *Deos immortales precari, venerari, atque implorare debemus, ut urbem defendant.*

Ut dicunt negare poſt verba *timoris*; quod monſtrum ita vulgare eſt, ut doctis etiam impoſuerit. Nam Lambinus, in illo Horat. lib. 1. Satyr. 3. *Nam ut ferula cædas meritum majora ſubire verbera, non vereor,* fruſtra ſudat, & nihil explicat: (28) nec intelligit, *Ut* ſigni-

(26) *Vel hic Lucretii &c.*] Adde Pomp. Melam. I. 4. *Ut inde procedit, ita pergit ad Oceanum.* cap. 18. *Et ut lux appropinquat, ita ignes coire videntur.* Sall. Jug. 18. *Poſt uti quiſque opulentiſſimus videatur, ita Romanis hoſtem fore.* Vide & Sciopp. in Auct. Mariangeli Epiſt. VI. pag. 49. 50.

(27) *Ut dicunt accipi pro Utinam.*] Vide & ſupra I. 13. pag. 89. & 93. 94. & III. 13. p. 477. & hoc lib. cap. 5. pag. 745. 746. Eadem autem eſt ratio Syntaxeos & Ellipſeos, ſive *Utinam*, ſive *Ut* dicas eo ſenſu.

(28) *Nec intelligit, Ut &c.*] Verum id quidem, τὸ *Ut* ſignificare etiam *quemadmodum*, vel *quomodo.* Sed tamen duriſſima foret iſtius locutionis, *Vereor ut reddantur literæ*, interpretatio in iſtum ſenſum, ſeu duriſſima talis Ellipſeos ratio ac ſupplementum. Verum etiam, aliquando Verba *Metuendi* &c. poni ante *quemadmodum* aut *quomodo*, ſed tunc ſignificant, in ſollicita exſpectatione ſum de modo reperiendo, ad quem modum explicari hæc poſſint. Sic enim loca Ciceronis, quæ Sanctius adfert, exponenda ſunt & explenda. Et ita paſſim ante alia quoque Relativa reperimus hæc Verba: Plau-
tus

Digitized by Google

ſignificare *quemadmodum*, vel *quomodo*, ut ſi dicas, *Literas ad te miſi, vereor ut reddantur.* Et poſt verba *timoris* ſolere apponi has particulas, *quemadmodum*, vel *quomodo*, in ſignificatione *Ut*, tritum eſt & pervulgatum. Cic. lib. 11. epiſt. 10. *Timeo, quemadmodum hæc explicari poſſint*: idem pro Milone, *Eſſet vero timendum, quonam modo id ferret civitas?* & libro 4. ad Heren. *Tametſi vereor, quomodo accepturi ſitis.* Et cum aliis verbis: Idem pro Roſc. *Poſtulatio brevis, & quomodo mihi perſuadeo, aliquanto æquior*: idem pro Quint. *Quem, quomodo nunc intendit, ne vivum quidem tunc putabant*: idem Attic. *Nam, quomodo nunc eſt, pedem ubi ponat, in ſuo non habet*, id eſt, ut nunc eſt. Qui docent, *Ut* negare poſt verba *timoris*, quid dicent, (29) ſi poſt *Ut* ſequatur negatio? Cic. pro Marcel. *Vereor,*

tus Trucul. IV. 3. 35. *Metuo, patres quot fuerint*, h. e. ſollicite exſpecto, quot numero Patres iſtius infantis fuiſſe dicantur. Et diſertius v. 46. *Timeo, quam mox nominer*, h. e. cum timore & ſolicitudine exſpecto. Mil. Glor. II. 4. 44. *Timeo, quid rerum hic geſſerim*, h. e. timeo exſpectans, quod mali ſit eventurum ex rebus, quas hic geſſi, ſeu timeo exſpectans rerum, quas hic geſſi, peſſimum forſan eventum. Caſin. III. 5. 15. *Timeo, hoc negotium quid eſt.* Salluſt. Hiſtor. I. in orat. Lepidi, *Neque jam quid exiſtimetis de illo, ſed quantum audeatis, vereor.* Nepos Dion. cap. 8. *Hæc ille intuens, cum, quorſum evaderent, timeret.* Terent. Andr. II. 1. 100. *Quam timeo, quorſum evadas.* Et I. 2. 5. *Heri ſenitas Verebar quorſum evaderet.* Tanta reperitur copia harum conſtructionum, non tantum cum *quomodo* aut *quemadmodum*, ſed cum omnibus Relativis! Verum alia tum eſt Verborum *Metuo* &c. ſignificatio, quam quando ſequitur *Ut* vel *Ne.* Iſtic enim notant, *cum ſollicitudine exſpecto, quid futurum ſit*; at hic, *cum ſollicitudine deſidero, Ut* vel *Ne quid fiat.*

(29) *Si poſt Ut ſequatur &c.*] Cum Auctor hic pugnet pro Analogia Significationum, idque agat, ut tollat ex L. Latina naturalem Verborum & Phraſeon ambiguitatem, ac ſignificationum confuſionem; non video, qui affirmare poſſit eandem per omnia phraſin, *Vereor ut*, ſine ulla differentiæ nota, modo prorſus affirmare, modo prorſus negare. Nec etiam video, quomodo regula, quam mox pag. 817. 818. explicandæ huic phraſi ipſe adfert, his locis ita expoſitis conveniat. Nam ſi *cum timemus fugienda, dicimus, Timeo*

 ne,

Digitized by Google

Vereor, ut quod dicam, non perinde intelligi auditu poſſit,

ne, *ſi vero*, *cum cupita & optata*, *dicimus*, *Timeo ut*, cupitum proinde & optatum fuiſſe debuiſſet Ciceroni, pro Marcello dicenti, *non perinde intelligi*, *atque ipſe ſentiat:* & ad Atticum ſcribenti, *Pompejum non habere firmum exercitum.* Et ſimiliter in reliquis tum ipſius, tum aliorum locis. At vero plane contrarium volunt tum Cicero, tum reliqui. Quapropter vix dubito, corrupta eſſe iſthæc loca, quæ videntur Auctoris noſtri ſententiam à communi & conſtanti ceteroquin uſu ſecedentem juvare, facili librariis lapſu inter *Ut* & *Ne.* Certe in Orat. pro Marcello cap. 4. aliter legit jam olim Aſconius in Divinat. ubi hæc verba adfert, omiſſo *non*, ut jam dudum monitum fuit à Manutio ad Cicer. h. l. & Famil. II. 1. quem omnino iſtic vide. Nam & locum Tuſcul. II. 20. itidem ille ſine negativa *Non* ibidem citat, prout etiam Cl. Gronovius in antiquis reperit edd. ante Gebhardum, & in Codd. ſuis Cl. Daviſius. Porro ad Attic. VII. 12. in optimis edd. ſine ulla varietate lectionis comparet *Vereor ne.* Locus Ciceronis de Legibus alienus omnino ab hac re eſt, ſiquidem iſtic *Ut* nihil pertinet ad *Vereor*, ſed pendet à *Committere.* In Quinctiliano item non dubitem *Non* eſſe ſuperfluum, & à mala manu, niſi quis pro eo legere malit *nos*, ſcil. *utentes eo.* In Cæſare equidem cum Manutio vel legerim, *ne hoſtium impetum*, quod confirmat Ciacconii codex, eo ſimul teſtante, &, licet temere, refragante; vel deleverim *Non*, ut faciendum cenſet Lambinus ad Horat. Sat. I. 3. auctoritate, ut ait, MStorum. In Plauto omnes, quas vidi, Edd. exhibent; *Metuo, ut hodie poſſiem emolirier.* Quamvis vero ad omnia hæc loca reponi iſta poſſint, & recte reponantur, ſequitur tamen Sanctium Scioppius in Auctario Mariangeli Ep. VI. allatis iiſdem locis, etiam illo Horat. Sat. I. 3. *Nam ut ferula cædas meritum majora ſubire Verbera*, *non vereor.* Locus hic unus omnium eſt difficillimus; verba tamen hoc ſenſu videntur accipienda, quaſi Horatius, poſtquam monuerat Stoicum, ne graviores pœnas infligeret illi, qui eſſet meritus leviores, ſubjungeret jam; quod vero ad illud attinet, ut tu, Stoice, minore & leviore pœna punias eum, qui majore erat dignus, id negotium, vel in eo negotio, nihil ego vereor, cum de tua ſententia, ſeu te id non facturum, mihi ſatis conſtet. Id videtur voluiſſe etiam Lambinus, quem ad hunc locum velim videas. Ceterum ita iſtic τὸ *Ut* non erit conſtruendum proxime cum *Vereor*, ſed pendebit ab Ellipſi, quaſi diceretur, *Nam negotium ita fore*, *ut ferula &c. id ego non vereor.* Nec tamen opus eſt eo decurrere. Nam *Vereor*, *ut ferula cædas*, notat, in metu & ſollicitudine ſum, quia volo aut cupio, ut eum ferula cædere ſatis habeas, licet majora ſubire verbera

poſſit, atque ego ipſe cogitans ſentio. Quem locum quia conatur

verbera foret meritus: at nunc, quia tam bene te novi, nullo propterea ſum in metu, nulla cum ſollicitudine id cupio, quia ſatis certus ſum te id, quod mallem, non facturum: Vel etiam, in metu & ſollicitudine ſum, quia volo & cupio, ut eum, qui meritus eſt majora, ſaltem ferula cædas. Id vero ſe *Non vereri*, ait quia ſatis ſuperque novit illum certiſſime & ſua ſponte puniturum talem ſive ferula, ſive etiam graviore ſupplicio. Poſterius hoc videtur verius: Addit vero Scioppius etiam in aliis Verbis ſimile quid uſuvenire: nam eodem ſenſu dici, *Cave ut credas*, & *Cave ne credas; Vetas ut fleam*, & *Vetas ne fleam.* Ego vero poſterioris Verbi iſtum uſum, certe affirmantem iſtam locutionem, nuſquam reperi. Prioris diverſa omnino ſunt, *Caveo ut*, & *Caveo ne.* Scilicet ſicuti *Vereor ut*, vel *ne*, *aliquid fiat*, ſignificat, in metu ſum propterea, ut &c. ſeu in metu ſum, quia volo & cupio, ut, vel ne, id fiat; ſic *Caveo ut*, vel *ne*, *id fiat*, notat in cura & ſollicitudine hæreo, propterea, ut, vel ne; id fiat. Cic. de Offic. III. 39. *Tertium eſt, ut caveamus, ut ea, quæ pertinent ad liberalem ſpeciem & dignitatem, moderanda ſint*, h. e. ut curam adhibeamus, quo id fiat. In Piſon. cap. 12. *Caverat enim ille ſibi ſororius adulter, ut ſi tibi provinciam dediſſet, omnium ſuorum ſcelerum adjutorem te præberes*: h. e. diligenter & ſollicite ſibi providerat & pactus fuerat, ut &c. Liv. XXIV. 2. *Optimum viſum eſt, ad Hannibalem mitti legatos, caverique ab eo, ut Croto receptus Bruttiorum eſſet*, h. e. caveri & data fide provideri Bruttiis ab eo, ut Croto, ſi caperetur, eſſet Bruttiorum. Plautus Bacchid. I. 1. 8. *Orat, ut aliquem reperiam, qui caveat ſibi ab iſto milite, ut ſe revehat domum. Id huic caveas, amabo te.* PI. *Quid iſti caveam?* BA. *Ut revehatur domum.* Et ita paſſim in Teſtamentis & Decretis *Cautum* dicitur, *ut*, vel *ne*, hoc aut aliud fiat, h. e. ſollicite curatum & præceptum. *Cavere ne*, in vulgari uſu tam frequens eſt, ut etiam illud *ne* per Ellipſin aliquando omittatur. Salluſt. Catil. 58. *Cavete, inulti animam amittatis.* Ceterum iſta vis vocularum UT & NE, rem deſideratam aut non deſideratam ſignificantium, occurrit etiam poſt Nomina Subſtantiva ſignificationis ejuſdem, vel propinquæ verbis *Metuendi*. Sic poſt *Metus*, Ovid. Metam. VII. 716. *Eſſe metus cœpit, ne jura jugalia Conjux Non bene ſervaſſet.* Poſt *Pavor*, Liv. XXIV. 42. *Pavor ceperat milites, ne mortiferum eſſet vulnus* Scipionis. Poſt *Pudor*, Sueton. Aug. 94. extr. *Reticere ipſe genituram ſuam, nec velle edere perſeverabat, metu ac pudore, ne minor inveniretur.* Et paſſim poſt *Periculum*, Plaut. Aſin. II. 3. 8. *Haud periculum eſt, cardines ne foribus effringantur, ſi iſtoc exemplo tu omnibus reſpondebis.* Quorum idem eſt ſenſus, ac ſi diceretur, *haud metuendum*

Digitized by Google

conatur pervertere Lambinus, » [ipſe tamen Aſconius » in

mendum eſt. Nam *ne* eodem hic ponitur modo, quo poſt verba *metuendi.* Res enim erat mini me deſiderata, *foribus cardines effringi.* Pſeudol. I. 3. 55. *Non periculum eſt, ne quid recte monſtres.* Quæ peſſime leguntur etiam in optimis edd. per interrogationem. Senſus enim eſt abſolutus, & hic quidem: non opus eſt, ut quis metuat, ne tu, Leno, bene quid ſuadeas, quum bene ſuadere nec ſoleas nec poſſis. Sic Cicero Famil. XV. 1. *Ut ſummum periculum ſit, ne amittendæ ſint omnes hæ provinciæ.* pro Sulla. cap. 13. *Si periculum eſſe putaſſet, ne ulli unquam indicarent.* Nepos Alcib. 8. *Periculum eſt, ne immodeſtiâ militum noſtrorum occaſio detur Lyſandro noſtri opprimendi exercitus.* Sic etiam poſt *Diffiſus*, Tacitus Hiſtor. II. 23. *Diffiſus paucitati cohortium, ne obſidium longius parum tolerarent*, h. e. metuens, ne tam paucæ cohortes parum tolerarent longius obſidium. Et poſt *Dubium habere*, Salluſtius lib. 2. Hiſt. in oratione Macri Licinii, *An dubium habetis, ne officere quid vobis uno animo pergentibus poſſit?* pro *An metuitis?* Notabile etiam eſt, quod apud Cicer. Famil. II. 19. duplex *Ne* occurrit poſt *Vereor*, hoc modo: *Verebar, ne id ita caderet, (quod etiam nunc vereor) ne, antequam tu in provinciam veniſſes, ego de provincia decederem.* Ubi poſterius *ne* eodem ſenſu ponitur, quo prius, ac ſi proxime a verbo *Verebar* penderet, ac illud totum, *ne id ita caderet*, abeſſet. At quum illud adſit, interjectumque ſit inter *verebar* & poſterius *Ne*, atque hoc *Ne* cum ſeqq. pertinere videatur ad illa, *Ne id ita caderet*, idcirco malim pene pro *Ne* legere *Ut antequam* &c. Niſi putemus, Ciceronem dixiſſe iterum *Ne*, quia proxime ſequitur parentheſin, cujus ultimum eſt verbum *Vereor.* Probare, quæ hic diſputavimus, ſatis potuimus Cl. Urſino, cujus vide Inſtitutiones L. L. Sect. 8. cap. 19. pag. 469. at minime Cl. Daviſio, qui in Notis ad Cicer. Tuſc. II. 19. vulgatam & corruptam lectionem in Quinctiliano & Cæſare retinet, prætextu plerorumque MStorum, quaſi illi nunquam erraverint. Si ita, tum utique ipſe male rem gerit, quando ex conjectura præter MStorum fidem emendat Cæſarem, alioſque Auctores. At ſi uſquam a MStis in alia omnia diſcedere licet, tum vero in ejuſmodi locis licitum id eſſe debet, in quibus a perpetuo ceteroquin uſu Linguæ & Analogia recedunt. Nam quid certi tandem habebimus in Linguæ uſu & ratione, ſi eadem plane phraſis & conſtructio in contrarium prorſus accipiatur ſenſum, & ſine ulla certa diſtinctionis nota vel ratione modo affirmet palam, modo neget. Alia eſt ratio ſingularium vocabulorum, quæ per euphemian poſſunt analogice flecti in contrarii ſenſus ſpeciem. Facillime autem in hac phraſi corrumpi potuerunt MSti, non modo quia *Ut* & *Ne* facile in iis inter ſe permutantur,

» in Divin. ita legit, ut Lambinus conjecit] alios adjuntur, ſed & quia Latinæ Linguæ uſus ab vernaculis prorſus hic diſcrepat, qua cauſa Librarii phraſin hanc aliquoties videntur corrupiſſe, ad ſuarum Linguarum uſum eam redigentes. Sed corrupta hæc jam ex MStis melioribus reperiuntur ubique fere ab doctis Editoribus emendata, ut in ſuperioribus oſtendimus. Si unus aut alter locus ſuperſit, in cujus corruptelam conſpirent MSti, quos nunc habemus, & quos omnium Auctorum non habemus æque vetuſtos & præſtantes, illa nolle redigi in concordiam cum innumeris aliis locis, & perpetuo ceteroqui L. Latinæ uſu, id vero magis redolet moroſitatem quandam & perverſum nihil ab aliis accipiendi ſtudium, quam ſinceram animi & judicii elegantiam. Quicquid hujus ſit, certum eſt non Me tantum, ſed pleroſque hodie Eruditos, poſt cognitam controverſiæ hujus cauſam pauciſſima illa loca, quæ a communi uſu recedunt, emendanda cenſere. Vide omnino Auctorem Gallicum Methodi L. L. Sect. VI. cap. 1. p. m. 526. 527. 528. Quæ vero de me ſcribit Cl. Daviſius, haud ſatis intelligo. Notat ille ad d. l. MStos ſuos & antiquas Edd. Manutii, Victorii, Stephani, *omittere prorſus particulam. Negantem, nec immerito quidem.* At quare *non immerito?* ſi eadem ſit ſignificatio, ſive dicatur *Vereor ut*, ſive *Vereor ut non.* Nam ſubjicit: *Haud tamen alteram loquendi rationem* (Vereor ut non) *Latinam eſſe negaverim, id quod fecit V. C. Jac. Perizonius.* At ubi hoc feci? Nuſquam certe ſcripſi, illam locutionem non eſſe Latinam, cujus ipſius tamen nulla afferuntur exempla, ne a V. C. quidem, niſi ex ſolis controverſis Quinctiliani & Cæſaris locis. Sed id voluit forſan, certe debuit voluiſſe, me neutiquam cenſere, illam phraſin ſignificare idem, quod altera, *Vereor ut*, ſignificet, prout ille eam interpretatur apud Cæſarem & Quinctilianum. Nam pro eo, quod ex conſtanti analogia dicitur, *Vereor ut id jam ferat quiſquam; Veritus, ut hoſtium impetum ſuſtinere poſſet*, ille in eundem plane ſenſum accipit & exponit, *Vereor ut id Non ferat &c. Veritus, ut h. i. ſuſtinere Non poſſet.* Mihi, fateor, ſecus videtur, & pleriſque jam Eruditis. Neque vero ille ſuam iſtius locutionis interpretationem probat, niſi uno & alieniſſimo Tibulli loco, in quo non *Verendi, Metuendi* &c. Sed *Terrendi* verbum occurrit. Locus eſt IV. 1. init. Te, *Meſſala, canam, quanquam Me cognita virtus Terret; ut infirmæ nequeant ſubſiſtere vires, Incipiam tamen:* Quid hæc, quæſo, faciunt ad controverſam phraſin & ejus ſenſum? Non percepit ſatis V. C. naturam & ſignificationem locutionum, nec diſtinguit ſatis inter finem & effectum terroris, ac cauſam & materiam ſollicitudinis, timoris, terroris. Etenim intelligitur iſtic *adeo*, quum ſenſus ſit, *terret me Adeo* vel

adjungam. Cic. 2. de leg. *Quocirca vereor committere, ut non bene proviſa principia ponantur*: idem 2. Tuſc. cap. 20. *Et tamen veremur, ut hoc quod à tam multis, & tot locis præferatur, natura non patiatur*: Idem Attic. lib. 7. ep. 12. *Si manet, vereor, ut exercitum firmum habere non poſſit.* Quinctil. lib. 8. cap. 3. *Oppido, quo* (vocabulo) *ſunt uſi paulum tempore noſtro ſuperiores, vereor, ut non jam ferat quiſquam.* Cæſar lib. 5. Gall. cap. 47. *Veritus, ſi ex hybernis fugæ ſimilem pro-*

vel *Eo uſque, ut vires nequeant &c.* Sic plane ipſum illud *Vereor* apud Cornel. Nep. Attico, cap. 5. *Avunculum habuit difficillima natura, cujus SIC aſperitatem veritus eſt, Ut, quem nemo ferre poſſet, hujus ſine offenſione ad ſummam ſenectutem retinuerit benevolentiam.* Habemus enim hic quoque *Vereor ut*, ſed tamen nihil hic locus pertinet ad phraſeos, de qua agimus, uſum & vim, quum *Ut*, non reſpiciat hic τὸ *Veritus eſt* abſolute prorſus poſitum, ſed τὸ *Sic*, atque adeo non notet hic metum vel deſiderium aut ſollicitam exſpectationem rei futuræ, ſed effectum, ut in Tibulli loco ex *terrore*, ita hic ex *reverentia* ortum. Tanti eſt phraſes & verba Veterum bene percipere & diſtinguere! Certe debuiſſet V. C. attuliſſe potius loca, in quibus *Terrere* notat metu afficere alicujus futuri mali. Ut apud Horatium Od. I. 2. *Terruit gentes, grave ne rediret ſæculum Pyrrhæ*, h. e. fecit, ut timerent, ne &c. ubi materia eſt & cauſa timoris *Reditus* iſtius *ſæculi.* Sic *Horrere* pro Timere, apud Livium XXXIV. 4. *Eo magis horreo, ne illæ magis res Nos ceperint, quam Nos illas.* Sic denique *Sollicitum eſſe*, quod fere idem eſt, quod *Vereri*, &c. Cicer. pro Muræn. cap. 41. *quæ cruciatur & ſolicita eſt, ne eundem,* (filium) *paulo poſt ſpoliatum omni dignitate conſpiciat.* Nihil ergo ſubſidii eſt in loco Tibulli; certe aliis debuiſſet exemplis V. C. ſuam oppoſitionem, ſeu rejectam jam a plerisque & vere abſonam ſententiam, tueri. Sed neque ipſe locutionis iſtius (*Vereor ut non*) uſus, quocunque tandem ſenſu adhibitus, ex illo Tibulli loco & phraſi (*Terret id me adeo, ut nequeant ſubſiſtere vires*) ullo probatur modo. Præterquam enim quod plane diverſæ ſint locutiones, nulla inſuper controverſia eſt de eo, utrum poſt *Vereor ut* ſequi ex L. Latinæ uſu poſſit qualiſcunque negatio, etiam cum Verbis aut Nominibus compoſita. Si quis enim mihi affirmet, Neminem interventurum, aut, Titium id Negaturum, quidni ſi de eo dubitem, reſpondere recte poſſim, *Vereor, ut Nemo interveniat*, aut *Vereor, ut Titius, ſi acriter urgeatur, id Neget.*

Digitized by Google

profectionem feciſſet, ut hoſtium impetum ſuſtinere non poſſet. Quem locum pervertere conatur Aldus, a Grammaticis deceptus. Plautus Bacch. 4. 5. *Metuo, ut hodie ne poſſim emolirier. Ne*, pro Non, dicebant antiqui, ut ſæpe Terentius. In omnibus his locis, imò & ſemper, particula *Ut* accipitur pro *quomodo*, vel *quemadmodum*, ut cùm dicimus, *Oro te, ut perficias*, id eſt ita te oro, ut perficias. Hoc, fortaſſe durum videbitur iis, qui Latinam linguam ignorant, & aliter ſunt imbuti; nos tamen hæc latiùs alibi diſputavimus.

Ne, poſt verba timoris, inculcant iſti, mutare ſignificationem. Quid hi dicent mihi, ſi poſt *Ne* ſequatur alia negatio? Cicero Attic. lib. 9. *Sed timeo, ne non impetrem*: ibid. lib. 5. *Unum vereor, ne Senatus, propter urbanarum rerum metum, Pompejum nolit dimittere*: ibid. lib. 14. *Vereor ne nihil habuerit*: Idem lib. 2. ep. 1. Famil. *Non enim vereor, ne non ſcribendo te expleam*; ibid. lib. 6. *Quibus literis intellexi, te vereri, ne ſuperiores mihi redditæ non eſſent.* Sed in his, & ſimilibus, *Ne non*, eſt *Ut*, vel *quomodo*, vel *quemadmodum*. Terent. Adelph. *Metuiſti, ne non tibi iſtud fæneraret.* Martial. lib. 5. cap. 98. *Numquid Galla times, ne tibi non placeam?* Harum verò particularum uſum ſic explico: Si timemus fugienda, dicimus *timeo ne*; ſi verò cupita, & optata, dicimus *timeo ut*, vel, *ne non*; ut, *timeo ne pater veniat*, quia nolo patrem venire: *timeo ut pater veniat*, quia illum venire deſidero. Sic loquuntur qui Latinè ſciunt. Itaque *Ne* ſemper prohibet, dum longa eſt, ut, *ne facias, ne dixeris*; (30) ſi vero poſtponatur &

(30) *Si vero poſtponatur &c.*] Non ſemper in hoc interrogandi aut quærendi uſu poſtponitur. Plautus prol. Aulul. v. 39. *Inſpicere vult, ne ſurreptum ſit*, pro *ſurreptumne.* Caſina V. 2. 26. *Quæro; ne gladium habeat.* Huc refero ferme etiam illa, Cic. Famil. IV. 9. *Caput illud eſt, ut, ſi iſta vita tibi commodior eſſe videatur, cogitandum tamen ſit, ne tutior non ſit.* h. e. an ſit non tam

Digitized by Google

& brevietur, alia vox erit, non eadem, ut, *credisne? dubitasne?* *Næ* verò, cum diphthongo, Græca vox eſt, & ſignificat *certè*.

Vel in varias ſignificationes diſtrahitur. Virgil. *Vel Priamo miſeranda manus*. Donatus accipit pro *etiam*: Budæus in commentariis pro *nam*: Alii pro *ſaltem*. Ego dico deeſſe alterum *vel*: nam hæc particula ſola poni non poteſt. Terent. Eunuch. *Hanc tu mihi vel vi, vel clàm, vel precariò, fac tradas*: tolle hinc duo *vel*, & videbitur alia ſignificatio. Cicero Q. Fratri, *Sunt iſta quidem vel magna, vel potius maxima*: tolle ſecundum membrum. Terent. Phorm. *Sumeret vel fœnore, vel alio modo*. Perſius, *Vel duo, vel nemo*. Sed hæc ſatis erunt ad reliqua, quæ multa ſuperſunt, intelligenda [Vide ſupra Cap. 2. pag. 532. & in Cap. 7. Voculas *Neque*, & *Vel*, & ibi Notas 15. 16.]

QUUM hæc ſcriberem, ecce tandem quidam mihi objecit, in nominibus propriis, me obtinere non poſſe, quin ambiguitas, ſive, ut barbari vocant, æquivocatio, reperiatur. *Petrus* ſiquidem & *Paulus* in hunc & in illum propriè & ex æquo poſſunt cadere. (31) Cui ego ref-

tam tuta, quam altera; niſi tamen malimus τὸ *cogitandum*, hic accipere pro *metuendum*, atque ita ſequentia *Ne non* interpretari eodem modo, quo poſt Verba *Metuendi* ſolemus, quod forſan verius. Diſertior eſt locus Gellii I. 13. *Cumprimis autem reſpiciendum putaverunt ingenium naturamque illius, cuia res præceptumque eſſet, ne ferox, durus, inexorabiliſque ſit*, h. e. feroxne. Et V. 19. *Ætas ejus, qui arrogare vult, an liberis potius gignendis idonea ſit, bonaque ejus, qui arrogatur, ne inſidioſe appetita ſint, conſideratur*. Liquet hinc non adeo eſſe opus, ut variis tentetur conjecturis Livii locus XL. 49. *Et primum quæſivit ab eo, ne ſibi liceret ac ſuis vivere? quum Prætor victurum reſpondiſſet, quæſivit iterum, ſi cum Romanis militare liceret*. Ponitur hic *ne ſibi liceret* pro *liceretne ſibi*. Si vero mutari quid iſtic deberet, diſtinguerem tantum cum Sigonio, *Et primum quæſivit, ab eone ſibi liceret* &c.

(31) *Cui ego reſpondebam.*] Debuiſſet potius nihil reſpondiſſe, quam quod reſpondit. Nec enim effugere poteſt, quin agnoſcere debeat, etiam eodem integro nomine proprie diverſos ſæpe homines ex æquo deſignatos:

Digitized by Google

reſpondebam, *Cicero*, aut *Tullius*, non eſſe nomina integra, ſed partes nominis. Nomen integrum eſt *Marcus Tullius Cicero*, cujus frater *Quintus Tullius Cicero* vocabatur. Sed quum ambiguitas non timetur, parte nominis contenti ſumus, ut *Cicero* dixit. Novi ego Salmanticæ fratres tres generoſos, qui *Antonii* vocabantur, ſed cum diſtinctione, *Majoris*, *Secundi*, *Tertii*.

tos: Ita omnibus nominibus *M. Tullii Ciceronis*, avus, pater, & filius, *M. Claudii Marcelli*, *Q. Cæcilii Metelli*, *Q. Fabii Maximi*, complures diverſi ſunt homines deſignati. Sed proprium apud Romanos nomen ſingulorum hominum, erat Prænomen, ut alibi forte oſtendam. Illud vero cœpit tandem non alium habere uſum, quam diſtinctionis inter fratres, quorum plures raro fuere uno prænomine inſigniti. Sed tamen & hoc ex re maxime incerta, h. e. ſingulorum hominum arbitrio, pendebat, unde & occurrunt aliquando in Hiſtoria Veteri duo fratres ejuſdem prænominis, veluti *Appii Claudii*, *Servii Sulpicii*, *M. Marcelli*. Verum a Nominibus Propriis, quæ, ut dixi, ex unius hominis arbitrio in ſingulis familiis pendent, non recta ducitur conſequentia ad Nomina Appellativa, quæ, quod ſignificant, ſignificant ex arbitrio & conſentiente uſu totius populi. Prænomina Romanorum, vel aliarum Gentium Nomina Propria, eadem, diverſis tamen Hominibus impoſita in diverſis familiis, conſideranda fere ſunt, ut eadem, ſeu iiſdem literis conſtantia, Vocabula Appellativa in variis gentibus & linguis ad res diverſas ſignificandas adhibita: qualia nonnulla retulit Sanctius capite ſuperiore.

Cap. XVI.

Exploditur Grammaticorum Antiphraſis. Quid revera ſit Antiphraſis, *declaratur.*

Ad nauſeam uſque repetunt indocti Grammatici Antiphraſin figuram: *Parcas* enim affirmant dici, *quia nemini parcant*; & *lucum*, *quia nemini luceat*, & hujuſmodi ſexcenta monſtra. Sed ego illos hîc, ut in aliis omnibus, in media luce caligare, vel potius cæcutire, oſtendam. Ac primum omnium vocem ipſam *Antiphraſin* ignorant: φράσις enim non dictionem » [aut vo-

 » cem

Digitized by Google

» cem potius] unicam ſignificat, ſed orationem, aut loquendi modum, ut ſi quæras, an *opus habere*, ſit Latina phraſis, necne? Itaque ſi eſſet Antiphraſis quam illi ſomniant, aliter eſſet appellanda. (1) Ego verò Antiphraſin eſſe non inficior, ſed longè aliud eſſe, quàm quod iſti opinantur, aſſevero: eſt enim Ironiæ quædam forma, quum dicimus negando, id quod debuit affirmari: ut, *non mihi diſplicet*, *non malè diſputat*, pro, *placet*, & *bene diſputat*. Plutarchi verba in Homerum hæc ſunt, ἔςι καὶ Ἀντίφρασις, λέξις, τὸ ἐναντίον, ἢ τὸ παρακείμενον, σημαίνουσα, id eſt, *antiphraſis eſt ſermo*, (Sic enim interpretor λέξιν, ex Ariſtotele 3. Rhet. in principio) *contrarium, quam quod poſitum eſt, ſignificans.* Confirmat hoc tali Homerico exemplo, *Neque hos videns gaviſus eſt Achilles. Voluit*, inquit, *contrarium ſignificare*, id eſt, *videns hos, mœſtus fuit.* Hæc Plutarchus. *Antiphraſin* etiam Julius Ruffinianus non inter Figuras verborum enumerat, ſed ſententiarum: qui mihi tamen non placet, quòd eam Latinè vocari ait *Omiſſionem*, ut, quum fingimus omittere ea, quæ tamen dicimus. Virg.

Quid repetam exuſtas Erycino in littore claſſes?

Atque hæc de Nomine: nunc Rem ipſam excutiamus.

Si Platoni credimus in Cratylo, & Ariſtoteli tertio Rhetoricorum, qui Nomina ſimulachra quædam & imagines eſſe aſſerunt Rei illius, quam imitantur & nominant, extremæ dementiæ fuerit, nomina per contrarium ſenſum excogitare. Quid enim putidius, quam rem aliquam vocari levem, quia ſit gravis, vel obſcuram, quia lucida ſit? Nec obſtat illud Terentii & aliorum,

(1) *Ego vero Antiphraſin &c.*] De utrâque Antiphraſi, Rhetorica hac, & illa Etymologica Grammaticorum, Vide Voſſium Inſtitut. Orat. IV. 13. 11. qui utramque rejicit.

Digitized by Google

rum, *Ebodum*, *bone vir*, id eſt, peſſime. Nam hæc mera eſt Ironia, quum contrarium ſignificamus: aliudque eſt tropum efficere, aliud nomina imponere: tum præterea Ironia pronunciatione & geſtu indicat, quid velit, Antiphraſis verò ſi eſſet, ex uſu ſic ſignificaret. Antiphraſin Quinctil. lib. 8. cap. 6. ſub Ironia recenſet. Ariſtophanis interpres in dictione σκολιά, (2) negat dici verba à contrario ſenſu, ſic, τὰ γὰρ δύσφημα ἐπὶ τὸ εὐφημότερον μεταλαμβάνεται, οὐ μὴν τοὐμπαλιν, id eſt, *quæ dura ſunt, & malè ominata verba, tranſmutantur in bene ominata, non autem per contrarium.* Interpres Nicandri illud Homeri, κύνας ἀργοὺς, exponit per euphemiſmon, id eſt, *veloces*; quia ἀργὸς ſemper *piger* ſignificet, id eſt, ἄεργος.

Au-

(2) *Negat dici Verba à contrario ſenſu.*] Male id Auctor ex Græcis his quidẽ verbis elicit, οὐ μὴν τοὔμπαλιν, quæ non ſignificant, *non dici verba a contrario* ſeu *non per contrarium*; ſed ſicuti male ominata ſeu δύσφημα enunciantur plerumque melius ominatis vocabulis, ſic viciſſim non fieri, ut ſcil. τὰ εὔφημα μεταλαμβάνηται ἐπὶ τὸ δυσφημότερον. Unde rejicit ille Interpres iſtorum ſententiam, qui putent μέλη πανηγύρικα dici σκολιὰ h. e. *difficilia* ex contrario, quia ſint facilia. Sic enim εὔφημον fuiſſet enunciatum vocabulo δυσφήμῳ, quod fieri negat. Eadem vero ratio prohibet, quo minus canes *veloces* appellari potuerint vocabulo deterioris ab natura ſua ſignificationis, ἀργοὶ, *pigri*, quaſi minime pigri. Videtur potius id ἀργὸς, quod *velocem*, & *album*, & *cuſtodem* notat, vel aliud eſſe a τῷ ἀργὸς, *piger*, vel certe quandam tamen habere cum eo ſignificationis analogiam. Nempe ἀργὸς proprie ſignificat eum, qui nihil agit, aut nihil habet, quod agat, & ita uni alicui rei poteſt eſſe plane intentus. Hinc forte pro *cuſtode* poſitum uni rei deſtinato, qui proinde nihil agere videtur. Similiter κύνες ἀργοὶ, quoniam Canes, ſi comparentur cum reliquis animalibus homini domeſticis, quæ *Jumenta* à labore, quo hominem juvant, appellantur, canes, inquam, nihil pene habent, quod agant, & tanto magis diſcurrunt veloces, atque ad cuſtodiendas ædes aut hortos ſemper ſunt parati. Ἀργὸς autem *Album* porro notat, quia is color eſt pleriſque rebus naturalis, non arte factus, nullo *opere*, ſeu ἔργῳ elaboratus. Sic enim & Ager dicebatur ἀργὸς, qui erat incultus, & Argentum, quod erat infectum, aut non ſignatum.

Auguſtinus Dathus jam olim vidit, Grammaticorum *Antiphraſin* vanum eſſe commentum: iſque libellum edidit, *De novem nominibus falsò per Antiphraſin dictis.* Ego ut illius diligentiam laudo, quod melius aliquid viderit, ita in etymo explicando longe ſæpe ab eo diſſentio, ut ſuis locis demonſtrabo. Hæc autem ſunt, quæ ipſe confutat, nomina, *Manes*, *Lucus*, *Bellum*, *Officium*, *Parcæ*, *Ludus*, *Otium*, *Cælum*, *Eumenides.* Nos alia præterea nonnulla curavimus refellenda.

I. MANES.

Manes dici affirmant, *quod boni non ſint*, idque teſtimonio Servii confirmant, qui 3. Æn. de Polydori tumulo ſic inquit, *Manes animæ ſunt, quæ, egreſſæ corporibus, nondum alia intrant corpora. Sunt autem maximæ, & dicuntur per Antiphraſin: nam* Manum, *Bonum, unde* Mane *dictum; ut* Eumenides, Parcæ, Bellum, Lucus. *Alii* Manes *ducunt a manando; nam animabus plena ſunt omnia inter lunarem circulum & terram, unde defluunt. Alii* Manes *Deos infernales putant.* Hactenus Servius. Auguſtinus Dathus à *maniaſi* Græca dictione, quæ *furorem* aut *inſaniam* ſignificat, deducit, vel a *mano*: Ait enim, *Manare non tam aquarum fluentium, quam Solis proprium eſſe in emittendis radiis; unde* mane *originem ſumpſiſſe, quod in ea diei hora Sol manare incipiat.* Sic ille. Sed longè aliter ſe res habet. Varro De ling. Lat. *Antiqui*, ait, *Bonum dicebant* Manum. Nonius Marcellus, Manum, inquit, *dicitur Clarum, unde etiam* Mane, *poſt tenebras noctis, diei pars prima; inde* Matuta, *quæ Græce Leucothea: nam inde volunt etiam* Deos Manes *appellari, id eſt, Bonos ac Proſperos.* Feſtus Pompejus, Manare, inquit, *antiqui dicebant, cùm Solis orientis radii ſplendorem jacere cœpiſſent, à quo & dictum putabant* Mane. *Alii dictum* Mane *putant ab eo, quod* Manum *Bonum dicebant*: & paulo poſt, Mane *à Diis Manibus*

Digitized by Google

nibus dixerunt : nam Mana *Bona dicitur ; unde & mater* Matuta *& poma* Matura : & rurſus, *matrem* Matutam *antiqui ob bonitatem appellabant*, *&* Maturum, *idoneum eſui*, *&* Mane, *principium diei*, *& inferi Dii*, Manes, *ut ſuppliciter appellati bono eſſent.* Vides Feſtum, propter codicum depravationem, ſibi non conſtare, nihilominus tamen elicimus ex illo, *Manes* à *Manum*, quod eſt *Bonum*, deduci. Acron in Horatium, *Dii* Manes, *dii Boni*; à Manum, *quod eſt Bonum. Antiqui animum à corpore ſeparabant*, Manem Deum *nuncupabant.* Hæc ille. Cic. 2. de leg. *Deórum Manum jura ſancta ſunto.* Sed nullus eſſet finis, ſi quæ de Manibus, Lemuribus, atque Laribus, ſunt diſputata à Platone, Plotino, Porphyrio, Pſello, Proclo, Apulejo, coner in medium afferre : nam nullus ferè cum altero convenit. Divus Auguſt. lib. 9. cap. 11. Civitatis Dei, Plotini ſententiam ſic proponit, *Dicit quidem*, *& animas hominum Dæmones eſſe*, *& ex hominibus fieri Lares*, *ſi meriti boni ſint*; *Lemures*, *ſeu Larvas*, *ſi mali*; *Manes autem Deos dici*, *quum incertum eſt*, *bonorum eos*, *ſeu malorum eſſe meritorum.* Sic Auguſtinus. Apulejus de Deo Socratis, poſteaquam, quid *Genius*, quid *Lemures*, quid *Larvæ* ſint, explicuit, ſubdit, *Quum vero incertum eſt*, *quæ cuique eorum ſortitio evenerit*, *utrumne Lar ſit*, *an Larva*, *nomine* Manium Deûm *nuncupant*, *& honoris gratia* Dei *vocabulum additum eſt*; *quippe*, *quum eos* Deos *appellent*, *qui ex eorum numero*, *juſtè ac prudenter vitæ curriculo gubernato*, *fanis & ceremoniis vulgò admittuntur*; *ut in Bœotia*, *Amphiaraus*; *in Africa*, *Mopſus*; *in Ægypto*, *Oſiris*; *alius alibi gentium*; *Æſculapius ubique.* Hæc ille. Hinc natum eſt illud vulgatum in ſepulchris, quod à multis, quid ſit, video ignorari.

Digitized by Google

D. M.

ACHILLIS.

hoc eſt, *Diis Manibus Achillis*: putant enim ſepulchrum dicari (3) Diis Inferis. Quare noſtri Chriſtiani, ut felicius ominarentur, emendarunt, ſeu corruperunt potius ſic:

DEO OPT. MAX. SACRUM.

Sed, *Diis manibus Achillis*, aut *Ajacis*, *idem eſt*, ac ſi dicat, *Ipſi Achilli ſacrum*, aut *Genio Achillis*. » [Liv. lib. » 3. *Tribuni inſtare Claudio, ut collegæ Deos Manes fraude liberaret*, id eſt, animam defuncti.] Poſtremò nemo mihi melius, quid ſint *Manes*, explicaſſe videtur, quàm Pomp. Mela lib. I. quum de Augilis Naſamonibus, (id eſt, arenoſis) loquitur, *Augilæ*, inquit, *Manes tantùm Deos putant; per eos dejerant, eos ut oracula conſulunt, precatique, quæ volunt, ubi tumulis incubuere, pro reſponſis ferunt ſomnia*. Quæ verba ſumta ſunt ex Herodoto in Melpomene, quum de Naſamonibus loquitur, in hunc modum: *Jurejurando ac Divinatione tali utuntur; per eos viros, qui juſtiſſimi atque optimi apud illos*

(3) *Diis inferis.*] Nempe *Dii Manes Achillis*, ſunt ejus Genii. Nam qui vivorum hominum *Genii*, quos duos cum ſingulis hominibus naſci credebant, appellabantur, illi defunctorum dicebantur *Dii Manes*. Hinc *Manes Deos violaſſe* dicitur Canis, qui *humana effoderat oſſa*, apud Phædrum fab. 27. Ceterum *Dii Manes* ſimpliciter & abſolute memorati notant plerumque Deos Inferos, ſeu multitudinem illam animarum vel Geniorum in inferis locis conjunctam. Florus I. 13. *Devovente Pontifice, Diis ſe Manibus conſecrant.* Suet. Tib. 75. *Terram Matrem, Deosque Manes orabant, ne Mortuo ſedem ullam, niſi inter impios, darent.* Pompon. Mela III. 2. *Aeternas eſſe Animas, Vitamque alteram ad Manes.*

Digitized by Google

illos fuiſſe dicuntur, jurant, illorum ſepulchra tangentes: divinant ad ſuorum accedentes monumenta; & illic, ubi preces peregerunt, indormiunt; ubi quodcunque per quietem inſomnium viderunt, eo utuntur. Mela itaque vocavit *Manes*, quod Herodotus *juſtiſſimos atque optimos poſt mortem.* Plinius, quum hæc à Pomponio accepiſſet, ſic mutavit, *Augilæ inferos tantùm colunt.* Rurſus à Plinio Solinus, *Augilæ verò ſolos colunt inferos*: quàm rectè mutarint, ipſi viderint. Obſcurè dixit Virgilius Æneid. 6. v. 742.

Quiſque ſuos patimur Manes.

Quod ſic explico; quemadmodum qui alios læſerunt, aut necaverunt, patiuntur Lemures & Larvas interfectorum, ut Oreſtes, & alii; ſic Anchiſes & alii boni viri patiebantur proprios Manes, id eſt, non prius tranſibant ad Elyſios, (4) quàm propria crimina purgarent. » [Et hanc interpretationem confirmant hæc A- » puleji verba in 2. Florid. *Brachmanæ Pythagoram do-* » *cuerunt, quæ Diis Manibus, pro merito ſuo cuique, tormen-* » *ta, vel præmia.* Omnino autem (5) *Manes* lingua ſacro- » rum dictum videtur, pro *Mani*, id eſt, Boni: ſicut » *Porci ſacres*, pro ſacri, apud Plautum, *Matrimes*, » &

(4) *Quam propria crimina.*] Vel, quam proprii ipſorum Manes crimina illis inhærentia purgaſſent.

(5) *Manes lingua ſacrorum &c.*] Immo vero dixerunt olim promiſcue *Manus* & *Manis*. Illud ignoraremus ex reliquiis Linguæ Latinæ, niſi Varro, Feſtus, Nonius, *Manum* traderent olim dictum pro Bono. At Hujus veſtigia in ipſo Linguæ uſu ſuperſunt. Nam inde habemus *Mane*; quod eſt Neutrum & *Manis*, & ideo conſtruitur cum Neutro apud Perſium Sat. III. 1. *jam clarum mane feneſtras intrat.* Et hinc *Mani* & *Mane* in Ablativo, apud Plautum Pœn. III. 3. 37. *A mani ut ad portum proceſſimus.* Cicer. Famil. IX. 26. *Cœnam te quærere a mane.* Sed & inde *Immanis*, quod proprie notat *valde non bonum*, ut interpretatur Feſtus, in v. Manuos. Et ita apud Eundem in v. Mane legitur in MS. *nam Mania Bona dicitur*: Sed reponendum haud dubie *dicuntur*. Eſt autem *Mania* iſtic Neutrum Plurale.]

Digitized by Google

» *& Patrimes*, apud Feſtum, pro, Matrimi, & Pa-
» trimi.]

II. LUCUS.

L*Ucus*, inquiunt, *à lucendo, quia minimè luceat*. Hoc refellens Dathus, ait, *à lucendo dici fateor; ſed per contrarium nequaquam*. Idem putat Quinctilianum ſentire, *Lucum* per Antiphraſin dici. Sed ipſe cæterique Grammatici falluntur, quum Quinctiliano authore *lucum à non lucendo* deducunt: imò verò Quinctilianus irridet illos, qui talia comminiſcuntur: Inquit enim lib. 1. cap. 6. *Etiamne à contrariis aliqua ſinemus trahi? ut Lucus, quia umbra opacus parum luceat; & Ludus, quia ſit longiſſimè ab luſu? & Dis, quia minimè dives?* Hæc Fabius. (6) Ego verò, miſſis aliorum rationibus, *Lucum*

(6) *Ego vero miſſis aliorum &c.*] Eadem & plura habet Scoppa lib. I. Collect. cap. 18. ut proinde nullam hic fieri ejus mentionem mirer. Sed tamen neque hanc illius & Sanctii, neque etiam illam Voſſii, *Lucum* à *Gr.* λοχὸς deducentis, jamque abunde refutati à Georg. Henr. Urſino cap. 8. Obſerv. Philol. ſententiam probare queo, ſed cum Datho ſine ulla hæſitatione *Lucum* à *lucendo* derivo. In qua etymologia, licet eam ceteris præferat, neſcio quid ita tamen hæſitet ille Urſinus. Sicilicet antiquiſſimis temporibus nulla erant templa, Sacra faciebant homines in altaribus ſub dio poſitis. Verum quia illa altaria ita in propatulo poſita nullā habebant majeſtatem, nullumque religionis horrorem accedentibus incutiebant, hinc ſylvam iis cœperunt circumdare; & quidem opacam ac tenebricoſam, quia, ut ait apud Euripidem Bacchus, σεμνότητα ἔχει σκότος, *auguſtum quid & venerabile habent tenebræ.* Unde & Ovid. in Faſtis III. 295. *Lucus Aventino ſuberat niger ilicis umbra, Quo poſſis viſo dicere, NUMEN INEST.* Quoniam itaque in medio talium ſylvarum erant altaria, inque iis ſolis fiebant ſacra, & proinde perpetuus fere lucebat ignis; & præterea quoniam frequentiſſimus in ſacris propter quæſitas illas tenebras erat uſus etiam tædarum & lampadum, religioſum iſtum horrorem ſuo lumine ex mediis tenebris immane quantum augentium; hinc ergo ſacræ illæ ſylvæ dici proprie *Luci* cœperunt, utpote propter iſtum in altaribus & lampadibus ignem pene ſemper, certe conſtitutis jam religionibus,

Digitized by Google

cum ab Etruſca voce deductum exiſtimo. Etruſca enim eſſe nomina Varro in Originibus aſſerit, *Luceres*, & *Lucumones*. Eſt porrò Etruſcis vox *Lucà*, cum accentu in ultima, (ut Talmudiſtæ ajunt) idem quod *ſenex* ſive *ſenator*. Et de Antiquitate *Lucorum* & illorum religione pleni ſunt poëtarum libri. *Templum Pici*, inquit Virgilius, *horrendum erat ſilvis & relligione parentum*, id eſt, *venerandum*, ut Servius exponit. Sed extat apud Lucanum elegans Luci deſcriptio lib. 3.

Lucus erat longo nunquam violatus ab ævo, &c.

gionibus, lucentes. Analogia formationis ab illo Verbo eadē eſt, quæ in *Noctiluca*, quo, ut Varro ait lib. IV. de L. Lat. ſignificabatur Luna. Sed & ſic *Ludus* à *Ludo*, *Vola* à *Volo*, *Buſtirapus* apud Plaut. Pſeu. I. 3. 127. à *Rapio*, *Naufragus* à *Frango*, *Sejugi* & *Sejuges*, *Quadrijugi* & *Quadrijuges* à *Jungo*.

III. BELLUM.

B*Ellum* dicunt, *quia non bellum ſit*. Ridet Dathus, & à *Belluis* dici contendit, adducens illud Ciceronis Offic. I. *Nam cum ſint duo genera decertandi, unum per diſceptationem, alterum per vim, cumque proprium ſit Hominis illud; hoc Belluarum, confugiendum eſt ad poſterius, ſi uti non licet ſuperiore.* Sed fallitur Dathus: hæc enim verba nihil, quod ad etymon pertineat, probant. Accipe igitur veram ſententiam: (7) Antiqui *duellum*

(7) *Antiqui duellum &c.*] Varia *Belli* etyma vide apud Voſſium, ſed qui recte cenſuit quoque, *Bellum* à *Duello* formatum; & *Duellum* porro à *Duobus* deducit, quoniam ſemper in bello ſint duæ partes. Poſſis forte non abſurde item à *divello* repetere vocabuli hujus originem, ut inde ſit *divellum*, ſicuti & *Vellus* à *Vello* eſt, *Tergus* & *Tergum* à *Tergeo* vel *Tergo*; & ſic deinceps, eliſa vocali I, *Duellum*, quomodo & *Dortium* pro *divortium* nonnulli dixere, Vide Scaligerum ad Feſtum in V. Aurum: & quomodo *Dego* ex *Deago*, *Præbeo* ex *Præhibeo*, *Prætor* ex *Praitor*, *Proles* ex *Prooles*, *Copia* ex *Coopia*, contracta

Digitized by Google

Duellum ante dicebant, quod poſtea *bellum* vocarunt. Ciceronis hæc ſunt verba in Oratore perfecto, *Quid verò licentius, quàm quòd hominum etiam nomina contrahebant, quo eſſent aptiora? nam ut*, duellum, bellum, *&* duis, bis; *ſic*, Duellium *eum, qui Pœnos claſſe devicit*, Bellium *nominarunt, quum ſuperiores appellati eſſent ſemper* Duellii. Ex his etiam Ciceronis verbis ridere poteris Grammatiſtas, qui inter *duellum & bellum* differentiam conſtituere ſolebant, quum idem prorſus ſignificent: niſi velis dicere, illud vetus, hoc autem poſtea uſitatum. Antiquè enim dixit Horatius, *Græcia Barbariæ lento colliſa duello.* Vide Feſtum in *Duellum*; *Duicenſus*; *Duidens hoſtia*; *Duis*; *Duonum*, bonum.

habemus. Immo quæ propius accedunt ad hoc exemplum, ſic *Docui*, & ſimilia, haud dubie dicta ſunt pro *Docevi*, *Rapui* pro *Rapivi*. Hinc apud Plaut. Bacchid. V. 2. 17. pro *Exoleverunt* reperimus *Exoluerunt*. Certe ſic *Vacuus* formatum eſt ex *Vacivus*, *Nocuus* ex *Nocivus*, *Statua* ex *Stativa*, ἄϊς Græcum ex ἀΐϊς. Denique ne auctoritate Veterum deſtituamur, in Gloſſariis Labbæi invenimus *Divellio* πόλεμος, *Divelliones* πόλεμοι, ἁρπαγαί. Quæ vocabula ſi olim fuerunt in uſu, ut ſane illa Gloſſaria nos docent, certa pene eſt noſtra Etymologia, utpote quum manifeſta ratione ex *Divellione* videatur formatum *Perduellio*, quod proprie notat crimen, quo quis tanquam hoſtis publicus à civitate ſua cenſetur divulſus. Si vero eam originem habet hocce vocabulum, eadem omnino habere debuit *Perduellis* & *Duellum.* Sed tamen, ſi quis Voſſii rationes velit præferre, me non habebit valde ſibi refragantem.

IV. OFFICIUM.

OFficium ajunt ab *officiendo*, *quod nemini officiat*, vel noceat. Hoc rectè refellit Auguſt. Dathus ex ſententia D. Ambroſii, in lib. de Officiis, dum inquit, *Officium, litera O mutata, quaſi efficium* dicitur, *propter decorem ſermonis*. Hæc Donatus in Adelph. planius id oſtendit, inquiens, *Officium dicitur*, (8) *quaſi efficium, ab*

(8) *Quaſi efficium.*] Sic quidem plerique Veterum Grammaticorum.

Digitized by Google

ab efficiendo, quod unicuique perſonæ congruit. » [Itaque » *efficere officium*, pro facere, aut curare, Plautus dixit » Bacchid. 4. 4. 103. *Veſtrum curate officium, ego efficiam* » *meum*, Similiter Sticho, *Pro opibus efficimus noſtra munia,* » id

rum. Rectius tamen Voſſius ab *Officiendo* deduxit, ſed quod male explicuit. Nec enim idem olim, quod *Efficere*, ſignificavit illud verbum, ſed *Facere aliquid circa aliquem*, ſive Bonum id ſit, ſive Malum. Uſus quidem Verbi maxime hæſit in deteriore ſenſu, ut ſignificet, quoddam quaſi obſtaculum opponere alicui, impedimento eſſe, vel facere aliquid, quod impedimento ſit. Salluſt. Catil. 51. *Haud facile animus verum providet, ubi illa* (ſcil. ira & ſimiles affectus) *officiunt.* Et Jug. 52. *Aciem, quo hoſtium itineri officeret, latius porrigit.* Sed id neutiquam impedit, quo minus *officium* etiam in meliorem accipiatur partem, & ſignificet munia & facta obſequii. Nam ſic prorſus etiam *Obſtare* proprie quidem denotat circa aliquem ſtare, quocunque tandē conſilio & effectu; at dein uſu, idem potiſſimum, quod officere, impedimento eſſe ſeu ita ſtare, ut impedimento & obſtaculo ſis: *Obſtetrix* vero inde formatum, in contrariam ſeu meliorem partem ſumitur pro muliere, quæ aliis in partu adeſt & adſtat, parata ad auxilium ferendum. Vide & quæ de *Vadibus* & *Vadimonio* diſputavimus ſupra ad Cap. XV. not. 15. Eadem porro ſignificatio eſt particulæ *Ob* in *Obſervare*, *Obſidere*, &c. ut modo in bonam, modo in ſequiorem partem ſumatur. Ceterum ab *Officiendo* derivatur etiam *Offector*, h. e. ut Feſtus ait, *colorum infector*. Sed accuratius idem in voce *Infectores*, diſtingui hoſce & *Offectores*, hoc modo, *Infectores, qui alienum colorem in lanam conjiciunt; Offectores, qui proprio colori novum efficiunt.* Viri Docti legi hic volunt *Officium*, quod nec Ego repudiem: ſed non explicant differentiam in ſignificatu harum vocum ex verbis Feſti. Ego crediderim voluiſſe Feſtum, *Infectores* eſſe, qui colorem rei cujuſcunque priorem ſeu nativum plane mutant, at *Offectores*, qui proprio ſeu priori colori novum addunt, & ita proprium ſeu priorem miſcent & temperant novo. At longe aliter, quam Feſtus, Cornelius Fronto haſce voces diſtinguit. *Infector colorem mutat, Offector officio obeſt*: ſed forſan leg. *officiendo*, ut ſenſus ſit, *officiendo obeſt* nativo colori, dum adulterat eum, & alio colore addito miſcet. Utcunque ſit, ex hac derivatione liquet, *Officere* notare proprie aliquid facere circa alium hominem aut aliam rem. Unde & *Officina*, locus, ubi res nativa mutatur arte & operâ in aliam quamcunque formam, ſeu eam, quam uſus requirit. Sic *Officina Fabri* Phædr. fab. 65.;

» id eſt, ut in Rud. loquitur, *conficimus noſtra officia*: » Trucull. *Lepide efficiam meum officium.* Et Lucretius » lib. 4. *officium utilitatis* dixit, de membris corporis lo- » quens, *Utilitatis ob officium potuiſſe creari*, id eſt, ob » effectionem, ut efficerent utilitatem.]

V. LUDUS.

L*Udus*, ajunt, *quod longiſſimè abſit à luſu*, citantque (9) Quinctilianum lib. 1. cap. 6. Sed ille, ut monui, irridet illos, qui talia docent. Dathus malè ſe expedit à quæſtione, dum diſputat, *ludum literarium*, non ad graviores diſciplinas pertinere, ſed ad Grammaticam & pueriles inſtitutiones, qui utique *luſus* eſt præ majoribus & altioribus ſcientiæ & philoſophiæ ſtudiis. In quo quantum fallatur, non eſt difficile explicare, quum conſtet, graviſſimorum Oratorum ſcholas vocari *ludos*. Cic. de Orat. *Iſocrates magiſter iſtorum omnium, cujus è ludo, tanquam ex equo Trojano, innumeri principes exierunt.* Sed etſi demus, Dathum vera dicere, non tamen propterea *ludi* etymon inde apparet. Exquiramus igitur primævam *ludi* etymologiam, tum deinde ad ludum literarium accedemus. Cui quæſtioni ut rectius ſatisfaciam, illud admoneo, literam Græcam y, (10) perpetuò verti apud Latinos in u, ut φύω, *fuo*, λύω, *luo*, φύγα, *fuga*, ſic à *Lydiis*, *ludus* dictus, imò & ipſos Lydios, *Ludios* vocat Plautus in Aulularia. Hiſtoriam ſic narrat Herodotus in Clione: Ajunt Lydii ipſi ſeſe ludos inveniſſe, qui etiamnum apud Græcos cum illis communes ſunt; ſimul autem hæc inveniſſe, & in Tyrrheniam, hoc eſt, Thuſciam, colonos deduxiſſe, idque

(9) *Quinctilianum.*] Adde Feſtum in voce *Militem* & *Scholæ*.

(10) *Perpetuo verti &c.*] Aliquando tamen etiam in I. Unde à φύω etiam *Fio*, ab ὕλη *Silva*, ab ἄσυλον *Aſilum*; ab ὕω *Hiems*, ab ὑιὸς *Filius*, à σῦκος *Ficus* &c. Sed tamen revera in U ſæpius vertitur.

Digitized by Google

idque hunc in modum accidiſſe referunt. Tempore Atydis, Manis regis filii, annonæ difficultas per univerſam Lydiam valde graſſabatur, adeò ut Lydii, qui tunc miſerè degebant, non ceſſantes remedia huic malo quærere, diverſa pro ſe quiſque excogitaverint; inventumque tunc ab eiſdem aleæ teſſerarumque ludum, & pilæ cæterorumque ludorum omnium genera, præterquam talorum: horum enim inventionem ſibi non vindicant Lydii. Porrò ad famem diſcutiendam, alterâ quidem dierum in totum luſibus occupabantur: ne videlicet ciborum quærendorum ſollicitudine diſtorquerentur; alterâ verò à luſibus abſtinentes, paſcebantur: atque hoc modo annis duodeviginti vixerunt. Hæc Herodotus. Heſychius tradit, à Lydiis inventa ſpectacula, & hinc Romanos dixiſſe *ludos*. Suidas λυδιάζειν, & λυδίζειν, pro eo, quod eſt, Lydiorum more vivere. Hæc de vero etymo. Secundo autem modo, (11) *ludus* pro exercitatione capitur, ut, *ludus*

(11) *Ludus pro exercitatione.*] Sine ullo dubio verum eſt etymon, quod adtulit Sanctius. Nam Romani Ludos ſcenicos, quos κατ' ἐξοχὴν *Ludos* appellarunt, acciverunt à Tyrrhenis, qui origine ſua erant *Lydi*, ſeu *Ludi*. Hinc ergo à Romanis homo, qui ludos agebat, *Ludius* dicebatur & *Ludio*, res ipſa *Ludere*, & inde *Ludus*. Porro idem ille Ludius Etruſca voce etiam *Hiſter* dicebatur, & inde Romanis *Hiſtrio*, in qua eædem plane literæ Radicales, ut dicuntur, quæ in Hebraica voce חצצרה h. e. *tuba*. Scilicet Etruſcæ linguæ ratio ex Oriente eſt petenda. Hiſtriones porro ad tibiæ modulos cantabant, ſaltabantque. Vid. Liv. VII. 2. & Valer. Max. II. 4. *Tibia* denique & *Tuba* primitus haud dubie non multum fuere diverſæ. Ceterum *Ludus* pro ſchola proprie & primitus dicebatur de locis, ubi tirones gladiatores ab laniſta exercebantur & inſtruebantur, quia iſthic quaſi ſimulachrum pugnæ ludebatur, & ſimul ludis publicis illi præparabantur. Paſſim itaque ea vox hoc maxime ſenſu occurrit: Suet. Cæſ. 26. *Tirones neque in ludo, neque per laniſtas, erudiebat.* Cap. 31. *Formam, qua ludum gladiatorium erat ædificaturus.* Cic. Famil. X. 32. *Miles quidam depreſſus in ludum gladiatorium.* Tacitus Hiſt. II. 62. *Ne equites Rom. Ludo & Arena pollluerentur*, h. e. diſcendo & exercendo artem gladiatoriam.

Digitized by Google

dus pilæ, Græcè, γυμνασία: γυμνάζειν, exerceri in palæſtra, in haltere, in diſco, & multis hujuſmodi. Hinc eodem modo, *ludus literarum*, id eſt, gymnaſium, vel exercitatio literarum.

toriam. Inde jam uſus hujus vocabuli tranſlatus videtur ad Scholam quoque literariam & oratoriam, ſed illam maxime. Plautus Bacchid. I. 2. 21. *Non omnis ætas, Lyde, ludo convenit.* Tac. Ann. III. 66. *cui literarium ludum exercere, vetus ars fuit.* Cicero Famil. IX. 18. *Quod, ut Dionyſius Tyrannus Corinthi dicitur ludum aperuiſſe, ſic ego, ſublatus judiciis, amiſſo regno forenſi, ludum quaſi habere cœperim.* Ubi prior eſt ludus Literarius puerorum, ut poſterior ludus Oratorius virorum, Hirtii, Dolabellæ, &c. qui apud Ciceronem ſe exercebant in arte Oratoria, ut ipſe nos docet Famil. IX. 16.

VI. PARCÆ.

SErvius in illo Virgil. *Sic volvere Parcas*; *Dicuntur*, inquit, *Parcæ per Antiphraſin, id eſt, contrarium ſermonem; quia nemini parcant: ſic Lucus, quod non luceat; Bellum, quod nulla res bella in eo ſit.* Auguſtinus Dathus ibidem, poſt Servium, non probat Antiphraſin, longamque texit diſputationem de nomine *Parcus*: deinde ab illo deducit *Parcas*, quia parcè nobis vitam tribuant. Nam, ut ait Plinius, *quid tam circumciſum, quid tam breve, ut hominis vita longiſſima?* Sed nobis Varronis ſententia magis arridet, quæ refertur ab Aulo Gellio libro 3. cap. 16. ſic: *Antiquos autem Romanos Varro dicit non recepiſſe hujuſmodi quaſi monſtroſas raritates, ſed nono menſe, aut decimo; neque præter hos aliis partionem mulieris ſecundum naturam fieri exiſtimaſſe: idcirco eos nomina Parcis tribus feciſſe, à pariendo, & à nono atque decimo menſe;* (12) *nam Parca, inquit, immutata litera una, à*

(12) *Nam Parca, inquit, immutata &c.*] Verior haud dubie hæc eſt origo *Parcarum*, præ reliquis à *parcendo*, vel à *partiendo* petitis. Neque tamen putem *Parcas* dici à Partu quaſi *Partas*, immutata litera una, ſcil. T in C, quod vult Varro, ſed quaſi

Digitized by Google

à partu nominata : Item Nona, & Decima, à partus tempeſtivi tempore. Hæc Gellius. Parcæ autem tres ſinguntur Jovis filiæ, quarum nomina & officia hoc verſu explicantur, *Clotho colum retinet, Lacheſis net, & Atropos occat.*

quaſi *Paricas*, vel *Partîcas*. Similis eliſio in *Fecundus* pro *Feticundus* à *fetus*, *Facundus* à *fatus*, *Maturus* & *Matuta* à *Mane*, *Fibula* à *figo*, *Vinea* à *vitis*, *Paricida* ex *Patericida*, *Semen* pro *Serimen*, *Germen* pro *Gerimen*, *Surculus* quaſi *Suriculus* à *Surus*.

VII. EUMENIDES.

QUas Latini *Furias* appellavere, Græci *Erinnyes* & *Eumenides* dicunt. Sunt autem, ut ait Orpheus,

Tiſiphone, necnon Alecto, & dira Megæra.

Quidam *Eumenidas* dictas putant, ab εὐμενία, id eſt, *benevolentia* : εὐμενίζω enim eſt *placo*; quia minime ſint benevolæ, ſed immites & diræ. Dathus interpretatur *bene furentes*, ab εὖ *bene*, & μαίνω *furo*. Sed fallitur; nam eo modo per æ diphthongon ſcriberetur *Eumænides*. Propiùs verò, qui dixerunt, dictas κατ' εὐφημισμόν, id eſt, ut bene ominaremur; (13) in templis enim omnia mala verba per contraria enunciabantur, ut, *vita*, pro morte, & *mactare*, pro cremare, & *rectè*, pro non. Sed ego longè aliter interpretor, & *Eumenidas* pro-

(13) *In templis enim omnia mala* &c.] At vide quæ notavimus ad Cap. XIV. nota 22. & ſeqq. Neque vero Vox *Vita* pro Morte uſquam directe ponitur, ſed mortui dicuntur *Vixiſſe* & *Vita functi* : Sic neque *Mactare* pro Cremare; ſed forſan voluit Sanctius *Adolere*, de quo Vide d.cap. n. 23. ut de *Mactare* n. 24. Denique *Recte* non proprie in templis aut ſacris ponitur pro Non, ſed & promiſcuo ac vulgari in uſu paſſim ita adhibitum in Comœdiis reperitur, ut oſtendimus d. cap. n. 25.

Digitized by Google

propriè pias & mites appellari contendo; (14) quod ex Suida non erit difficile comprobare. Ejus verba ſic Latinè vertebam, *Eumenides*, *Erinnyes*, *ſubterraneæ deæ: accepiſſe autem ajunt eas nomen* (Eumenidum) *ab Oreſte: tunc enim primùm ab eo Eumenidas*, id eſt, mites & pias, *quoniam eas expertus ſit propitias, ferunt appellatas; quibus & ille, maternæ cædis in Areopago abſolutus, nigram ovem ſacrificavit*: & paulo poſt; *Has & Æſchylus in Eumenidibus*, *à Minerva fuiſſe placatas in Oreſtis judicio tradit, obtinuiſſeque ab eis, ne in Oreſtem terribiles inſurgerent; unde eas Eumenidas, id eſt, propitias, vocavit.* Hæc ex Suida.

(14) *Quod ex Suida &c.*] Et Sophoclis Scholiaſte. Vide Voſſium inſtit. Orat. lib. IV. c. 13. n. XI.

VIII. OTIUM.

OCium dictum volunt, quod non ocyus ſit & velox, ſed ſegne potius tardumque: nam Græcis *ocys* velox eſt: ex quo *ocymum* dicitur leguminis genus à celeritate naſcendi, & *ocyus* adverbium. Hæc deſtruere dum conatur Dathus, ineptè philoſophatur neſcio quid de vita contemplativa & activa; quòd ſcilicet in ocio celerius moveatur mens, quàm in actione rerum. Itaque aſſerit, *ocium* à celeritate mentis nuncupativum: & præterea, ſi Muſis placet, *Ocyum*, per C, & Y, ſcribi contendit. Sed quis unquam ſanæ mentis *otium* & *negotium* per y ſcripſit? Pierius in Virgil. *otium* per T omnino ſcribi debere contendit. *Aldus* in Orthographia ſic, *Otium cum T, libri veteres; & Q. Papirius Grammaticus his verbis,* In his ſyllabis ſonus literæ *Z* immiſtus inveniri tantum poteſt, quæ conſtant *T* & *I*, & eas ſequitur vocalis quælibet, ut Tatius, Otia, Juſtitia, & ſimilia. *Cujus ego ſententiam ſequor libentius, quam eorum, qui* induciæ & ocium *cum* C *ſcribunt, Donati*

nati auctoritate adducti. Eum enim ſcripſiſſe dicunt, induciæ dictæ, quod inde ocium; *quod falſum puto*: *Potuit enim ſcribere*, induciæ dictæ, quòd inde otium; *quod ſententiam meam confirmare videtur*: *cui ſubſcribunt antiqui lapides.* Hæc Aldus. Sed quæris, unde dicatur *Otium*; An verò neceſſe erit omnium verborum origines & etymon patefacere? Coſconius nobilis Grammaticus, teſte Varrone, ad mille verba in Latina lingua, collegit, de quibus ratio reddi non poſſet: hæc enim vocat *primigenia*; qualia ſunt, *lego*, *ſcribo*, *ſto*, *ſedeo*; (15) ſic fortaſſe *otium*, unde, *negotium*, quaſi *nec otium*.

IX. CŒ-

(15) *Sic fortaſſe Otium.*] Non abſurde tamen ab *Utor* derivatur, quoniam in otio rebus quibuſlibet pro arbitrio *utimur* in maximam noſtram *utilitatem*, quam aſſequi in rebus turbatis haud ita facile poſſumus. Quas alias adferunt Martinius & Voſſius hujus vocabuli origines, infra hujus veriſimilitudinem pono. Cicero de Offic. II. 1. *Id tempus conſumebatur omne in legendo; ſcribendi otium non erat*: h. e. ſcriptione Uti non poteramus Sed & hinc *otium* pro ipſis ſtudiis ſeu ſcholis, quibus non *utebantur*, niſi qui in *otio* agebant. Cicero Parad. cap. 1. *Iſta ipſa, quæ vix in Gymnaſiis & in Otio Stoici probant.* Gellius VIII. 3. *Qualia quidem in Philoſophorum otio diſputantur.* Hinc & pro *Pace*, Tacit Ann. I. 2. *Cunctos dulcedine otii pellexit*, ſcil. Auguſtus. Plaut. Trucul. I. 1. 56. *Re placida atque otioſa, victis hoſtibus.* Ceterum pro *Uti* dixerunt Vetuſtiſſimi *Oeti* vel *Oiti*, unde facile *Otium* deduxeris. Sed tamen, ut vere dicam, neque hæc ſatis ſe mihi approbat ſignificationis Analogia, idcirco, & quia commoda ejus vocabuli origo, nec Græca, nec Latina in Lingua reperitur, derivare malim *Otium* ab Hebr. עת *tempus*. Hebræorum enim litera ע reſpondit olim literæ Græcorum & Latinorum O; ut vel ex ordine literarum conſtat. Sic ab עשיר *Oſiris*, à ערך *Orcus*, à עלר *Olympus* pro Cœlo, quia omnia Tegit. Forte & a עלת *aſcendit*, derivari debet Latinum *Oleo*, de quo ſupra ad Caput XIV. not. 23. egimus, & quod notat *creſco*: Nam qui creſcit, aſcendit in altum. Plane ut hoc ipſum *Altus* eſt a Verbo *alor*, h. e. nutrior, atque adeo notat proprie eum, qui bene nutritus crevit in altum. Sæpe tamen illud ע tranſit etiam in literam A, ſed tunc maxime, quando ejus ſonus vel ſignum iſti literæ additur vel ſubjicitur, ut liquet ex Nominibus Propriis cum Vocabulo עבר in regiminis forma compoſitis, ut *Abdimelech*; *Abdaſtartes*, &c.

Digitized by Google

IX. CŒLUM.

CŒlum à celando deducunt, quòd patens ſit, nec coopertum; ſed nemo ſcribit *celum* ſine diphthongo æ, vel œ: illo modo dicitur à cælando, id eſt, pingendo; hoc autem à Græco κοῖλω, id eſt, cavo. Plinius lib. 2. cap. 2. *Formam ejus in ſpeciem Orbis abſoluti globatam eſſe, nomen inprimis, & conſenſus in eo mortalium*, Orbem *appellantium, ſed & argumenta rerum docent*: ibidem cap. 4. *Cælum quidem haud dubie cælati argumento diximus, ut interpretatur M. Varro.* Hæc Plinius. At M. Varronis verba, licet corrupta, diverſum ſentire videntur: is igitur libro 4. Analogiæ ſic inquit, *Cælum dictum ſcribit Ælius, quod eſt Cælatum: aut à contrario minime Celatum, quòd apertum eſt; non malè, quod poſterius Ælius; multo potius, cælare à cælo, quam cælum à Cælando: ſed non minus illud alterum de Celando ab eo potuit dici, quod interdiu celatur, quam quod noctu non celatur omnino. Ego magis puto, à chao cavum, & hinc cælum; quoniam, ut dixi, hoc circum ſupraque, quod complexu continet terram, cavum cælum. Itaque dixit Andromacha*, Nocti, Quæ cava cœli ſignitenentibus conficis bigis; *& Agamemnon*, in altiſſimo cœli clypeo: *Cavum enim clypeum: Ennius item ad Cavationem*; Cœli ingentes fornices. *Quare ut à cavo cavea, & caulæ, & convallis, cavata vallis, & cavædium; ut cavum ſit ortum, unde omnia apud Heſiodum, à cabo; à cavo cælum.* Hæc Varro. Cui aſtipulatur Lucretius, cùm dixit, *Caulas ætheris.* Ego itaque (16) *cælum* cum œ ſcribo,

(16) *Cælum cum œ ſcribo.*] Sic plerique. Quin & ipſe ſic ſcribere ſum ſolitus, quum id poſtulare videatur origo vocis, quæ commodiſſime & proxime à Gr. Κοῖλον derivatur a pleriſque. Sed tamen valde dubito de hac ejus Orthographia, atque ideo etiam de Etymologia. Nam certe Aldus ex Lapidibus ſcripſiſſe Veteres oſtendit *Cælum*: quod firmant exempla a Cellario allata ex Grutero & Aliis, licet alicubi reperiatur quoque, ſed rarius, *Cœlum.*

Digitized by Google

bo, cum Doctiſſimis, & verba Plinii, Varronem citantis, corrupta vel aliena puto, quæ ſic legenda cenſeo, *Cœlum quidem haud dubiè cavati argumento diximus, ut interpretatur M. Varro.*

Atque hactenus de novem nominibus, quæ Auguſtinus Dathus ſuſcepit confutanda: Nunc nos ad alia tranſeamus, quæ à maximi nominis Grammaticis & Rhetoricis per Antiphraſin dicta paſſim adducuntur.

Cœlum. Sed vel maxime priorem videntur ſcripturam probare illæ vocabuli Etymologiæ, quas ipſi Veteres dederunt. Nam Aelius apud Varronem, tum Plinius & Iſidorus, à *Cælando* derivant, quia Cælum ſtellis aliisque figuris videtur cælatum. At Varro lib. IV. directe & proxime a *Cavo* deducit, non a Κοῖλον; Nam ipſam hic ſpectat vocem *Cavi*, non ejus ſignificationem, & ideo illius quoque vocis etymon a *chao* repetit. Quid ergo aliud hinc poſſumus colligere, quam Veteres A, non O, in ſcribenda hac voce adhibuiſſe, ſeu ſcripſiſſe *Cælum*, non *Cœlum.* Nam ſi *Cœlum* fuiſſet ſcriptum, Varro haud dubie, non a Lat. *Cavum*, ſed a Gr. Κοῖλον id proxime derivaſſet. Vide & ſupra ad Cap. XV. n. 21. ubi & vulgatam Plinii lectionem aſſerui contra Sanctium.

X. MORUS.

Plinius lib. 16. cap. 25. *Sicut Morus*, inquit, *quæ noviſſima urbanarum germinat, nec niſi exacto frigore, ob id dicta ſapientiſſima arborum.* Ex his Plinii verbis multi anſam cepére, ut docerent, *morum* dici per antiphraſin, quia minimè ſit ſtulta: μωρὸς enim ſtultum & dementem ſignificat. Alciatus in Emblematis, poſtquam dixit de Amygdalo, ſubdit,

Serior at Morus, nunquam niſi frigore lapſo
Germinat, & Sapiens nomina falſa gerit:

At verò nec Plinius id ſentit, nec ſi ſentiret, illi ſubſcriberem. Res autem ſic ſe habet: Multa nomina apud Græcos ſcribuntur per ω diphthongen, quæ La-

tini nunc per *au*, nunc per *ω*, enunciarunt; ut ταῦρος, *taurus*; αὐλὴ, *aula*, Καύκασος, *Caucaſus*, αὔριον, *aurum*. *Orata*, inquit Feſtus, *genus piſcis appellatur, à colore auri, quod ruſtici* Orum *dicebant, ut,* auriculas oriculas. *Itaque Sergium quoque quendam prædivitem, quod & duobus annulis aureis & grandibus uteretur*, Oratum *dicunt eſſe appellatum*: Hæc Feſtus. Quin & ſæpe apud antiquos, *au* migrabat in *o*, ut *cauda*, *coda*; *Caurus*, *Corus*; *plauſtrum*, *ploſtrum*; *cautes*, *cotes*: *caudex*, *codex*; *plaudo*, *plodo*, *explodo*; *Plautus*, *Plotus*; *cautio*, *cotio*, ut apud Plautum, *Nihili cotio eſt.* Eodem igitur pacto ex μαυρὸς, id eſt, obſcurus & niger, fit *morus*, cujus fructus niger eſt. Quid, quod etiam (17) apud Græcos in uſu eſt μορέα, pro ipſa arbore mori? Sæpiſſimè Hiſpani faciunt o: ut, *Taurus*, *toro*; *aurum*, *oro*; *laurus*, *loro*; *pauſas*, *poſas*; *Maurus*, *Moro*, *moral*; *laus*, *loor*; *laudare*, *loar*; *Paulus*, *Polo*; *cauda*, *coda*; *cauſa*, *coſa*; *paucum*, *poco*; *audire*, *oyr*; *auditus*, *oydo*; *cautum*, *coto*; *caules*, *coles*. Ita Italicè *Moro* ſignificat fuſcum; ut apud Taſſum in Amadigi canto 57.

Un Gigante nel volto arſicio, & moro.

(17) *Apud Græcos in uſu eſt.*] Immo & ipſum μόρον pro fructu. Unde idcirco rectius deducit Voſſius Latinam vocem, licet repugnante proſodia: nam *Morus* & *Morum* priorem habent longam, & forſan ideo, quia ipſi Veteres verum vocis etymon ignorarunt, atque adeo per Antiphraſin a Gr. μωρὸς crediderunt derivatam, quod ſane ſenſiſſe videtur Plinius, licet ei neque Nos hac in parte ſubſcribere velimus.

XI. MILES.

Feſti Pompei hæc ſunt verba, *Militem Ælius à mollitia, κατ᾽ ἀντίφρασιν,* (id eſt, per antiphraſin) *dictum putat, eo quod nihil molle, ſed potius aſperum quid gerat: ſic ludum dicimus, in quo minimè luditur.* Hæc ille, ſatis ineptè. Ulpianus lib. 29. l. 1. §. de Militari teſt.

Digitized by Google

teſt. *Miles*, inquit, *appellatur, vel à malitia*; id eſt, *duritia, quam pro nobis ſuſtinet; aut à multitudine; aut a malo, quod arcere milites ſolent; aut à Græco verbo χίλιοι, unde χιλιαστὺς tractum eſt: nam ita Græci τάγμα, & mille hominum numerum, appellant; quaſi milleſimum quemque dicas; unde ipſum quoque ducem χιλίαρχον appellant.* Hæc ille. Ex his autem opinionibus poſtrema verior, & aptior eſt, utpote quæ Græcæ origini magis quadret. (18) Itaque *miles* propriè dicebatur, qui *unus è mille* non ſine dignitate nomenclaturæ vocabatur. Nos dicimus de XXIV. rectoribus Hiſpalenſibus, *El Veintiquatro de Sevilla.* Verba porrò Ulpiani male citat, & interpretatur Laurent. Valla lib. 1. cap. 14.

(18) *Itaque miles proprie &c.*] Vere *Miles* a *Mille* deducitur, quod vocabulum olim *Mile* ſcribebatur. Scilicet temporibus Romuli quæque tribus mille homines conferebat in Legionem. Unde qui inter eos erat, dicebatur *Miles*, quaſi mileſimus, ſeu unus ex illis mille vel milleſimis. Qui vero his mille Milleſimis ſeu militibus præerat, à Tribu, quæ hos mille conferebat, *Tribunus* appellabatur. Hæc vera ratio & origo vocabuli *Miles*. Quæ quum tam leniter fluat, & ultro nobis offeratur ab ipſis Veteribus, Varrone, Ulpiano, Eutropio, Iſidoro, ac recipiatur a Valla, Onufrio, Sanctio, Voſſio, Aliiſque, facile patior eam irrideri, & inconditam pronunciari ab iis, qui nihil melius habent, quod adferant, & tantum longe petita ex Græcia, hic obſcura, nobis ingerunt. Vallam a Sanctio hic accuſari nollem, quum recte prorſus verba Ulpiani *Milleſimum quemque* d. l. expoſuerit.

XII. SIMULTAS.

Simultas, inquit Feſtus, *dicta ex contrario, quia minimè ſint odientes ſe ſimul.* Hæc ille. (19) Sed cur non potius

(19) *Sed cur non potius à ſimulando.*] Addit hoc ipſum etiam Feſtus: *Poteſt, inquit, & à ſimulatione dicta exiſtimari, quia ſimulate loquuntur ad invicem.* Ego vero potius dictum arbitror ab eo, quod inter pares ſolet eſſe æmulatio, & quæ inde oritur, invidia ac contentio, unde tandem directe pro odio & inimicitia etiam palam exercita paſſim ponitur. Hoc certum, *Simultas* dici per contractionem pro *Similitas*, ut *Facultas* pro *Facilitas*. Vide Voſſium.

potius à *ſimulando*, quum qui latenter diſſentiant, ſemper ſimulata loquantur, donec vindictæ ſeſe offerat occaſio? Hic potius Laur. Vallæ in Raudenſem aſſentior. *Simultas*, inquit, *eſt latens odium*; ea ſimultas plerumque intelligi contenta eſt, cum inimicitia opere ſe oſtendat.

» [Videtur antiquitus *ſimultas* ſignificaſſe pactum, » ſive quod inter duos ſimul conveniſſet, quaſi *Simuli-* » *tas*: poſtea uſurpatum, pro tacita conventione mu- » tui odii. Plebs quidem Romana, *ſimultatem* ſic vide- » tur uſurpaſſe, velut ex Hygino apparet. Fab. 10. *Cum* » *multi Peliæ filiam peterent, Pelias ſimultatem his conſti-* » *tuit, ei ſe daturum filiam, qui feras beſtias ad currum* » *junxiſſet*. Et Fab. 22. *Æeta Jaſoni hanc ſimultatem con-* » *ſtituit, ſi vellet pellem auratam auferre, tauros æripedes* » *jungeret jugo*.]

XIII. VIOLA.

V*Iolam* dictam volunt quidam, quaſi *non violatam*, vel *non violandam*. Ineptè ſanè, (20) quum *violo* verbum à voce *viola* ducatur: nam *violare virginem* eſt deflorare, & violæ colorem inferre; ut latius in noſtris Ori-

(20) *Quum Violo verbum &c.*] Id vero licet Sanctii *Origines* non viderim, & proinde ejus rationes examinare non potuerim, ineptum pronunciare non vereor. *Violo* & *Violentus* omnino deducuntur à *Vis*. Sicut a *Lux*, *Luceo* & *Luculentus*. *Violare* autem *Virginem* notat vim ei inferre, vi facta contaminare pudicitiam ejus. Hinc ad res alias transfertur, veluti, *violare fœdus*, *amicitiam*, &c. Sed ſæpiſſime ſimpliciter & abſolute ponitur pro vim facere. Liv. I. 9. id *clamitatum*, *ne quis violaret* puellam, h. e. vi raperet, auferret. Sueton. Cæſ. cap. 89. *Plerique eodem pugione, quo Cæſarem violaverant, ſe interemerunt.* Hinc pro duriter & aſpere alloqui alium. Liv. II. 56. *Ne verbo quidem violatis Conſulibus.* Sic paſſim *Violentus* homo eſt homo vehementis ingenii & verborum factorumque: Liv. I. 46. *Ne duo violenta ingenia conjungerentur*. Sueton. Aug. 51. *Violentius conqueri.* Ceterum *Violam* quod à Græco ἴον derivat Sanctius, prorſus probo.

Originibus oſtenditur. Alii minus malè, à *vi olendi*. Sed melius à Græca *Ion*, more diminutivorum: idque eo melius poteſt perſuaderi, quod Æoles, unde plurima Latini ſibi deflexerunt, ſcribebant *Fion*, digamma Æolico, ut ait Terentianus. Et digamma Æolicum verti apud Latinos in V tritum eſt; ut, *ois*, *oſis*, *Ovis*; *oon*, *oſon*, *Ovum*; *oinon*, *Foinon*, *Vinum*; τάως, *Taſos*, *Pavo*; *aion*, *aiſon*, *Aevum*; *oia*, *Foia*, *Via*; *oideo*, *Foideo*, *Video*; *Is*, *Fis*, *Vis*; & verbum *Vapulo*, ab *Apolluo*, *pereo*, vel *Apolumai*, *peribo*; Æolicè *Fapolo*, inde *Vapulo*, *pereo*, vel *doleo*. Sæpe reperias apud Comicos in imperandi futuro, *vapula*, & *peri*, & *plora*, & *jubeo te plorare*. *Formiæ* unde dicantur, indicat Strabo his verbis, *Urbs a Lacedæmoniis condita*, *prius Hormiæ dictæ*, διὰ τὸ εὔορμον, id eſt, propter portus bonitatem & commoditatem. Verſus autem Terentiani de Digamma Æolico hi ſunt:

Nominum multa inchoata literis vocalibus
Æolicus uſus vertit, & digammon præficit.
Æolica Dialectos autem miſta ferme eſt Italæ.
Heſperon quum dico Græce, Veſperum cognominat;
Eſtia ſic Veſta facta: Veſtis Eſthes dicitur:
Hina quem Græce vocamus, Vim jubet me dicere:
Ear eſt multis in uſu, & magis poëticum eſt;
Er enim nativa vox eſt: ille Ver hoc dictitat.
Quos Homerus dixit Enetous, ille Venetos autumat:
Et viola flos nuncupatur, quem Græci vocant Ion:
Et Iolaos, ille Violens: crede Marco Tullio:
Quamque Itun dicunt Achæi, hanc Vitem gens Æoli.
Plura Sappho comprobavit, Æoles & cæteri.

Vomo etiam, & *Vomer*, ſeu *Vomis*, ab ἐμέω, vel ἐμῶ, (*vomo*) & *Vomica*, quod ſemper evomat ſanguinem.

Digitized by Google

XIV. ÆGER.

ÆGer, inquiunt, ab *ago*, quod nihil poſſit agere. Nil vidi, aut legi ridiculum magis. Alii ab Græco *αἶ αἶ*, quod eſt doloris ſignum & querelæ. (21) Alii ab *αἰάζειν*, id eſt, lamentari. Sed non longe abierit ab *ago*; eo quod agatur infirmitate vel triſtitia: & *agere vitam*, ad id alludit. Virgil. *Vitamque extrema per omnia duco.* Sed placet ab *αἶ αἶ*.

(21) *Alii ab αἰάζειν.*] Mihi hoc etymon præ reliquis omnibus videtur vero proximum. Nam ab *αἰάζω*, unde & *αἴαγμα lamentatio*, commode deduxeris *αἰαγρὸς*, quod olim in uſu fuiſſe potuit. Et hinc Latini eliſa litera A, propter concurſum plurium vocalium, ſuum *Aeger* pro *Aeager* videntur formaſſe, ſicuti *Cogo* dixerunt pro *Coago*, *Dego* pro *Deago*, & ſimilia.

XV. DIS, PLUTO.

DIs, inquiunt, *quia minime dives.* Quod ex Quinctil. lib. 1. cap. 6. eliciunt, quum potius, ut diximus, Quinctilianus hujuſmodi etymos irrideat & inſectetur, Cic. 2. Natur. Deor. à *divitiis* videtur deducere, *Terrena*, inquit, *vis omnis atque natura Diti patri dicata eſt: qui Dis, ut apud Græcos* Πλούτων, *quia & recidant omnia in terras, & oriantur è terris.* Hæc ille. Cui conſonat Ovid. 1. Metamorph.

—— Itum eſt in viſcera terræ,
Quaſque recondiderat, Stygiiſque admoverat umbris,
Effodiuntur opes, irritamenta malorum.

Itaque ſine Antiphraſi, (22) *Dis* à divitiis, quas poſſidet,

(22) *Dis a Divitiis.*] Immo quaſi per contractionem dicitur *Dis* pro *Dives*, ſicuti *Dites* pro *Divites*, quoniam revera Dives habebatur *Pluto*, ſic etiam a Divitiis Græce dictus. Vide & Voſſium,

ſidet, aut divitiæ à Dite, (eſt enim ditiſſimus) rite nominabitur.

XVI. PONTUS.

PUdet referre *Ponti* etymon: olet enim fæcem Grammaticorum. Dicunt iſti, *quaſi ſine ponte*: quia mare pontem habere non poſſit. Nihil magis ridiculum eſt, quam quum Græcis vocibus etymum redditur Latinum, aut contra. *Lapis* dicunt, quia *pedem lædat*, vel à *labando*, quum Græcè ſit λάας; & *petra*, *quia teratur pedibus*, *aut pedem terat*, quum ſit πέτρη, vel πέτρα. Itaque *Ponti* etymon Latinè reddere imperitiæ fuit. Nec etiam neceſſe fuit *Ponti* etymon ſcrutari, quum pro mari accipitur: (23) nam propriè mare non ſignificat,

(23) *Nam proprie Mare &c.*] Dubitem ſane, immo putem eſſe proprium Maris Euxini vocabulum, vel ſaltem ei κατ' ἐξοχὴν tributum. Certe *Propontis* proprium eſt vocabulum iſtius Maris, quod ante Euxinum eſt, veluti Minoris *Ponti* ante Majorem: & *Helleſpontus* Freti ante Propontidem. Etymon *Ponti* recte forſan à πόνος, *labor*, ut monuerunt jam alii, deduxeris; quia periculoſa & laborioſa iſtic erat navigatio, propterea, quod illud Mare commodis portubus & ſtationibus deſtituebatur, unde & olim Ἄξεινον, quaſi *importunum adventantibus*, Græci crediderunt cognominatum. Adde quod celeberrima Græcorum expeditio prima inſtituta fuit in hunc Pontum Euxinum, nec ſine maximis periculis & laboribus. Unde ab illis reducibus videri poſſet id *Ponti* nomen Mari huic impoſitum propter exantlatos illic labores; & ſic ad alia quoque Maria dein tranſlatum, ſed & cum regione vicina quoque tandem communicatum ea ratione, qua paſſim apud Græcos & Latinos IN Urbe aut Mari aliquid factum dicitur, quod in agro ſuburbano, aut in terra mari proxima accidit. Vide me ad Aelianum Var. Hiſt. II. 25. 6. Quin ipſum illud *Helleſpontus*, quod manifeſte eſt primitus ipſius Maris nomen, tamen æque ac *Pontus*, regionem illi adjacentem quoque notat. Corn. Nepos in Pauſan. 2. *Pauſaniam cum claſſe communi Cyprum & Helleſpontum miſerunt, ut ex his Regionibus barbarorum præſidia depelleret.* in Timoth. 3. *Defecerat Samos, deſcierat Helleſpontus.* Hinc jam Homo iſtius Regionis dicebatur *Helleſpontius*, Cicero Famil. XIII. 53. *Commendo tibi negotia*

cat, ſed regionem illam, cujus fuit Mithridates Rex. Unde Juvenalis, *Feſtino ad noſtros, & regem tranſeo Ponti.* Ibi eſt *Pontus Euxinus*, & ita *Pontus* accipitur pro mari, ex parte totum; ut *Fretum* pro mari, quum ſit *Fretum* propriè, quod Græci vocant *Porthmon*, à *fervendo*, quod ibi maximè fervet aqua: nos vocamus *Eſtrecho.* Denique paſſim Græcè legas, πόντος ἁλὸς, id eſt, *Pontus Maris*, & *Freta Ponti*; ut *æquor maris.*

gotia ejus, quæ ſunt in Helleſponto, & ſi quid habebit cum aliquo Helleſpontio controverſiæ, ut in illam διοίκησιν rejicias. Adde vocem *Pontus* factam eſſe communem & appellativam, non Terræ, ſed Maris, & inde derivata ποντίζειν, & ſimilia, *Maris* ſemper ſignificationem præferentia. Ex quibus omnibus colligendum videtur, vocabulum hoc primitus impoſitum Mari Euxino, & ſic dein communicatum cum adjacente Regione potius, quam contra. Bochartus tamen in ſuo Phaleg. I. 10. in eo conſentit cum Sanctio, quod nomen id primum tribuit regioni, dein Mari, regionemque putat Orientalium lingua per metatheſin literarum ſic appellatam, quaſi terram *Botna* vel *Botnim*, h. e. *nucum*, quæ frequentiſſimæ in ea: Unde & à Latinis ſcriptoribus ſæpe *Ponticarum Nucum*, ut præſtantiſſimarum, mentio fit. Neque abſurdum ſane illud, licet verum non putem.

XVII. PELAGUS.

SOlent etiam & Græci Grammatici, quamvis doctiores, ineptire; dicunt enim πέλαγος à πέλας, id eſt, *propè* & γῆς, id eſt, *terra*: *quia non propè, ſed longiſſimè abeſt à terra.* Sed *pelagus* propriè mare non ſignificat, ſed profunditatem maris, Hiſpanè, *Pielago.* In Evangelio D. Matthæi legitur, πέλαγος τῆς θαλάσσης, id eſt, *Pelagus maris*, hoc eſt, in medio maris. (24) Crederem dici *pelagus*, à πέλας, *prope*; quia prope

(24) *Crederem dici pelagus &c.*] Veriſimilius fecere, qui ab Hebr. פלגים *Rivi* deduxere. Sicut & ſequens vocabulum *Charontis* ab Ægyptiaca origine repetiverunt Eruditi, quæ *portitorem* ſignificarit probante Voſſio; quem vide. Certe χάρων non à χαρόπος, ſed hoc ab illo derivatur: neque etiam à χάροψ, quo proprie *lætos habens oculos* notatur, cum nihil lætum Charonti tribuatur ab

prope litus ſtatim pelagus eſt, id eſt, profunditas maris.

XVIII. CHARON.

Lilius Gregorius Giraldus de Diis gentium ſic ait, *Charon Deus infernus, dictus per Antiphraſin, quaſi Acheron: alias tamen etymologias Phornutus adducit, quas non ſatis probo.* Hæc ille. Mihi placet Natalis de Comitibus in Mythol. χάρων, inquit, à χαίρω, id eſt, *gaudeo, quia tranſitus Lethei fluminis ad ſedes beatorum maximo cum gaudio fiat.* Sic ille. Invenio & χάρων, pro leone, ἀπὸ τοῦ χαροπότητος, id eſt, ab ſplendore oculorum. Huc videtur Virgil. Æneid. 6. reſpexiſſe, *Stant lumina flamma*: & Ovid. Metamorph. *Rubra ſuffuſus lumina flamma.* Seneca in Hercul. Fur. act. 3. *Concavæ lucent genæ*: ſic enim legendum, non *ſquallent.* Dicuntur etiam χαρώνια, hiatus terræ immenſi, & χάσματα, ex Diogene Laërtio, & Joſepho Scalig. in Æthna; unde non male poſſet deduci *Charon.*

XIX. HOLOSTEON.

Holoſteon, inquit Plinius lib. 27. cap. 10. *ſine duritia herba ex adverſo appellata à Græcis, ſicut Fel Dulce: tenuis uſque in capillamenti ſpeciem, longitudine quatuor digitorum, ceu gramen, foliis anguſtis, aſtringens guſtu, naſcitur in collibus terrenis; uſus ejus ad convulſa, rupta, in vino pota.* Hæc omnia ſumpſit Plinius ex Dioſcoride lib. 4. cap. 11. præter illa, *ſine duritia, ex adverſo appellata à Græcis, ſicut fel dulce.* Qua in parte non aſſentior Plinio, ſi modò illa Plinii ſunt tam diſparata verba: nam quum dicimus fel *Dulce*, non Antiphraſis eſt, ſed ironia. Deinde apud Dioſcoridem (25) non ὀλόστεον, ſed ὀλίστεον legitur, id eſt, *perdens*

ab ullis Scriptoribus. Vide Virgilium Aen. VI. 298. &c.

(25) *Non* ὀλόστεον, *ſed* ὀλίστεον *legitur. &c.*] Neſcio quid ſibi his verbis velit Sanctius. Verum eſt, in vulgatis Dioſcoridis edd. legi ὀλι-

dens coronas, quia coronaria non ſit. Et verò ſi gramini ſimilis eſt, rite vocabitur *holoſteon*, id eſt, dura, & tota oſſea, & non per antiphraſin. Doctor Laguna noſtram *pilloſellum* eſſe arbitratur, quæ ideo ſic vocatur, quod minus ſit horrida, villoſa, & veluti ſpinoſa.

ὀλίστεον, ſed Docti interpretes ex Galeno & Plinio oſtenderunt iſtic liquido ſatis, legendum ὀλόστεον. Sed an ὀλίστεον notat *perdens coronas*? ubi hic *corona*? quæ pars vocis eas denotat? Ferri id poſſet, ſi legeretur ὀλίστεφος, quod nuſquam legitur. Sine dubio ὀλίστεον dicta eſt hæc herba, quia *tota* conſtat ex *cauliculis*. Caules autem ſunt veluti *oſſa* herbarum & foliorum. Quod vero Laguna putavit fuiſſe *piloſellam*, id vero refutatum vide a Matthiolo, qui & figuram hujus herbæ vel fruticis exhibet in lib. IV. Dioſcor. cap. 10.

XX. ORTHOPNŒA.

COelius Aurelianus lib. 3. cap. 1. Chronion, quum fere attigiſſet, quid eſſet *Orthopnœa*, id eſt, ſpirandi difficultas, ſubdit: *Item, ut alii dicunt, contrario vocabulo ſuæ virtutis nomen accepit: nam quum ſpirationem convertat ac depravet, tanquam corrigat, Orthopnœa nuncupatur, quam nos ſpirandi dicere correctionem poterimus; multa enim contrariæ interpretationis vocabulum ſumpſerunt; ut* fella, *quæ Græci* γλυκία *vocant, velut Dulcia, quum ſint amariſſima.* Hæc verba coincidunt cum illis Plinii ex capite præcedenti, utraque ex ingenio Grammaticorum. Quanto ſimplicius & rectius diceretur, (26) *Orthopnœa* ideo dicitur, quia niſi recto & extenſo collo ſpiritum emittere non poſſimus.

(26) *Orthopnœa ideo dicitur.*] Vide & Voſſ. Inſt. Orat. IV. 13. 11. ubi item Antiphraſin, ut futile Grammaticorum inventum, explodit.

XXI. LUSTRA.

SErvius lib. 1. Æneid. ſic, *Luſtra, & Lupercalia per contrarium dicimus: quia parum luſtrantur.* Sed quantum

Digitized by Google

quantum Servius fallatur, & jam ſæpe docuimus, & de *Luſtris* egimus ſatis in Regula quinta, quum diſceptavimus, unius vocis unicam eſſe ſignificationem. [Vide Cap. XIV. Nº. 20.]

Erunt & alia multa, quæ Grammatici, ut ſunt ad errores ingenioſi, comminiſcuntur. Sed hæc ſatis fuerit confutaſſe, ex quibus facilè intelligetur, nullam poſſe eſſe vocem, quæ ex impoſitoris mente contrarium poſſit ſignificare.

Cap. XVII.

Reſponſio ad quædam Objecta.

SCripſi in quadam epiſtola, *juſta ſollemnia facere*: reprehendor in orthographia, & in ſignificatione; (1) nam *ſollemne*, inquiunt, eſt, quod quotannis fieri ſolet.

(1) *Nam Sollemne inquiunt &c.*] Crediderim quidem cum Sanctio, veram ſeu origini ſuæ congruentem eſſe Orthographiam, qua uſus eſt, quum eam antiqui Lapides quoque probent. Sed poſteriores tamen Veterum vel ſic dixiſſe cenſeam *Sollennis* potius, quam *Sollemnis*; Plane ſicuti maluerunt tandem *Portunus* pro *Portumnus*, *Fortuna* pro *Fortumna*. Porro crediderim proinde etiam hoc, primitus quidem id vocabulum, utpote tantummodo derivatum & deductum à *Sollus*, h. e. totus, integer, non tam ſignificaſſe *præcipuum*, *ſingulare*, & *eximium*, ut mox Sanctius explicat, quam *Perpetuum*, *Continuum*, *integrum*, *cui nihil deeſt*, *quod ad ejus integritatem requiratur*: ſed tamen deinceps adhibitum revera etiam in ſignificatione ejus, *quod omnibus annis fieret*, & quod ſic uſu continuo & annuo diu perſeveraret. Certe Feſtus in Sollo, *Sollenne*, *quod omnibus annis præſtari debet.* Feſtus autem ſua hauſit ex Verrio Flacco, qui vixit temporibus Auguſti. Nullum igitur poteſt eſſe dubium, quin Verrius eo ſenſu, ut & pro eo, *quod uſitatum ſit*, illud vocabulum adhibuerit, & haud dubie plures illo tempore. Ne dubites, ſic Livius I. 7. *Traditio ſervis publicis ſollemni familiæ miniſterio.* Cap. 31. *Manſit certe ſollemne, ut quandocunque nunciaretur idem prodigium, feriæ agerentur.* XXXVIII. 48. *In ea civitate, quæ in ſollemnibus verbis habet, quum triumphum decernit: Quod bene ac feliciter*

Digitized by Google

let. Orthographia vera eſt; dicitur enim *ſollemnis*, à *ſollo*, voce Oſca, id eſt, totum, teſte Feſto: *omnis* autem eſt productio vocabuli, ut in *legitimus*, *ædititimus*.

feliciter Remp. adminiſtravit. Sollemnia hæc *Verba* quid aliud quæſo ſunt, quam Uſitata, & longo uſu continuata? Phædr. in Præfat. lib. 3. *Ergo hinc abeſto Livor, ne fruſtra gemas, Quoniam mihi ſollemnis debetur gloria*, h. e. talibus meritis tribui ſolita. Pom. de Or. juris §. 6. *Ex his legibus Actiones compoſitæ ſunt, quas ne populus, prout vellet, inſtitueret, certas ſollemneſque eſſe voluerunt*, h. e. conſtanti uſu receptas & ita ſingulis rebus proprias, ut aliæ, ſi adhiberentur, nihil valerent. Interim quicquid ſingulis annis fiebat, itidem appellabatur *Sollemne*. Hinc paſſim *ſollemnes dies*, *ludi*, *ſacra*. Liv. I. 35. conjungit *ſollemnes annuos ludos*: unde tamen liquet, non eſſe *Anni* vocem aut ſignificationem vocabulo *ſollemnis* re ipſa implicitam, ſed potius tales annuos dies fuiſſe omnes feſtivitati deſtinatos. Ceterum quoniam illi anniverſarii dies erant quaſi præcipui dies totius anni, & quoniam illos dies ſolebant feſto potiſſimum modo exigere, hinc tandem tamen factum, ut aliquando ſimpliciter *Sollemnis* adhibeatur pro præcipuo, & maxime feſto. Salluſt. Catil. 22. *Sicut in ſollemnibus ſacris fieri conſuevit.* Et hinc *Sollemnia* abſolute Livius I. 7. *Ne extis ſollemnium veſcerentur.* Cap. 9. *cujus ad ſollemne ludos, que veniſſent.* Suet. Tib. 34. *Sollemnibus cænis pridiana obſonia appoſuit.* h. e. rectis, ſeu talibus cœnis, quales ſolebant exhibere diebus maxime feſtis. Vitell. 11. *Inferias Neroni dedit, & ſolemni convivio citharœdum placentem palam admonuit*, h. e. maxime frequenti, & feſtivo. Scilicet eodem modo ſe res habet in hoc vocabulo, quo in *Ædituмus* ac *Ædituus*. *Æditumus* dicebatur eadem forma, qua *Finitumus*, & ſicuti hoc notat rem ſive hominem, qui eſt in finibus noſtris, ſic illud, hominem, qui habitat in æde ſacra. Sed cum tandem facilioris pronunciationis gratia diceretur *Ædituus*, crediderunt ipſi Veteres inſigni errore, dici ita, quaſi *Ædis ſacræ Tuitorem*, ut exponit Feſtus. Vide & Varron. lib. IV. de Ling. Lat. Eodem itaque modo verum haud dubie & genuinum fuit *Sollemnis*, ſed per εὐφωνίαν deinde dictum *Sollennis*, idque acceptum, certe a Grammaticis, tanquam ſi eſſet compoſitum ex *Sollus* & *Annus*, & ſignificaſſet primitus tale quid, quod omnibus annis recurrit, quum revera vocabulum fuerit non Compoſitum, ſed Derivatum a *Solus*, & ſignificarit illud maxime, cui nihil ad ſui perfectionem deeſt. Vide & Voſſium in Etymologico, ſed valde fluctuantem.

Digitized by Google

mus. Aldus in Orthographia ſic ait, *Sollemne, non ſollemne, habent antiquiſſimi libri, & lapides. Analogia Solemne videtur probare, ſi modo à* Solo anno *deducitur, ut quibuſdam placet. In hoc tamen plus antiquitati demus, quam analogiæ. Vide Feſtum in Sollo, & Oſce.* Hæc Aldus. *Sollemne* autem nec derivari ab *anno*, nec ſignificare, quod ſolet quotannis fieri, hæc teſtimonia demonſtrabunt. » [Livius lib. 1. *Ludicrum fuit, equi,* » *pugileſque ex Hetruria acciti; ſolemnes deinde annui* » *manſere ludi* : & lib. 5. *Ut matronarum, ſicut viro-* » *rum, poſt mortem ſolemnis laudatio eſſet* : & lib. 7. *A* » *conſulibus ad dictatores ſolemne clavi figendi tranſlatum* » *eſt; intermiſſo deinde more, digna etiam per ſe viſa eſt* » *res, propter quam Dictator crearetur.* In *ſolemne* ergo » ſubauditur *Inſtitutum*, vel *Opus.*] Horatius lib. 1. epiſt. 18. *Romanis ſollemne viris opus, utile famæ* : idem lib. 2. epiſt. 1. *Romæ dulce diu fuit, & ſollemne, recluſa Mane domo vigilare, clienti promere jura* : idem lib. 1. epiſt. 1. *Inſanire putas ſollemnia me, neque rides?* Plin. lib. 28. cap. 9. *Certe novæ nuptæ intrantes etiam ſollemne habent, poſtes eo attingere.* Virgil. lib. 12. *Habeto Imperium ſollemne Socer; mihi mœnia Teucri Conſtituent.* Cic. ad Attic. lib. 7. *Tantum igitur noſtrum illud ſollemne ſervemus, ut ne quem iſthuc euntem ſine literis dimittamus.* Tacit. lib. 12. *Et funeris ſollemne, perinde ac D. Auguſto, celebratur* : idem lib. 3. dixit, *Funerum ſollemnia* : & lib. 11. *Nuptiarum ſollemnia. Sollemne* igitur ſemper ſignificat aliquid præcipuum, integrum, ſingulare, & eximium. Sic Horat. lib. 4. Oda 11. *Qui dies jure ſollemnis mihi, ſanctiorque pene natali proprio.* Et Virgil. lib. 5. *Annua vota tamen, ſollemneſque ordine pompas*, id eſt, præcellentes. Qui locus decepit Grammaticos, propter *annua vota.* Qui ſapiunt, ſcribunt *ſollemnis*, *ſollicito*, *ſollertia*, *ſollers*, id eſt, totus ars.

Sumtus, *emtus*, *contemſi*, *contemtum*, ſcribo ſine p, quia verbi characteriſtica litera perire non debet, & à Barbaro

Digitized by Google

Barbaro ſæculo dimanavit *emptum*, *comptum*. Barbari ſcribebant *hyemps*, *dampnatus*, *ſompniare*, *prompſi*. (2) Marius Victorinus in libro de Orthographia ſic ait: *Nam* hiems, & inſumſit, & demſit, *ſine dubio per* m ſ *ſcribetis. Et quando in harum vocum mentionem incidimus, nec* conſumptum, *nec* emptum, *nec* temptat, & *ſimilia iſtis, per* p t *ſcribetis vitioſè, ſed ut ego ſcripſi, juxta* m t *ponetis*. Sed de hoc latiſſimè Lambinus in prologo in Horatium.

Archaiſmon objiciunt, quum dixi, *Si pote eſt*. Nomen *potis* & *pote* non differt à *fortis* & *forte*, niſi quod (3) etiam in neutrali genere aliquando *potis* reperitur. Lucret. lib. 1. *Conjunctum eſt id, quod nunquam ſine perniciali Diſſidio potis eſt ſejungi, ſeque gregari*: Idem lib. 5. *Nec potis cerni, quia caſſum lumine fertur*: loquitur de corpore. Catul. *Quantum qui pote plurimum perire*. De voce *Potis* in maſculino & fœmin. multa ſunt teſtimonia. Virgil. 3. Æneid. *Nec potis Ionios fluctus æquare ſequendo*: idem Æneid. 11. *At non Evandrum potis eſt vis ulla tenere*. Sed hoc nemo opinor negabit. De *pote* videamus an ſit Archaiſmos. Cicero

(2) *Marius Victorinus.*] Priſcianus lib. x. p. 897. prorſus in contrarium tendit. *In MO deſinentia*, ait, *ſi Vocalis longa antecedat, O in PSI converſa, proferunt Præteritum, ut Sumo, Sumpſi, Promo, Prompſi*. Et dein, *Emi vero Emptum facit, quod ideo aſſumpſit P, quia non poteſt M ante T ſine P inveniri euphoniæ cauſa, ut Sumptus, promptus*. Manifeſtum ex eo ſaltem hoc, Imp. Juſtiniani tempore invaluiſſe jam illam Scriptionem in ejuſmodi Verbis.

(3) *Etiam in neutrali genere aliquando potis.*] Sic Terent. Adelph. IV. 1. 5. *Ita fiat, & iſtoc ſi quid potis eſt rectius*. Et IV. 4. 17. *fieri potis eſt, ut ne qua exeat*. Plautus Amphitr. II. 2. 61. *Qui iſtuc potis eſt fieri*. Caſina II. 3. 2. *Nec potis quidquam commemorari, quod plus ſalis plusque leporis habeat*. Immo & in Plurali, Plautus Pœn. I. 2. 17. *Duæ potis ſunt plus ſatis negotii dare*. Merula jubet illic legi *potes ſunt*; ſed quum videamus *Potis* præter analogiam olim in omni genere adhibitum ipſo uſu, quidni ergo etiam utroque Numero? Vide etiam ſupra II. 10. 1. pag. 212.

Digitized by Google

Cicero de claris orat. *Hoſpes non pote minoris* : idem Attic. lib. 12. epiſt. 39. *Ego quid homines aut reprehendant, aut poſtulent, neſcio : ne doleam? qui pote eſt? ne taceam? quis unquam minus?* ibid. lib. 13. epiſt. 37. *Hoc quidquam pote eſt impurius?* Perſ. Satyr. 1. *Qui pote? vis dicam?* Propertius lib. 2. eleg. 1. *Qui pote, quiſque in ea conterat arte diem.* Catull. *Una ſalus hæc eſt, hoc eſt tibi pervincendum. Hoc facies, ſive id non pote, ſive pote.* idem, *Aut ſi perditius pote eſt quid eſſe.* Terent. Adelph. act. 2. ſc. 3. *Nihil pote ſupra.* Plaut. Caſ. ſc. Omnib. *Non pot' eſt impetrari* : Idem Moſtell. ſcen. Jam pridem, *Vah, quid illa pote pejus quidquam muliere memorarier?* Idem Menech. ſcen. Ut ætas, *Ibo, atque arceſſam medicum jam quantum pot' eſt* : Idem Perſa ſc. 1. *Quin ſi egomet totus veneam, vix recipi pote ſit, quod tu me rogas.* Priſcianus lib. 15. *Hic & hæc potis, & hoc pote, unde potior, potiſſimus.*

Celebrare regis uxorem reprehendere conantur, quod ſit accuſativus perſonæ. At Cicero pro Muræn. à nobis ſtat, (4) quum ſcribit, *Nuncii literæque celebrant eum, factum conſulem*; Idem pro Arch. *ingenio alicujus Poëtæ aliquem celebrari.* Ovid. 2. Art. in fine, *Me vatem celebrate viri, mihi dicite laudes* : & lib. 1. Amorum, *Carminibus aliquem celebrare* dixit. *Celebratus* & *Celebrandus* paſſim invenies.

Ut Poëtis aliquam præluceremus facem ſcripſi; neſcio quid hic poſſint reprehendere, niſi ſummam elegantiam. *Lucere* vel *prælucere facem, cereum, candelam alicui*, ſelectum loquendi genus eſt; aut *lucere* vel *prælucere* cum dativo, ſuppreſſo accuſativo, ut illud, *Ego meis*

(4) *Quum ſcribit &c.*] Diſerſius etiam Cicero Famil. V. 12 *Me a te potiſſimum o nari celebrarique velle.* Livius XLIV. 22. *Majore, quam ſolita, frequentia proſequentium Conſulem celebratum.* Tacitus Hiſt. II. 71. *Neronem admiratione celebrabat.* Salluſt. Jug. 85. *Hæc & talia faciendo majores veſtri ſeque remque publicam celebravere.*

meis majoribus virtute mea præluxi, ſupple *facem*, vel *cereum*. Suetonius Auguſt. cap. 29. *Servumque præluceutem exanimaſſet.* Plautus Caſ. ſcen. Non mihi, *Primum omnium huic lucebis novæ nuptæ facem*: Idem Curcul. ſc. 1. *Tute tibi puer es lautus, luces cereum.* Aurelius Victor de viris illuſt. *Duilio conceſſum eſt, ut prælucente funali, & præcinente tibicine, à cœna publice rediret.*

(5) *Threnos deflere* dixi, Græcos imitatus, qui paſſim verbis cognatos accuſativos adjungunt, ut, *ſervitutem ſervire, certamen certare, ludum ludere*: ſic θρηνεῖν θρήνους, id eſt, deflere lugubria. Sic Cicero dixit *Caſus deflere*. *Funera flere* Ovidius: &, *Fortuna tua flenda eſt*. Itaque *Fleo*, (ut & reliqua omnia verba, paſſivis exceptis, & ſubſtantivo) Activum eſt.

Debito epathlo non fraudabitur, ſcripſi. Si *Epathlon*, inquiunt, vox Græca eſt, quur Græcis characteribus non ſignatur; deinde quur in ſexto caſu, quo Græci carent, collocatur? Reſpondeo, ſive Græcis, ſive Latinis literis ſcribatur, Græcum eſſe nomen, & aptiſſimè in ſexto caſu, cum ſuo adjectivo, collocari. (6) Græcos autem ſexto caſu non carere, jam probavimus.

Prorſum

(5) *Threnos deflere.*] Phraſis hæc recte exponi poteſt. Eodem ſcilicet modo, quo ſupra III. 3. 9. pag. 300. 301. &c. expoſuimus *Æſtuare annum, Saltare Cyclopa, Vivere Bacchanalia.* Senſus igitur eſt, fletu exſequi threnos ad finem uſque, ſeu flendo abſolvere eorum recitationem, ut *decantare* & *deſaltare canticum* apud Suetonium, *Rixa debellata ſuper meo*, Horat. Od. 1. 18. Ceterum de Verbis tum Activis tum Neutris etiam abunde in ſuperioribus egimus, & liquido, ni fallor, Neutra aſſeruimus, ad quæ etiam Verbum *Flere* primitus eſt referendum. Vide me ſupra III. 3. 61.

(6) *Græcos autem ſexto &c.*] At Tu vide, quæ contra hanc ſententiam diſputavimus ſupra I. 6. 4. p. 34. 35. &c. Interim Græca vocabula Latine ſcripta, Latine etiam per caſus Latinos declinantur recte & veterum exemplo: ſicuti ex quamplurimis Auctorum locis patet, in quibus Nomina Propria Græcorum per caſus Latinorum exprimuntur.

Digitized by Google

Prorſam orationem, non *proſam*, ſcribo. *Prorſi limites*, inquit Feſtus, *appellantur in agrorum menſuris, qui ad orientem directi ſunt*: Idem, *Prorſum ponebant pro recto.* Donatus in Terentium (7) *Prorſa*, inquit, *oratio, quam non inflexit cantilena.* Scio antiquiſſimos dixiſſe, *proſam*, non *prorſam*, quia concurſum r, cum ſ, fugiebant; unde dicebant, *ruſum*, pro rurſum, *ſuſum*, pro ſurſum, *aſum*, pro arſum, *proſum*, pro prorſum; & veſtem quandam vocabant *proſam*, pro longa. De *Prorſa Dea* Agellius libro 16. cap. 16.

In ea re aliquem excellere, qua in re. Sunt innumera teſtimonia, quibus hoc politum dicendi genus confirmavimus, ſupra II. 9.

Elegantiſſimum aureum annulum. Valla lib. 3. cap. 4. duo adjectiva uni ſubſtantivo addi poſſe negat; ſed longè fallitur, ut alibi [lib. II. cap. 8.] probavimus.

Sonetta quur dixerim, & duplici tt ſcripſerim, reprehendor: nam novæ voces, ajunt, præfatiuncula molliendæ ſunt, *ut ita dicam, ut ita liceat loqui.* Nonne ridiculus eſſet, qui ſic loqueretur? *Confero me Madritum, ut ita loquar*: *Venio Burgis, ut ita dicam.* Aliud igitur eſt nova nomina invenire, aliud, inventis uti, etiamſi apud Latinos non inveniantur. Quur duo tt? quia ſic ſcribunt Toſcani nomina diminuta.

Aliena poëmata nemo pro ſuis uſurpato, *Uſurpare*, inquiunt, eſt in frequenti uſu habere: Et quid neceſſe fuit

(7) *Prorſa oratio.*] Immo dicitur *prorſa oratio*, quaſi porro uſque ad marginem ſemper vorſa: & idcirco opponitur *Metro*, cujus Verſus ante deſinebant plerumque, quam ad marginem pervenirent. Vide Caſaub. ad Lamprid. Alex. cap. 59. Hinc *prorſus* paſſim ponitur pro rectâ, ſine flexu, aut mora; Cato apud Feſtum in v. Prorſus, *Quum Romam veniebant, prorſus devertebantur pro hoſpitibus ad amicos ſuos.* Opponitur etiam *prorſus* & *ex tranſverſo*: Plautus Pſeudolo IV. 1. ult. *Non prorſus, verum ex tranſverſo, cedit.* Uſus tamen obtinuit, ut oratio potius *Proſa* ex antiquitate diceretur, quam *prorſa*, quæ ſcriptura tantum in Adverbio prævaluit. Vide & Sueton. Aug. 85.

Digitized by Google

fuit addere, *pro ſuis?* Nonne & *Uſurpare* capitur, pro capere? atqui id frequentiſſimum eſt. In illo Ciceronis libro 9. epiſt. 22. *Uſurpata duplex cubile*, Canterus legit, *Uſurpat à*, vel, *uſurpat ab duplex cubile*; quod verum credo. Et quod eſt apud Gellium lib. 3. cap. 2. *de uſurpatione*, id eſt, (8) uſucapionis interruptione, non

(8) *Uſucapionis interruptione.*] Sic tamen etiam Paulus JCtus l. 2. Dig. de Uſurpat. & Uſucap. *Uſurpatio eſt uſucapionis interruptio. Oratores autem Uſurpationem frequentem uſum vocant.* Vult JCtus *uſurpatione* rei ad certum & legibus præfinitum tempus *interrumpi ejuſdem rei uſucapionem*, quam alius ſuæ poſſeſſioni propoſitam habet. Hinc jam explicandus illuſtris ille Gellii locus de ratione & initio ac fine dierum naturalium, quem Doctiſſimi Interpretes neutiquam intellexerunt. Eſt ille III. 2. *Q. quoque Mucium JCtum dicere ſolitum, legi, non eſſe Uſurpatam mulierem, quæ Kalendis Januariis apud Virum cauſa matrimonii eſſe cœpiſſet, & a. d. IV. Kal. Januarias ſequentis Uſurpatum iſſet. Non enim poſſe impleri trinoctium, quod abeſſe a Viro Uſurpandi cauſa ex XII. tabulis deberet: quoniam tertiæ noctis poſteriores ſex horæ alterius Anni eſſent, qui inciperet ex Kalendis.* Etenim *Uſurpari* hic dicitur ab Alio Uxor, quæ a Viro diſcedit, in cujus matrimonio erat per Uſum, ſed qui Uſus tunc interrumpebatur per illam Uſurpationem. Nec enim, quod Vir Doctiſſ. ait, *ut conſtaret matrimonium Uſu, trinoctium abeſſe matronam a Viro Juris erat*, ſed fiebat id, ut non conſtaret matrimonium, & ut jus Uſu integri anni quærendum abrumperetur, ſeu Uſucapio interrumperetur, ut recte etiam Briſſonius ſenſit de Ritu Nupt. p. m. 32. Scilicet per abſentiam Uxoris à Viro, qui Uſu eam capiebat, ſi illa abſit, ut ab alio uſurpetur, & abfuit continuo integro trinoctio illius anni, Uſus, vel Uſucapio Uxoris, quæ ceteroquin Uſu unius anni abſolvebatur & confirmabatur, plane interrumpitur & aboletur. Nempe *Uſurpare* proprie notat rem non ſuam ſuum tamen ad uſum adhibere, & ſibi ſumere. Sic ergo alterius uxor *uſurpabatur*: ſed & ſic Præfectus Urbi Latinarum fer. cauſa dicitur *Conſulare munus uſurpare* apud Tacitum Ann. VI. 1. Similiter Plinius Paneg. cap. 81. de Venatione agens, *Uſurpabant gloriam iſtam illi quoque Principes, qui obire non poterant.* Gellius IX. 2. *Dolori mihi eſt, quod ſpurca iſtiuſmodi animalia nomen uſurpant ſanctiſſimum, & Philoſophi appellantur.* VI. 8. *Retentam à Scipione & in deliciis atque amoribus uſurpatam.* Tac. Ann. XI. 16. *Modo comitatem & temperantiam, modo violentiam, uſurpans.* Plaut. Bacchid. I. 2. 41. *O barathrum, ut ego te uſurpem lubens.* Cic.

Digitized by Google

non probat Charondas ad leges XII. tabularum. Cic. 7. Verr. *uſurpare*, *ac retinere* : idem pro Marcello, *Crebris ſermonibus uſurpare* dixit : & quur addidit *crebris*, ſi *uſurpo* frequentativum eſſet? Ego addidi, *Pro ſuis*, more Terentiano, in Andr. *Fatetur tranſtuliſſe*, *atque uſum pro ſuis*.

Nemo

Cic. de Amic. c. 2. *Nec tamen ab iſto officio, quod ſemper uſurparam, abduci commodo meo debui.* Denique pene prorſus, ut Sanctius *aliena poëmata uſurpare*, ſic Phædr. fab. 73. *Sinite illas gloria vana frui, Et uſurpare veſtri ornatum muneris: Pares dum non ſint voſtræ fortitudinis.* Tac. Ann. II. 60. *Quædam civitates, quod falſo uſurpaverant, ſponte omiſere.* In hiſce pleraque notant revera etiam Frequentem Uſum: At locus ille Plauti etiam Unicum uſurpandi actum. Sic & Caſin. III. 5. 9. *Unde meæ uſurpant aures ſonitum*, h. e. unde accidit ad aures meas ille ſonitus, quo nunc vocor. Atque hic tandem Animadverſionibus noſtris finem faciemus, ſequentem Diſſertationem relicturi intactam Auctori ſuo, & Lectorum arbitrio. Id tantummodo addemus, Modum, qui in omnibus rebus eſt optimus, in ea quoque Auctoris noſtri ſententia ſervandum, & cavendum, ne dum nimis moroſi ſumus in exigenda Latinitate, ſterilem in ea reddamus & Styli noſtri & Linguæ ſermonem. Non ita temere repudiaverim Ego, ut facit Auctor in Reſp. ad Objectionem Primam, locutiones, quas Analogia Syntaxeos & Significationis admittit, licet ejus exempla nunc non ita ſint nobis in promptu: cum multa haud dubie olim, etiam Ciceronis & Auguſti tempore, Latine dicta ſint, quorum tamen exempla & documenta in iis, qui ſuperſunt nobis ex illa ætate, Auctoribus deſideramus: & ſæpiſſime eveniat, ut deſiderari putentur, quæ tamen in iis occurrunt, ficuti adverſus Scioppium à Viris Doctis ſæpe eſt probatum. Porro neque uſum Linguæ Latinæ adeo arctaverim, ut prorſus eam quotidiano ſermone excluſam velim. Si nolimus in Academiis adhiberi ad docendum, atque ei etiam iſtic vernaculam ſubſtituamus, vix poterunt utique illæ, niſi unius gentis hominum ſtudiis inſervire, quod alienum prorſus foret ab earum inſtituto & publico omnino bono. Sæpe igitur omnino loquendum lingua Latina, quæ communis eſt omnium eruditorum lingua, & proinde quoddam quaſi vinculum commercii eruditi omnibus inter ſe nationibus exhibet. Sæpe autem loquendum eſt etiam ex tempore & ſubito. Sed tamen illa extemporalis facultas ſermonis Latini non comparanda eſt quotidiana atque incondita loquela & barbaro garritu, ſed aſſidua prius Lectione, & dein adjunctis Styli exercitiis, qui unicus eſt & verus dicendi Magiſter.

Digitized by Google

Nemo uno plus præmium exſpectato. Dicendum erat, inquiunt, *uno plus præmio*; quia *Plus* ſubſtantivum, non adjectivum eſt. Ego contra ſentio: nam *plus* in neutrali terminatione ſemper adjectivum eſt; ut, *victrix* in fœminina, *alma* etiam in fœminina: quur enim dicas, *victricem legionem* aliud eſſe, quàm *victrices legiones*? Itaque quum dicis *pluris emi*, deeſt, pluris *æris pretio* emi. Sed exemplis agamus, Salluſtius Jugurth. *Neque pluris pretii coquum.* Vide Varron. Cicer. 2. Orator. & in Academic. *Quum plus uno verum eſſe non poſſit*: idem lib. de Legibus, *Hoc plus ne rogum facito*: idem 1. Nat. Deorum, *Alterum certè non poteſt, ut plus una vera ſit*, ſubaudi *opinio*: idem Attic. lib. 1. *Ut hoc noſtrum deſiderium ne plus ſit annuum*: idem in Topic. *In disjunctione plus uno verum eſſe non poteſt.* Valer. Maxim. lib. 1. cap. 8. *Uno plus Etruſci cadent*: quod ſumſit à Livio, quum inquit, *Uno plus Etruſcorum cecidiſſe in acie.* Catullus in primo epigram. *Plus uno maneat perenne ſæclo.*

LEC-

Digitized by Google

LECTORI S.

Ultimum poſuimus ad linguam Latinam præcipuum documentum; quia magna vulnera debent arte atque dolo bono tractari. Timui enim, ne, ſi hoc remedium in libri fronte proponeretur, omnes medicinam, licet ſaluberrimam, averſarentur. Quis enim eſt, non dico in Hiſpania, ſed etiam in tota Europa, (quatuor aut ſex doctos excipio) qui non & ſentiat, & præcipiat, verbis Latinis exercendam linguam, ut promptè & celeriter poſſis, quæ malè cogitaveris, expromere? Quis porrò ludimagiſter Grammaticus non ſubinde pueris crepat? (honor ſit auribus doctorum) Vel malè, vel bene, loquere cum M. Tanta eſt ſtultorum hominum ignorantia, perverſitas, & pertinacia. At ego, apud quem pluris eſt rectæ rationis pondus, quam multorum præſcriptum, aſſero, nihil peſtilentius poſſe juveni linguæ Latinæ cupido evenire, quam aut verbis Latinis effutire cogitata, aut loquentium profluentiæ intereſſe. Quicunque enim aliquando peritiam Latinæ linguæ eſt aſſequutus, Petrum Bembum *dico, aut* Oſorium, *aut noſtrum* Pincianum, *non loquendo, ſed ſcribendo, meditando, & imitatione, id ſunt aſſecuti. Hortor igitur ſacri verbi concionatores, (quando politè & appoſitè de ſuggeſto loqui non ultima laus eſt) ut etiam Hiſpanè loquentium cœtus fugiant; quam pauciſſima loquantur ipſi; patianturque vel mutos & elingues in confabulationibus appellitari, dum ex ſcripto & meditato doctorum hominum aures ducant in admirationem. Non diſcimus Hebræa, vel Græca, ut loquamur, ſed ut docti efficiamur. Quur igitur in Latinis non idem efficiemus? quandoquidem jam nulla natio eſt, quæ Latinè aut Græcè loquatur. Stylus exercendus eſt diligenter: hic enim, ut M. Tullius ait, eſt egregius dicendi magiſter: hic verè nos docebit, communi ſenſu illos carere, qui linguam Latinam in plateis, aut etiam in gymnaſiis, miris modis conantur dilacerare. Vale.*

Digitized by Google

Qui Latinè garriunt, corrumpunt ipſam latinitatem.

Objectio prima.

U*Sus & experientia dominantur in artibus, nec ulla eſt diſciplina, in qua non peccando diſcatur: nam ubi quid perperam adminiſtratum ceſſerit improſperè, vitatur quod fefellerat, illuminatque rectam viam docentis magiſterium.* Hæc Colum. lib. 1. cap. 1. Reſponſio: Verè & ſapienter Columella, ſi de artibus loquaris; ſed Latinè loquendi nulla eſt ars: hoc enim obſervatione rerum innumerabilium conſtat. Grammatica, Muſica, Rhetorica, & ſimiles, errando addiſcuntur: Sed, ut inquit Fabius lib. 1. cap. 6. *Aliud eſt Latinè loqui, aliud Grammaticè loqui.* Quaſi dicas, *Libris opus habeo*; [V. ſupra IV, 15. p.795.] *Adhibeo tibi fidem*; *crimen læſæ majeſtatis*; *ille tenetur hoc facere*; *ego amo* [At vide ſupra I. 2. 1. & III. 2. 7.] *Deum*; Grammaticè quidem dicas, Latinè non dicas. Nec enim ſatis eſt, Latinas quærere dictiones, delectus adhibendus eſt in verborum conjunctione, quem iſti locutuleji miris modis dilacerant: non enim, quicquid Latinum eſt, ſtatim Latinè dicetur. *Habere orationem* dicimus, non *facere*; *verba facere*, non *agere*; *agere gratias*, non *facere*; *fer opem*, dicimus, *da opem* non dicimus: [*Dare opem*, dixit tamen Terentius Heaut. III. 3. 31. in Cod. Bemb.] *dare verba*, uſitatum eſt, *tradere*, ſeu *præbere verba*, inauditum. Quid dicam de illis, qui ſibi docti videntur, & paſſim habentur? Quidam enim ex illis ſcripſit, *Vigilant milites in monte*, pro, ſpeculantur de monte; *tentat frangere aciem*, pro, conatur aciem perrumpere; *dimiſit ſuos milites*, pro, dimiſit copias, ſeu exercitum: *impedivit commeatum*, pro, interclusit; *victu carebat Cæſar*,

Digitized by Google

ſar, pro, re frumentaria; *duxit vineas*, pro egit; *primi in conſilia*, pro, conſilii principes; *reportarunt prædas*, pro, egerunt; *milites monuit*, pro, hortatus eſt; *ſignum fecit*, pro, ſignum dedit; *renovavit prælium*, pro, reſtituit, aut redintegravit; [*Renovare prælium*, dixit Dictys lib. 3. Et paſſim *ren. bellum* Cicero, Nepos, Aliique] *aciem ordinavit*, pro, inſtruxit; [*Aciem ordinare*, Curtius lib. 3. Juſtin. lib. 11. *Milites inordinatos*, Livius. Vide & Corn. Nep. Iphicr. 2.] *redierunt milites*, pro, receperunt ſe; *miſit ad ſuccurrendum*, pro, miſit ſubſidio; *fecerunt vim*, pro, impetum fecerunt; *magnis viis contendit*, pro, magnis itineribus; *perdidit opportunitatem*, pro, amiſit occaſionem. Sic itaque loquuntur, qui linguam, non ſtylum, exercent.

Objectio Secunda.

PRopter crebras in variis diſciplinis diſputationes Latino ſermone aſſiduè loquendum.

Reſponſio. Serias & graves diſputationes literis, non ventis, debere mandari, quis eſt qui ignoret, niſi clamoſus diſputator, aut cerebroſus vociferator? An ideo ſemper aſſueſcendum eſt loquelæ, ut poſtea dicamus, *noleïtas*, *voleïtas*, & *modum præteritionis*, *dico quòd*, & *nota*, *quòd Pappa habet aures*? Quòd ſi talis urgeat neceſſitas, qui Latine ſcripſerit, blaterones ſuperabit.

Objectio Tertia.

SI quis linguam Gallicam aſſequi ſtudeat, optimè illam, cum Gallis loquendo, comparabit.

Reſponſio. Diſſimile admodum eſt, linguarum aliquam cum Latina, quæ jam nulla eſt, comparare. Si ulla eſſet natio, quæ purè Latinè loqueretur, non dubito, quin apud illos Latina facilitas loquendi perdiſ-

Digitized by Google

ceretur. Sed nunc ſoli ſunt libri, ad quos recurrendum eſt, ſi purè Latinè ſcribere velimus. Idem eſto judicium de Græca, vel Hebræa lingua, quas non, ut loquamur, ſed ut intelligamus, addiſcimus.

Objectio Quarta.

NOn deſinunt iſti onocrotali ſubinde objicere, ſeu verius obgannire: moris eſſe, ut infantes parvuli *papas*, *mamas*, *taytas*, balbutiant, qui tamen poſtea in melius corrigantur.

Reſponſio. Nemo ſanæ mentis tale conſilium probabit, ut ineptæ nutrices doceant, quæ poſtea ſint dedocenda. Ego certè, qui plurimos liberos ſuſtuli, nunquam id ſum paſſus, qui Quinctiliano autore didicerim, *non aſſueſcendum puerum ſermoni, qui dediſcendus ſit.* Quid, quòd optima eodem labore, aut fortaſſe facilius, edocentur?

Objectio Quinta.

SI Latinè loqui non eſſet laudabile, non ita paſſim ab omnibus commendaretur. Et omnes Academiæ legibus ſanxerunt, ut Latinè legatur, & diſputetur.

Reſponſio. *Quaſi verò quidquam tam ſit valde, quàm nihil ſapere, vulgare*, ut præclarè 2. de Divinatione ſcripſit Cicero; Sed quoniam tu mihi ſtultorum turbam objicis, qui Latinè loquentes colunt & admirantur; ego tibi contrà doctiſſimorum judicium & conſenſum opponam, qui hujuſmodi peſtem ſive loquentiam averſantur. Expende diligenter cap. 84. Suetonii in Auguſto.

Cicero

Digitized by Google

Cicero lib. 2. de Oratore, de exercitatione agens, ſic inquit:

SEd plerique in hoc vocem modo, neque eam ſcienter, & vires exercent ſuas, & linguæ celeritatem incitant, verborumque frequentia delectantur. In quo fallit eos, quod audierunt, Dicendo homines, ut Dicant, efficere ſolere. Verè enim etiam illud dicitur, Perverſe Dicere homines perversè Dicendo facillimè conſequi: *& ſtatim*, Caput autem eſt, quod, ut verè dicam, minimè facimus, (eſt enim magni laboris, quem plerique fugimus) quam plurimum ſcribere. Stylus optimus & præſtantiſſimus dicendi effector ac magiſter.

Quinctilianus libro 1. *cap.* 1. Ante omnia ne ſit vitioſus ſermo nutricibus. Has primùm audiet puer, harum verba effingere imitando conabitur. Et naturâ tenaciſſimi ſumus eorum, quæ rudibus annis percipimus: ut ſapor, quo nova imbuimus, durat: neque lanarum colores, quibus ſimplex ille candor mutatus eſt, elui poſſunt. Et hæc ipſa magis pertinaciter hærent, quæ deteriora ſunt. Nam bona facilè mutantur in pejus: nunc quando in bonum verteris vitia? Non aſſueſcat ergo, ne dum infans quidem eſt, ſermoni, qui dediſcendus ſit.

Eraſmus lib. 8. *Apophtheg.* ſic ait: Pollio dicebat, Commodè agendo factum eſt, ut ſæpè agerem: ſed ſæpe agendo factum eſt, ut minus commodè; quia ſcilicet aſſiduitate nimia facilitas magis, quàm facultas, nec fiducia, ſed temeritas paratur. Quod accuratè factum velimus, raro faciendum eſt. Hac ratione duci videntur Itali quidam eruditi, qui licet pulchrè calleant Latinè, tamen vix unquam adduci poſſunt, ut in familiari congreſſu Latinè loquantur. At ſi quando compellit neceſſitas, dicunt exactè, quaſi de ſcripto.

Novi

Digitized by Google

Novi Venetiæ Bernardum Oricularium, civem Florentinum, cujus hiſtorias ſi legiſſes, diſſes alterum Salluſtium, aut certè Salluſtii temporibus ſcriptas. Nunquam tamen ab homine impetrare licuit, ut mecum Latinè loqueretur. Subinde interpellabam: *Surdo loqueris, vir præclare; vulgaris linguæ veſtratis tam ſum ignarus, quàm Indicæ.* Verbum Latinum nunquam quivi ab eo extundere. *Hæc Eraſmus.*

Budæus, in Comment. Linguæ Græcæ, reprehendens Vallam circa reciprocorum uſum, ſic ait: Id autem Laurentio non aliàs accidit, quàm ex prave loquentium conſuetudine, quibus aut legendis aut audiendis inviti erroris contagionem contrahimus: ſimul ex ſermone extemporali & neglecto, cui inter familiares aſſueſcimus, præſertim puræ Latinitatis ignaros. Qua noxa fit interdum, ut quædam imprudentibus excidant: id quod aliquando experti ſumus in autographis noſtris, ita ut flagitioſæ culpæ nos perpuderet.

Cornelius Valerius in fine ſuæ Syntaxeos: Hanc proprietatem in verborum conjunctione qui non obſervat, nec delectum habet ullum, is Barbarica phraſi omnem pervertit Latinitatem. Quod iis ferè ſolet accidere, qui linguam Latinam ad idioma vernaculum detorquent.

Joachimus Fortius, in libello De ratione ſtudii, cap. De ſcribendo: Nam ferè fit, ut qui loquuntur accuratè, minus eruditè ſcribant. Dum enim illarum voluptate afficiuntur, imperfectiores oportet ſint in altero. Nemo pari cura res duas unquam tractaverit. *Et infra*: Quo pacto id genus homines, qui tanto plauſu in tanta nugatorum corona nugari poſſunt, accuratè quicquam ſcripſerint? Certè neminem unquam vidi, (niſi me memoria fallat,) doctè ſcribentem, cui valde in promptu fuit colloquendi diſſerendique ratio. *Et infra*: Famam puerilem aſpernemur, vulgo inertes videamur.

Ex

Ex Bartholomæo Riccio, lib. 3. De imitatione Ciceronis, in calce.

NOn ſoleo ego, ne hoc quoque omittam, meum diſcipulum cogere, ut fit plerumque in ſcholis, quicquid ei dicendum uſu veniat, Latinè ut id proferre conetur. Utrum enim plus commodi, an damni ad Latinam elegantiam, quam nos quærimus, hoc afferat ſtudium, non planè ſatis habeo comprobatum. *Et paulò inferius*, Huc accedit, quòd infanti puero, dum ea, quæ vult, & ex tempore, atque ſubitò proferre laborat, multis partibus ea plura excidant, quæ ineptè, quæ inconditè, atque incompoſitè, quæ denique nullius dignitatis ſint, quam quæ vix tolerabilia ſint, neceſſe eſt. Ita fit, ut, dum locutionis ſtudeant celeritati, orationis ornatum omnem atque dignitatem corrumpant. Quoniam autem quod in quotidiano ſermone poſitum eſt, nihil admodum Latinæ orationi prodeſſe videtur ad eam dignitatem, quæ ejus linguæ merè germana eſt; ac omnino ea nobis aliqua exercitatione atque artificio comparanda atque confirmanda eſt; equidem id diligentiæ ab uno ſtylo, qui dicendi magiſter & opifex eſt optimus, petendum eſſe cenſeo.

Objectio ſexta.

PRopter varia inter gentes commercia, aut ut cum externis hominibus colloquamur, non ſolum utile, ſed neceſſarium aliquando eſt, Latinè loqui.

Reſponſio. Ego Latinam linguam non damno; ſtylum veneror, & amplector: in quo qui probè fuerit exercitatus, ſi neceſſitas ingruat, repentè dicet: *da mihi*

mihi panem , vel aliud obſonium. Multis in locis Cicero commendat ſtylum ; & ad Gallum lib. 7. ſic ſcribit : *Urge igitur , nec tranſverſum , quod ajunt , à ſtylo : is enim dicendi opifex.* Ego denique cum doctiſſimis (neminem excipio) viris teneo , nulla aut ætate , aut tempore , Latina lingua , niſi præmeditatè , eſſe loquendum.

FINIS.

FRAN-

Digitized by Google

FRANCISCI SANCTII BROCENSIS

GRAMMATICA LATINA.

De Partibus Orationis.

GRAMMATICA eſt ars rectè loquendi: cujus finis eſt *congruens oratio.* Oratio conſtat ex *vocibus*: Voces ex *ſyllabis*: Syllabæ ex *literis.*

Litera eſt individui ſoni comprehenſio: eſtque *Vocalis*, aut *Conſona.*

Vocalis eſt litera, quæ per ſe ſyllabam efficit; ut *a*, *e*, *i*, *o*, *u*. Ex his quatuor fiunt *Diphthongi*, *æ*, *œ*, *au*, *eu*; ut, *æs*, *pœna*, *laurus*, *eurus*: & *yi* Græca, ut, *Harpyia.*

Conſona ſine vocali ſyllabam non efficit. Sunt autem quindecim. Ex quibus ſeptem *Semivocales*, *l*, *m*, *n*, *r*, *ſ*, *x*, *z*: Sed *l*, *r*, liqueſcunt præcedente muta. *Mutæ*, octo, *b*, *c*, *d*, *f*, *g*, *p*, *q*, *t*.

U, poſt *q*, liqueſcit: & poſt *g*, & *ſ*, aliquando, ut, *ſanguis*, *ſuavi.*

J, & *V*, fiunt conſonantes, ſi feriant vocalem, ut, *Juvat.* *Y* ſolis Græcis vocibus accommodatur, & eſt *U* noſtrum. *H* litera non eſt, ſed aſpirationis nota. *X*, & *Z*, ſunt *Duplices*, & *J*, inter vocales, ut, *ajo*, *Cajus.*

Syllaba eſt integri ſoni comprehenſio; ut, Dos, Flos. Hæc autem eſt *brevis*, quæ unum tempus conſumit: aut

aut

Digitized by Google

aut *longa*, quæ duo, aut *anceps*, ut mox dicetur.

Vox, ſeu *dictio* eſt, qua unumquodque vocatur. Cui accidunt Accentus, Figura, Species. *Accentus* eſt vocis modulatio, de quo poſtea. *Figura* oſtendit, ſitne vox ſimplex, an compoſita. *Species*, ſitne vox prima, an aliunde flexa. Voces omnes aut numeri participes ſunt, aut expertes.

Numerus eſt differentia vocis ſecundum unitatem aut multitudinem. Et eſt duplex, *Singularis*, qui unum ſignificat, ut, homo vivit: *Pluralis*, qui plura, ut, homines vivunt.

Voces numeri participes ſunt, *Nomen*, *Verbum*, *Participium*: Expertes numeri, *Præpoſitio*, *Adverbium*, *Conjunctio*. Quæ partes orationis appellantur.

De Nomine.

NOmen eſt vox particeps Numeri Caſualis cum Genere. Ex quibus differentiis oritur *Declinatio*.

Caſus eſt ſpecialis differentia numeri nominalis. Sunt autem *caſus ſex*. Nominativus, Genitivus, Dativus, Accuſativus, Vocativus, Ablativus.

Genus eſt differentia nominis ſecundum ſexum. Genera ſunt tria: *Maſculinum*, cujus nota eſt *hic*, ut hic dominus; *Fœmininum*, *hæc*, ut hæc muſa; *neutrum*, *hoc*, ut hoc templum. *Dubium* verò ſolo auctorum arbitrio, nunc maſculinè, nunc effertur fœmininè, ut, *hic* vel *hæc* cortex.

Dividitur Nomen in Subſtantivum & Adjectivum. *Subſtantivum* eſt, quod cum uno Genere declinatur, ut, pater, mater. *Adjectivum* Genus non habet, ſed terminationes ad genera, [Vide ad I. 7. pag. 45. & p. 56.] vel *ſub uno fine*, ut, felix, par, oriens: vel *ſub duobus*, ut, fortis, & forte, dis, & dite: vel *ſub tribus*, ut, bonus, bona, bonum. Hiſpanè fere ſemper ſignificat *Coſa*.

Decli-

Digitized by Google

Declinationes quinque ſunt. *Prima* facit genitivum ſingularem in *æ*; ut, muſa muſæ. *Secunda* in *i*; ut, dominus domini. *Tertia* in *is*; ut, ſermo ſermonis. *Quarta* in *us*; ut, ſenſus ſensus. *Quinta* in *ei*; ut, dies diei.

De ſpecie Nominum.

Derivativorum nominum plura ſunt genera, ſed hæc præcipua, *Poſſeſſiva*, *Deminuta*, *Comparantia*, *Superlata.*

Poſſeſſivum eſt, quod idem ſignificat, quod Genitivus, unde creatur; ut, *paternus*, *meus*, *tuus*, *ſuus.*

Deminutum, quod minus ſignificat, quam ſuum primogenium, cujus ſemper genus & ſignificationem ſervat; ut, à fune *funiculus*, à rege *regulus.*

Comparans nomen eſt, quod, unum vel plura ſui vel alieni generis ſuperans diſſolvitur in poſitivum & adverbium Magis; ut, *doctior*, magis doctus. Comparantia non fiunt niſi à nominibus adjectivis, quæ poſitiva vocantur, à primo caſu in i, addita OR; *ut*, *penitior* à penitus, a, um.

Superlatum nomen eſt, quod diſſolvitur in poſitivum & adverbium Maximè; ut, *doctiſſimus*, maxime doctus.

Superlata fiunt ab eodem caſu, addita SSIMUS; ut, *potiſſimus* à potis & pote.

Hæc tria dant LLIMUS; *Similis*, *facilis*que, *humilis*que.
Cum rectus ſit in ER, ternus gradus in RIMUS exit;
Ut *veter*, & *deter*: queis *matur* jungito priſcum.
Sex * TIMUS accipiunt, *dexter*, *citer*, atque *ſiniſter.*

* [Immo vero Imus. Nam T eſt ipſius Poſitivi. vide Me ad I. 11. pag. 75.]

Digitized by Google

Internus, atque *ulter* : *extremus* & *extimus exter*.
Inferus inſimum habet : *ſuperus*, cum *poſterus* emus.

Bonus melior optimus : *Malus* pejor peſſimus : *Magnus* major maximus : *Parvus* minor minimus : *Multum* plus plurimum. Et compoſita à *dico*, *facio*, *volo*, quæ faciunt entior, entissimus ; ut maledicus, beneficus, benevolus.

Quædam carent aliquo gradu ; ut *Primus* prior : *Senex* ſenior : *Juvenis* junior : *Adoleſcens* adoleſcentior : *Proximus* proximior, ſeu propior. *Pius* piiſſimus : *Falſus* falſiſſimus : *Invitus* invitiſſimus : *Novus* noviſſimus : *Ocyor* ocyſſimus, ab *Ocys* Græco.

De Verbo.

VErbum eſt vox particeps numeri Perſonalis cum Tempore. Ex his differentiis oritur *Conjugatio*.

Perſona [Vide ad I. 12. n. 2. & 3.] (quæ rectius *facies* diceretur) eſt ſpecialis differentia numeri verbalis. Ea eſt triplex, *Singularis prima*, ut, amo : *Secunda*, ut, amas : *Tertia*, ut, amat. *Pluralis prima*, ut, amamus ; *Secunda*, ut, amatis : *Tertia*, ut, amant.

Hæc dividit verbum omne [Vide ad I. 12. n. 7. & ad III. 1. n. 4. & ad Cap. 8. n. 2.] in *Perſonale*, & *Imperſonale* ; ut, amo, legam : amare, legiſſe.

Tempus eſt differentia verbi ſecundum præſens, præteritum, & futurum. Verbi Finiti quinque ſunt Tempora : *Præſens*, *Imperfectum*, *Perfectum*, *Pluſquam perfectum*, *Futurum*. Verbi infiniti totidem ſunt, ſed indiſtincta : Nam *amare* omnium temporum eſſe poteſt. [At vide I. 14.]

Conjugationes quatuor ſunt. *Prima* habet as in ſecunda perſona primi præſentis ; ut, amo, amas, amare.

Digitized by Google

mare. Secunda ES; ut, moneo, mones, monere. *Tertia* IS, & infinitum in ERE breve; ut, lego, legis, legere. *Quarta* IS, & infinitum in IRE longum; ut, audio, audis, audire.

De Participio.

Participium eſt vox particeps numeri caſualis, tempus & conſtructionem à verbo ducens: *Amans*, *amaturus*, in activa, omnia tempora adſignificant: ſicut *Amatus*, & *amandus* in paſſiva. [At vide I. 15.]

De Præpoſitione.

Præpoſitio eſt vox expers numeri, quæ caſibus præponitur, & in compoſitione reperitur.

Præpoſitiones *Accuſativi* ſunt: Ad, apud, ante, adverſus vel adverſum, cis, citra, circum, circa, contra, erga, extra, inter, intra, infra, juxta, ob, pone, per, propter, poſt, præter, penes, ſupra, ſecundum, trans, ultra.

Ablativi ſunt: A, ab, abs, abſque, cum, coram, de, è, ex, pro, præ, palam, ſine, tenus.

Accuſativi & Ablativi: Clam, in, ſub, ſubter, ſuper.

Præpoſitiones ſeu adverbia, quæ tantum in compoſitione reperiuntur: Am, con, dis, di, re, ſe.

De Adverbio.

Adverbium eſt vox expers numeri, quæ aliis vocibus tanquam adjectivum adjungitur, ut, *valde* conſtans; diſſerit *acutè*; *benè manè*. Adverbia ſunt etiam,

circiter, *probe*, *proximè*, *pridie*, *poſtridie*, *procul*, *ſecus*, *uſque*.

DE CONJUNCTIONE.

CONjunctio eſt vox expers numeri, qua orationes conjunguntur etiam, ſi ſenſa ſeparentur; ut, *Romæ, vel in agro*, vivit.

DE GENERE

NOMINUM.

Regulæ Generales.

Propria cuncta Genus renuunt, raro inſpice fines:
Inferiora etenim nomen Generale ſequuntur,
Vir, *mons*, *urbs*, *fluvii*, *inſula*, *fabula*, *navis*, & *arbor*.
Maſcula ſunt hominum officia. Et muliebria dant, Hæc.
* Non variata feras Neutra: & pro nomine ſumtum.
* [h. e. quæ non declinantur in alias terminationes, ut *gelu*, *cornu*, &c.]

De genere Dubio.

Hic aut Hæc ſit *adeps*, *calx*, *cortex*, *clune*, *canalis*,
Atque *dies*, *finis*, *forceps*, tum *groſſus*, & *imbrex*,
Linter, *Margo*, & *onyx*, *pulvis*, *pumex*que *penus*que,
Scrobs, *ſpecus*, atque *ſilex*, *ſtirps* trunci, *torque*, *varix*que,
Multaque, quæ è Græcis OS in US vertêre Latini.

Regulæ

Digitized by Google

Regulæ Terminationis.

A, & E, fœmineum. *Adria* mas, *planeta*, *cometa.*
Ternæ A, & E, neutrum, ceu *paſcha*, *emblema*, *cubile.*
O, mas. Hæc, DO, GO, per INIS. Mas *cardo*, vel *ordo.*
Hæc *caro*: & verbale in IO: queis *talio* junges.
C, T, L, UM, neutrum. *Sal*, *mugil*, *ſol*que virile.
N, mas. MEN, neutrum; *gluten* ſimul, *inguen*, & *unguen*:
Atque ON non ternæ. Hæc *ſindon*, *icon*, *aëdon.*
AR neutrum. ER mas. Hoc *cicer*, *uber*, *ver*que, *cadaver*,
Jungis *iter*, *tuber*, *verber*, *piper*, atque *papaver.*
OR, mas. Hæc *arbor.* Neutrum *cor*, *marmor*, & *æquor.*
UR, neutrum. Mas *turtur*, *vultur*; jungito *furfur.*
AS, ES, IS, muliebre. *As*, & ſua turba, virile.
Vas Vaſis neutrum. Hic *elephas*, *adamas*que, *tiaras.*
Hic *aries*, *paries*, *pes*, *verres*, *meridies*que.
ES *plurale*: ES, ITIS creſcens: ESque addito Græcum.
Hic *pollis*, *faſcis*, junge *enſis*, *piſcis*, & *axis*,
Glis, *cucumis*, *menſis*, *vermis*, cum *ſanguine*, *poſtis*,
Et *torris*, *caulis*, *follis*, *vectis*, *lapis*, *unguis*,
Et *cenchris*, *retis*, *vomis* ſeu *vomer*, & *anguis*,
Fuſte, *orbis*, *callis*, *collis*: Finita NIS adde.
OS, US, mas. Hæc *dos*, *cos*: Neutrum *os oris*, & *oſſis.*
Hæc *humus*, hæc *alvus*, *vannus*, *domus*, & *colus*, *idus.*
Porticus, atque *tribus*, cum *ficus*, *acus*que, *manus*que.

Hoc *pelagus*, *pelagum*, *vulgus*, *vulgum*, Hoc quoque *virus*.

US ternæ neutrum. Mas *mus*, *grus*, *pus*, *lepus*, & *ſus*.

Hoc *æs*. Hæc capiunt Variata per UTIS, & UDIS.

S muliebre. Hic *mons*, *fons*, *dens*, *pons*: Græca, ut *hydrops*, *ſeps*.

X dato fœmineis. Hic *grex*: Polyſyllaba in AX, EX.

Fœmineum *fornax*, *halex*, *carex*que, *ſupellex*.

Mas *lynx*, *fornice*, *onyx*, *phœnix*, *calyx*que, *calix*que.

DE NOMINUM

Declinatione.

In neutris primus, quartus, quintus ſimiles ſunt.
Tres iidem caſus plurales A retinebunt.
Eſt quintus recto ſimilis: S tollito Græcis.
Tertius & ſextus plurales aſſimilantur.

Prima Declinatio.

Prima dat A noſtris: AS, ES, E, Græca dabuntur.

E dabit ES patrio: quarto EN: atque E dato ſexto,

Auras aurai patrio dant ſæpe poëtæ.

Secunda Declinatio.

Altera ER, US, UM, *vir*que, *ſatur*que: EUS pone Pelaſgis.

Vir, *puer*, excreſcunt: velut R ſi RUS dedit olim.

US per *E* mutabit quintus: *Deus* excipe tantum.

Sed

Sed proprium per IUS dabit I. Dic *mi* quoque *fili.*
Dique *Dei*, atque *Deis Diis.* Hic ſed ſæpe poëtæ
Orpheos, *Androgeo*, patrio, dantque *Orphea* quarto.

Tertia Declinatio.

Tertia dat varios fines, tamen is genitivo.
IS, nec E, creſcunt, *vates*, *verres*: ES, muliebre.
A, dat ATIS. Sed O, ONIS, *Nemo*, *cardo*, *homo*, *Apollo*,
DO, GO, fœmineum; *margo*, *ordo*, INIS. *Caro carnis.*
Unedo fert ONIS. *Anio Nerio*que dat ENIS.
Creſcit IS, L, N, R. *Lac lactis*, *Lacte* Hoc, olim.
MEN, CEN, pecten, INIS: *gluten* ſimul, *inguen*, & *unguen.*
ON, aliquando ONTIS Græcis. *Cor* nataque *cordis*,
BER, BRIS. CER, CRIS. TRIS Latium in STER, TER: niſi *later.*
Robur, *ebur*, *femur*, atque *jecur* mittuntur in ORIS.
Poſtulat AS, ATIS. Sed ADIS dat Græcus & ANTIS.
Vas vadis, & *vaſis*, *as aſſis*, *mas maris* optat.
ES, dat ITIS. *Cereris*que *Ceres.* ETIS *ariete*, *perpes.*
Præpes, *hebes*, *paries*, *teres*, *indiges*, *interpres*que.
Inquies, & *locuples*, *magnes* & cætera Græca.
EDIS *pes*, *merces*, *hæres.* IDIS à *ſedeo* ortum.
Sed *teges*, atque *ſeges*, *abies*que, *quies*que dat ETIS.
Græca IDIS: & *cuſpis*, *lapis.* ITIS. *dis*que, *quiris*, *lis.*
Glis gliris. Cucumis, *pulvis*, *vomis*, *cinis*, ERIS.
Pollis, *ſanguis*, INIS: *Simois*, *Pyrois*que dat ENTIS.
OS, ORIS, ceu *flos.* OTIS ſed *compos* & *impos*:
Et Græca: atque *nepos*: tum *dos*, *cos*, atque *ſacerdos.*
Quædam OIS, ut *Minos*, *Cuſtodis*, *bos bovis*, *oſſis.*

Digitized by Google

US, eris. *Stercus* oris, *lepus*, atque *decus facinuſque*;
Et *nemus*, & *tergus*, *pectus*, cum *tempore*, *frigus*.
Hoc *pecus*, & *littus*, *corpus* cum *fœnore*, *pignus*.
Udis dat *ſubſcus*, *palus*, *incus*. Dat *ſalus* utis,
Intercus, *virtus*, *ſervit*que, *juvent*que, *ſenectus*.
Grus & *ſus* dat uis. *Tellus*, monoſyllabaque, uris.
PUS deducit odis. Sed in untis oppida quædam.
Æs æris, *præs prædis*, habent. *Laus*, *fraus*, petit audis.
S ſine vocali (ut *frons*, *lens*, *puls*) vertitur in tis.
Lens, *frons*, *glans*, *nefrens*, *libripens*, dis. *Aucupis auceps*.
I mediat, cum BS, PS, ſyllaba finit: *hyems*que.
E, per I, mutabunt polyſyllaba. Sed *caput* itis.
X, in cis verte, ut *fax*. lectilis ede *ſupellex*.
(Dempto *halex*, *vervex*) E, per I, polyſyllaba vertunt.
In gis *lex*, *grex*, *rex*, *remex*, *Phryx*, *conjuge*, *maſtyx*,
Frugis, & *impetigis*, *Styx*, *ſtrix*: & pleraque Græca.
Chis dat *Onyx*. *Nox noctis* habet. *Nivis*, & *ſenis*, edam.
Fœmineum IS non creſcens, em, *ſive* im, dato quarto.
Im *ſitis*, & *tuſſis*, *vis*, *buris*, *pelvis* habebunt.
Græca in IS, im ſive in mittunt pariſyllaba, ut *Iris*.
Sextus e vult ſemper. Sed e aut i poſtulat *imber*:
Atque adjectiva, ut *pugil* & TRIX: adde *ſupellex*,
Amne, *ignis*, *poſtis*, *vectis*, *rus*, *anguis*, & *unguis*.
Quartus in em ſive im, ſemper dabit i, vel e, ſexto.
AL, AR, E, neutrum i, dat; ſed e, *far*, *nectar*, *jubar*, *hepar*.
Plus pluri melius: ſic im aut in dantia quarto.
ES, recto & quarto; ſed ia, cum ſextus habet I.
* Comparativa tamen per a ſolum, *plus*que, *vetus*que.

* [Me-

* [Metrum poſtulat *Comp'rativa*; ſed in hiſce carminibus Autor ſæpe metrum neglexit.]

UM patrius; ſed IUM dabit *imber*, *uter*, *caro*, *linter*:
Quæque in IA mittunt rectum: queis addis *apluſtra*.
ES, IS, non creſcens (*vates*, *juvenis*, *canis*) UM dant.
Sed monoſyllaba IUM: præter *dux*, *nux*, *ſus*, *grus*, *frux*,
Ren, *fur*, *flos*, *mos*, *Tros*, *grex*, *lex*, *rex*, *vox*, *laus*, *pes*, *prex*:
Atque *boum*, *bos*: *bubus*, *bobus*, pone dativo.
Tertius eſt IBUS; ſed ATIS mage neutra Pelaſga:
Tres caſus Græco retinent hic ſæpe poëtæ,
Si creſcat nomen, ceu *Pallados*, *Hectora*, *Troas*.

Quarta Declinatio.

Quarta dat US recto: dat & U prius invariatum.
Quattuor UBUS habent, *arcus*, *partus*, *tribus*, *artus*.

Quinta Declinatio.

ES olim patrius: ſed & E: II, ſæpe poëtæ.
ERUM, EBUSque caret pluralis, tolle *dies*, *res*.

DE VERBORUM

Præteritis et Supinis.

Compoſitum Simplexque modo flectuntur eodem:
Quum geminat Simplex, Compoſto tolle priorem:
Præter *poſco*, *diſco*, *ſto*, *do*: vult *currit* utrumque.
Nomina ſunt *Pranſus*, *cœnatus*, *potus*, *acutus*,
Et *lautus*, *lætus*, *mæſtus*, cum *cautus*, *adultus*,
Gaviſus, *ſolitus*, *falſus*, tum *caſſus*, & *auſus*.

Digitized by Google

Prima Conjugatio.

Prima dat AVI, ATUM, Melius tamen hæc UI, ITUM,
Sunt, *domo*, (tum) *crepo*, (tum) *tono*, *cumbo*, *veto*: applicat *Ex*, *In*.
Et *ſeco* dans *ſectum*: *neco nectum*, ſic *frico frictum*.
Aſt *lavo* dat *lavi lotum*: *luit* & *lutum* ab illo.
Dimicat avi atum: *micui micat* abſque ſupino.
Do dedit, atque *datum*: *didi ditum* germina ternæ.
Sto ſtetit & *ſtatum*: compoſta *ſtiti*, *itum* & *atum*.
Potum & *potatum poto*. *Juvo*, *juvi*, *adjutum*.

Secunda Conjugatio.

ES dat UI, dat ITUM: *Doceo doctum*: *Teneo tentum*:
Miſceo miſtum: *Torreo toſtum*: *Cenſeo cenſum*:
Et *Careo cariturum*: *Strido*, *ſtrideo ſtridi*.
DI, SUM, dant *Video*, cum *prandeo*: *Sedeo ſeſſum*:
Mordeo, cum *pendeo*, *tondeo*, *ſpondeo* geminabunt.
Si, SUM, *rideo*, *ſuadeo*, *hæreo*, *ardeo*, *maneo*.
(Quod per *E*, *In*, *Præ*, *Pro*, MINUI facit, abſque ſupino,)
Mulceo, *mulgeo*, *tergeo*. *Jubeo juſſi juſſum*.
Torqueo dat *tortum*. *Indulgeo indultum* habebit.
Urgeo, cum *fulget*, junge *algeo* abſque ſupinis.
XI *luceo*, *lugeo*, *frigeo* tantum. *Augeo* XI, CTUM.
EVI, ETUM, *pleo*, *vieo*, *deleo*, & *fleo*, *neo*:
Quæque *Oleo* gignit, velut *obſoleo*, atque *abolevit*.
Cieo civi citum: cujus compoſita quartæ.
Dant VEO, VI, TUM. *Faveo fautum*. Sed *caveo*, atque
Flaveo, cùm *paveo*, *liveo* privabo ſupinis.

Tertia

Digitized by Google

Tertia Conjugatio.

Compoſita à *Specio*, *Lacio*que, EXI, ECTUM habebunt.
Elicio elicui elicitum. Rapio rapui raptum.
Mejo minxi mictum. Jacio, facio, eci, actum.
Capio cepi captum. Cœpi cœptum; *cœpio* non eſt.
A *Quatio cuſſi cuſſum. Fodio foſſum.*
Pario peperi partum. Cupio cupivi cupitum.
Fugio fugi fugitum. Sapio ſapui, junge *ſapivi.*
Verba per UO, diviſas UI, & UTUM habebunt.
Sed *ruo* ITUM habet; UTUM tamen compoſitiva.
Fluo fluxi fluxum: Atque *ſtruo ſtruxi ſtructum.*
I *Gruo*, & *Nuo*, & *Metuo*, & *Batuo*, abſque ſupinis.
Bibo bibi bibitum. Vult *nubo*, *ſcribo*que PSI, PTUM.
Dico, *duco*, XI, CTUM. *Vinco* & *Ico*, *ici*, *ictum.*
Parco, *peperci*, *parſi*, *parſum* quoque mitte ſupino.
SCO, VI, TUM vertas, ut *noſco*, *quieſco*, *ſueſco.*
Agnoſco, & *cognoſco* ITUM. *Paſco* quoque *paſtum.*
Compeſco, *diſpeſco* UI. *Diſco didici. Poſco popoſci.*
DO, DI, SUM. *Scindo*, (tum) *fundo*, *findo*que linquunt;
Sed geminant *pendo*, *tendo*: & *tutudi tundo.*
Pedo pepédi, carens. *Cado cecidi. Cædo cæcîdi.*
Dat *pando paſſum*, *panſum.* Dat *frendo*que *freſſum*:
SI, SUM *claudo*, (*cedo ceſſi*) & *divido*, *plaudo*,
Vado, *ludo*, *lædo*, cum *rado*, *rodo*que, *trudo.*
GO, XI, CTUM; ſed *fingo*, *ſtringo*, *pingo*que, *pango*,
Deme ſupino N. Et *pepigi* dic quoque *pago.*
Figo & *frigo* XUM. *Pungo punxi*, *pupugi*, *punctum.*
Tango tetigi tactum. Frango & *ago*, *egi*, *actum.*
Lego legi lectum. Dego, *prodigo*, EGI, nec ultra.
EXI, ECTUM *intelligo*, *diligo*, *negligo* formant.
SI, SUM dant *mergo*, cum *ſpargo*, jungito *tergo*;

Vebo

Digitized by Google

Veho vexi vectum : *Traho traxi tractum* habebit.
LO, LUI, LITUM. *Colo*, *conſulo*, *occulo* ULTUM.
Præcello, *excello*, *antecello*que carento ſupinis.
Pello pepuli pulſum. Percello perculi perculſum.
*Fallo fefelli falſum. Vello velli vulſi*que *vulſum.*
Suſtuli ſublatum tollo. Sallo ſalli ſalſum.
MO, UI, ITUM. *Como*, *demo*, *ſumo*, *promo*, SI, TUM.
Emo emi emtum. Atque *premo preſſi preſſum.*
Cano cecini cantum : CINUI, CENTUM, compoſitiva.
Cerno crevi cretum. Atque *ſperno ſprevi ſpretum.*
Temno tempſi temptum. Ac *ſterno ſtravi ſtratum.*
Lino levi litum, rarò *lini*, dat quoque *livi.*
Pono poſui poſitum. Gigno genui genitum. Sino ſivi ſitum,
PO, PSI, PTUM. *Rumpo rupi ruptum*, *Strepo ſtrepui.*
Coquo coxi coctum. Et *linquo liqui relictum.*
Verro verri verſum. Et *curſum curro cucurri.*
Gero geſſi geſtum. Fero tuli latum. Uro uſſi uſtum.
Sero ſevi ſatum : nati EVI, ITUM, & ERUI, ERTUM.
Tero trivi tritum. Et *quæro quæſivi quæſitum.*
ESSO, dat SI, SIVI, SITUM. Dat *viſo*que *viſi.*
Pinſuit à *pinſo*, *piſtus*que, & *pinſita*, *pinſa*,
CTO, XI, XUM. *Necto* quoque XUI. *Peto* IVI, ITUM.
Mitto miſi miſſum ; ſed *meto meſſui meſſum.*
Verto verti verſum. Sterto ſtertui abſque ſupino.
Siſto ſtiti ſtatum, *Solvo*, *volvo in* VI, & *in* UTUM.
Vivo vixi victum ; ſed *texo texui textum.*

Quarta Conjugatio.

IVI, ITUM, quarta. *Sepelio*, *ſingultio*que ULTUM.
XI, CTUM *vincio*, *amicio*, *ſancio*, quod & IVI, ITUM.
Aperio, *operio*, UI, ERTUM ; ſed ERI *comperio*, *reperio.*
SI, TUM, *farcio*, *fulcio*, *ſarcio*, *ſepio. Haurio hauſtum.*

Sentio

Digitized by Google

Sentio dat *ſenſum. Salio ſalui, ſalii, ſaltum.*
Venio veni ventum. Veneo venivi, dic quoque *venii.*

De finitis in OR.

Ex OR finitis activam fingito vocem:
Ut, *lætor, læto lætatum*: hinc excipe pauca.
Commentus, comminiſcor. Loquor & *ſequor* UTUS.
Et *Labor lapſus. Queror queſtus. Utor* & *uſus.*
Paſſus dat *patior. Adipiſcor* poſcit *adeptus.*
Mortuus à *morior. Naſcor natum. Ortus oriri.*
Dat *fateor faſſus. Ratus* à *reor. Ordior orſus.*
Experior, Miſereri, ERTUS. *Pactuſ*que *paciſcor.*
Atque *fruor fruitus. Menſus, greſſuſ*que, *profectus,*
Ultus, & *experrectus, nactus, nixus, oblitus.*

Carentia præteritis & ſupinis.

Quæſo, aveo, ferio, furit, ajo, polleo, gliſco,
*Ambigo*que, & *vergo, calvo*, cum *mæreo, turget,*
Connivet, pſallo, ſido, lambo, ſcabo, glubo:
In SCO inceptivum, *conquiniſco, biſco, fatiſco.*
Et *ringor, veſcor, liquor, medeor, reminiſcor.*

DE QUANTITATE

SYLLABARUM.

Simplicis obſervant compoſta creataque normam.
Compoſiti pars prima brevis, quum I deſinit, aut O.
Deme *dies* * medius, *tibicen, ubique*, & *ibidem.*

* h. e. *meridies.*

De diphthongo & poſitione.

Diphthongum produc: & curtam conſona duplex,

Poſt

Poſt curtam muta & liquida anceps carmen habebunt.

De vocali ante vocalem.

Eſt brevis ante aliam Latiis. E ducito quintæ;
Deme *fides*, *res*, *ſpes*. *Fio* cum R breviabit.
JUS anceps patrius: brevis *Alter*, profer *alius*.

De Præt. & Sup. diſſyllabis, & geminatis.

Præteritum produc diſſyllabon, atque ſupinum.
Sed *fidit* à *findo*, & *ſcidit*, & *bibit*, & *tulit* arctant.
Do dedit atque *datum*: *ſteti ſtatus*, adde *quitum*, *citum*:
Et *ratus*, & *rutus*, & *ſitus*, & *ſtatum*, *itum*que *litumque*,
Quod geminat, binas breviat: niſi *cædo*, *pepédi*.

De Præpoſitione in compoſitione.

Longa A, DE, E, SE, DI, PRO. Sed RE curtat ubique.
Curta A, PRO, Græcorum: *procul*, atque *propago*, *protervus*,
For, *feſtum*, *fanum*, *fundus*, *propero*, *profiteris*.
Et *profugit*, *proneposque*, *profecto*, *procella*, *ficiſcor*,
Propello variat, *propino*, *profundo*, *procuro*.

De Incremento nominis.

Caſum, qui rectum tranſcendit, creſcere dicas:
Hæc breviant monoſyllaba; *bos*, *crux*, *daps*, *duce*, *fax*, *grex*,
Lar, *Lybs*, *mas*, *nex*, *nix*, *nux*, *ops*, *par*, *pes*, *phryge*, *pix*, *prex*,
Sal, *ſcobs*, *ſcrobs*, *ſtips*, *ſtryx*, *ſtyx*, *trabs*, *trux*, *vir*,

Digitized by Google

vir, *vade*, * *Vix*, hæc. * [Unde *Vicis vicem*, &c.]
Corripe A : junge O, INIS. Duc neutrum AL : EL quoque junges.
Duc N : præter INIS latium. Ex ON conſule Grajos.
R brevis. AR neutrum tendit ; ſed corripe *baccar*.
Et *jubar*, & *nectar*. TER Græcum duc : & *iberos*.
OR tendit. Breve neutrum : Græcum : tum *memor*, *arbor*.
ATIS ab AS, produc. Sed, *anas*, & ES, breviabunt.
Longa *hæres*, *merces*, *locuples*, *quies* : Attica in ETIS.
IS brevis : abſque INIS. Duc OS : breve *compos* & *impos*.
US retinens U, longum eſt : *intercus*, *pecus* aufer.
S breviat ; ſed PS Græcum mage tendit, ut *hydrops*.
X in GIS breviat. Longum AX : hic conſule Grajos.
EX retinens E, longum eſt : IX, OX, UXque ſequuntur.
Curta *filix*, *fornix*, *coxendix*, *hiſtrice*, *natrix*,
Tum *cilix*, & *erix*, *calicis*que, *larix*que, *varix*que.
Cappadocis, *præcox*que, *ſalix*, & *onyx* : *Caput* adde.
Creſcens plurale A, E, O, produc : I, U, curta.

De incremento verborum.

Ultima vocalis, quam dat perſona ſecunda
Primi præſentis, tibi ſit primum incrementum.
A longum eſt. RAM, RIM, RO, cum BERIS & BERE curtant.
Et *lego*, & *legerem*, in primis *legere* imperat, infin.
I breve, ut *erimus*, *eritis* ; perfectaque prima.
I longum ante V : mox quartæ incrementa priora.
Anceps ſit RIMUS, RINIS. Duc *volo*, *velim*, *ſim*.
O creſcens ſemper producitur. U breviatur.

De

Digitized by Google

De Accentu.

Accentum in ſe ipſa monoſyllaba dictio ponit.
Exacuit ſedem diſſyllabon omne priorem.
Ex tribus extollit primam penultima curta.
Extollit ſe ipſam, quando eſt penultima longa.

De figuris in carmine.

Vocalem perimit verbi Synalœpha prioris.
M perit Ecthlipſi, cum vocali præeunte.
Synereſis binas jungit, *cui deerit*, & *iiſdem*.
Syllaba (ut *aulai*) diviſa, Diœreſis eſto.

De ultimis Syllabis.

O anceps. Longa AS, ES, OS, monoſyllaba. N, A, V, C, I.

Exceptiones.

B, D, T, *An*, *In* breve, *Es*, *is*, *quin*, *cis*, *fac*, *bis*, *quis*, *os oſſis*,
Nec, *ne*, *que*, *vel*, *ve*, *per*. Aſt *fer*, *vir*, *hic* maſculus, anceps.
Curtat A per caſus: hinc tamen excipe ſextum
Et quintum, cujus rectus producit, ut *Hyla*.
Et breviabis *ita*, *eia*, *quia*. * Ginta ſit anceps.

* h. e. *Triginta* &c.

E Græcum: & quintæ caſus, ut *poſtridie*, duc.
Adde *fame* longis, *valde*, *fermèque*, *ferèque*.
Junge ſecundæ adverbia, (ſed *malè* cum *bene* demtis)
Longa *doce*, & ſimiles. *Vide*, cum *vale*, *cave* anceps.
I Græca in terno & quinto brevia: addito *Moly*.

Sed

Sed *niſi*, *ubi*, *quaſi*, *ibi*, *mihi*, cum *tibi* ſitque *ſibi* anceps.
O Græcum : Oque ſecundæ duc. Adverbia curtant.
EN dat INIS curtum, velut ON non ternæ, ut *Abydon* :
Attamen & *tamen*; AN quartus, modo rectus A præſtet.
ER, ERIS, Græcum (addis *iber*) duc : *Celtiber* anceps.
Græca AS, ADIS, breviant : AS & ES pluralia Græca.
Curta ES INIS : *penes*; haud *aries*, *abies*, *paries*, *Ceres*.
IS INIS duc : plurale IS : IS verba, quæ in INIS.
OS breviat Græcis : latinis *compos* & *impos*.
US, retinens u, longum eſt : Græcaque cuncta :
Et quartæ caſus. Sed rectum deme priorem.

DE CONSTRUCTIONE.

Conſtructio (quæ Græcè *Syntaxis* dicitur) eſt debita partium orationis inter ſe compoſitio.

Dividitur in *Concordiam* & *Rectionem*.

Concordia triplex eſt, Subſtantivi & Adjectivi : Nominis & Verbi perſonalis : Relativi & Antecedentis.

Subſtantivum & *Adjectivum* numero & caſu conſentiunt; ut, *mali corvi malum ovum*.

Sæpiſſimè deſideratur ſubſtantivum, ut, *Non poſteriores feram. Triſte lupus ſtabulis. Dicenda tacendaque calles*.

Sæpe plura adjectiva uni adduntur ſubſtantivo; ut, *Superioribus proximis diebus. Chariſſimus tuus parvus filius*, [Vide II. 8.]

Nominativus in numero tantum cum verbo perſonali

convenit; ſed omnis nominativus eſt tertiæ perſonæ verbalis, præter *ego*, quod eſt primæ, & *tu* ſecundæ; ut, *Deus eſt. Illi ſedent. Virtus laudatur. En Priamus*; *Ecce homo*; ſcilicet *adeſt* vel *venit*. [Vide II. 2.]

Relativum eſt ſignum rei antecedentis, ut, *qui*, *hic*, *is*, *ille*, *ipſe*. Relativum ſemper collocatur inter duos caſus nominis unius, quorum antecedentem refert in genere & numero tantum, cum altero convenit ut adjectivum; ut, *Vidi hominem, qui homo ſedebat*. [Vide II. 9.]

Sed Ellipſis alterius caſus hic frequentiſſima; ut, *Odi ſapientem, qui ſibi non ſapit. Quam quiſque norit artem, in hac ſe exerceat*; Syntaxis eſt, quiſque ſe exerceat in hac arte, quam artem norit. Hujus generis ſunt parentheſes illæ: (*quæ tua eſt humanitas*) (*quæ veſtra libido eſt.*) [Vide II. 9. 5.]

Si relativum, vel verbum, vel participium inter duo nomina propria vel appellativa poſteriori reſpondeat, Græcum eſt; ut, *Eſt ſtella, qui Mars dicitur. Hæc urbs vocantur Athenæ. Ludi fuerunt Megaleſia appellata*. [Vide IV. 12. 8.]

Tantus, *quantus*, *talis*, *qualis*, *tot*, *quot*, non ſunt Relativa, ſed quodlibet ſuis verbis adaptatur, ut, *Vidi caſeum tantum, quanta eſt rota.*

De Sui, & Suus.

DUo ex Relativis propriè Reciproca ſunt, *Sui* & *Suus*: quibus tantummodo utemur, cùm verbi ſuppoſitum prius aut principalius referimus; ut, *Arioviſto Cæſar dixit, non ſeſe Gallis, ſed Gallos ſibi bellum intuliſſe*. [Vide II. 12.]

Sed ſi nulla poteſt contingere ambiguitas, hoc præcepto non aſtringimur; nunquam autem continget, ubi eſt prima vel ſecunda perſona, ut, *Cepi columbam in nido ſuo*, vel *ejus*, vel *ipſius*: nec etiam in his,

Digitized by Google

his, & ſimilibus, *Regis eſt gubernare ſuos. Natura admonet homines ſuæ ſortis.*

Hoc nomen QUISQUE trahit ad ſe reciprocum; ut, *Juſtitia tribuit ſuum cuique.* Cum hac præpoſitione INTER dicimus; *Contendunt docti inter ſe, & contentio eſt doctorum inter ſe*, vel *inter ipſos.*

De Rectione caſuum.

GEnitivus poſſeſſorem ſemper ſignificat, idque activè aut paſſivè. Semper à nomine regitur, ut *Lectio librorum Ciceronis.* Sed nomen, unde regitur, ſæpiſſime ſubticetur: quod ignorantes Grammatici docuerunt, verba poſſe regere genitivum; ut, *Accuſo te furti, Magni emiſti; Regis eſt gubernare*; deeſt *crimine, pretio, officium.* Dicimus item, *Venit in mentem illius diei; caſtra aberant bidui; cum in animo haberem navigandi*; ſupple *recordatio, iter, propoſitum.* [Vide II. 3.]

Quinque ſunt verba, quæ genitivum regere videntur, *miſeret, tædet, pudet, piget, pænitet*: ſed genitivus à nomine, quod in his verbis intelligitur, dependet; eſt enim (teſte Priſciano) *Miſeret me tui*, miſeratio tenet me tui: & *pænitet me peccati*, pœna peccati me tenet. [At vide II. 3. 4.]

Illa vero Græca omnino ſunt; *Deſine querelarum. Abſtine irarum. Implere ollam denariorum. Eges medici. Eo ad Minervæ.* [Vide II. 3. 6.] Græco item more in genitivis locorum, deeſt *locus, urbs*, vel *oppidum*; ut, *Natus Romæ. Ægypti educatus. Domi manet. Humi ſedet.* Item, *domi belliqne clarus*, ſupple, *tempore*: Sed ſi addas adjectivum, genitivo locus non erit, ut, *Natus in magna Roma. Cubat in dura humo.* Dicimus tamen, *domi meæ, tuæ, ſuæ, noſtræ, veſtræ, alienæ.*

Aliquando genitivi duo ab eodem nomine pendent; ut, *Magna eſt hominum querela ſuperbiæ*: ſed frequentius

 tius

tius alterum genitivorum in poſſeſſivum mutamus; ut, *Nocturna lectio librorum*: *In Ciceronis Tuſculana villa*: *Mea præceptoris officia*. *Veſtra multorum diligentia*. *Meum prædium Priſciani*. Contra Vallam; nam *meus*, *tuus*, *ſuus*, nihil differunt à cæteris poſſeſſivis. [Vide II. 3. 15. & 16.]

Dativus ſemper acquiſitionem ſignificat, ſeu ultimum finem, quare cuivis orationi aptè jungitur; ut, *Ariſtoteli ſpongiæ ſentiunt*. *Utilis capiti*. *Amicus mihi*. *Petitur tibi argentum*. *Mihi ita videtur*. *Non cernitur ulli*. *Cede*, vel *decede majori*. *Væ victis*. *Tibi expedit*. *Mihi non convenit*. [Vide II. 4.]

Duplex etiam dativus reperitur; ut, *Sum tibi dicto audiens*. *Delegi mihi locum domicilio*. *Reliquit mihi pignori veſtem*. *Datur tibi hoc vitio*. *Tu tibi id laudi ducis*. *Habes me tibi deſpectui*, *deſpicatui*, *fruſtratui*.

Accuſativus aut eſt infiniti ſuppoſitum, aut activorum appoſitum; aliter ſemper à præpoſitione pendet: Nam in tempore, & menſura, & locorum propriorum nominibus, deeſt præpoſitio; ut, *Vixit annos centum*, vel *per annos centum*. *Natus ante annos centum*. *Pendet aries libras triginta*. *Latus* vel *longus ulnas duas*. *Eo Romam*. *Tendit Italiam*; ſic *Rus*, & *Domum*. [Vide II. 5.]

Duos ejuſdem rei accuſativos multa verba recipiunt. Duos diverſæ rei accuſativos nullum verbum admittit, ut mox dicitur. [Vide II. 5. 6. & 7.]

Vocativus nullius eſt perſonæ verbalis, ſed rem deſignat, cum qua ſermonem communicamus, ideo non regitur; eſt enim veluti extra contextum orationis. [Vide II. 6.]

Ablativus à præpoſitione pendet, ſed eleganter illa multis modis ſubticetur. Nam in comparatione (ut, *doctior Cicerone*) deeſt *Præ*: In inſtrumento, vel modo, *Cum*; ut, *Saxo percuſſit*; *Egit inſidiis*: in pretio, *Pro*; ut, *Magno emiſti*: in tempore, *De*, vel *In*, ut, *Hora prima*; *Tribus annis*. [Vide II. 7.]

In

Digitized by Google

In ablativo quem falſò *abſolutum* vocant, ſi ſit perſonæ, deeſt *Sub*, ut, *Philippo rege*; *Me præceptore*: ſi verò aliarum rerum, deeſt A, vel *In*; ut, *Lectis tuis literis cœnavimus*; *Legendis carminibus fies poëta.* [Vide II. 7. 3. pag. 193. 194.]

Huic adverbio, UNDE, reſpondet *A*, vel *Ab*; ut, *Palleo metu*; *Vacuus curis*; *Præditus virtute.* Sed in frequentiori uſu hæc ſolent amittere præpoſitionem, *Proſequor*, *impertit*, *caret*, *affice*, *dignor*, *eget*que, *Victito*, *utor*, *veſcor*, *fungor*, *potior*, *fruor*, *alget.* *Implendi*, *ornandi*, *ſpoliandi*, *judicii*que.

De Nominibus Adjectivis, Comparativis, & Superlativis.

ADjectiva nomina (Participiis [At *vide ad* I. 15.] exceptis) nullum caſum regunt: Nam quando dicimus *Romanorum primi*; *Romanorum doctiſſimi*; deeſt *ex numero.* [Vide II. 3. pag. 166.] Illa verò, *plenus rimarum*; *laſſus viarum*; *integer vitæ*; *ſceleris purus*; *cupidus honoris*; Græca ſunt, quibus deeſt græca præpoſitio ἐκ: quæ apud illos genitivum regit. [Vide II. 3. 6. *Dignus honore*: *Vacuus curis*; *Viduus pharetra*; *Frumento copioſus*; ſupple *Ab.*

In *Comparatorum* ablativis deeſt *Præ*; ut, *Sanctior Catone*: quo in loco particula QUAM nominativum vel accuſativum tantum juxta verbi naturam poſtulat. [Vide II. 10.]

In *Superlatis* & *Comparatis* genitivus ille partitionis eſt, non comparationis; ut, *Romanorum priores*; *Græcorum doctiſſimus*; id eſt, Ex numero Græcorum maximè doctus. [Vide II. 10. & 11.]

Digitized by Google

De Conſtructione Verbi.

DIximus Conſtructionem dividi in Concordiam & Rectionem. Si concordiam ſpectes, omnia verba ſunt *Perſonalia*, aut *Imperſonalia*; ut, Ego lego; Me legere. Si verò rectionem, *Activa*, aut *Paſſiva*.

De Verbis Perſonalibus.

PErſonale, ſeu *Finitum* verbum eſt, quod perſonas, numeros, tempora finit; ut, *Amo. Legiſſem.* Perſonale verbum ſemper & neceſſario habebit ante ſe nominativum; ut, *Tu doces. Nos percutimur. Illi frigent. Vos piſcamini. Abite. Adesdum.*

Aliquando infinitum, vel alia oratio, verbi ſuppoſitum eſt; ut, *Fugere vitium eſt virtus. Quæritur, quis primus naves invenerit.* Tribus autem modis ſuppoſitum ſolet intelligi: primo, in primis & ſecundis verborum perſonis; ut, *legis*, *vivimus*: ſecundo, in verbis ad famam pertinentibus; ut, *ajunt*, *ferunt*, *prædicant*: tertio, quum in verbo latet ſuppoſitum ejuſdem rei; ut, *pluit*, *luceſcit*, ſcilicet, pluvia, lux. Quibus adde quinque illa verba (quæ falsò dicuntur imperſonalia) *miſeret*, *tædet*, *pudet*, *piget*, *pœnitet*, ſcilicet, miſericordia, tædium, pudor, pigritia, pœna, ut diximus. [At Vide II. 3. 4.]

Multi recti ſingulares per Syllepſim figuram plurale verbum exoptant dignioris perſonæ; ut, *Si tu & Tullia valetis, ego & Cicero valemus.*

Si poſt verbum perſonale ſequatur nomen ad ſuppoſitum pertinens, erit nominativus; ut *Lego invitus.*

De

Digitized by Google

De Verbis Activis.

ACtivum verbum eſt, quod actionem ſignificat; ut, *Vivo*, *Amplector*, *Memini*. Semper & neceſſario tranſit in accuſativum; ut, Amo literas: Sic *delectat*, *juvat*, *decet*, *oportet*, *refert*; ut, *Hoc refert mea negotia*, id eſt, repræſentat. [At Vide III. 5. 3.] Sæpe pro accuſativo infinitum, vel alia oratio, ponitur; ut, *Nolo tuum velle*, *Dico tibi ne temere facias*.

Verba activa duplicia ſunt, quædam enim tranſeunt in varios accuſativos; ut, *amo*, *lego*, *percutio*: alia (quæ falsò *Neutra* dicuntur) uni tantum accuſativo cognatæ ſignificationis adhærent, ut, *vivo*, *ſervio*. [At Vide ad III. 2. & 3.]

Hic autem Accuſativus cognatus (ut Pleonaſmum effugiamus) rectius ſubticetur; ut *Filius tuus dormit*, *currit*, *gratulatur*, *jocatur*, *gaudet*; ſcilicet, ſomnum, curſum, gratulationem, jocum, gaudium: [At Vide III. 3. ad Verba *Æſtuare*, & *ambulare*.] Sic *egeo*, *indigeo*, *vapulo*, *naſcor*, *orior*. Qui tamen accuſativus neceſſariò apponitur, ſi addendum ſit adjectivum; ut, *Duram ſervies ſervitutem. Hilarem vitam vivis. Cantilenam eandem canis. Conſimilem luſerat ille ludum. Indicavit judicium inclytum. Endymionis ſomnum dormis.*

Aliquando proprius accuſativus tranſit in metaphoricum; ut, *Coridon ardebat Alexin. Nubes pluant juſtum: terra germinat Salvatorem.* [Vide III. 2. 11. & IV. 5. 7.]

Accuſativi *me*, *te*, *ſe*, ferè non apponuntur, quoties ſuppoſitum & appoſitum idem ſunt; ut, *Illa jam lavit*, *Nupſit regi*; *Nox præcipitat*; *Emerſit ex malis*; *Bene res vertat*; *Volventibus annis*; deeſt *ſe*, [Vide ad III. 2. & IV. 3.] vel etiam accuſativus cognatus. *Credo tibi*, *Indulgeo tibi*, ſcilicet, *me*.

Multa verba per cumulum geminant ejuſdem rei accuſativum; ut, *Deum vocamus patrem. Præſta te virum. Facimus te arbitrum. Dedit agrum dotem*, & ſimilia.

Digitized by Google

Duos verò diverſæ rei accuſativos nullum verbum regit. Nam in altero illorum Græco more deeſt κατὰ, id eſt, *circa*, *juxta*, vel *ſecundum*. Tales verò accuſativos nullum verbum reſpuet; ut, *Quid me accuſas? Quid me horres? Nihil me timeas. Plurimum te amo. Multa me incuſas. Multa gemens ignorantiam. Nunc id operam do. Inſuevit pater hoc me.* [Vide II. 5. 6. & 7.]

Dicimus *ſpargo*, vel *ſterno ſolum herbis*, & *herbas ſolo. Defendo*, vel *prohibeo æſtum capellis*, vel *à capellis*, & *capellas ab æſtu. Dono te corona*, & *tibi coronam. Celo*, vel *doceo te hoc*, & *te de hoc*, & *celo tibi hoc. Poſco te veniam*, & *à te*: ſic omnia verba *poſcendi*, *Invideo te multa*, *Hoc decet te*, vel *tibi. Præſto*, *præſtolor*, *antecedo*, *anteſto te*, vel *tibi. Deficiunt*, & *latent me pecuniæ*, & *mihi pecuniæ. Eripio tibi*, & *à te pecunias. Impertio te bono*, & *tibi bonum.*

De Verbis Paſſivis.

PAſſivum verbum eſt, quod paſſionem ſignificat, ut, *Vivitur*, *Curritur*. Paſſivum verbum nihil præter ſuppoſitum deſiderat; ut, *Virtus laudatur. Tua res agitur*. Accuſativus activorum hic ſemper erit ſuppoſitum, nec unquam aliter: Sed ſi ſupprimitur in activa, etiam in paſſiva ſubticetur: ut, *Curritur. Vivitur. Egetur.* [Vide ad III. 2. init. & ad cap. 4. & 8.]

Si duo ſunt ejuſdem rei accuſativi, ambo mutantur; ut, *Voco te poëtam: Tu vocaris poëta. Video te triſtem: Tu videris triſtis.* Si verò ſunt diverſæ rei accuſativi, ille tantum mutatur, qui non dependet à præpoſitione; ut, *Doceo te artes: tu doceris artes. Moneo te juſta: Tu moneris juſta. Moneo tibi juſta: Juſta monentur tibi.* Nam falsò quidam docent, dativum in nominativum poſſe verti.

De Verbo Subſtantivo.

SUm, es, fui, (cui *fio* vel *fuo* adnumerantur) nec activum nec paſſivum eſt, ſed utriuſque radix & funda-

ſundamentum, habet utrinque nominativum, [Vide III. 5.] ut, *Deus eſt charitas. Fili, eſto ſobrius. Eſto tu Cæſar amicus.* Dicimus, *Patris eſt*, vel *patrium eſt*, *caſtigare*; *Regis eſt*, vel *regium eſt*, *gubernare*; & ſubintelligimus officium, munus, negotium, ſive conſilium. Non tamen dicimus, *Mei eſt*, ſed *meum eſt*; quia genitivi *Mei*, *tui*, *ſui*, *noſtri*, *veſtri*, primitivorum in hac parte locum non habent, ne pariant ambiguitatem. [Vide ad II. 13. Notas.]

Quod ſi accedat præpoſitio INTER, dicimus, *Patris intereſt caſtigare*; & *Regis intereſt gubernare*; & ſubintelligimus accuſativum pluralem, negotia, officia, ſive conſilia: Nec tunc illis quinque genitivis utimur, ſed accuſativis *mea, tua, noſtra, veſtra, cuja* vel *cujus*; ut *Non mea, ſed regis intereſt gubernare*, id eſt, gubernare non eſt inter mea, ſed inter officia regis. [Vide III. 5. 3.]

Sæpe uni aut duobus dativis acquiſitionis adhæret; ut, *Sunt mihi amici. Tacendum eſt tibi. Dicenda mihi cauſa eſt. Hoc erit tibi lucro, honori, curæ.* Cum nomine *Opus* dicimus; *Opus eſt mihi libris*, & *libri ſunt mihi opus*: & *opus eſt facto*, & *facere.* [Vide IV. 15. 7. &c.]

De Verbis Impersonalibus.

IMperſonale, ſeu *infinitum* verbum eſt, quod neque numeros, neque perſonas, neque tempora finit, & determinat; [At Vide I. 12. extr. & III. 2. init.] ut, *Amare. Legiſſe.* Et eſt duplex: *Perpetuum*, & *Participiale.* Perpetuum eſt, ut, *amare*, *amaviſſe*, *amari.* Participiale, ut, *amandi*, *amando*, *amatum.*

Imperſonale verbum ſemper antecedit accuſativus, ſæpius ſubintellectus; ut, *Volo legere libros*; *Volo libros legi.* A nulla parte determinatur, ut putant Grammatici: ſemper enim pro nomine capitur; ut, *Virtus eſt vitium fugere*, id eſt, fuga vitiorum. *Tempus eſt abire*, id eſt, abitionis. *Et cantare pares, & reſpondere parati*, id eſt,

 cantui

cantui & reſponſioni, vel ad cantandum, & reſpondendum. *Non tanti emo pœnitere*, id eſt, pœnitentiam. *Dignus amari*, id eſt, amore. [Vide III. 6.]

Si poſt verbum imperſonale nomen ſequatur ad ſuppoſitum pertinens, erit accuſativus; ut, *Malo dici divitem, quàm avarum haberi. Præceptoris intereſt eſſe probum. Non expedit tibi fieri judicem. Utor amico cupiente juſtum.* Sed hic frequentiſſimè Græcos imitantur; ut, *Cupio dici doctus. Vis haberi probus.* [Vide III. 7.] Illa verò, *Non vacat mihi eſſe quieto*; *Licet eſſe beatis*; Latinos canones excedunt, ut in Helleniſmo dicitur. [Vide II. 6. 2. & IV. 12.]

De verbis Participialibus, Gerundis, & Supino.

A*Mandi*, *amando*, quum accuſativum habent, *Gerunda* verba dicuntur, eo quod à paſſivo participio in *dus gerantur* & gubernentur. [At Vide ad I. 15. init. & ad III. 8.]

Olim à participio in *dus* quatuor voces gerebantur, quæ regerent accuſativum; ut, *Petendum eſt cauſas* : *Petendi cauſas* : *Ad petendum cauſas* : *Petendo cauſas*. Nunc verò vocibus in *di* & *do* dabis accuſativum. Nam *habendum eſt canes*, & *ad legendum libros*, nimis antiqua ſunt.

Cæterùm voces in *di*, *do*, *dum*, ſi accuſativum non habeant, paſſivè ſignificant, ſunt enim participia paſſiva in neutrali terminatione: [Vide ad III. 8. init.] In quibus deeſt ſubſtantivum aliquod, aut nomen verbi, quod eſt infinitum; ut, *Legendum eſt*, ſcilicet, *legere* : nam quemadmodum (teſte Priſciano) *bona eſt lectio*, & *bonum eſt legere*, non differunt; ſic *tempus eſt legendæ lectionis*, & *tempus eſt legendi*, idem ſunt. Aliquando tota oratio pro ſubſtantivo eſt; ut, *Creditum eſt*, vel *credendum eſt*, *Ciceronem fuiſſe poëtam*.

Deeſt quoque ſubſtantivum illis, quæ ſolent conturbare

bare Grammaticos; ut, *Miſſus eſt Athenas erudiendi gratia*, ſcilicet *erudire*, quod eſt *eruditionis. Virgo maturuit nubendo*, ſcilicet, *nubere*, id eſt, *nuptui. Cantando rumpitur anguis*, id eſt, cantando carmine. *Uritque videndo fœmina*, id eſt, viſu facto, quaſi videndo videri, dum videtur. Salluſt. *Quum Jugurtha vocaretur ad imperandum*, ſcilicet, imperare, id eſt, ut imperaretur, vel, ad ſibi imperium imperandum: dicimus enim, *Imperare alicui pecunias. Inter agendum capras*, & *ante domandum boves*, non dicimus: ſed *ante domandum*, ſcilicet, domare. [Vide III. 8. 1. pag. 441. &c.]

Amatum, Verbum *Supinum* dicitur, quod *ſupine*, id eſt, negligenter agat, ac penè otioſum ac ſupervacuum ſit: ſemper jungitur verbis motum ad locum ſignificantibus; ut, *Cur te is perditum? Latebras quæſitum vèniſti. Admitte ſpectatum.* [Vide III. 9.]

Vox *iri*, in paſſiva tantum huic ſupino conjunctum, non ſignificat motum, ſed idem quod paſſivum infinitum, cujus eſt ſupinum; ut, *Credo librum, vel carmina, lectum iri*, id eſt, legi. [At Vide III. 11.]

De Participiis.

PArticipia ſuorum verborum caſum admittunt. [At Vide ad I. 15. init.] Junguntur aliis verbis, ſed præcipuè Subſtantivo, per omnia tempora: & cujus temporis verbum fuerit, ejuſdem ferè & participium erit; ut, *Excita dormientem*; *excitavi dormientem*; *excitabo dormientem. Dicturus fui*, *dicturus ero. Juſſus feci*, *juſſus faciam. Abſtinui à cauſis agendis*; *abſtinebit à cauſis agendis.* [Vide I. 15. 2. &c. & III. 10. 2.]

Primum participium paſſivum ſignificat paſſionem: præter pauca, quæ ab activis in OR deſcendunt; ut *Amplexus hominem*; *Pertæſus ignaviam*: Quædam actionem & paſſionem, ſed diverſa ſyntaxi; ut, *Comitatus illum*, & *comitatus ab illo. Pranſus*, *cœnatus*, *potus*, nomina ſunt.

Participium in *dus* perpetuò paſſionem ſignificat, ut,

ut, *Plectendus*, *pœnitendus*: *veniendum eſt*; *dicendi*; *cantando*; *ad orandum.* Fruſtra quærit Valla, quando admittat, aut reſpuat præpoſitionem; nam ſequitur ſuum ſubſtantivum; ut, *Accepi puerum docendum*: & *accepi ad puerum docendum pecunias. Currit iterandam viam*; & *currit ob præmia obtinenda.* [III. 10.]

De Participialibus.

PArticipia tribus modis fiunt nomina: Conſtructione; ut *Doctus juris. Juris peritus. Alieni appetens. Amans uxoris. Tempus eſt legendi librorum*: [Vide III. 8. & 10.] Comparatione; ut, *doctior*, *amantior*: Compoſitione; ut, *indoctus*, *indiligens.*

Sunt quædam nomina quæ participia videntur, ut, *Populabundus agros*; *Vitabundus caſtra hoſtium*: item alia, *Ocreatus*, *Laureatus*, *Tunicatus*: ſed hæc à nomine, non à verbis, dicuntur. Et illa antiqua; *Quid tibi hanc tactio eſt? Quid tibi hanc rem curatio eſt?* forte deeſt κατά.

De Præpoſitione.

PRæpoſitio ante verbum non ſemper intrat compoſitionem, ſed fertur in caſum ulteriorem; [At Vide ad III. 3. 6. & 10. in extr. & 5. 2. p. 413.] ut, *Hercules interfuit homines*; & *Homines intereſt ſocietas.* Cicero, *Quæ ſi quos inter ſocietas aut eſt, aut fuit, aut futura eſt.* Seneca, *Nihil intereſt, hos, & illa.* Horat. *Villa, quæ ſupereſt Claudi cauponas*: idem, *Ne quid medios intercinat actus*: idem, *Cum ſol Oceano ſubeſt.* Cicero, *Hic tibi Cato roſtra advolat.* Tacitus, *Advolvitur genua illius.* Horat. *Utinam intererrem nuda leones*; idem, *Deſine interludere virgines.* Cæſar, *Exercitum Rhenum traducere.* Livius, *Hæ Siculorum querelæ domos primùm nobilium circumlatæ.* Sic,

Sic, *Interfluere urbem*, *mœnia*, *exercitum*, apud Curtium: ſic *Mea intereſt*; *Veſtra interfuit*; pro, eſt inter mea, ſcilicet negotia. Et hæc ad Anaſtrophen ſunt referenda.

Præpoſitionum quædam ſemper *accuſativo* hærent, ut, *ad*, *apud*, &c. quædam ſemper *ablativo*, ut diximus: hæ vero ſunt dubiæ, *in*, *ſub*, *ſuper*, *ſubter*, & *clam*.

In, ſignificans motum ſeu tranſitum, accuſativum regit, ut, *Via ducit in urbem. Hanc mihi in manum dat*: & cum actio differtur, ut *In diem iſtuc erit. Præſens in tempus omittat*: & cum capitur pro *contra* vel *erga*, ut, *Ingratus in præceptorem*; *In parentem pius.* Cum ſignificat aliquid in loco fieri, regit ablativum, ut, *Ego in portu navigo.*

Sub, ſi motum ſignificat, accuſativum amat; ut, *Sub terras ibit imago. Sub galli cantum. Sub eas literas recitatæ ſunt tuæ.* Sine motu frequentius ablativum; ut, *Sub pedibus. Sub judice.* Dicimus, *ſub idem tempus* & *ſub ipſa die.* Aliquando ſubintelligitur; ut, *Cæſare duce*; *Platone magiſtro*; id eſt, ſub Cæſare, ſub Platone.

Super, pro de, Ablativum poſcit; ut, *Multa ſuper Priamo rogitans*, *ſuper Hectore multa.* Cic. *Sed ſuper hac re nimis.* In reliquis ferè accuſativum; ut, *Fama ſuper æthera notus.* Dicimus *ſuper fronde*, & *ſuper arbore*, ſi quietem ſignificamus: *ſuper arborem*, ſi motum.

Subter, poëtice tantùm reperitur cum ablativo; ut, *Subter denſa teſtudine.*

Clam, & *Clanculum*, Accuſativo junguntur; ut, *clam uxorem*, apud Plautum; *clanculum patres*, apud Terentium: cæterùm ablativo magis gaudent. [At Vide I. 16. 1. pag. 149. 150.]

De Adverbio.

ADverbia nullum omnino caſum regunt, niſi pro nomine capiantur; ut *Crurum tenus. Abunde gloriæ.* [Vide II. 3.] *Ubique gentium. Satis teſtium. Pridie ejus diei. Poſtridie ludorum.* In reliquis eſt ellipſis; ut, *O curas.*

Digitized by Google

curas. Hei mihi. En Priamus. Ecce homo. Heu me. Væ victis.

Ubi ſignificat locum ſine motu : cui reſpondent, *hic, iſtic, illic, ibi, intus, foris, utrobique, paſſim, nuſquam, infrà, ſubtus, nec,* [ſ. *necubi.*] *ubiubi.* Reſpondent etiam genitivi propriorum locorum finiti in Æ, vel I; ut *Romæ, Toleti, Ægypti, Cypri, Siciliæ.* Item, *domi, militiæ, belli, humi*; in cæteris reſpondemus per ablativum, expreſſa vel tacita præpoſitione; ut, *Rure eſt; in toga; in pace; Athenis, Carthagine, Elide, Ptolemaïde.*

Quò ſignificat motum ad locum : cui reſpondent *huc, iſtuc, illuc, eò, illo, intrò, foras, quoquò, peregrè, obviam*: & accuſativi locorum, expreſſa vel tacita præpoſitione; ut, *Eo Romam*, vel *in Romam. Venit Italiam.* Sic *rus, & domum*, vel, *in domum, urbem, hortum, larem.*

Qua, ſignificat motum per locum : cui reſpondent *hac, iſtac, illac, quaqua, quacunque, quavis, quaquaverſus*: & ablativi cujuſvis loci, tacita præpoſitione; ut, *Vagatur Italia. Vehitur flumine*, vel *per flumen.*

Unde, id eſt, à quo loco : cui reſpondent *hinc, iſtinc, illinc, inde, eminus, cominus, alicunde, necunde, foris, undecunque*: & ablativi cujuſvis loci, expreſſa vel tacita præpoſitione; ut, *Cœlo, de cœlo. Roma, de Roma.* Sed ſi ablativus ſit perſonæ, non erit ſine præpoſitione; ut, *Unde emiſti? à mercatoribus. Unde eſt puer? à fratre.*

Quorſum, ad locum & ad alia refertur : cui reſpondent *horſum, iſtorſum, ſurſum, deorſum, rurſum, prorſum, dextrorſum, ſiniſtrorſum, aliorſum, retrorſum, introrſus, quoquoverſus, venum, peſſum.*

De Conjunctione.

Conjunctionis officium eſt, *ſententias* connectere, non ſimiles caſus, aut verba, ut, *Emi librum drachma*, & *minoris*, ſcilicet, pretio emi. [Vide I. 18. & II. 14.]

LAUS DEO.

INDEX

Digitized by Google

I N D E X

Verborum & Rerum Memorabilium, ut & Auctorum, qui explicantur, cum in ipſa *Minerva Sanctii*, tum in *Notis* ad eam.

In quo Primus & Major Numerus *Librum*, Secundus *Caput*, Tertius *Notam* denotat; *Paginam*, quæ aliquando additur, litera p. præmiſſa declarat.

A.

A Vel AB cum Paſſivis. III. 4. 1. extr. & n. 4.
—— Activis & Paſſivis eodem ſenſu. III. 4. 1. extr. & n. 6. pag. 398. &c.
A Mangone veneunt ſervi. III. 3. 138.
A pro Poſt. IV. 6. p. 675. 676.
A vel Ab cauſam efficientem notantia, ut *trajectus ab enſe.* III. 4. p. 402. IV. 6. 9. & 90.
A vel Ab cum verbis copiæ vel inopiæ, aliiſque, pro a parte talium rerum. IV. 6. 15. & p. 690.
Ab aliquo vapulare, exſulare, I. 2. 1. III. 3. 136. III. 4. p. 402.
A vel Ab non pendent ſemper a Verbo, ſed ſæpe a Nomine, ut *amare feminam a mangone.* III. 3. 136. III. 4. 8. & 9.
Ablativus Caſus unde dictus. I. 6. 3.
—— recte ita dicitur, licet a Præpoſitionibus ſemper regatur II. 7. init.
Ablativus cum Comparativis explicatur. II. 7. 2.
Ablativus abſolutus rejicitur a Sanctio. IV. 6. p. 674. &c.
—— abſ. ejuſdem Perſonæ, cujus eſt Verbum. II. 7. 3.
—— abſolutus Participiorum, cum Infinito aut tota Oratione pro Subſtantivo, veluti *Comperto, ficta in eum crimina.* III. 9. 2. p. 448. 459.
Ablativus abſolutus unicus, intellecto Participio *Exſiſtente.* IV. 4. 28. 85. & 86. IV. 6. 7.
—— cum Nomine, aut Verbo ſubſtantivo, ut *Homo magno natu.* IV. 4. 5.
—— in denotando Tempore regitur a Præpoſ. IN per Ellipſin, IV. 6. 18.
Ablativum Græci non habent. I. 6. 4.
Ablativus, Latinorum proprius; ex Dativo formatus, & olim prorſus idem cum Dativo in omnibus declinationibus. I. 6. 4. p. 35. &c.
—— tertiæ declinationis, etiam Adjectivorum, ſæpe in E vel I promiſcue. I. 6. 4. p. 36. 37. 49. II. 7. p. 194. &c.
Ablativi Propriorum Nominum exeunt potiſſimum in E. II. 7. p. 166.
Ablativi ſunt *Ruri*, *Carthagini*, &c. I. 6. 4. p. 39. II. 7. p. 197. IV. 6. 4.
Abolere. IV. 14. 23.
Abuſus uſu confirmatus. I. 14. 1. pag. 105. 106. III. 2. 3. p. 278. &c. III. 3. 8. & 10. pag. 306. 307. III. 11. 1. & 3. pag. 471. 472. Vide & *Uſus.*

Abuti

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Abuti quid proprie notet. III. 3. 5. & III. 3. 8. extr.
Accentuum ratio, I. 3. 1. IV. 14. pag. 752.
Accius explicatur. IV. 4. 37.
Accuſativi uſus triplex. II. 5. init.
Accuſativus nunquam regitur a Nomine, & proinde nec a Participio. I. 15. 1. p. 118. &c. III. 8. 2. p. 438. & 442.
—— ſæpe per Ellipſin jungitur, & frequentius olim, Verbis Neutris, Paſſivis, Deponentibus, ut & Nominibus. I. 15. 1. p. 118. &c. & p. 123. III. 8. 2. p. 442. IV. 13. p. 736. 737.
Accuſativi conſtructio per Ellipſin Præpoſitionis. II. 5. init. IV. 6. 16. 17. IV. 13. p. 734. 735. &c.
Accuſativus in initio periodi exponendus per Ellipſin, *Quod ad*. II. 5. 5. extr. II. 9. 1. IV. 11. 6.
Accuſativi plures uni Verbo juncti, ſed quorum unus ſolum a Verbo regitur. II. 5. 6. IV. 13. p. 735.
Accuſativus cognatus poteſt plerumque per Ellipſin exponi, & notat Modum rei, vel Emphaſin majorem. III. 2. 2. p. 271. 272. & 288. III. 3. 9. IV. 3. 6.
—— Sed etiam aliter. III. 2. 2. p. 273. & 3. 9. p. 301. 302.
Accuſativi reciproci Ellipſis. III. 2. 2. p. 273. III. 3. 8. & 10. p. 309. IV. 3. 13.
—— verbis juncti cum Ellipſi, *memorans*, vel ſimili, ut *Crepare Leges*. III. 2. 11. III. 3. 9. & 24. & 115.
—— ſignificant aliquando effectum actionis, cum a Neutris reguntur; ut *Vivere Bacchanalia*. III. 3. 9.
Accuſativus temporis, *centum annos vixit*. II. 5. p. 182. IV. 4. 126. IV. 6. 16.
Accuſativus cum Nomine & Verbo Subſtantivo, *Homo id ætatis*. IV. 6. 17.
—— inter duo Verba, vel inter Verbum & *Ut* vel *Qui*, pro Nominativo, *Fac me, ut ſciam*. II. 5. 5. IV. 12. pag. 730. &c.
Accuſo te criminis recte dicitur. II. 3. 3. IV. 4. 21.
Actio Permanens in *Agente* diſtingui debet a Tranſeunte in *Patientem*, unde orta apud Grammaticos Verba Neutra. III. 2. 1. & n. 2. III. 3. 2.
Activa dicuntur modo illa ſola, quæ actionem tranſeuntem notant, modo omnia in O exeuntia, ut etiam Neutra complectantur. III. 2. 3. p. 276.
Activa verba etiam Neutraliter efferuntur, & ſimplicem notant actionem. III. 2. 2. p 273. III. 3. 10. p. 309. & not. 81. 93. & 125. III. 4. 1. & 2. p. 443.
—— cum Ellipſi Pronominis reciproci videntur Neutra, licet vere Neutra non ſint. III. 2. 2. p. 274. III. 3. 8. & 10. p. 309. III. 4. 1. IV. 3. 13. p. 545. 546.
Activa quædam per Ellipſin proprium ſibi Accuſativum plerumque omittunt. III. 3. 10. p. 310.
—— & Neutrali ſignificatione eadem Verba promiſcue uſurpata. III. 3. 10. p. 309.
Aculeus ab *Acus*. I. 10. 1.
Ad cum Nominibus propriis locorum pro Juxta. II. 5. p. 184. & IV. 6. 1.
Ad reſpondet Græco κατὰ. I. 15. 1. p. 118. IV. 13. 5. p. 739.
Adeo. III. 14. 7. p. 486. & n. 39.
Adhuc. III. 14. 7. p. 486. IV. 4. 30.

Adhuc

Digitized by Google

Adhuc etiam pro *inſuper* ponitur, IV. 4. 30.
Adjectiva proprie non habent Genus, ſed declarant Genus Subſtantivi, I. 7. p. 55.
—— plura uni Subſtantivo juncta, II. 8.
—— ſunt, unde duci poteſt Comparatio, I. 7. p. 56.
—— in US aut IS purum exeuntia, etiam comparantur, I. 11. p. 76. 77.
—— in *UUS* derivantur à Verbis, ut *Mutuus*, *Paſcuus*, &c. à *Muto*, *Paſco*, &c. IV. 4. 119.
—— & Participia cum Subſtantivis ſuis perpetuo intellectis ita aliquando coaleſcunt, ut tanquam vera Subſtantiva vim & rectionem Subſtantivi accipiant, ut *Amicus Petri*, I. 15. 1. p. 119. 120.
—— in uno Genere junguntur etiam pluribus Subſtantivis diverſi Generis, & conveniunt ſæpe remotiori, IV. 8. 3. p. 712.
—— ſunt, *Medicina* &c. IV. 4. p. 556. & p. 624.
Admodum varia notat & contraria, IV. 2. 1. p. 532. 533.
Adoleo primum ſignificat Augeo, Creſco, deiñ Incendo, IV. 14. 23.
Adverbia non regunt caſum, III. 13.
—— conſtruuntur tamen quædam cum Accuſativo, tanquam Præpoſitiones, ſed per Ellipſin, 16. 1. p. 150.
—— ſunt multa, quæ creduntur eſſe Præpoſitiones, I. 16. 1. p. 147.
—— in O exeuntia ſunt Adjectivorum Ablativi, etſi habeant correptam ultimam, I. 15. 1. p. 121. IV. 4. 48.
Adverbiorum & Præpoſitionum natura & differentia, I. 16. 1. extr. I. 17.
Adverſari, III. 3. 8.
Adverſus eſt Adverbium. I. 16. 1.
Adulo & *adulor*, III. 3. p. 296. 297.
Ædes ſæpe intelligitur. IV. 4. 2.
—— quid proprie notet, IV. 4. 3.
Æditumus & *æditiuus*, IV. 17. 1.
Æger unde, IV. 16. 21.
Æquivocus, non eſt Vox Latina, IV. 14. p. 741.
Æquum Bonumque, IV. 7. 2.
Æſtiva, intell. caſtra, IV. 4. 13.
Ætatem pro, longo tempore, III. 3. 143.
Aggredior, III. 3. 119.
Ala ab *Axilla*, & hoc ab *Ἄγω*, I. 10. 4.
Ales Adjectivum variis Subſtantivis jungitur, IV. 4. p. 557.
Alias pro Alioqui, I. 17. 2.
Alio, unde *alioſum*, eſt Dativus, III. 14. 39.
Almus raro & *Almum* nuſquam occurrit, I. 7. pag. 55.
Alo, *Altus*, unde, IV. 14. 23.
Alterum, in auguriis, pro non bono, IV. 14. 28.
Alteruter per ſuos caſus, I. 3. 3.
Amare Deum, I. 2. 1. III. 2. 7.
Amplius, *Plus*, *Minus*, quaſi per Parentheſin in media Periodo interpoſita, vel ſubintellectâ copulâ connexa, IV. 2. 1. p. 528.
Anacoluthon Conſtructionis, IV. 11. 5.
Ἀνάθημα, & Ἀνάθεμα, quid notent & differant, IV. 14. 27. p. 761.
Analogia ſignificationum quæ ſit, I. 1. 6. IV. 15. p. 764. &c.
—— quas phraſes admittit, eæ non ita temere repudiandæ, IV. 17. 8.
Anguilla ab *anguis* vel *anguinas*, I. 10. 2.
Anhelare ſcelus, III. 3. 11.

 Ani-

Digitized by Google

Animal, *Animale*, Adject. IV. 4. p. 582.
Animalium nomina olim maxime unius erant terminationis in utroque ſexu; ut *porcus*, *agnus*, *leo*, &c. IV. 4. p. 579. 580.
Annua, IV. 4. 16. & p. 636.
Anſa & *Ara* ab antiquo *Aſa*, IV. 15. 3.
Anterior defenditur, IV. 4. 95.
Antiphraſis eſt ſpecies Ironiæ, IV. 16. p. 821.
—— Grammaticorum exploditur, IV. 16. p. 817. &c.
Antiquus quaſi *anticus*, ut *Poſticus*, I. 11. 3. IV. 4. 95. & 96.
Anton. Liberalis expl. IV. 4. 39. IV. 8. 1. extr.
Appellare ad populum non recte dicitur, IV. 15. 18.
Appellere alterius eſt originis, quam *Appellare*, IV. 15. 18.
Appellere abſolute & cum Ablat. *Navi*, ſed & ipſa *Navis* dicitur *appellere* & *applicare*, IV. 4. 73.
Appoſitio eorundem caſuum per diviſionem aut partitionem, IV. 8. 2. &c.
Apulejus, puriſſimus Linguæ Latinæ Scriptor Sanctio, III. 14. p. 518.
—— explic. II. 10. 2. IV. 4. p. 622.
Aqualis & *aquarius*, IV. 4. p. 654.
Ara ab antiquo *Aſa*, IV. 15. 3.
Aræ majores habuerunt etiam cornua, quæ apprehendebant orantes, IV. 15. 3.
Arborum nomina cum Adjectivis maſcul. I. 7. p. 44. & IV. 4. p. 555.
Ardet Alexin, III. 2. 10.
A'ργὸς notans *pigrum*, *velocem*, *album*, *cuſtodem*, IV. 16. 2.
Ariſtophanis interpres expl. IV. 16. 2.
Ariſtoteles non eſt Auctor libri περὶ Ε'ρμηνείας, I. 5. p. 32. nec Libri de Categoriis, III. 2. p. 287.
Arvus adjectivum ab *Arando*, IV. 4. p. 635. & n. 119.
in AS Gentilia nomina olim formabantur in ATIS & ATE, II. 7. p. 196. IV. 4. p. 584.
Aſconius Ped. locuples inprimis Latini ſermonis Auctor Scioppio, IV. 2. p. 536.
nominum in *Aſter* exeuntium ſignificatio, I. 10. 8.
Athenæ unde dictæ, I. 7. 12.
Athena Pallas, I. 1. 1.
Atque pro ſicut, IV. 7. p. 692.
AU tranſit ſæpe in O. IV. 16. p. 835. 836.
Autor, & *Augere* pro Creare, III. 3. p. 323.
Audiens dicto Jovi, IV. 4. 45.
Aventinus mons, unde dictus, I. 1. 4. extr.
Avium nomina Maſculina Adjectivis Femininis juncta per Ellipſin, IV. 4. p. 557.
Aula ab *Augeo*, I. 10. 4.
Aulus prænomen ab *Augeo*, ibid.

B.

BAculus, a βάω, I. 10. 6.
Belli & *Duelli* origo, IV. 16. 7.
Benedicere in ſacra Scriptura pro Valedicere, Dimittere, IV. 14. 22.
Bidens, *Tridens*, &c. IV. 4. p. 630. 631.
adjectiva in BER exeuntia, II. 7. 6.
—— in BILIS exeuntia Active & paſſive ſignificant, I. 15. 4. p. 134.
Bipennis, IV. 4. p. 637.
Boethius expl. IV. 7. 6.
Βραδὺς a Βαρὺς, & quomodo; IV. 15. 6. p. 771.

C.

Digitized by Google

C.

C & G olim una litera, I. 6. 4. p. 38.
C oritur ſæpe ex Hebr. צ. I. 10. 5.
Cadere unde ortum, III. 3. 18.
Cælum, & *Cælare*, a *Cædendo* derivatum, IV. 15. 21.
Cæſar explicatur vel emendatur, II. 9. 7. IV. 11. 5. IV. 15. 29.
Campus a Gr. κῆπος, IV. 15. 4.
Candeo & *Cando*, unde *Accendo* &c. a Gr. καίω, III. 3. 18.
Capital. IV. 4. pag. 667.
Capiti Ablat. pro *Capite*, II. 7. p. 194.
Carere aliquid, & unde hoc verbum ſit ortum, III. 3. 20.
Carus & *Caritas* paſſivam habent ſignificationem, II. 13. 3.
Caſuum appellationes, *Nominativus &c.* veterum auctoritate probantur, I. 6. 1.
Caſus varii junguntur Præpoſitionibus apud Græcos, I. 6. 4. p. 40.
—— ampliorem uſum habent, quam a quo denominantur, I. 6. 3. & 4. p. 40.
—— ex terminationum diſtinctione orti, I. 6. 4. p. 39.
Caſum Sextum ſeu Ablativum Græci non habent, I. 6. 4. &c.
Caſus Septimus rejicitur, I. 6. 2.
Caſuum Latinorum uſus, I. 6. p. 34. & n. 4. p. 38. III. 8. 2. p. 439. 440. IV. 6. init.
Caſus poſt Verbum Subſtantivum ſæpe idem, ſæpe diverſus ab eo, qui præceſſit, II. 6. 2. extr.
Caſu eodem per Zeugma vel Appoſitionem ponitur res numerata, ſeu generalis, quo Numerus rei, vel res diviſæ, loco Genitivi, qui Partitionis dicitur, veluti *Pedites, X. millia*, IV. 8. 2.
Catonis verſiculi, IV. 4. p. 624.
Cavere quid proprie notet, III. 3. 21.
Cavere aliquid alicui, III. 3. 20.
Caveo, ut &c. *Caveo, ne* &c. IV. 15. 29. p. 811. 812.
Cedere & compoſita, unde ortum, III. 3. 22. IV. 4. 58.
Celebrare aliquem pro laudare vel honorare, IV. 17. 4.
Celox, genus navigii a celeritate ita dicti, IV. 4. p. 608.
Cenſeri aliqua re, & *aliquam rem*, III. 2. 3. p. 282.
Cerebrum, æque ut *cribrum*, a *cernendo*. IV. 15. 6. p. 771.
Cereus maſculine, IV. 4. 60.
Cernere per omnes ſignificationes, IV. 15. 6. pag. 769. &c. & in Reſp. ad Lud. Kuſt. §. 2. p. 772. 773. &c.
—— pro judicare, ibid. §. 3. 4. 5.
—— pro conſiderare rem diligenter, ibid. §. 7. p. 781.
Cernere & *Videre* confunduntur, & tamen differunt, ibid. §. 2. p. 773. & §. 5. p. 778. & §. 7. p. 781. 782.
—— *hereditatem*, IV. 15. 6. p. 769. &c. & in reſp. ad L. K. §. 7. 8. &c.
—— *hereditatem* etiam pro Adire ſimpliciter & directe ponitur, ſed in Jure Civ. notat proprie declarare ſolenniter ſe eſt adire & accipere. IV. 15. in reſp. ad L. K. §. 9. p. 785. 786.
—— notat proprie conſiderare Hereditatem, & de ea deliberare, ibid. §. 11. p. 788. 789.
Certus a *Cerno*, IV. 15. 6. p. 774.
Ceſſatus particip. III. 3. 10. p. 308.
Chariſius expl. IV. 2. 1. p. 531. IV. 14. 5.
Charonis etymon, IV. 16. 24.
Cicero explic. I. 15. 5. II. 5. 5. II. 13. 3. & n. 7. III. 2. p. 286. III. 3. 7. & n. 109. & n. 120. & n. 130. III. 10. 2. III. 14. 2.

& 17. & 18. & 30. & 31. IV. 4. 70. & n. 93. & n. 111. IV. 5. 7. IV. 6. 2. IV. 7. 5. ſæpius, IV. 8. 4. IV. 15. in reſp. ad L. K. §. 5. p. 776. IV. 15. 29. p. 811. 812. IV 15. 30. & p 816.
Cicero in Paradoxis contra Majoragium defenditur, III. 14. p. 503. 504.
Ciceronis illud, S. V. B. E. E. Q. V. explicatur a Sanctio, *Si vales, bene eſt, ego quoque valeo*, III. 14. p. 516.
Circa abſolute vel adverbialiter, IV. 13. 6.
Circiter, I. 16. 2.
Clam & *Clanculum* peſſime a quibuſdam habentur pro Præpoſitionibus, I. 16. 1. p. 148. 149.
Clamare cũ Accuſativo, III. 3. 24.
Claſſicum ſcil. canticum, IV. 4. p. 560.
Clitellas imponere, IV. 4. 14.
Cœlum pro mundo derivant plerique a Gr. Κοῖλον, & hoc a *corium*, vel *chaos*, IV. 15. 21. ſed Alii a *cælando*, quia cum Æ plerumque ſcribitur, IV. 16. 16.
Cœlus etiam in ſingulari dicitur, I. 9. p. 62. & 63.
Cœnare, III. 3. 27.
Cœnatæ noctes, III. 3. 27. pag. 318.
Coire ſocietatem, III. 3. 26. IV. 4. 117.
Columella exp. IV. 4. 101. pag. 629.
Communia maſculini & feminini Generis Nomina, I. 7. 6. & 8.
Communia Verba, quæ ſub una terminatione Activam ſimul & Paſſivam habent ſignificationem, III. 2. 3. pag. 286. & p. 287. atque ibi Notas.
Comparationis tres gradus explicantur & afferuntur, II. 11. 1.
Comparativa etiam a Subſtantivis & Superlativis deducta, I. 11. 1.
—— non ab Adverbiis, I. 11. p. 74.
—— & Superlativa a Poſitivis habentibus vocalem ante US & IS, I. 11. p. 74. 75.
Comparativi natura & definitio. II. 10. 1. II. 11. 1. extr. IV. 6. 12.
—— appellatio unde, II. 11. 1. extr.
Comparativus inter plura ſui generis extra ſe, locum habet, ſed quæ tum pro uno ſumuntur, II. 10. 2. 3. & 16.
—— cum genitivo partitionis conſtructus, ſed neutiquam cum regens, II. 10. 2. IV. 3. 9. p. 544. 545.
—— per ſe non ſignificat amplius, quam Superlativus, II. 11. 1. & p. 231.
Comparativæ voces aliquando minuunt ſignificationem rei, non per ſe, ſed per Ellipſin, II. 10. 6.
Comparativi, veluti *Complures*, *Ocyus*, &c. non ponuntur in ſenſu Poſitivi, II. 10. 5.
Comparativis additur aliquando etiam alia particula comparationis, ut *magis*, *major*, II. 10. 5. IV. 9. 2.
Comparationis nexus fit per Præpoſitionem, etiam in Poſitivis & Superlativis, II. 11. 2. IV. 6. 11. & 12.
—— Præpoſitio eſt potius *Cum*; quam *Præ*, IV. 6. 12.
Comparatio obliqua perſonæ & rei, IV. 7. 10.
Competere pro, congruere, convenire, IV. 4. 46. p. 591.
Compoſita Simplicium Neutrorum, activam habentia ſignificationem, III. 3. 9. p. 303.
—— Verba cum Præpoſitione juncta ſibi caſum plerumque

Digitized by Google

que habent, quem illa requirit. III. 3. 6. & 9. III. 5. 2.
Confertum & *Confeſtim* ejuſdem ſunt originis, III. 3. 59. IV. 15. 3.
Confiterunt a *Confido*, I. 15. 4. pag. 134.
Confligere pro collidere. III. 3. 29.
Conjuges Adject. IV. 4. p. 652.
Conjunctio non tam caſus, quam orationes, etiam diverſæ conſtructionis, & diverſorum Nominativorum, inter ſe conjungit: ſed & caſus, I. 18. 1. III. 14. 1.
Conjunctiones multæ vulgo habentur, ſed quæ ſunt vera Nomina, I. 18. 2.
in *Conſilium mittere judices*, IV. 4. 47.
Conſtructio immutata in una periodo, licet per copulam connectatur, III. 14. 1. IV. 4. 39. IV. 11. 5.
Conſtructionis ordo perturbatior, IV. 11. 3.
Conſtructionis rationem Grammaticam ignorarunt ſæpe ipſi Veteres, I. 15. 1. p. 118. 119. 127. 128. III. 3. 78. p. 346. III. 8. 2. Vide & *Abuſus*, & *Veteres*, & *Uſus*.
in Conſtructionibus, ut una magis frequentetur, quam altera, facit ſæpe Caſus, nec Ratio ejus rei reddi ſemper poteſt, I. 15. 1. p. 120. III. 2. 3. extr. III. 8. 2. p. 439. III. 9. 1. extr.
Conſtructio eadem diverſorum natura Verborum in eadem periodo, III. 3. 15.
Conſtructionem Unius Verbi aut Vocabuli ſæpe imitatur Aliud ejuſdem ſignificationis, ſæpe etiam Primitivi derivatum. III. 3. 78. p. 346. III. 5. 4.
Conſueſcere aliquem active. III. 3. p. 320.
Conſulere alicui bene vel *male*. IV. 15. in reſp. ad L. K. §. 8 p. 783.
Conſulere alicui, & *aliquem*, & *aliquid*. IV. 4. 139.
Conſulto. IV. 4. p. 564. & IV. 15. 8 pag. 783.
Contendere. III. 3. 33.
Continens terra. IV. 4. 55. & p. 648.
Contingere eſt activum, ſed & abſolutum. III. 3. 34.
Contracta vocabula, ut *Fecundus* pro Feticundus, *Vinea* pro Vitinea, &c. IV. 16. 7. & 12.
Conturbare rationes. IV. 4. 106.
Convenire aliquem, & *Convenire* i. IV. 4. 117.
Copiæ non eſt. IV. 4. 109.
Corollarium unde dictum, & quid notet. IV. 4. 100.
Creber a *cribro*, ſeu *cerno*. IV. 15. 6. p. 771.
Credere alicui. IV. 3. p. 547.
Creſco a *creo*. III. 3. p. 322.
Cretio Hereditatis. IV. 15. §. 11. p. 788. 789.
Crimen quaſi *cerimen* a *Cerno*. IV. 15. 6. p. 771.
Κρίνω. IV. 15. 6. p. 769. &c.
Crocum gen. neutro. IV. 4. p. 577.
Culmina tecta. IV. 4. p. 667.
Cum, & *σὺν* Gr. ab Hebr. עם. IV. 15. 24.
Cum Præpoſitio, ut *cum Diis volentibus*. IV. 6. p. 676.
—— expreſſa, ubi alias ſolet omitti. IV. 6. 8. & p. 685. & 690.
—— omiſſa, ubi ceteroqui ſolet exprimi. IV. 6. 18.
—— poſt Adverbia & Adjectiva ſimilitudinis, *Æque*, *Simul*, *Juxta*, *Unus*, *Idem*. IV. 6. 13.
—— ad exprimendum inſtrumentum. IV. 6. 8. p. 677. 678.
Cunctari quid proprie notat. III. 2. 3. p. 284.

Digitized by Google

Cunctus ex *Conjunctus*, III. 2. 3. pag. 284.
Cupere alicujus. III. 3. p. 324.
Curriculus a *Curru*, I. 10. 7.
Curtius expl. II. 10. 2. II. 12. 1. IV. 4. 14. IV. 9. 3.

D.

D Interponitur inter duas vocales in derivationibus. III. 3. 18. & 22.
D interponi ſolet in derivando inter vocales, & dein mutari in L, IV. 14. 23.
Damnatus voti, pœnæ, IV. 4. 14.
Damni infecti promittere, IV. 4. 41.
Damnum dare, III. 2. 7.
Dapſile eſt Adverbium, II. 7. 6.
Dativi conſtructio &c. II. 4. III. 4. p. 395. 396.
—— magna ſæpe emphaſis, II. 4. 5.
Dativus *Mihi* abundans, II. 4. 5.
—— cum verbis, quibus cæteroquin Accuſ. jungi ſolet, II. 4.
—— quartæ & quintæ Declinationis congruens cum Ablativo, I. 6. 4. p. 37. & 40.
—— Græcus cum Præpoſitionibus Latinis, Ablativum requirentibus, I. 6. p. 42.
—— Ejus rei ratio, I. 6. 4. p. 34. 35. extr. &c.
—— unicus cum Verbo Subſtantivo, ut *eſſe ſolvendo*. IV. 4. 9. p. 554. IV. 4. 109. IV. 6. 13.
—— duo cum Verbo Subſt. IV. 4. 109.
—— cum aliis nominibus Subſtantivis, ut, *argentum fenori*, finem notat. IV. 4. 9. & 12.
—— cum Paſſivis, III. 4. 1. p. 394.
—— Pronominum & Adjectivorum obſoletus in o, qui ceteroquin in I. terminatur, *Eo*, *Quo*, *Illo*, *Alio*, *Utroque*, III. 14. 39.
De præpoſ. quid notet, IV. 6. 15.
Decernere, in reſp. ad L. K. §. 2. p. 774. & §. 7. p. 782.
Decet perſonaliter conſtructum, III. 1. p. 264.
—— cum Dativo, II. 4. p. 176. 177.
Decies ſeſtertiûm explic. IV. 4. 115.
Declinare activum, III. 3. 39.
Declinatio notat omnem derivationem, I. 8. 1.
—— Eam habent quoque pronomina, I. 2. 10.
—— mutata in nominibus propriis Urbium, I. 9. 4. extr.
Declinationis diverſæ ſeu variatæ Nomina, I. 9. p. 63. &c.
Decoquere, IV. 4. 107.
Decurrere campum &c. quid proprie notet, III. 3. 38.
Dedoceo cum duplici Accuſativo, II. 5. 7.
Deficere eſt activum, III. 3. 40.
Deinceps, III. 14. p. 523.
Deliberatio conceditur Heredi in adeunda & cernenda Hereditate, IV. 15. §. 11. pag. 787 - 790.
Dem vocula addi ſolet Adjectivis & Adverbiis, *Idem*, *Tantundem*, *Itidem*, III. 14. 7. p. 484.
Deorſum Verſum, I. 1. 6.
Deperire aliquem, III. 2. 10. III. 3. p. 394.
Deponentia olim vere fuerunt Paſſiva, III. 2. 3. p. 277. &c. III. 3. 8. & n. 111.
—— in ſignificatione paſſiva, III. 2. p. 286. 287.
Deponentia unde dicta, III. 2. 4. unde orta, III. 3. 8.
—— orta etiam ex ſignificatione actionis mutuæ, ut *amplecti*, *oſculari* &c. III. 2. 3. p. 280.
—— ex actione longioris moræ, ut *Augurari* &c. ibid. & p. 285.

Deponentium Activa ſæpe in deſuetudinem abierunt, quia cum Pronomine reciproco plerumque adhibita idem ſignificabant, quod Paſſiva. III. 3. 8. & 111. & 119.
—— Activa olim uſitata. III. 2. 3. pag. 285.
—— quædam ſerius videntur formata, nec habuiſſe ideo terminationem activam. III. 2. 3. p. 283. 284.
Deponentia & Activa ejuſdem verbi idem ſignificantia. III. 2. 3. p. 285. III. 3. 8.
in Derivatis & Conjugatis reperiuntur multa, quorum primitiva, unde formata ſunt, non exſtant, nec exſtare poſſunt, veluti *Statur* a *Stor* &c. I. 15. 1. p. 122.
Deſiderare. III. 3. 10. p. 307.
Detrahere alicui. IV. 4. 49.
Dextimus ſuperl. a *Dexter*. I. 11. 2.
Dicens vel ſimile per Ellipſin frequenter omiſſum. III. 2. 11. IV. 5. 7.
Dicto audiens alicui. IV. 4. 45.
Die craſtini, &c. IV. 4. 118.
Digamma Æolicum præponitur vocalibus. IV. 16. p. 838. 839.
Diluculum unde. I. 10. 6.
Diminutiva plerumque ſervant Genus & Significationem ſui Primitivi. I. 10.
—— in adjectivis & ſubſtantivis conjuncta, ut *parvula puella*. I. 10. extr.
Diomedes Grammaticus explicatur vel refutatur. I. 12. 7. p. 86.
ſub Dio. IV. 4. p. 563.
Dis a *Divitiis*. IV. 16. 22.
Diurnus, & *Diurna*. IV. 4. 51.
Doceri dicitur & Homo, & Ars. III. 3. 10. p. 309.
Doctrina & ſimilia ſunt Subſtantiva. IV. 4. 97.
Dolere, variis locutionibus. III. 3. 45.
Domi, pro, in ædibus domi. IV. 4. 3. p. 549.
Domi, & *Domi bellique*. IV. 4. 128.
Domum & *Rus* cum præpoſitionibus, maxime ſi addatur Epitheton. IV. 6. 4.
Domus & Rus cum Verbo Subſt. aut ſimilis ſignificationis conſtruuntur plane, ut nomina Urbium diverſæ Declinationis. IV. 6. 4.
Donatus ad Terent. IV. 4. p. 357.
Donativum. IV. 4. 120. IV. 14. 21.
Dubito, an &c. in ſenſu affirmativo. I. 1. 51. p. 117. III. 3. 47.
Duellum, an a Divellendo. IV. 16. 7.
Dux etiam in Gen. Femin. I. 7. 6.

E.

E Mutatur ſæpe in O. IV. 15. 13.
Egere aliquid. III. 3. p. 330.
Ego, *Tu*, conſtruuntur ut Subſtantiva cum Verbo, & per Appoſitionem vel Concordiam alia ſibi Subſtantiva vel Adjectiva habent addita. I. 2. 7.
—— unde oriatur, & quomodo declinetur. I. 2. 10. & II. 13. 1.
Elephas, unde IV. 14. 1.
Ellipſes in lingua Latina frequentes. I. 13. 1. p. 90. 91. IV. 2. 1.
Ellipſis ejuſdem Nominis. IV. 3. p. 541. 542. & 547.
—— ejuſdem, vel ſimilis, Verbi. II. 10. 8.
—— integri commatis. IV. 2. 1. extr.
—— ꝑ *ex numero* ante Genitivum. IV. 3. 9. p. 543. 544.
—— pronominis reciproci. IV. 3. 13.
—— Verborum & Participiorum, *Dico*, *Jubeo*, *Nuncio*, *&c.*

&c. in media Periodo. IV. 5. 7.
Ellipſis Verbi Facio. IV. 5. 11.
—— Copulæ: veluti *fas*, *nefas*. IV. 7. p. 691. 692.
—— præpoſitionis Græcæ, *κατὰ*. IV. 13. p. 733. 734. &c.
—— Nominativi ante Verbum plurale tertiæ perſonæ. IV. 4. 39.
—— uſitata in Proverbiis, jocis, increpationibus, &c. IV. 5. 2.
in Ellipſi ſæpe Verbum alterius ſignificationis, quam quod expreſſum, repeti vel intelligi debet. IV. 8. 4. & 5.
Ellipſis jubet ſæpe repeti, poſt relativum Pronomen, expreſſi jam Verbi Infinitum. IV. 12. 3.
Ellipſes quædam difficilius nunc explentur, ſeu earum explendi ratio difficilius nunc invenitur. IV. 7. 15.
Ellipſeon ſupplementa ſæpe longiora & inconcinna. I. 13. 1. p. 91. 92. I. 16. 1. p. 147. 148. II. 9. 5 III. 3. 9. p. 302. III. 14. 7. p. 487. &c. IV. 2. 1. IV. 2. p. 539. IV. 12. 3.
Ellipſes duriores ante Relativum pronomen. II. 9. 5. III. 14. 7. p. 487. &c.
—— duriores in comparatione cum *Quam*. II. 10. 7. & III. 14. 7. extr. & n. 9.
Emergere ſe. III. 3. p. 330.
En & *Ecce* nullum caſum regunt. IV. 5. p. 661.
Encliticæ Particulæ, *Que*, *Ve*, *Ne*, *Ce*, acui faciunt ſyllabam etiam Brevem, cui junguntur. I. 3. 1. p. 24.
Enim poſt *Quia*, *Nempe*, *Namque*. III. 14 34.
Ens per Ellipſin intelligendum, & expreſſum. IV. 4. 27.
Eo, *Quo*, ſunt Accuſativi plurales Neutri. III. 14. p. 522. 523. Sed vide ibi Notas, ubi oſtenditur eſſe Dativos.
Epicœna nomina. I. 7. 5. & 7. IV. 4. p. 578. &c.
—— a Communibus diverſa. I. 7. 7.
—— dicuntur etiam *Promiſcua*, & quare. I. 7. 7. p. 52. 53.
Equitare in forma paſſiva. III. 3. 51.
Equuleus pro parvo equo. I. 10. 1.
Ergo. I. 18. 2. IV. 14. 7.
Ergo igitur. III. 14. 32. p. 518. 519.
Ἔργον ἔχειν τινά. IV. 15. 9.
Etſi. III. 14. p. 493. 494.
Evadere varia conſtructione. III. 3. 55.
Evigilare cum Accuſ. III. 3. 142.
Eumenides, quaſi mites. IV. 16. p. 832.
Euphemiſmus. IV. 14. 22. & 24. p. 753. 754.
Ex in Compoſitis pro *Extra*. III. 3. 49. 55. 94.
Excellere. III 3. p. 332.
Excuſare morbum. III. 2. 11.
Extimus pro *extremus*. I. 11. 2. init.
Extra per Ellipſin omittitur ante Accuſativos poſt verba cum *E* vel *Ex* compoſita. III. 3. 49. 55. 94.

F.

F*Ac* cum Subjunctivo. I. 13. 1. extr. & IV. 5. pag. 661. 662.
Facere aliquid dicuntur ipſi, qui id curant fieri. III. 4. 5.
Facere orationem, *poëma*, *apologum*. III. 2. 7.
Facere aliquid magni, *æqui bonique*, *&c*. II. 3. 2.
Facere pro ſacrificare, cum Ablativo

Digitized by

latívo & Accuſativo. IV. 4. p. 635.
Facio per Ellipſin omiſſum, in eo Tempore, in quo ponitur ſequens verbum. IV. 5. 11.
Faſtidire aliquid. III. 3. 57.
Favere linguis. IV. 14. p. 756.
Faxo ſeq. Indicativo, pro, *ut faxo.* IV. 7. 19. p. 707. 708.
Femina per Appoſit. additur Nominibus Animantium, ut *lupus femina.* IV. 4. p. 578. &c.
Feriæ. IV. 4. p. 576.
Feſtinare aliquid, unde ortum. III. 3. 59. & IV. 15. 3.
Feſtus explicatur, I. 3. 3. I. 6. 4. p. 36. I. 15. 4. p. 134. II. 4. 6. III. 3. p. 296. & p. 388. III. 5. 2. & 3. p. 416. III. 14. 7. p. 484. III. 14. 38. IV. 2. 1. p. 530. IV. 4. 39. IV. 6. 4. IV. 16. 5. & 8.
Figura Grammatica. I. 3. 2. p. 26. &c.
Filia, *Uxor*, & ſimilia per Ellipſin omittuntur. IV. 4. 32.
Filum a *figo*, quaſi *fixilum.* I. 10. 4.
Fingere unde derivetur. I. 3. 2.
Finis genere Feminino. IV. 4. p. 577.
Fini Ablativus. II. 7. p. 195.
Fio, *Fieri*, opponitur τῷ *Eſſe*, & notat *naſci*, *parari.* Hinc *Interfieri.* III. 3. 160.
Flagrare unde ortum, & quid notet. III. 3. 61.
Flamen pro Sacerdote, non a *filo lanæ*, ſed a *flammeo.* IV. 15. 17.
Florus expl. II. 5. 5. IV. 5. 11.
Fluvius, *Fluvia*, Adjectivum. IV. 4. p. 552.
Fore eſt Præſentis temporis. I. 14. 1. p. 107. & n. 5. p. 112.
—— cum Futuro Participii. I. 14. p. 113. III. 10. p. 467.
Fore opponitur tanquam Futurum τῷ *Eſſe.* I. 14. p. 114.
—— cum præterito participii, *Foret perductus*, *Fore factum.* I. 14. 1. p. 107. & p. 113.
Fortuna dicitur pro *Fortumna.* IV. 17. 1.
Frons, antique *Fros* & *Fruns.* IV. 14. 5.
Fronto (Corn.) expl. IV. 16. 8.
Frugi homo. IV. 2. 12.
Fruor cum Accuſ. III. 3. p. 336.
—— quid proprie notet. III. 2. 3 p. 281.
Fucus. IV. 14. 12.
Fungor cum Accuſ. III. 3. p. 337.
Fuo, *Fuat.* III. 3. 60.
Fuſti Ablativus. II. 7. p. 195.
Futurum infiniti, *Amaturum eſſe*, &c. jungitur omni Numero & Generi, tanquam Invariabile. I. 14. 1. p. 105. & n. 5. p. 112. III. 11. 1. & p. 475.
—— infiniti obſoletum, *Amaſſere.* I. 14. 1. pag. 106. & n. 5. p. 112.
Futura duo Participii verbi conjuncta. I. 14. p. 113. I. 15. p. 132. III. 10. p. 467.
Futurum Indicativi pro Imperativo vel Optativo. I. 13. 2.
—— Subjunctivi in RO aliud quid notat, quam Futurum Indicativi. I. 13. 6. init.
—— Ejus Conſtructionis ratio. ibid. p. 101.

G.

GAlli (Corn.) ode rejicitur ut inepta & barbara. III. 14. p. 506.
Gellius expl. I. 1. 5. p. 5. I. 10. 6. I. 14. 2. I. 15. 8. p. 141. & 142. II. 3. 8 p. 168. III. 11. 3. p. 471. IV. 4. 118. IV. 14. 3. IV. 17. 8.
Generale Nomen & ſpecialia per partitionem eodem caſu poſita. IV. 8. 2.

Genitivi conſtructio cum Verbis &c. exponitur per Ellipſin, *in Negotio*. II. 3. 6. & n. 12. IV. 4. 67.
—— cum Verbis & Adjectivis, per Græciſmum. IV. 12. pag. 732. 733.
—— cum Participiis, & Adjectivis cum Subſtantivo coaleſcentibus, ut *Homo amans Uxoris*, *Herilis Filius ejus*. II. 13. 13.
—— cum Præpoſitionibus per Ellipſin explicandi apud Latinos, ſæpe etiam apud Græcos. II. 3. 8. p. 168. & 170. IV. 4. 2.
—— abſolute poſiti, omiſſo per Ellipſin Nominativo, vel Accuſativo. II. 3. 8. extr. IV. 3. 9. IV. 4. 4 IV. 4. 30. 85. & 102.
—— abſolute poſiti, ſubintellecto Participio *Ens* vel *Exſiſtens*. IV. 4. 27.
—— plures ſimul. II. 3. 15.
—— ſpeciales cum Nomine generali. II. 3. 14. IV. 4. p. 565. 566. & 654. 655.
—— denotantes rem, quæ ad aliud quid pertinet, ut *cadus vini*, *talenta X. dotis*. II. 3. 7. *Monſtrum Hominis*. IV. 4. 82.
—— *Quanti*, *Magni* &c. cum Verbis *Refert*, *Intereſt*, *Facio*, &c. II. 3. 2. III. 5. 5.
—— cum Verbis *Accuſandi*. II. 3. 3. IV. 4. p. 565.
—— *Damnandi*. IV. 4. 14.
—— *Emendi*, *Æſtimandi*, &c. II. 3. 2. IV. 4. p. 628.
—— *Miſeret*, *Pudet*. II. 3. 4. & 5. IV. 3. 4.
—— Locum, Urbem, Regionem notantes. II. 3. 10. IV. 4. pag. 654. 655.
—— conſtructi cum alio caſu ſui Nominis, ut *Res rerum*. IV. 3. 9. pag. 542. 543.
Genitivi cum Verbis & Nominibus *Memoriæ*. IV. 4. 67.
—— cum Verbis *Copiæ*. IV. 4. p. 564.
—— cum Neutris pluralibus, *ſtrata viarum* &c. IV. 4. 77.
—— cum Pronominibus, *Quod ejus*, *Nihil ejus*. III. 6. 1. & IV. 8. 84. Sic *Quid mulieris*, *Quid hominis*. IV. 4. 82.
—— cum Adverbiis, *Ubique*, *Nuſquam*, *Huc*. IV. 4. 30. IV. 12. 11.
—— in Activa. & paſſiva ſignificatione. II. 3. 1. & n. 15. II. 13. 2.
—— paſſivi rariores, vel paulo duriores, ut, *defectores patris ſui*, pro, a patre ſuo. I. 13. 1.
—— partitionis adduntur etiam Poſitivis & Comparativis, æque ac Superlativis, per Ellipſin *ἐκ* *ex numero*. II. 10. 2. II. 11. pag. 226. IV. 3. 9. p. 543. 544.
—— *Mei*, *Sui*, *Tui*, cum aliis Subſtantivis, poſſeſſionem vel actionem ſignificantes, ut *Labor mei*. II. 13. 3. & n. 6.
—— *Achilli*, *Perſi*, &c. ab *Achilleus*, *Perſeus*. IV. 4. 12.
—— cum Ellipſi *ἕνεκα*. IV. 4. 9. & 14.
Gentium minime, *nuſquam*, &c. IV. 2. 1. p. 529. & IV. 12. 11.
Generis Grammatici origo. I. 7. 3.
Genus proprie non habent Adjectiva, ſed tantum ad Subſtantivi Genus declarandum idoneas terminationes. I. 7. p. 55. 56.
Genera tria habent etiam Germani. I. 7. 3. extr.
Generis diverſi eadem Nomina. I. 9. p. 62. &c.

Digitized by Google

Genus Epicœnum, quid, & unde dictum. I. 7. 5. & num. 7. IV. 4. p. 578.
—— Commune, vel potius Generis utriuſque Communia Nomina. I. 7. 6. & 8. IV. 4. p. 578. &c.
—— hinc Animantium Nominibus additur ſæpe *Mas* vel *Femina*. IV. 4. p. 579. 580.
—— maſculinum in feminis animalium. I. 7. 1. p. 43. 44. IV. 4. p. 579.
—— in arboribus & herbis. I. 7. p. 44. IV. 4. p. 582.
—— comprehendit etiam feminas, ut *Filii* pro Filio & Filia. I. 7. p. 54. 55. IV. 4. 34. IV. 10. 5.
—— in plurali reſpondet variis Generibus in Singulari. IV. 10. p. 718.
—— Neutrum in plurali reſpondet iisdem variis generibus in ſingulari. IV. 4. 79. IV. 10. 6.
Generis diſcrepantia per Syllepſin. I. 7. p. 53. IV. 10. 1. & 3.
Genere conveniens Ajectivum, ſeu Participium, & Pronomen cum ſequente potius Subſtantivo, cum deberet convenire cum præmiſſo. IV. 12. 8.
Genera Grammatica Nominum comparantur cum Perſonis Verborum. I. 12. 2. & 3.
Gerundia ſunt caſus participii paſſivi neutrius Generis. I. 15. 1. p. 121. &c. III. 8. 2. p. 432. & 443.
—— non ſunt Subſtantiva, aut peculiare vocabulorum genus. III. 8. 2. p. 440.
—— rectius dicuntur *Gerundia*, quam *Gerunda*, & unde? III. 8. 1.
—— vocantur etiam *Supina*, ſicut viciſſim Supina etiam vocantur *Gerundia*. III. 9. 1. init.
Gerundia & Supina ſequuntur conſtructionem ſuorum Verborum, prout hæc ſunt vel Activa, vel Neutra. III. 8. 2. p. 434.
—— in iis etiam eadem Ellipſis, quæ in Verbis, obſervari ſolet. ibid. p. 435.
—— ſunt vere Imperſonalis conſtructionis, & a Paſſivis imperſonalibus formata. III. 8. 2. p. 436. & 443. &c. maxime 446.
—— abſolute poſita notant ipſam verbi actionem. III. 8. 12.
—— non regunt Accuſativum, ſed per Ellipſin eum ſibi habent adjunctum. I. 15. 1. pag. 120. 121. &c. III. 8. 2.
—— ſed quæ Conſtructio & Ellipſis magis propria eſt Activorum Gerundiis, quam Neutrorum, ſub quibus *negotium* vix intelligi poteſt. III. 8. 2. p. 436. &c. & p. 444.
—— in ſignificatu manifeſte paſſivo. III. 8. 2. p. 441. & 450. &c.
—— conſtruuntur ut Paſſiva, & habent Agentem in Dativo expreſſum, æque ac alia Paſſiva. I. 15. 1. p. 126. 127.
Gerundiorum Genitivus in DI alium etiam genitivum alterius generis & numeri regit. III. 8. 2. p. 441. 459. &c.
—— ejus conſtructionis ratio. I. 15. 1. p. 123. III. 8. 2. p. 435. 436. 446. & 454. &c.
Gerundia in DUM Nominativi caſus cum Accuſativo. I. 15. 1. p. 126. III. 8. p. 448.
—— in DO, Dativi caſus. III. 8. p. 450. IV. 4. 9.
—— in DO etiam corripiuntur. I. 15. 1. p. 121.
—— in DO cum præpoſitione expreſſa. III. 8. 13. IV. p. 676.

Digitized by Google

Gerundivæ locutiones, III. 8. 2. p. 443.
Geſtire aliquid, III. 3. 10. p. 306.
Glans & *Glandula*, I. 10. 3.
Gradus tres Comparationis explicantur & aſſeruntur, II. 11. 1. p. 223. &c.
Græciſmum ſequitur Latina conſtructio, III. 3. 78. extr. Vide & *Helleniſmus*.
Grammaticæ definitio & diviſio, I. 2. p. 14. 15.
—— ignari ipſi veteres, I. 15. 1. p. 119. III. 2. 3. Vide *Veteres*.
Grammatica Vocabulorum ratio non eſt conſtituenda ex eorum ſignificatione, III. 2. 3. p. 276. & III. 2. 4.
Grammatici ſignificatio varia complectitur, I. 2. 4. p. 12. 13.
Gratificari cum Accuſ. III. 3. 65.
Gratulari quid proprie notet, I. 1. 6. p. 6. 7.
Gravari aliquid, III. 2. 3. p. 283. IV. 13. p. 736. 737.

H.

H*Abet ſe res bene*, IV. 4. 110.
Hactenus, ſcil. *via*, IV. 4. p. 650.
Helleniſmus, ſeu Græciſmus, IV. 12.
Helleſponti nomen tribuitur etiam Regioni vicinæ, IV. 16. 23.
Heterogenea & Heteroclita, I. 9. p. 62. 63. &c.
Hic & *Ille* ad remotius & propinquius promiſcue aliquando referuntur. II. 9. p. 209. 210.
Hiemare Active, ſed & Neutraliter, III. 3. 66.
Hiſco ab *Hio*, III. 3. p. 322.
Hiſter & *Hiſtrio* ab Hebraica origine, IV. 16. 11.
Holoſteon, IV. 16. 25.
Homonyma, IV. 14. p. 741. 742.
Horatius expl. III. 3. 114. IV. 4. 134. IV. 7. 13. IV. 12. 6. IV. 15. 15. & n. 29. p. 810.
Horrere, III. 3. 66.
Huc pro *huic* & *hoc*, III. 14. 7. p. 486. & n. 39. p. 522.
Humi, *terræ*, Genitivi ſunt, intellecto *ſolum*, IV. 4. pag. 641. & 649.
Hyginus, II. 9. 4. IV. 4. p. 577.

I.

J*Aceo* & *jacio*, III. 3. 67.
Idem cum illo, IV. 6. 13.
Ideo exponitur, III. 14. 37.
Igitur notat *deinde*, *tum*: ſæpe etiam conjunctim dicitur *ergo igitur*, III. 14. 32. p. 518. 519.
Ignoſcere aliquid, III. 3. pag. 340. IV. 4. p. 625.
Immolare quid notet, IV. 15. in reſp. ad L. K. §. 8. p. 784.
Imperativa non ſunt Futuri, ſed Præſentis Temporis, I. 15. 8. p. 140.
Imperativorum, *Ama* & *Amato*, an ſit quædam ſignificationis diſcrepantia, I. 13. 8.
Imperfecti Indicativi vis & natura eſt abſoluta, I. 13. 1. p. 90. I. 13. 2.
Imperfectum Subjunctivi pro Pluſquamperfecto, I. 13. 5.
—— notat etiam id, quod fieri debebat, I. 13. 5.
Imperſonalia Verba quæ ſint, & quare ita dicta, I. 12. 7.
—— Paſſivorum origo, III. 2. 2. p. 272. III. 8. 2. p. 436. 437. & maxime p. 443. 444.
—— notant ipſam Verbi actionem abſolute, I. 12. 7. p. 86. 87. III. 1. 4. III. 2. 2. p. 272. III. 8. 2. p. 436. &c. & p. 443. & 445.
—— Paſſiva, III. 2. 2. p. 272. III. 2. 8. III. 3. 10. p. 308. III. 8. 2. p. 436.
Imperſonalia Paſſivor. & Participiorum diſcrepantia, prout

à

a Verbis vel Activis vel Neutris ſunt formata, III. 8. 2. p. 444. 445.
Impersonalium Participia, I. 15. 1. p. 123. III. 8. 2. p. 437. &c. & p. 445. III. 9. 1. p. 458.
—— paſſiva Participia, *Puditum eſt*, *Veritum eſt*, cum Accuſativo, III. 3. 10. p. 307.
Impersonalia quæ creduntur, multa conſtruuntur perſonaliter cum Nominativo I. 12. 7. p. 84. 85. II. 3. 5. III. 1. p. 260. 261.
Impersonalium, *Miſeret*, *Pudet*. &c. conſtructio, II. 3. 4. & 5. III. 2. 1. p. 263. III. 3. 110. p. 368. IV. 3. 4.
Impersonalia dicenda ſunt non tam Verba, quam Conſtructiones quædam, quum nullum ſit Verbum etiam ex illis Impersonalibus, quin Perſonaliter aliquando conſtruatur, I. 12. 7. p. 87. III. 1. 4.
Impersonalibus adſcribenda Gerundia, III. 8. 2. p. 443. &c. & maxime p. 446.
Imponere alicui ſcil. ſarcinam, III. 3. 69. IV. 4. p. 562.
In cum Ellipſi *Τ* *exſiſtens*, veluti *in Lachrymis*, IV. 4. 27. IV. 6. 7.
—— ſæpe per Ellipſin omittitur, maxime ante nomina propria Urbium, & alibi, ubi ceteroquin exprimi ſolet, IV. 6. 1. & 7.
—— exprimitur, ubi abeſſe ſolet, IV. 6. 7.
—— reſpondet Græco κατὰ IV. 13. 5. & p. 740.
In paucis diebus, & ſimilia, IV. 6. 18.
In præſentiarum, II. 3. 8.
Indicativi Modi uſus & ſignificatio, I. 13. 1. p. 89. & 90.
Indigeo cum Infinit. III. 3. 71.
Indulgere aliquem & *aliquid*, unde ortum, III. 3. 72.
Infans Adjectivum, IV. 4. p. 630.
Infinita recte dicuntur Tempus Grammaticum habere, I. 14. 1. & n. 8. & 9.
—— habent tria tempora, eaque omnia formata a Subjunctivi Imperfecto, Pluſquamperfecto, & Futuro, I. 14. 1. p. 106.
—— Græcorum formantur ex Indicativis, & ſervant characteriſticam cujuſque Temporis, I. 14. 1. extr.
Infinitum Præſens derivatur ab Imperfecto Subjunctivi, & ideo comprehendit etiam ſignificationem Imperfecti, & in Imperfectum Finiti reſolvi ſæpiſſime poteſt, I. 14. 1. p. 107.
Infiniti Futurum olim fuit *Amaſſere*, & dein *Amaturum eſſe*, quod ſine mutatione cum omni Genere & Numero conſtruebatur. I. 14. 1. p. 105. &c. & n. 5. p. 112. III. 11. 1. & p. 475.
Infiniti Futurum paſſ. veluti *Amatum iri* exponitur, III. 11. 3.
Infinita minus recte dicuntur a Sanctio *Impersonalia*, I. 12. 7.
Infinitis male tribuitur Modus, I. 14. 2.
Infinitum vel tota Oratio pro Nominativo, III. 6. p. 422.
—— cum Verbis *Dicitur*, *Videtur*, &c. III. 1. 2.
—— conſtruitur, ut verum Nomen, per omnes etiam caſus, III. 6.
—— pro Genitivo, III. 6. p. 423.
—— pro Dativo, III. 6. p. 424.
—— pro Accuſativo, III. 6. p. 425.
—— pro Ablativo, III. 6. p. 426.
—— pro Gerundio vel Supino, veluti *Introiit videre*, pro, ad videndum,

dendum, *deſeſſus ſum quærere*, pro, quærendo. IV. 6. 5.
Infinitum cum Ellipſi Præpoſit. *Propter*, aut aliarum. III. 6. pag. 425. IV. 6. 5. & 19.
—— cum Ellipſi τὸ *Cœpit*, vel pro Imperfecto. III. 6. p.426. IV. 5. 3.
—— ſequitur Accuſativus, etiamſi nullus præceſſerit. III. 7. 3. p. 426. &c.
—— ſequuntur etiam alii caſus, veluti Nominativus, *Cupio eſſe doctus*, III. 7. p. 430. IV. 12. 9. p. 731. 732.
—— non regit aut recipit Genitivum loco Accuſativi. III. 8. 2. p. 435.
—— ejuſdem verbi vel cognatæ ſignificationis, quum verbo illi accedit, ſtatuenda eſt Ellipſis præpoſitionis, ut *Propero properare*, *Pergit pergere*. IV. 3. 6.
—— Ellipſis poſt ſuum verbum rejicitur. III. 3. 97. III. 8. 2. p. 435. IV. 3. 6.
Inſervire aliquem. III. 3. p. 343.
Inſiſtere aliquid & alicui. III. 3. 76.
Inſtare aliquem & alicui. III. 3. 77.
Inſueſcere aliquem. III. 3. p. 344.
Intendere animum in aliquid, & cum Ellipſi, ac Infinitivo. IV. 4. 8.
Inter in Compoſitis habet quoque ſignificationem Impediendi vel penitus Tollendi, & conſtruitur tunc ſæpe cum Ablativo. III. 3. 78.
Intercedere. III. 3. 78.
Interdicere quid proprie notet, & quæ ratio conſtructionis. III. 3. 78. p. 346.
Interdius & Interdiu. I. 9. 3. pag. 64.
Intereſt mea, *tua*, &c. III. 5. 3.
Intereſt pro Diſcrepat, conſtruitur eodem modo; quo Hocce. III. 5. 4. IV. 6. p. 690.
Interfieri pro Interfici, Exſtingui, III. 3. 80. pag. 385. ſeq.
Interjectio an pars Orationis, an Adverbium, I. 2. 6.
Inteſtina, *Inteſtinus*, IV. 4. p. 597.
Invadere in aliquem, III. 3. 80.
Invidere aliquem, & *invidere alicujus dignitati*, quid proprie notent, III. 3. 80.
Ire & Iri lectum, *perditum*, &c. III. 11. 3. & 5.
Iſæus explic. I. 16. 1. extr.
Ita in affirmando dicitur, pro, *ita eſt*, *ut rogas*, IV. 4. 59.
Itaque, IV. 14. 7.
Item & Itidem, III. 14. 7. p. 484.
Iter tendere, *ire*, *pergere*, IV. 4. p. 590. &c.
Jubeo alicui & aliquem, II. 4. 6.
Judicare componitur ex *jus dicere*, IV. 4. 54.
Jugulum a *jugo*, I. 10. p. 67.
Junius & Majus menſes a *Junioribus & Majoribus* dicti, IV. 4. 64.
Jurare cum Accuſativo, III. 3. p. 349.
Juriſconſultorum veterum Latinitas, III. 14. p. 521.
Jus quaſi *juſſum*, IV. 15. 1.
Jus pro cibo a *juvando*, ibid.
Juſta ſcil. officia, IV. 4. 36.
Juſto cum Comparativis, ut *Liberius juſto*, IV. 4. p. 595. 596.
Juvenalis explic. III. 3. 138. III. 5. 7.
Juvenis Adjectivum utroque Genere, I. 7. 6. extr. IV. 4. p. 586.
Juxta eſt Adverbium; ejus etymon & ſignificatio & conſtructio, I. 16. 1.

K.

K*Ατὰ* per Ellipſin ſæpiſſime omittitur, IV. 13. p. 734. 735.
—— quibus Latinis Præpoſitionibus reſpondeat. IV. 13. 5.

Digitized by Google

Κρίνειν, unde, & quid notet. IV. 15. 6.

L.

L*Abium* & *Lambo* a Gr. λάπτω. IV. 15. 4.

Laborare aliquid. III. 3. 83.

Lactantius expl. IV. 7. 6.

Lacunar eſt Adject. pro *Lacunare.* IV. 4. p. 566.

Latet cum Dativo. II. 4. p. 177.

Latina Lingua originem trahit ex Græca. I. 1. 5. III. 14. 7. p. 482. 484.

—— Eâ an etiam in ſermonibus quotidianis utendum. IV. 17. 8.

—— ejus uſus & peritia quomodo comparanda. ibid.

Latrare aliquem. III. 3. 84.

Latro Declamator adv. Catilinam emendatur. IV. 10. 6.

Lemmata ſeu Tituli Capitum vel Librorum non ſunt ab Auctoribus relicti, III. 14. p. 503. 504.

Leporis etymon. I. 1. 5.

Liber pro Baccho a Gr. λείβω. IV. 14. 8.

Librarius, & *Libraria* taberna. IV. 4. 111.

Licere & *Liceri*, & *Licet*, quid proprie notent. III. 14. 4.

Licet & *Licebit* cum Subjunctivo, JCtis etiam cum Indicativo, III. 14. 6.

—— ſimpl. pro affirmatione. III. 14. 4.

—— pro Poſſum, III 14. 4. extr.

—— non eſt Imperſonale. III. 1. p. 261. & ſeq.

Limis oculis. IV. 4. p. 620.

Lingua quæque ſuos habet idiotiſmos, in aliam linguam non transferendos. III. 14. p. 497. 498.

Literator, qui primas literas docet. I. 2. 4.

Livius. I. 14. 4. p. 111. I. 15. 4. p. 134. & 141. II. 4. 6. II. 12. 1. III. 7. 4. III. 14. 16. p. 502. IV. 4. 21. & n. 45. & n. 78. p. 610. & p. 615. IV. 8. 1. ſæpius. IV. 15. 30.

Locus & *Locum*, IV. 4. p. 599.

Lucere, & *Lucare*, unde *Collucare*, *Sublucare*, quid proprie notent. III. 3. 84. 85.

Lucere & prælucere alicui facem. III. 3. 68. IV. 17. p. 850.

Luci abſol. ut Adverbium pro *in Luce*, tempore Lucis, I. 6. 4. p. 41.

Luci unde orti. IV. 16. 6.

—— a *lucendo*, & quare, IV. 16. 6.

Lucretius expl. II. 7. 2. III. 5. 5. IV. 15. in reſp. ad L. K. §. 6. p. 779.

Ludere & *ludus* a *Lydis* & Tyrrhenis, IV. 16. 11.

Ludus proprie de ludo gladiatorio, IV. 16. 11.

Luere proprie notat *Lavare*, at per abuſum etiam *Solvere*, III. 2. 3. p. 278.

Lumen a *Luceo*, IV. 14. 30.

Luna contractum ex *Lucina*, IV. 14. 20.

Lupata, ſcil. frena. IV. 4. p. 581.

Luſtri etymon, IV. 14. 20. IV. 16. p. 845. 846.

Lux etiam in Gen. Maſculino, I. 9. 3.

M.

M in extremo addi ſolet in derivatis ex Græco vocabulis, veluti a δέκα *Decem*, ab ἴτα, *Item*, a δὴ *Dem*: ſed & in metro elidi. III. 14. 7. p. 484.

M ante P, vel B, interponi ſolet, *Campus* a κῆπος, IV. 15. 4.

Mactus ſimpl. a *magis*. Hinc *Mactare*. IV. 14. 24.

Macula a μιαίνω, vel μιάω, I. 10. 5.

Digitized by Google

Magis & *Mage* ſunt Adjectiva Poſitiva, ut *Potis* & *Pote*, II. 10. 1.
Magis per Ellipſ. omiſſum. IV. 7. 4. & 8.
Majoragius notatus, III. 14. p. 503. 504.
Majores domus ſcil. Servi, IV. 4. p. 638.
Majus & *Junius* menſes unde, IV. 4. 64.
Manare unde,& quid ſit, III. 3. 86.
Mancipi res utrum ſit Genitivus, an Dativus, IV. 4. 12.
Mane Neutrum a *Manis*, unde *Immanis*, IV. 16. 5.
Manere cum Dativo. II. 4. p. 177.
—— cum Accuſativo pro Exſpectare, III. 3. 86.
Manes Dii unde dicti, & quid ſint, IV. 16. p. 820. &c.
Manes Dii pro Multitudine Animarum in inferis, & pro cujuſque defuncti Anima, IV. 16. 3.
Marcianus Capella explic. & emendatur, I. 3. 1. p. 24. 25.
Mare Ablat. pro *Mari*, II 7. p 196.
Maritus & *Conjux* Adjectiva, IV. 4. p. 652.
Martialis expl. III. 3. 140. III. 14. 21.
Maximus a *Magis*, IV. 14. 24.
Me pro *mihi*, I. 6. 4. p. 36.
Medicari aliquam rem, & *alicui rei*, III. 3. 87.
Medicina, & ſimilia, ſunt Adjectiva, IV. 4. p. 556.
Memini cum præterito, I. 14. p. 110. 111.
—— & ſimilia cum Genitivo, IV. 4. 67.
—— cum Accuſativo, ibid.
Mens animi, IV. 4. 66. p. 603.
Merere ſcil. *æra*, IV. 4. 120.
Meridies, IV. 12. 11.
Merum & *ſubmerum* vinum, IV. 4. 131. p. 651.
Metuendi verba ſunt Neutra ex ſua origine, & notant in ſollicitudine ſum de re aliqua, III. 3. 88.
—— ante Relativa, *Quomodo*, *Qemadmodum*, *Quot*, *Quam* &c. quomodo ſint explicanda, IV. 15. 28.
—— ante *Ut* vel *Ne*, ſignificant deſiderium rei, quæ exprimitur, ut eveniat, vel non eveniat, IV. 15. 29.
Mea, *Tua*, *Sua* cum Verbis *Intereſt* & *Refert*, ſunt Accuſativi Plurales, III. 5. 3.
Meus, *tuus*, *ſuus*, active & paſſive ſignificant, II. 13. 7.
—— in alio caſu cum Genitivis nominum propriorum & appellativorum, veluti *Tuum Apollinis imperium*. II. 13. 13.
Meus mihi, *Tuus tibi*, *Suus Sibi*, II. 13. 13. p. 256.
Mei, *Tui*, *Sui*, & *Mis*, *Tis*, *Sis*, Genitivi, unde ſint formati, II. 13. 1.
Mei, *tui*, *ſui* cum adjectivis & participiis, II. 13. 10. III. 8. 15. & 18.
—— cum aliis Subſtantivis, paſſionem maxime, ſed etiam poſſeſſionem vel actionem, ſignificant, ut, *labor tui*, II. 13. 3. & n. 6. &c.
Micare, III. 3. 89.
Migrare ſe vel *aliquid*, III. 3. p. 355.
Miles dictus a *Mille*, quaſi *milleſimus*, IV. 16. 18.
Minerva unde Gr. Ἀθηνᾶ & Ἀθήνη fuerit dicta, I. 1. 1.
Mille & *Millia*, videntur primum fuiſſe Subſtantiva, illud Singularis, hoc Pluralis numeri, IV. 4. 78.
Mille homines, ut *millia anni* per Appoſitionem, ibid. p. 613. &c.
Mille duo, *tria* &c. nunquam dicitur,

Digitized by Google

citur, IV. 4. 78. p. 615. 616. *Pedites X. Millia, cæſi*, & ſimilia, recte dicuntur, & ſimpliciter, tot *Millia cæſi*, IV. 8. 1.
Mis, tis, ſis, pro *Meis, tuis, ſuis*, II. 13. p. 146.
Misereo, Miſeret, II. 3. 4. & 5. III. 1. p. 264. IV. 3. 4.
Miſſilia, IV. 4. p. 588.
Modius ſubintelligitur, quando agitur de menſura frumenti, nec certa menſura eſt expreſſa. IV. 4. 68.
Modo Adverbii ſpecie, & hinc *Propemodum, Admodum*, quid, & unde id notent, IV. 2. 1. p. 531. 532.
Modi Grammatici in Verbis defenduntur. I. 13. 1. init.
—— comparantur cum Caſibus Nominum, ibid.
—— Eorum uſus, & appellationis ratio, I. 13. 1. p. 89.
—— Eorum numerus apud Latinos, ibid.
Modi diverſi per Conjunctionis copulam juncti, I. 13. 6. p. 102.
Modus non adſcribendus Verbo Infinito, I. 14. 2.
Morari aliquid pro Curare, quæ ejus ſignificationis ratio, III. 2. 3. p. 279.
Morus arbor ex Græco, IV. 16. 17.
Mos a *movendo*, IV. 15. 1.
Moveri Satyrum, vel *Cyclopa*, III. 2. 3. p. 283.
Mulieris nomen quando junctum habet in genitivo nomen Viri, tunc intelligitur, non Filia, ſed Uxor, IV. 4. 32.
Mundare cũ compoſitis, IV. 15. 23.
Mundus, ejus propriæ ac analogicæ ſignificationes, ac etymon, IV. 15. 22.
Mundus muliebris quid proprie ſit, IV. 15. 22. p. 803.
in Mundo eſſe dicitur, quod imminet alicui, ibid.
Mundus gen neutro, IV. 15. 21. extr.
Muſtum adjectivum, ſignificans *novellum*, IV. 4. p. 651.
Mutuo, IV. 4. 91.

N.

N. eliditur etiam in Derivationibus, III. 14. 37. ſed rarius, I. 9. 3. p. 64. 65.
Nam interrogativum additur variis particulis & nominibus, etiam extra interrogationem, III. 13. 1. III. 14. 36.
Naſci Paſſivum eſt, I. 15. 8. p. 141. III. 2. 3. p. 283.
--- notat etiam Formari in utero, & Creſcere, I. 15. 8. p. 141. 142.
Natare aquas, III. 3. p. 356.
Ne poſt verba *Metuendi*, & ſimilis ſignificationis, IV. 15. 29.
Ne interrog. præmittitur etiam vocabulis, IV. 15. 30.
Negatio per Ellipſin repetenda in *Non modo*, pro *Non modo non*, IV. 7. 5.
Negationis vocabula ſæpe in ſupplementis Ellipſeon dividenda, II. 10. 1. IV. 7. 5. p. 696. IV. 8. 5.
Negotium, *in Negotio*, ſæpe ſubintelligitur, I. 15. 1. p. 124. II. 3. 6. & n. 8. p. 170. III. 8. 2. p. 436. III. 9. 1. p. 459. IV. 4. 67. & n. 75. p. 609. &c. & n. 85.
—— intellectum in Gerundiis & Participiis Paſſivis. I. 15. 1. p. 123. 124. III. 8. 2. p. 433. &c. III. 9. 1. p. 458. IV. 4. 86.
—— non tamen ſatis commode in Gerundiis, & Participiis Paſſivis Verborum Neutrorum, III. 8. 2. p. 438. 439. 446.
Negotium quod ad me pro *meum*, I. 15. 1. p. 125.
Negotium Negotii, I. 15. 1. p. 125. extr. IV. 4. 84.
Negotium Calliſthenis, pro Calliſthene, III. 11. extr.

Digitized by Google

Negotium Hominis, IV. 4. 82.
Nemo unde, & ejus uſus, I. 1. 6. IV. 4. 37.
Nemo Homo. IV. 4. 37.
Nemo Deorũ minus recte dicitur, ib.
Nepos, IV. 15. 5.
Nepos (Corn.) exp. II. 3. 8 III. 8. 2. p. 246. IV. 4. 78. p. 612.
Neutra Grammaticorum in Verbis defenduntur. III. 2. 1. & n. 2. III. 3. 2. & n. 10.
Neutra etiam dicuntur *Abſoluta*, III. 2. 3. p. 277.
—— quædam, in compoſitis, videntur uſu accepiſſe Activi Verbi vim, III. 3. 9. p. 303. & n. 10. p. 309.
Neutra cum Accuſativis per Ellipſin conſtructa, vertuntur quoque in Paſſivam formam, & ita, ut Accuſativus mutetur in Nominativum, III. 3. 6. & maxime n. 10.
—— cum Accuſativis, qui videntur ab illis regi, & notare id, quod repræſentat, exhibet, efficit, vel pro materiâ habet, abſoluta illorum actio, III. 3. 9. & n. 27. & 54. III. 8. 2. p. 438. &c.
Neutra certiſſima cum Accuſativo, III. 3. 10.
Neutra cũ Præpoſitionibus compoſita conſtruuntur cum Accuſativo, ſed qui regitur a Præpoſitione per Ellipſin repetenda. III. 3. 6. & n. 9. III. 5. 2.
Neutris tribuuntur etiam Participia in DUS, III. 3. 104.
Neutrorum vere verborũ paſſivæ locutiones, ſed quæ duriores ſunt vel imperſonales, III. 3. 10.
Neutrorum Participia Paſſiva neutrius Generis, ut & Gerundia conſtruuntur imperſonaliter, III. 8. 2. p. 438. &c.
Neutra quædam uſu vel abuſu facta videntur Activa, III. 3. 9. p. 303. & n. 10. p. 309. & n. 123. ſic *Petere*, IV. 4. 46. pag. 592. *Judicare*, IV. 4. 54.
a Neutris formata vera Activa, ut a *Caleo Calefacio*, &c III. 2. 2. p. 273.
Neutrum Genus ſerius, & apud quoſdam tantum Populos, acceſſit Maſculino & Feminino, I. 7. 2. p. 44. 45.
Neutrũ Adjectivũ plurale cũ variis ſubſtantivis alterius generis & numeri, IV. 4. 79. IV. 10. 6.
—— cum Genitivis pluralibus, *Strata viarum* &c. IV. 4. 77.
—— adjectivum cum diverſi Generis ſubſtantivo, ſubintellecto *Negotium*, IV. 4. 76.
—— *Quod* referri videtur ad alterius Generis Nomen, IV. 4. 80. & 84.
Nihil eſt Subſtantivũ, & conſtruitur per Ellipſin Præpoſ. cum Nominibus & Verbis, IV. 4. 83.
Nihil aliud, *quam*, cum Ellipſi, IV. 5. 11.
Nocere aliquem, III. 3. p. 356. 357.
Noctu eſt Ablativus, ut *Luctu*, I 9. 3.
Nominativus cum Infinitivo & alio Verbo vel Participio, veluti *Petrus dicitur eſſe doctus*, III. 7. p. 431. III. 11. 3. p. 472. IV. 12. 9.
Nominativi diverſi plane per Ellipſin omiſſi, & per copulam juncti, I. 18. 1.
—— poſt Vocativum & Participium, II. 6. p. 189. 190.
—— Adjectivi aut Participii, immo etiam Subſtantivi pro integra ſententia, veluti, *Nullæ Literæ dabant ſuſpicionem*, III. 9. 1. p. 459.
—— pro Genitivo Partitionis, IV. 8. 1. p. 708.
—— pro Adverbiis adhibiti. I. 9. 3. p. 64.
Nomen derivatur a *Noſco*, vel *Noo*, *Novi*, I. 5. 1.

Nomina

Digitized by Google

Nomina non ex natura, ſed ex inſtituto aut caſu, ſuam habent ſignificationem. I. 1. 3. IV. 14. 1.
Nomina Verbalia non regunt Accuſativum, ſed per Ellipſin cum eo conſtruuntur. I. 15. 1. p. 118. & 121.
Nomina verbalia in IO notant etiam officium, *cautio eſt mihi*, pro *cavendum eſt*. I. 15. 8. extr. IV. 4. 52.
—— in duas conſonas exeuntia ejecerunt inter eas literam E. IV. 14. p. 747.
—— variatæ Terminationis, Declinationis, & Generis. I. 9. p. 62. 63. &c.
Nominum Propriorum natura. I. 2. 9. I. 7. 12.
Nomina propria eadem plane reperiuntur aliquando in diverſis hominibus. IV. 15. 31.
—— etiam Genus habent, & recipiunt Adjectiva. I. 7. 11. & 12.
—— etiam pluralem Numerum. I. 7. 12.
—— conſtantius ſervarunt antiquam ſcripturam, quam Appellativa. I. 11. 2.
Nomina Gentilitia proprie ſunt Adjectiva, & inventa demum poſt Prænomina. I. 7. 11.
Non modo, ſed ne. IV. 7. 5. & 6.
Nonius expl. IV. 4. 46. IV. 15. in reſp. ad L. K. §. 4. p. 775. 776. & §. 7. p. 781. IV. 15. 19.
Noſtri, Veſtri, Noſtrûm, Veſtrûm, Genitivi. Eorum uſus & conſtructio. II. 13. 3. & n. 12.
Novales, Novalia. IV. 4. 112.
Nox abſolute pro Adverbio. I. 9. 3. p. 64.
Noxa & *Noxia*. IV. 4. 22.
Noxæ dedere, h. e. pœnæ. IV. 4. 22.
Nubere ſe. III. 3. p. 357. IV. 4. p. 656.
Nubilari. III. 3. p. 357.
Nudius tertius, quartus, &c. ſunt Nominativi: unde deriventur. I. 9. 3. p. 64.
Numero Adverbii ſpecie, quid, & unde id notet. IV. 2. 1. p. 531.
Numerum Dualem Latini non habent. I. 4. 1.
Numerum Pluralem habent etiã Propria Nomina. I. 7. 12. p. 60.
Numerorum diſcrepantiæ per Syllepſin. IV. 10. 1. & 2.
Numero Plurali in Verbis præmittitur Nominativus Singularis & Præpoſ. *Cum*. *IV*. 10. 4.
Nuncius Adjectivum. IV. 4. p. 638.

O.

O ante Vocativum. II. 6. p. 188.
—— nullum regit caſum. IV. 5. p. 659.
O ex Hebr. ע ſæpe ortum. IV. 16. 15.
O & AU promiſcue poſitum, ſeu O ex AU formatum. IV. 16. p. 835. 836.
in O exeuntia Subſtantiva reciderunt N, ut *Plato* pro *Platon*, *ligo* pro *ligon*. IV. 14. 6.
Ob in compoſitis notat, *ad, contra, circa*, & tam in bonam, quam in malam partem ſumitur. III. 3. 94. IV. 16. 8.
Obedire. III. 3. 93.
Obire diem, mortem. III. 3. 94. IV. 4. p. 607.
Obſidere urbem, pontem, &c. III. 3. 124.
Obſtetrix. IV. 16. 8.
Obtrectare. III. 3. 96.
Occumbere mortem, morti, morte. IV. 4. p. 607.
Offectores. IV. 16. 8.
Officere quid notet. III. 3. 97. IV. 16. 8.
Officium ab *officiendo*. IV. 16. 8.
Oleo, ejus etymon. IV. 14. 23. IV. 16. 15.
Opera eſt, pro vacat. IV. 4. 102. & 109.
Operæ non eſt mihi. ibid.

Digitized by Google

Operiri aliquem pro Exſpectare; quæ ſit ejus ſignificationis ratio. III. 2. 3. p. 279.
Oportet etiam Perſonaliter conſtruitur. III. 1. p. 264.
Oppido unde, & quid notet. IV. 2. 1. p. 530.
Optativus Modus abeſt ab Lat. Lingua, quum nullas iſtic habeat proprias terminationes. I. 13. 1. p. 89. 90.
Opus cum Genitivo. IV. 4. 93. IV. 15. 8.
—— cum Accuſ. ibid.
quod facto eſt Opus, *quæritur quid facto Opus ſit*, & ſimilia, exponuntur. IV. 15. 9. p. 796.
Opus eſt non plane ſignificat *Neceſſe eſt*, ſed tamen aliquid ejus. IV. 15. 7. & 8.
Opus habeo, *opus eſt*, diverſimode conſtructum & expoſitum. IV. 15. p. 795. 796.
Opere maximo. IV. 11. 2.
Oratio integra pro Nominativo III. 1. 2.
Originis diverſæ vocabula iiſdem literis ſcripta. IV. 14. p. 749. 750. IV. 15. 3.
Orthopnœa. IV. 16. p. 844.
Otium per T ſcribendum. IV. 16. p. 832.
—— derivatur ab *Utor*, vel potius ab Hebr. עת *tempus*. IV. 16. 15.
—— notat etiam ſcholam, & pacem. ibid.
Ovidius expl. I. 15. 4. p. 134. II. 12. 1. init. III. 2. 3. p. 282. III. 14. 19. IV. 12. 9.

P.

P. an interponendum poſt M. in Præteritis, & Supinis, aliiſque vocabulis, veluti *ſumptus*. IV. 17. 2.
Pallere. III. 3. p. 361.
Palus a *paxillus*, & hoc a *pango*. I. 10. 4.
Pandectæ explic. III. 14. 14. IV. 4. 41. IV. 12. 2. IV. 15. 6. p. 769. 770. & in reſp. ad L. K. p. 793. 794. IV. 16. p. 837. 838. IV. 17. 8.
—— eorũ Latinitas. III. 14. 3. 511.
Parcæ a pariendo dictæ. IV. 16. 12.
Parcere. III. 3. p. 362.
Parere etiam Viri dicuntur. Hinc *Parens*. I. 7. p. 55. 56. 57.
—— ab Hebr. פרה. IV. 14. 8.
Partes dabantur ſingulis in convivio. IV. 15. p. 764.
Partes Orationis. I. 2. p. 14.
Parti Ablativus pro *parte*. II. 7. p. 194.
Participia unde ita dicantur. I. 15. 1. init.
Participia adſignificant Tempus, idque unum habent a Verbo. I. 15. 1. & 2. III. 10. 2.
—— nec tamen ſemper adſignificant Tempus, quum ſæpe ut mera Nomina conſtruantur. I. 15. 2.
Participia Latina videntur Nominibus adſcribenda. I. 15. 1.
—— Compoſita, diverſæ ſignificationis ab ea, quam ipſa habent Verba. I. 15. 1. p. 117.
—— quædam, quorum Verba non reperiuntur. ibid.
—— non regunt Accuſativum. I. 15. 1. p. 116. 117.
—— conſtruuntur ut Subſtantiva. I. 15. 1. p. 119. 120. III. 10. 2.
—— habent tria tempora, *Amans*, *Amatus*, *amaturus*. I. 15. 2. & n. 4. p. 135.
—— pleraque, etiam Præſentis temporis, veluti *Amans*, utramque, non activam modo, ſed & paſſivam, habent ſignificationem. I. 15. 1. p. 121. 122.
—— Præſentis temporis in Activo etiam Præteritum aliquando notant tempus. I. 15. 2.
—— ab Imperfectis indicativi ſunt formata, & ideo etiam Imperfectum notant. I. 15. 8. p. 141.

Digitized by Google

Participia præteriti perfecti, veluti *amatus*, activam etiam & vel maxime, habuerunt ſignificationem. I. 15. 4. III. 3. 106.
—— derivantur a præterito activo Indicativi I. 15. 4. p. 135.
—— Verbor. Neutrorum, etiam talium, quæ habere non poſſunt formam paſſivam per cauſam ſuæ ſignificationis. I. 15. 4. p. 133. 135. 136. III. 8. 2.
—— Paſſiva in DUS Præſentis ſunt temporis, non Futuri. I. 15. 8
—— Futurum ſimpliciter non facile ſignificarũt, ſed potius quid debeat fieri. I. 15. 8. p. 141. &c.
—— derivantur a Præſenti Partic. Activo. I. 15. 8. p. 139.
—— Præſentis Activi in Poſitivo conſtruuntur cũ Accuſativo & Genitivo, at in Comparativo & Superlativo tantum cum Genitivo. III. 8. 2. p. 440.
—— videntur etiam aliquid diſcriminis habere, quod ad ſenſum, ſi dicas, *Amans uxorem*, vel *Amans uxoris*. III. 10. 2.
—— Præteriti paſſivi, veluti *illaudatus* pro *illaudabilis*, ἄφαντος *infandus*. I. 15. 5.
—— veluti, *Submerſas obrue puppes*, notant rem fieri cœptam, & porro perficiendam. I. 15. 5.
—— paſſiva Neutrius Generis imperſonaliter. I. 15. 1. p. 123, 124. III. 8. 2. p. 438. &c. III. 9. 1. p. 458,
—— etiam cum Accuſativis diverſi Generis aut Numeri conſtruuntur, veluti, *volo oratum a vobis juſtam rem.* I. 15. 1. p. 123. 124.
—— paſſiva. & Adjectiva, ſæpe integram orationem ſibi junctam habent loco Subſtantivi, & ſic in Nominativo Verbis præmittuntur, ut notent ipſam actionem Verborum, veluti *ablatum mare* pro ablatio maris. III. 8. 2. p. 437. 438. III. 9. 1. p. 458. 459.
Participium Præſens cum verbo Subſtantivo. III. 10. 1.
Participium inter duo Subſtantiva, Genere & Numero conveniens cum poſteriore. IV. 12. 8.
Particulæ idem pene ſignificantes conjunctæ. III. 14. p. 517. 518, &c.
Partim non eſt Adverbium, ſed Accuſativus Nominis. IV. 13. 2.
Partitionis caſus non ſemper eſt Genitivus, ſed ſæpe idẽ ac ille, qui ſequitur. IV. 8. 2. p. 706. &c.
Paſco, *paſcor*, *depaſcor*. III. 3. 8.
Paſcuus ager. IV. 4. p. 635.
Paſſivarum locutionum ratio. III. 4. 1. & n. 4.
Paſſiva Imperſonalia meram actionem notant. III. 8. 2. p. 436. Vide & *Imperſonalia*.
Paſſivæ locutiones verborum vere Neutrorum: unde male contendunt plerique, Neutra illa eſſe Activa. III. 3. 10.
ex Paſſivis locutionibus neutiquam poteſt probari Activarũ ratio, III. 3. 102. 109. 129.
Paſtillus unde? I. 10. 3.
Patruelis Adjectivum. IV. 4. p. 581.
Paulus a *pauxillus*, & hoc a *paucus*. I. 10. 4.
Pax a *Pago*. IV. 14. 9.
Peccare cum Accuſ. III. 3. 101.
Peccato, h. e. ubi peccatum a me eſt. IV. 4. 86. vel mihi, qui peccavi. I. 15. 4. p. 134.
Pecudes de feris. IV. 4. p. 558.
Pecus fem. in ſingulari. IV. 15. p. 800.
Pedatus & *Pedatum*. I. 9. 1,
Pelagus, h. e. profunditas maris ab Hebraica Origine. IV. 16. 24.
Pellere & *Pellare*, Simplex, ſuis *Appella-*

pellare &c. unde derivanda. IV. 15. 18.
Penetrare. III. 3. 102.
Per. IV. 13. p. 737.
Percunctari aliquem aliquid. III. 2. 3. p. 284.
Perduellio. IV. 16. 7.
Peregre eſt Adjectivum. IV. 4. p. 599.
Pereo, quid proprie notet. III. 2. 3. p. 277.
Pergere, ab obſoleto *Perrigere.* III. 3. 97. & maxime n. 105.
Περὶ apud Græcos præmittitur Genitivo in comparatione & ſuperlatione. II. 11. p. 226.
Perquam cũ Superlativis. IV. 9. 3.
Perſonæ Verborum recte ſic dictæ. I. 12. 2. init.
—— conveniunt cum Generibus Nominum. I. 12. 2. & 3.
Perſonæ ipſæ inſunt Nominibus, & ad eas ſe accommodat Verborum terminalis Variatio. I. 12. 2. & 3. II. 6. 1.
Perſona pro *Homine.* I. 12. 4.
Perſonalia verba male definiuntur. I. 12. p. 84. 85.
Pertæſus. III. 3. 110.
Peto a Græco πέτω, ejus primitiva & figurata ſignificatio. IV. 4. 46.
Πέτω Græcum, unde πίπτω. IV. 4. 46.
Petronius expl. I. 15. 5.
Phædrus. IV. 4. 27. IV. 5. 7.
Pilæ etymon a *pinſendo.* I. 10. 4. extr.
Pila pro columna. IV. 14. 16.
Pila, qua luditur. IV. 14. 14.
Pilum pro *Piſtillum* a *Piſere* ſeu *Pinſere.* I. 10. 4. extr.
Piſcina. IV. 4. p. 554.
Piſtrinum. & *Piſtrina.* IV. 4. 121.
Placere. III. 3. 106.
Plagæ etymon triplex in triplici ſignificatu. IV. 14. 17.
Plangere. III 3. 107.
Plato exp. III. 1. p. 260.
Plaudere aliquem & aliquid. III. 3. 108.
Plautus. I. 15. 1. p. 124. 125. 126. I. 15. 4. p. 133. II. 4. 4. II. 9. 4. extr. II. 13. 3. & n. 4. & n. 13. III. 2. 2. p. 273. III. 3. 27. & n. 60. & n. 62. & n. 124. III. 4. 12. & n. 15. III. 5. 3. III. 11. 3. p. 472. 473. III. 14. 20. IV. 2. 1. p. 528. IV. 4. 45. & 46. & 78. p. 610. & n. 93. & p. 624. & n. 126. IV. 6. 13. IV. 7. 1. IV. 12. 4. & 5. IV. 15. 29. p. 811. IV. 17. 3.
Pleonaſmus. II. 10. 5. IV. 9. p. 714.
—— repetiti Pronominis. I. 6. 4. p. 39. 40.
—— repetitæ Præpoſitionis. III. 3. 9.
—— Accuſativi cognati. III. 3. 9. p. 303.
—— Ablativi cognati. IV. 3. 6.
Pleonaſmus ſignificationis, ut, *perditum perdere.* I. 15. 5.
Pleon. verbi intendit emphaſin, ut *videre vidi*, vel *videndo vidi.* III. 2. 2. p. 271. IV. 3. 6.
—— particularum. III. 14. p. 517. &c. & nota 32. 33. & ſeqq.
—— Nominis, ut *Mens animi.* IV. 4. p. 603. & n. 84.
Plinius expl. II. 4. 4. extr. III. 3. 120. IV. 15. 21. & n. 23. p. 806. IV. 16. 17. IV. 16. p. 843.
Pluit eſt Imperſonale & Perſonale, pro diverſis modis conſtruitur. III. 1. 4. III. 3. p. 368.
Pluvius adjectivum. IV. 4. p. 555.
Pluſquam perfecti Subjunctivi natura. I. 13. 7.
Plus uno. IV. 17. p. 854. & IV. 2. 1. p. 528.
Poculum a πίω. I. 10. 6.
Pœniteo. III. 1. 6.
Pœnitet cum Genitivo, ejuſque conſtructionis ratio. III. 3. 110.
Pomaria, *pometa.* IV. 4. p. 587.
Pondo eſt ablativus. IV. 4. 53.

Pontus

Digitized by Google

Pontus pro mari Euxino primum, ac dein pro regione ad illud mare, denique pro omni mari; Ejus etymon. IV. 16. 23.
Porcus etiam pro *Porca* adhibetur. IV. 4. p. 580.
Porphyrius expl. IV. 13. p. 735.
Poſis. IV. 15. 20.
Poſitiva obſoleta. I. 11. 3.
—— pro Comparativis, ſeu cum Ellipſi τῦ *Magis*. IV. 7. 4.
Poſſeſſiva Adjectiva loco Genitivi Subſtantivi. II. 3. 16. p. 175. II. 13. 7.
—— cum Genitivo aliorum Nominum, ut, *Meum Conſulis factum*. II. 13. 13.
Poſticus. IV. 4. p. 624.
Poſtquam explicatur, & Ellipſis, quæ in eo, expletur. II. 9. 5.
Poſtumus eſt Superlativum, etiam cum Proprium eſt nomen. I. 11. 2.
—— ſine H ſcribendum, ibid.
Potior vere Paſſivũ eſt. III. 3. 11.
—— cum genitivo & ablativo. IV. 4. p. 588.
Potis & *Pote* frequentata Veteribus per omnia Genera & Numeros. II. 10. 1. IV. 17. 3.
Præ eſt uſitata comparationibus particula. II. 7. 2. IV. 6. 11.
—— notat tamen maxime Superlationem quandam. IV. 6. 12
—— adhibetur etiam poſt Poſitivum & Superlativum, immo etiam poſt Verba. IV. 6. 11. p. 679. 680. 681.
Præconium. IV. 4. 72.
Præconium facere. IV. 4. 72.
Prægnans. IV. 4. p. 578.
Prælucere facem. IV. 17. p. 850. 851.
Prænomen fuit prius & antiquius nomine Gentilicio, licet poſt hoc inventum ita demum fuerit appellatum. I. 7. 11.
—— erat maxime propriũ Nomẽ ſingulorũ hominum. IV. 15. 31.
Præpetes aves. IV. 4. 46.
Præpoſitiones quædam ſunt potius Adverbia. I. 16. 1.
—— diſcrepant natura ab Adverbiis. I. 16. 1. extr.
Præpoſitiones, ſæpe ſine ullo caſu ſolæ ponuntur. III. 5. 2. III. 12. p. 477. init. III. 14. 39. p. 522. 523. extr.
—— ſæpe etiam per Ellipſin omittuntur. IV. 6. p. 666. &c.
—— temporis expreſſæ & omiſſæ. II. 5. p. 181. 182. IV. 6. 16. & p. 685. 686.
—— cum aliis præpoſitionibus compoſitæ vel conjunctæ, ut, *inane* &c. I. 16. 10. IV. 4. p. 570.
—— cum Pronominibus Adverbialiter ſumptis, ut, *Adeo*, *Adhuc*, &c. III. 14. 7. p. 486. 487. III. 14. 39.
—— cum Adverbiis. III. 14. 39.
—— cum Nominibus, *præmodum*, *poſtmodo* &c. III. 14. 7. p. 486. & n. 39. p. 522. 523.
—— nominibus Urbium additæ, Regionum ablatæ. II. 5. p. 182. 183. IV. 6. 1. & 2. & 3.
—— accuſativum regentes, veluti *extra*, *præter*, intelliguntur ſæpe poſt verba compoſita cum *ex* vel *præ*. III. 3. 9. p. 304. 305. & n. 49. & 94. & 127. III. 5. 2.
—— cum verbis compoſitæ repetuntur ſæpe expreſſæ, ſæpe etiam per Ellipſin omittuntur. III. 3. 6. & n. 9. p. 303. &c. III. 5. 2.
Præquam, *Præquod*. II. 7. 2. III. 14. 9. p. 493.
Præſens pro Futuro. I. 13. 4. I. 14. 4. I. 15. 2.
—— pro Præterito. I. 13. 4. I. 14. 3. I. 15. 2. & n. 6.
—— in narratione rei præteritæ notat plerumque rem longioris moræ. I. 15. 6.
in Præſentiarũ defenditur. II 3. 8.

Præſtare, quid proprie notet. III. 3. 10. p. 307.
Præter a *præ* notat etiam *ante*. III. 3. 9. p. 305.
Præteritum perfectum Subjunctivi ſimul etiam Futurum ſignificans, ut, *amaverim*. I. 13. 6. init.
—— Infiniti in Senſu Futuri non occurrit. I. 14. 4.
Præterquam. III. 14. 7. p. 487.
Præ ut. III. 14. 9.
Premere vitem falce. IV. 4. 134.
Premi dicitur *vinum*. IV. 4. p. 651.
Pridie, *poſtridie*, explicatur. I. 16. 6. IV. 4. 118. IV. 12. 11.
Primus ab antiquo *pris*, & hoc a πρὶ pro πρὶν. I. 16. 6.
Priſcianus refutatur. I. 13. 1. p. 89. II. 13. 1. IV. 6. 4. extr.
Priſtinus notat idem quod *Prior*. I. 16. 6.
Pro eſt præpoſitio pretii, emtionis, & permutationis. IV. 6. p. 683. 684.
—— poſt *Quam*. Veluti *Major quam pro pede*. II. 7. 2.
—— ſequente *Quam*. II. 7. 2.
Procul unde derivetur, & quid ſignificet. I. 16. 7.
Procus & *Procax* unde. I. 16. 7.
Proficiſcor vere Paſſivum eſt, cujus Activum *Proficiſco* in uſu fuit. III. 3. 111.
Pronomina habent naturam Nominum partim Subſtantivorum, partim Adjectivorum. I. 2. 7. p. 18. &c.
—— an declinentur. I. 2. 10. I. 8. p. 62.
Pronomen demonſtrativum Genere & Numero conveniens ſuo Subſtantivo, licet reſpiciat res ſuperiores. Veluti, *Eas gratias Diis agere*, pro, earum rerum. IV. 12. 8.
Pronunciatio Linguæ Latinæ ſecundum Accentus & productionem vel correptionem vocalium fiebat olim, non ſemper ſecundum metricam ſyllabarum quantitatem. I. 3. 1.
Prope, *propius*, *proxime*. Eorum conſtructio. I. 11. 3. I. 16. p. 150. 151.
Propemodum. IV. 2. 1. p. 531.
Properare aliquid. III. 3. 112.
Propertius expl. III. 3. 45. IV. 4. 27. IV. 7. p. 702.
Propinquus unde. I. 11. 3.
cum Propinquiore Subſtantivo non ſemper conveniunt Adjectiva vel Verba in conſtructionibus. IV. 8. 3.
Proprius conſtruitur cum Genitivo & Dativo. II. 13. 13.
Propria Nomina etiam Genus habent, & recipiunt Adjectivum. I. 7. 11. & 12.
—— etiam Pluralem Numerum. I. 7. 12.
—— conſtantius ſervant antiquiſſimam ſcripturam, quam Appellativa. I. 11. 2.
Propter quaſi *propiter* eſt Adverbium. I. 16. 1.
—— abſolute poſitum. *ibid.*
Propter vel ſimile ante infinitum per Ellipſin omiſſum. III. 6. p. 425. IV. 6. 19. p. 691.
Prorſus Adverb. quid proprie notet. IV. 17. 7.
Proſa & *prorſa* oratio. IV. 4. 94. IV. 17. 7.
Proſodia diverſa eorundē vocabulorum. IV. 14. 13. p. 751. &c.
Protenus. III. 14. 40.
Providere & *Proſpicere* habent etiā facti ſignificationē. IV. 15. in reſp. ad L. K. §. 12. p. 789. 790.
Prudentius expl. IV. 4. 37. extr.
Pudeo. III. 1. p. 263. III. 3. p. 371.
Pudicus a *Pudeo*. I. 11. 3.
Pugnare pugnam. III. 3. p. 371.
Pullus, Ejus etymon. I. 10. 4.
Pulte pro Pane veſcebantur antiquiſſimi

Digitized by Google

quiſſimi. IV. 15. p. 764.
Putare, quid proprie, quid analogice ſignificet. IV. 15. 14.

Q.

Quadrare active & neutraliter. III. 3. 114.
Qualis a qua. III. 14. 7. p. 483.
Qualis a *quaſillus*. I. 10. 4. p. 70.
Quam particula, unde, & quid ſignificet, Quæ ejus conſtructio. III. 14. 7.
—— eſt origine ſua Accuſativus femininus Relativi Pronom. III. 14. 7. p. 488.
—— ab ea derivatur *Quantus*, & *Quando*. III. 14. 7. init.
—— in comparatione non conjungit ſimiles caſus. II. 10. p. 221.
—— hinc duriores locutiones & Ellipſes, veluti *plus quam*, *quantum, &c. major, quam cui poſſit nocere*. III. 14. 7. p. 491.
Quam doctiſſimus, ſane quam, & ſimilia. III. 14. 7. p. 487. 488.
Quam & *quantū* ſibi reſpondent, & aliquando proxime junguntur. III. 14. 7. & p. 490.
Quam pro *poſtquam*, *antequam*, & *magis* vel *potius quam*. II. 9. 5. IV. 7. 7. & 8.
Quam per Ellipſin omiſſum poſt Comparativum, ut *plus quingentos colaphos*. IV. 2. 1. p. 528. IV. 7. p. 700.
Quam pro numero, & ſimilia. II. 7. 2. IV. 7. 10. & 11. p. 701.
Quamvis cum Indicativo & Subjunctivo. III. 14. 3.
—— exponitur. III. 14. 2. & n. 5. & n. 7. p. 490.
Quamvis licet. III. 14. 2. & 5. & p. 517. 518.
Quando & *Quam*. II. 14. 7. p. 484.
Quandoque, adhibetur pro *quando* & *aliquando*, etiam pro *quandoquidem*. III. 14. 11. pag. 495. 496. 497.
Quanquam. III. 14. 7. p. 490. 491.
Quantitas Syllabæ ex abuſu ſæpe mutata. I. 15. 1. p. 121. IV. 4. 48. IV. 13. 1.
—— non mutat naturam numeri. IV. 4. 118.
Quantus a *Quam*. III. 14. 7. init.
Quantum conſtruitur eodem modo, ut *Quam*. III. 14. p. 492. 496.
Quapropter, III. 12. p. 476.
Quaſi vel *tanquam* per Ellipſin omiſſa. IV. 7. p. 702. 703. 704.
Qui & *Quis*, Græcæ originis & diverſæ, quorum obliqui caſus conveniunt in eundem uſum & formam, licet ſint plerique formati a *Qui*. III. 14. 7. p. 485. 486.
Qui etiam ad interrogationem adhibetur. III. 14. 2. p. 486.
Quî eſt Sextus Caſus a *Quis*. IV. 4. 69.
Quid hominis, *Quid rerum*. IV. 4. 82.
Quidem abſolute, etiam ſine ſubſequente Adverſativa, & tunc notat *certe*. III. 14. 26. & 29.
—— pro ipſa Adverſativa, III. 14. 26. p. 513.
—— cum aliis particulis, ut, *quidem certe*, *& quidem*, *ne quidem*, &c. III. 14. 26. p. 512. extr. & n. 35. p. 520.
Quieſco, activum, ſed maxime Neutrum. Conſtruitur etiam cum Dativo, & cum Verbo Infinito, III. 3. 116.
Quintilianus expl. I. 2. 4. p. 12. I. 2. 6. I. 7. 4. p. 41. I. 7. 7. p. 51. 52. I. 12. 6. I. 15. 1. p. 117. II. 12. p. 244. III. 3. 137. & n. 138. & p. 471. IV. 4. 10. IV. 6. 2. IV. 15. 2. & n. 29. p. 810.
Quintus a *quinque*, & proinde antiquior eſt ſcriptura *Quinctus*, unde Gens *Quinctia*, *Quinctilis*, I. 11. 2.

Digitized by Google

Quis, Aliquis, cũ Plurali, IV. 10. 1.
Quivis &c. explicantur, III. 14. 7. p. 489. 490.
Quo eſt etiam Dativus, pro Quoi, a Qui, III. 14. 7. p. 486. & n. 39. p. 522.
Quo poſt Non, IV. 12. 2.
Quo & Unde cum Accuſativo, IV. 5. p. 660.
Quo pro Ut, IV. 4. 69.
Quoad unde ſit ortum, III. 14. 7. p. 486.
Quoad, pro Quod ad, non eſt Latinum, IV. 5. p. 663.
Quoad ejus fieri poteſt, III. 6. 1. IV. 4. 84.
Quocirca, III. 12. 1.
Quod ejus facere potero, III. 6. 1.
Quod in initio periodi, vel in medio poſt nomen alterius generis, I. 15. 1. p. 125. IV. 5. 2.
Quod in tranſitu ab uno ad aliud, & ſæpe ſeq. ſi, niſi, utinam &c. IV. 5. 2.
Quod cum Genitivo pro Quantum, III. 6. 1. III. 14. 7. p. 488. IV. 4. 77. & 84.
Quod inter duo verba finita, ut Dico quod, III. 14. 16. p. 499. &c.
—— Ejus conſtructionis ratio, III. 14. 16. p. 501. 502. & 503.
Quod poſt verbum Subſtantivum; ut, jam diu eſt, quod non feci, III. 14. 20. IV. 4. 52. & 81.
Quomodo habet ultimam aliquando correptam, at minime, ſi ſeparetur, IV. 4. 48.
Quondam, Quoniam, ab antiquo Quom pro Quum, IV. 15. 24.
Quotannis, IV. 5. p. 655.
Quum & Tum, ſunt Accuſativi Græci, ὄν, vel κὸν & τὸν. III. 14. 7. p. 485. IV. 15. 24.
Quum poſt Eſt, IV. 4. 52. extr. & n. 26.

R.

Ranunculus, I. 10. 2.
Raſtrus an Raſter, IV. 4. 104.
Reciproca promiſcue uſurpantur in prima & ſecunda perſona. II. 12. init.
—— imo ſemper, quando ſermo non eſt ambiguus. II. 12.
Reciprocorum varius & rarior uſus. II. 12. 1.
pro Reciproco aliud Pronomen adhibitum. II. 12. 3.
Reciprocum Se omittitur ſæpe poſt verba Activa. III. 3. 8. p. 298. &c. III. 3. 10. p. 309.
Rectâ viâ. IV. 4. p. 650.
Recte abſol. pro recte ſe habet res vel Homo. IV. 4. 110.
Recte pro Nihil. IV. 14. 25.
nec Recte alicui dicere. IV. 14. 26.
Refert cum Dativo. II. 4. 4.
—— primam habet longam. III. 5. 3. extr. & n. 7.
Refert illius recte dicitur. III. 5. 3. p. 415.
—— cum Nominativo. III. 5. p. 418. & n. 6.
Refert mea, & ſimpl. Refert, pro Expedit. III. 5. 3.
Refert mea magni. III. 5. 5.
Regere in Syntaxi quid ſit. II. 2. 2. III. 1. p. 259.
Regionum nomina æque ac Urbium in Genitivo. IV. 4. pag. 655. 656.
—— nomina ſine Præpoſitione. II. 5. p. 184. 185. IV. 6. 3. p. 670. 671.
Regnari paſſive. III. 3. pag. 373.
Regredio, regredior. III. 3. 119.
Relativum pronomen inter eadem Subſtantiva utrimque expreſſa. II. 9. init.
—— ſæpe non habet ante ſe id Subſtantivum, ad quod in conſtructione refertur. II. 9. 1. p. 202. IV. 12. 5.
—— ſæpe nec ante nec poſt ſe Subſtantivũ habet. II. 9. 2. & 4.
—— in parentheſi ſine præcedenti Subſtantivo, ut, qui tuus amor. II. 9. 5.

Relativum ſæpe refertur ad ſenſum verborum, quæ præcedunt, vel ad aliud Subſtantivum, quam quod præcedit, ita ut ab eo quod præcedit in Genere & Numero diſcrepet. II. 9. 4. III. 3. 30. IV. 4. 80. IV. 10. p. 710. 711
—— genere non conveniens cum præcedente Subſtantivo. II. 9. 4. IV. 4. 80.
—— genere conveniens cum poſteriore Subſtantivo, non cum priore. IV. 12. 8.
—— Græciſſans, ſeu caſu ſuo conveniens cum præcedenti ſubſtantivo. IV. 12. 1. & 2.
Renunciare cum Dativo. IV. 4. p. 619.
Repetitio ejuſdem Nominis Subſtantivi, ante & poſt Relativum Pronomen. II. 9. init.
Repetundarum ſcil. pecuniarum. IV. 4. p. 626.
Requieſcere aliquid. III. 3. p. 374.
Res, pro *Re*; *Ut Rem natam video.* IV. 4. p. 609.
Res. IV. 15. p. 806.
Rorare active, & neutral. III. 3. 121
Rude donatus. IV. 4. 135.
Rudens ſcil. funis. IV. 4. p. 582.
Ruere ſe, vel *aliquid.* III. 3. p. 336.
Rufianus (Jul.) explic. III. 3. 137.
Rus etiam cum Præpoſ. IV. 6. 4.
Rure & *Ruri* dicitur in Ablativo, II. 7. p. 217. IV. 6. 4.

S.

SAcer Homo & Res pro Exſecrando. IV. 14. 27.
Sacræ res uſui hominum erant exemptæ in perpetuum. IV. 15. 27. p. 761.
Sæpe fuit Adjectivum. I. 11. 3.
Sagio olim, & *Sactus*, pro quibus dein *Sancio* dicebatur, & *Sanctus*. IV. 14. 24.
Salarium, & ſimilis formæ vocabula. IV. 4. 6.
Salio & ἅλλομαι ab Hebræo עלץ. IV. 15. 24.
Salluſtius exp. I. 15. 1. p. 121. I. 15. 5. I. 18. 1. II. 9. 4. & n. 5. & n. 7. III. 3. 124. & n. 131. IV. 4. 27. IV. 6. 8. IV. 7. 2. IV. 8. 3. & 5. IV. 10. 3. & 6. IV. 11. 3. pag. 724. IV. 12. 8. & I. 14. 1. p. 107.
Salluſtii & Ciceronis mutuæ Invectivæ non ſunt genuinæ. III. 14. 25. p. 510.
Saltare cum Accuſ. III. 3. p. 336.
Salus & *Salvus* a Gr. σάος. IV. 14. 23. extr.
Sanctii liber titulo *Originum*. IV. 16. p. 838. 839.
Sanctus a *Sagio*. IV. 14. 24.
Sapere patruos. &c. III. 3. p. 517.
Satagere rerum ſuarum. II. 3. 12.
Satin' ſalvæ? & *Satin' ſalvè?* IV. 4. 110.
Satin' pro Veréne, in Ellipſi rariore. IV. 2. 1. p. 528.
Scriptura S. expl.
—— Lucas. III. 4. 7. Acta Ap. IV. 4. 37. & IV. 12. 2.
—— Paulus. III. 4. 6. IV. 14. 27. p. 761.
Scutella derivatur non a *Scutum*, ſed a Χύτρα. I. 10. 3. extr.
Sectura araria, ferrariæ, &c. IV. 4. p. 635.
Secundum, a *ſequendo*, non eſt Præpoſitio. I. 16. 1.
—— ejus Ellipſis explicatur. ibid. p. 148. 149.
Secus eſt Adverbium, derivatum a Verbo *Sequor*. I. 16. 9. Ponitur & pro Male. IV. 14. 28.
Sedere dicitur, quod decretum eſt. IV. 4. 114.
Semel tantum quæ occurrant in L. Latina, aut quæ aliis ſimilibus probari nequeant, reperiuntur quoque apud Veteres. II. 3. 8. p. 168. 169.
Seneca Tragicus expl. II. 3. 14. IV. 16. p. 843.
—— Philoſophus. III. 14. 23.
Senecæ Philoſophi Latinitas. III. 14.

Digitized by Google

14. p. 510.
Senecta adjectivum eſt. IV. 4. p. 550.
Sequor Paſſivum, quid notet. III. 2. 3. p. 278.
Serpens adjectivum. IV. 4. p. 553.
Serum adjectivũ. IV. 4. p. 564. 565
Servat domi abſolute. IV. 4. 26.
Servire aliquem, & *ſervire ſervitutem*. III. 3. 123. p. 377.
Si per Ellipſin omiſſum. IV. 7. p. 702. 703.
Si, refertur ad *Ita*. IV. 7. 3.
Sibilus adjectivum. IV. 4. p. 642.
Sidere. III. 3. 124.
Significationes unius Vocabuli diverſiſſimæ, ſed ex conſequentibus ſemper factis ortæ, veluti, *Mactare* & *Immolare* pro Obtruncare. IV. 15. in reſp. ad L. K. §. 8. p. 784.
Significatio Verborum uſu & conſtructione ipſâ ſæpe reperitur valde mutata, & ita, ut Paſſiva habeant ſpeciem Activæ ſignificationis. III. 2. 3. p. 278. &c. III. 3. 8. & n. 10.
Significatio Vetus Vocabulorum ſæpe tractu temporis tandem obliteratur. IV. 15. p. 774. 775.
Silius Italicus. II. 4. 6.
Simultas. IV. 16. 19
Sinere & *Deſinere* ſunt Activa. III. 3. 43.
Singularis Numerus & præpoſitio *Cum* conſtruuntur cum verbo Plurali. IV. 10. 4.
Siniſtimus ſuperl. a *Siniſter*. I. 11. 2.
Sive, & *ſeu*, pro *vel ſi*, *etiamſi*. IV. 7. 12.
Sollemnis eſt Simplex a *Sollus*, ſed poſtea ſcriptum *ſolennis*, & male acceptum ab ipſis Veteribus. IV. 17. 1.
Sollers, *ſollicito*, a *Sollus*, duplici L ſcribenda. IV. 17. p. 847.
Solum terræ, *humi*. IV. 4. p. 641.
Sonare aliquid. III. 3. p. 379.
Species in re Gramm. I. 3. p. 29.
Sperare pro expectare. IV. 14. 22.
Stat conferre manum, & ſimilia. IV. 4. 114.
Stativa caſtra. IV. 4. p. 560.
Stipulationis formulæ. III. 4. 15.
Studere aliquid, & *alicujus*. III. 3. 126
Sub præpoſitionis varius uſus, & ſignificatio. IV. 6. 6.
—— notat etiam paulo ante & paulo poſt. IV. 6. 6.
Subjunctivi uſus & natura ac ratio appellationis. I. 13. 1.
Subjunctiva per ſe futurum non ſignificant, ſed Ellipſis in iis ſuppreſſa id facit. I. 13. 4. & 6.
—— ſæpe tamen ita occurrunt, ut Futurũ Indicativi ſimpliciter pro iis poni poſſit. I. 13. 4. extr.
Subjunctivi Imperfectum pro Præterito, & Futuro, & Officio. I. 13. 5.
—— Præteritum Perfectum & Pluſquam perfectum notat ſæpe Præteritum in Futuro tempore. I. 13. 6. & 7.
—— Futurum in RO, habet etiam ſignificationem Præteriti. I. 13. 6.
Subjunctivorum Ellipticæ locutiones. I. 13. 1. I. 13. 6. p. 109.
Subſtantivum verbum *Eſt* cum infinito, pro, *Licet*, *Datur*, *Evenit*. IV. 4. 24. & n. 52. & p. 626.
—— cum Nomine Verbali *eſt cautio* &c. IV. 4. 52.
—— ſequente *Quod*, *Cur*, *Cum*, *Ubi*, *Ut*. III. 14. 20. IV. 4. 52. & p. 616. 617. 644. 645.
—— cum Genitivo. IV. 4. pag. 621. & n. 102.
—— ante & poſt ſe eundem ſæpe habet caſum. II. 6. 2.
Subſtantivum Verbum & Participium *Ens* per Ellipſin omiſſum. IV. 4. 27.
Subſtantivum Nomen cum Adjectivo coaleſcit quaſi in Unum

Digitized by Google

num & ſic ab utriuſque ſignificatione regitur Genitivus, ut, *Ejus Herilem Filium*, II. 13. 13.
Succernere in reſp. ad L. K. §. 2. p. 773.
Suculæ ab ὗς, I. 10. 6. extr.
Sudare cum Accuſ. & *Sudatus* paſſive, III. 3. p. 381. init.
Suetonius expl. II 9. 5. IV. 4. 27. IV. 6. 1. IV. 8. 1. p. 708. 709. IV. 8. 3. IV. 13. 6. IV. 14. 3.
Sufficere, III. 3. p. 381.
Sulpicius Severus expl. IV. 8. 1. p. 710.
Summa res, & abſolute *ſumma*, IV. 4. 105.
Summus pro *Supimus* a *Supra*, I. 11. 2. II. 11. 17.
Superlativi appellatio unde, II. 11. 1.
Superlativi Pleonaſmus, *maxime peſſimus*, IV. 9. 3.
Superlativa in *Umus* vel *Imus* exeuntia, I. 11. 2.
Superlativa junguntur cum genitivis ſui generis potiſſimum, ſed latius aliquãdo ſumpti. II. 11. 16.
—— ſignificant ultimum exceſſum, ſed non ſemper, nec mathematice ultimum, II. 11. 1. & n. 10. 11. & 12.
—— notant etiam ſimplicem ſignificationis intenſionem, ut, *beatiſſimus*, pro, *valde beatus*, II. 11. 1. & n. 10.
—— notant etiam Comparationem quandam, ſed quæ conſiſtit in exceſſu quodam ſupra alios, II. 11. 1. & 12.
—— etiam de duobus adhibentur, II. 11. 11. p. 230. 231.
—— diverſæ formæ, I. 11. 5. &c.
Superſedere quid proprie notet, & quæ conſtructionis ejus ratio, III. 3. 129.
Supina & Gerundia promiſcue adhibentur, & unde ſic dicta, III. 9. 1. init.
Supinis non accenſenda participia paſſiva, III. 9. 1. p. 458. 459.
Supina vera ſunt Nomina, III. 8. 2. p. 441. III. 9. 1. p. 458. & p. 462. 463.
Supina in UM ſignificant finem, non motum, III. 9. 1. p. 460.
—— expreſſas etiã ante ſe habent Præpoſitiones, III. 9 1. p. 460.
—— in U, ſunt Ablativi, non Dativi, III. 9. 1. p. 460. & III. 9. 2. p. 462. 463.
Suppeditare, III. 3. 130.
Suppeto, III. 3. 131.
Supplicare, III. 3. 81. extr.
Surgo, & *Surrigo*, III. 3. 132.
Sutrinum ſcil. opificium, IV. 4. 21.
Syllepſis Generis, Numeri, & utriuſque, I. 7. pag. 53. 54. & IV. cap. 10.
Synchyſis Conſtructionis, IV. 11. 3.

T.

TAcitus exp. III. 3. 139. IV. 15. in reſp. ad L. K. § 5. p. 776. 777.
Tædet cũ Nominativo, III. 1. p. 264
Tædet me ciborum. IV 3. 4.
Talis unde. III. 14. 7. p. 483.
Talus a *Taxi lus*, & hoc a *Tango*. I. 10. 4. init.
Tam ex Græco τὰν. III. 14. 7. p. 483. 484.
Tamen, quaſi κ᾽ τὸ, *vel ſic*. III. 14. 20.
Tametſi. III. 14. 10.
Tandem a *tam*. III. 14. 7. p. 484.
Tanquam pro *Tam quam*. III. 14. 7. p. 488.
Tauri etymon. IV. 14. 11.
Tectum adjective. IV 4. p. 566.
Tectorium opus. IV. 4. p. 621.
Tela a *texo*. I. 10. 4.
Telinum unguentum. IV 4. 137.
Τέμενος, *Tίμη*. IV. 15. 4.
Templa antiquiſſimis temporibus nulla erant, ſed eorum loco Luci, IV. 16. 6.
Tempora duo vel plura ſæpe.

Uno

Digitized by Google

Uno Verbo, vel Verbo & Participio conjunctis, ſignificantur. I. 13. 6. init. I. 15. 2. 3. & 4. III. 10. 2. III. 11. 3. p. 472.
Temporis ſpatium notatur ſolo Accuſativo, vel etiam Ablativo, ſed per Ellipſin Præpoſitionis. II. 5. init. IV. 4. 126. IV. 6. 16. & 18.
—— notandi locutiones quædam explicantur. II. 5. init. II. 9. 5. IV. 6. 18.
—— Præſentis notandi phraſes ita laxe plerumque ſumuntur ut contineant etiam Ante, & Poſt. I. 13. 4. I. 15. 2. IV. 6. 6. & 18.
Tempus Futurum formatur maxime a Præterito. I. 15. 8. p. 140.
Tempori eſt Ablat. pro *in tempore.* II. 7. p. 197.
Tempus & *tempora Capitis*, Unde. IV. 15. 4.
Tendere iter. III. 3. p. 385. IV. 4. 23.
Tenus. III. 13. init.
Terentius expl. I. 13. 1. pag. 92. init. & p. 93. extr. I. 15. 4. p. 134. II. 3. 7. II. 8. p. 199. II. 9. 1. III. 3. 116. III. 5. 3. init. & n. 4. III. 6. 5. III. 14. p. 504. 505. III. 14. 30. IV. 4. 86. bis. IV. 6. p. 684. IV. 7. 4. IV. 11. 3. ſæpius.
Terminationum varietas facit diverſitatem Caſuum & Generum. I. 6. 4. p. 38. 39.
Terræ procumbere. IV. 4. p. 641.
Tertia perſona pluralis ſine expreſſo Nominativo, ut, *Dicunt.* IV. 4. 39.
Thucydides explic. I. 6. 4. p. 41.
Tituli Paradoxorum Ciceronis, tum Martialis, Valerii Maximi, Horatii, non ſunt genuini. III. 14. p. 503. 504.
Tollere liberos. IV. 15. 5.
Torrens Adject. IV. 4. p. 555.
Tum & *Tunc* a Græco τὸν. III. 14. 7. p. 485. IV. 15. 24.
Tzetzes expl. IV. 14. p. 759.

V.

V Latinorum inter duas vocales interpoſitum, ortumque ex digamma Æolico. IV. 16. p. 839. 440.
V præponitur Vocabulis a Vocali incipientibus. IV. 16. p. 839. 840.
V inter vocales, in derivationibus, ſæpe eliditur. IV. 16. 7.
Vacillo vel a *baculus*, quaſi baculo nitens incedo, vel potius a *Vaco.* I. 10. 6.
Vades a *Vadendo*, & quomodo. IV. 15. 15.
Vadimonium facere, *conſtituere*, *promittere* &c. ibid.
Væ, cum Verbo Subſtantivo. IV. 5. 1.
Valedicimus etiam illis, quos abdicamus, & a nobis volumus ſegregatos. IV. 14. 22.
Valerius Maximus. II. 13. p. 251. III. 3. p. 316. & n 135. III. 8. p. 448.
Valer. Probus Grammaticus. I. 12. 7. p. 87.
Valla defenditur. IV. 7. 6. & in Præfat.
Vapulare quid ſit. I. 13. 6. p. 99.
Varro exp. III. 3. p. 341. & n. 136. IV. 4. 4. IV. 4. 78. p. 611. IV. 7. 5. p. 695. IV. 15. in reſp. ad L. K. §. 14. p. 792. IV. 15. 15. & 21. IV. 16. 16.
Vaſa a πάω, unde & *Paſco*: proprie erant eduliorum IV. 15. 15.
Vas in Nominativo. IV. 15. 16.
Vel ſolum. IV. 2. 1. p. 532. IV. 7. 15. & 16. IV. 15. p. 816.
Vel ſi pro etiamſi. IV. 7. 12.
Vel adhibetur etiam, quando rem laxius prolatam uno tantum, ſed præcipuo, argumento probare volumus. IV. 7. 15.
Vellejus Pat. IV. 13. 6.
Velum a *vexillum*, & hoc a *Veho.* I. 10. 4.
Veneo & *venum.* III. 3. 139.

Venti etymon. I. 1. 4.
Ventilare explic. III. 3. 140.
Ventris etymon. I. 1. 4.
Verbi Gramm. definitio. I. 12. 1.
Verba quædã modo Activa, modo Neutralia. III. 2. 2. p. 275. III.3.10.p.309. & n.66. & 81.
Verba ejuſdem originis, ſed in Activam & Neutram ſignificationem diviſa, & ideo diverſæ formæ ſeu Conjugationis, veluti *Placare* & *Placere*, *Fugare* & *Fugere* &c. III.2.2. p.270.271. III. 3. 18. 20. 61. 67. 85. & 86.
Verba Actionem & Paſſionẽ per Terminationem O & OR vere olim denotarunt. III. 2. 3. init.
Verbum unum ſemel tantum poſitum in duplici tamen ſignificatione. IV. 8. 4.
Verbum unum ad plura refertur conſtructione, non item ſignificatione. IV. 8. 5.
Verbum unum, ut & Adjectivum, ſæpe remotiori Nomini potius ſe accommodat, quam propiori. IV. 8. 3. & p. 712.
Vereor proprie quid notet. III. 2. 3. p. 279. III. 3. 141.
Vero, & *Verum* in ſimplice affirmatione: quæ ejus ratio. IV. 2. 1. p. 531.
Verſus eſt Adverbium, non Præpoſitio. I. 16. 10. p. 155.
Vertere abſolute poſitum, & *Verſari*. III. 2. 2. p.274. III.3. 8. p. 296. 297.
Vertex & *vortex* idem, a *vertendo*. IV. 15. 3.
Veſcor, quid proprie ſignificet. III. 2. 3. p. 280.
Veſoi aliquid. III.3. p. 391.
Veteres ipſi ſæpe non intellexerunt ſatis locutiones ſuæ Linguæ. I.15.1.p.119. & 127.128. III.2.3.p.278.&c.281. III.3.6. & n.10. p.305. & n.88. & 97. extr. III.5.3. p.416. III.8.2. p. 434.437. III. 11. 1. & n. 3. p. 472. IV. 4. 48. & 78. p. 614. IV. 17. 1. extr.
Via ab *εἶα*. IV. 16. p. 839.
Vicarius ſervus. IV. 4. p. 638.
Vicem meam &c. pro *in vicem*. IV. 13. p. 738.
Victrix, *Ultrix*, & ſimilia ſunt Adjectiva, etiam in Singulari. I. 7. p. 56.
Videre animo pro Conſiderare diligenter. IV. 15. in reſp. ad L. K. §. 2. pag. 773. & §. 7. p. 781. 782.
—— pro expetere & cavere. ib. §. 12. p. 789.
Vindicta, quid ſit. IV. 4. 133.
Vinea, *a vite*, & intelligitur *porticus*, cui ſimilis eſt *Vinea* bellica. IV. 4. 40.
Vineum. Ibid.
Vinum ab *οἶνος*. IV. 16. p. 839.
Viola a Græco *Ἴον*. ibid.
Violo & *violentus* a *vis*. IV. 16. 20.
Virgilius expl. I. 15. 5. I. 16. 7. II. 7. 4. II. 13. 15. III. 3. 88. III. 8. 6. III.8.p.452. III. 14. p.406. IV. 4. p. 593. & 624. & 649. & 655. IV. 6. 8. IV. 7. 14. IV. 16. p. 823.
Vis in *Quivis*, *Quamvis* &c. III. 14. 7. p. 489.
Vitis a Gr. *Ἴτυς* IV. 16. p. 839.
Vitruvius expl. II. 3. 8. p. 168.
Vivere vitam. III.2.2. p.271.272. III. 3. 143.
Vix in explicando dividi aliquando debet, ut ſolent Negationes dividi. IV. 7.5. p.695. 696.
Univoca. IV. 14. p. 741. &c.
Vocabula quæque unam primitivam habent ſignificationem. IV. 14. p. 741. &c.
Vocabula earundem literarum & quantitatis, diverſa tamen. IV. 14. 13.
Vocabulo ex Eodem facta Duo diver-

Digitized by Google

diverſa per uſum diverſæ pronunciationis & ſcriptionis. I. 3. 2. p. 27. III. 3. 132. IV. 15. 3.
Vocativus eſt ſecundæ perſonæ. II. 6. 1.
Vocativi uſus, maxime in Adjectivis poſt Participia. II. 6. 2.
—— ſæpe pro eo tunc adhibetur Nominativus. II. 6. p. 189. 190.
Vocativus in I declin. Secundæ, penultimam, licet brevem, acuit. I. 3. 1. p. 24.
Volo, volare, ab ἰλάω. IV. 15. 13.
Volo velle, vel a θέλω, vel ab ἔλω. ibid.
Voti damnatus. IV. 4. 14.
Urbium nomina ſæpius ſine, ſed ſæpe etiam cum Præpoſitione. II. 5. p. 183. 184. IV. 6. 2.
—— in genere Maſculino. I. 7. 11.
—— in Plurali. I. 7. 12.
Uſque ex Gr. ὅσκι. I. 16. 9. III. 14. 39.
Uſurpare notat maxime, aliquid non ſuum ſibi vindicare, & ita eo uti. IV. 17. 8.
Uſurpari uxor alicujus dicitur, quæ apud alium agit, ut Viri Uſucapio interrumpatur. ibid.
Uſus ſæpe ab Analogia recedit. I. 1. 6. p. 6. I. 14. p. 105. 106. in primis III. 3. p. 306. & n. 109. III. 11. 1. & n. 3. p. 472.
Uſus in Abuſum degenerans, & ſignificationem mutans. III. 2. 3. p. 278. &c. III. 3. 6. & n. 8. & n. 10. & n. 78. & n. 109. III. 8. 2. p. 434. 435. III. 11. 1. & n. 3. p. 472.
In Uſu loquendi dominatur ſæpe etiam Caſus. I. 15. 1. p. 120. III. 2. 3. extr. III. 8. 2. p. 434. 435. 440. III. 9. 1. p. 461. IV. 6. 2. IV. 15. 15. p. 798. 799. extr.
Uſus phraſeon proprius, Veluti; *verba facere*, non agere; *Gratias agere*, non facere, &c. p. 857.
Uſus eſt ponitur in omnibus ferme eodē ſenſu & conſtructione, qua *Opus eſt*. IV. 15. 8.
Ut pro *utinam*. IV. 5. p. 659. IV. 15. p. 808.
Ut cum creditur ſignificare *quamvis, poſtquam* &c. ſemper tamen eſt Similitudinis particula. IV. 5. p. 658. IV. 15. p. 808.
Ut etiam cum Indicativo conſtrui poſſe putat Scioppius. IV. 7. p. 706. 707.
Ut ſemper per Ellipſin omittitur ante *Ne* ſolum. IV. 7. p. 707.
Ut ne conjungitur. ibid.
Ut poſt verba *Metuendi* quid notet: nunquam pro *ne* ponitur. IV. 15. 29.
—— etiam poſt *Terreo*, *Horreo*, & ſimilia. ibid. p. 813. 814. 815.
—— etiam poſt Nomina, & alia Vocabula ſimilis ſignificationis. ibid. p. 811.
Uti quid proprie notet. III. 2. 3. p. 281.
pro *Uti* dixerunt olim *Oiti*, hinc forſan *Otium*. IV. 16. 15.
Uti aliquem. III. 3. p. 392.
Utinam per Ellipſin ſuppreſſum. IV. 7. 20.
—— ejus conſtructionis ratio. I. 13. 1. p. 93. 94. III. 13. 1.
Utroque eſt Dativus. III. 14. 39.

Y.

Y Græcorum mutatur a Latinis in U vel I. IV. 16. 10. p. 788. 789.

Z.

Zeugma. IV. 8. 1. &c.

FINIS.

Digitized by Google

FRANCISCI
SANCTII
CAPITUM VIII. ET IX.
LIBRI III. MINERVÆ
CORRECTIONES.

Digitized by Google

FRANCISCI SANCTII
BROCENSIS,

In Inclyta Salmanticenſi Academia Rhetorices, Græcæque linguæ Primarii Doctoris,

CAPITUM VIII. & IX.
LIB. III. MINERVÆ
CORRECTIONES.

Cap. VIII.

QUEMADMODUM in omni nomine adjectivo in neutrali terminatione ſubintelligitur NEGOTIUM, ut, Mors non eſt malum: *triſte lupus ſtabulis*: ſic in participiis paſſivis deeſt verbum infinitum pro nomine ſumptum: ut lectum eſt, itum eſt: orandum eſt: tempus eſt orandi, in orando, inter orandum. Hoc ignorantes antiqui Grammatici reliquos omnes in Gerunda, & Gerundiva, & Supina, infames ſcopulos, detruſerunt. Addentes inſuper ſe reperiſſe, quod apud Græcos non reperiretur. Et ut fortius dementiam conſtabilirent, juſſerunt participia paſſiva accuſativis conſociari: ut amandi literas, amando literas, ad amandum literas. Hydra Lernea majus hoc monſtrum eſt, nam vix poteſt dici quot fœda capita ex tam ſpurco capite pullularint.

Digitized by Google

Hujus tam pudendi erroris aliquas poſſunt cauſas prætexere, quarum præcipuas enumerabo.

Primum omnium decepit illos accuſativus expreſſus in illis antiquis locutionibus: Varro in Ruſt. *Canes paucos, & acres habendum eſt.* Idem lib. 6. Ling. *Quocirca radices ejus in Hetruria, non in Latio quærendum eſt.* Ibidem libro 8. *Sic enim omnes repudiandum eſt artes.* Lucret. *Motu privandum eſt corpora quæque.* In his, & ſimilibus impudenter addiderunt verbum EST. Nullus enim antiquorum diceret, Arandum eſt arva: aut Frena ſuſpendendum eſt: ſed arandum arva, & frena ſuſpendendum, ita ut Frena, & Arva ſint accuſativi ante verbum infinitum. Id eſt frena ſuſpendi, & arva arari. Antiquiſſimi enim addebant tempus futurum ſine numeris, & perſonis infinito activo, & paſſivo, ut amare, amaviſſe, amaturum, amari, amatum iri, amandum. Ut, credo fœminas amaturum virtutes: credo virtutes amandum, vel amatum iri, vel amari.

Deinde Græcæ phraſis ignorantia tranſverſos illos egit. Nam quotieſcumque in paſſivo verbo reperitur accuſativus, deeſt præpoſitio Græca KATA. Ut invideor veſtem, purgor bilem, doceor artes, poſcor pacem. Participia quoque hanc rectionem admittunt: Fractus membra, purgatus bilem, purgandus bilem, purgandi bilem, inter purgandum bilem, in purgando bilem. Itaque ut rectè apud poëtas invenias: tempus eſt purgandi bilem; aut aptum tempus purgando bilem: ſic barbare dices: Tempus eſt purgandi vineas, & aptum purgando vineas: Horat. lib. 1. od. 2. *Cui dabit partes ſcelus expiandi Jupiter?* Id eſt expiationis circa ſcelera. Idem lib. 2. od. 2. *Latius regnes avidum domando ſpiritum.* Ut ſi diceret domandus ſpiritum, & fortaſſe ſcripſit Horat. *Domando ſpiritu avido*, & lib. 2. od. 10. *Rectius vives, Licini, neque altum ſemper urgendo, neque (dum procellas cautus horreſcis) nimium premendo littus iniquum.* Hic quater deeſt *Kata*: niſi mavis, ut ſcripſit Horatius, legere: *Alto urgendo: & nimium premendo lit-*

tore

tore iniquo, ut dixit lib. 3. od. 1. *Canendo Magiſtro.* Erraruntetiam male intelligendis teſtimoniis à ſe citatis, aut perperam diſpungendis. Salluſtius in Jugurtha: *Pauca ſupra repetam, quo ad cognoſcendum omnia illuſtria, magis magisque in aperto ſint.* Diſpunge ſic, *pauca ſupra repetam, quo, ad cognoſcendum, omnia illuſtria ſint cæt.* Et illud tritum. *Hos accuſando, illos occidendo totam civitatem labefactaſti*: tu ordina, labefactaſti totam civitatem, hos labefactaſti accuſando, illos labefactaſti occidendo. Horat. *Venit enim magnum donandi parca juventus.* Nullo ſenſu: Horat. ſcripſit, *venit enim magnum: donandi parca juventus.* Id eſt Penelope venibat magno precio: & juventus erat parca donandi.

Audaciſſime etiam addiderunt accuſativos, ubi neceſſe non fuit. Suetonius Julio. 80. *Quæ cauſa conjuratis maturandi fuit deſtinata negotia.* Dele *deſtinata negotia.* Idem Auguſt. 21. *Tantumque abfuit à cupiditate quoquo modo imperium, vel bellicam gloriam augendi, ut quorumdam barbarorum principes, &c.* Expunge *Imperium*, vel *bellicam gloriam*, ineptum gloſſema. & paullo inferius: *quoties vellent, obſides recipiendi*, dele *obſides.* Ibid. 25. *Jus habuiſſent, tribuendi ea, quibus vellent.* dele *ea.* Innumera ſunt hujuſmodi in Suetonio, Salluſtio, Cæſare, & Cornelio Tacito, cæteris. Nam duos Plinios, Macrobium, Gellium nil moror, qui illam doctrinam imbiberunt, aut docuerunt: nam Plinii ars Grammatica citatur à Soſipatro Chariſio.

Sed ut certius credas me tibi folium Sibyllæ recitare, Ciceronis unum, è multis locum accipe ab iſtis fœde dilaceratum. lib. 5. de finib. fol. 5. *Omne animal ſe ipſum diligit, & ſimul ac ortum eſt, id agit, ut ſe conſervet*, cæt. Et poſt longam diſputationem fol. 10. ſic concludit: *Nam quum ita nati, factique ſimus, ut & agendi aliquid, & diligendi aliquos, & liberalitatis, & referendæ gratiæ principia in nobis contineremus* cæt. Vides hic contra Ciceronis mentem additas duas voces *aliquid* & *aliquos.* Nam Cicero ſcripſit: *agendi, & diligendi, &*

liberalitatis; i nunc, & jube me inſpicere veteres codices, ut, quæ tandiu depravata ſint, corrigantur. Martialis queritur ſuo jam tempore ſua epigrammata vitioſe deſcribi, quod idem in meis ſcriptis ex aliena manu ſæpe ſum expertus.

Tanta vero fuit iſtorum rabies in inculcandis ſuis Gerundiis, ut etiam in Poëtis auſi ſint exturbare veterem ſcripturam. Scripſit Virgilius (ut ſæpe ſolet loqui per infinitum verbum) *Romam videre*: mutarunt: *Et quæ tanta fuit Romam tibi cauſa videndi?* & lib. 2. Æneid. *Spes ulla videre*: illi vero; *Nec mihi jam patriam antiquam ſpes ulla videndi.* Terent. Hecy. ſcripſit: *quam cupida eram huc redeundi: voſque hic videre.* Illi ſubſtituerunt, *videndi.* Sed hoc apertius videas in illo Terent. Phorm. act. 5. ſc. 7.

Summa eludendi occaſio eſt mihi nunc ſenes,
Et Phædriæ curam adimere argentariam.

Hic graſſatores, quia properabant ad alia, non adverterunt mutare verbum *adimere*, ſicut mutarunt *eludere.*

Peccarunt itidem ſæpe non percipiendis literarum compendiis, Phil. 5. *Po. Ro. ſervitute opprimendi*: legunt: *Populum Romanum*; quum legendum ſit *Populi Romani.* & 2. Agrar. *Omnium rerum, venden. & emen. poteſtatem permitteretis.* lego. *omnium rerum & vendendi, & emendi poteſtatem permitt.* Nam, & hoc loquendi genus tritum eſt apud Ciceronem, & alios: ut *ſpectandi comœdiarum*, & *nominandi iſtorum.* Virgil. lib. 8.

Nequeunt expleri corda tuen. Terribiles oculos. Illi legerunt *Tuendo*: tu lege *tuentes*, ut alibi: *Gaudentque tuentes Dardanidæ.* Innumera ſunt hæc, præcipue apud Cornelium Tacitum, & Valer. Max.

Elegantiſſimum dicendi genus non intelligentes iſti ſic blaterant: Quoties gerundium in DI poteſt habere accuſativum pluralem, vertit illum in genitivum pluralem:

Digitized by Google

lem: ut *Nominandi tibi iſtorum magis erit, quam edundi copia.* Hinc illud Terentii non ſolum Grammaticos, ſed doctiſſimum etiam Budæum conturbavit: *Date copiam creſcendi novarum.* Nam verbum Creſco, non poteſt (inquit) regere accuſativum. At ego pro Terentio Grammaticorum incuriam deteſtans reſpondeo, legendum diverſa diſpunctione, *Date creſcendi copiam, novarum qui ſpectandi faciunt copiam.* Et regulam ſic ſtatuo: *Huic genitivo ſæpe, & eleganter alius genitivus poſſeſſionis adhibetur*: Et ut dicimus: *lectio librorum Ciceronis*, ſic dicemus: *Occaſio videndi ſororis, & videndi ſororum.* Id eſt viſionis: Et ut Cicero dixit: *datur facultas cædis faciendæ bonorum*: ſic in calce Senect. dixit: *Equidem efferor ſtudio patrum veſtrum (quos colui, & dilexi) videndi.* Sic enim legendum, non *patres veſtros.* Terent. Hec. v. *Ego ejus videndi cupidus recta conſequor.* Ejus, ſubintellige Philumenæ: Idem Phorm. *Ut neque mihi ejus ſit amittendi, neque retinendi copia*, loquitur de amica. Ovid. in Acontio: *Sit modo placandi copia parva tui.* De genitivo plurali innumera ſunt exempla, quæ alibi latius ſumus perſecuti.

Cap. IX.

EO lectum, provocas me cantatum, admitte me ſpectatum, Supina perfricta fronte vocarunt, atque adeo quartum caſum regere docuerunt, idque active: ut *veniſti petitum pecunias*: totum falſum eſt: Nam tempora infiniti verbi paſſivi ſunt, & accuſativus, ſi fuerit, ante verbum, non poſt verbum debet collocari. Active dicimus: *venio petere pecunias.* Paſſive *venio pecunias peti: vel petitum, vel petitum iri*, id eſt, ut *pecuniæ petantur. Sic* dicimus *cupio factum, nollem dictum*: Plaut. *Coctum ego, non vapulatum conductus ſum*: id eſt, *conductus ſum coquere, non vapulare*, id eſt, ut *accipiam fuſtuarium.* Quamquam (ſi verum aperiendum audacter eſt) cum verbis motus dicerem potius guſtatum, lavatum, dor-

dormitum, eſſe vera nomina quartæ inflexionis, ut *guſtatus*, *venatus*, *lavatus*, *cubitus*, itaque, *mittor venatum*, id eſt, AD venatum. Tritum autem eſt cum his verbis ſuppleri AD. Ut *venio Romam* : *tendit Italiam.* Virgil. *Devenere locos lætos*, & *amœna vireta*, idem: *Tendimus Elyſios*: Idem *Ibimus Afros, veniemus Scythiam, & fluvium Oaxem.* Varro in Ruſt. *Primus cubitu ſurgat, poſtremus cubitum eat* : id eſt, *primus ſurgat à cubitu, poſtremus eat ad cubitum* : id eſt, *ad cubationem.* Quod ſi roges, quo pacto hæc nomina regant quartum caſum: dicam, nomina verbalia poni ſæpe apud poëtas, præcipue Plautum, & antiquos, cum accuſativo more Græco, ſuppreſſo KATA, ut *quid tibi hanc rem curatio eſt? Quid tibi hanc mulierem tactio eſt?* Sic etiam *petitum pecunias*, *doctum literas.*

De Monſtroſo illo ſupino in U late & vere diſſerit Minerva, neque enim poteſt duci a verbis; Nam *mirabile viſu*, & *venatu redeo*, ſunt caſus quartæ inflexionis, neque poteſt dici latine, *dignum amatu*, & *dignum lectu*, ut dicitur *dignum memoratu*, *indignum auditu.* Quia illic non poteſt eſſe nomen, hic poteſt: & ſemper omnis ablativus à præpoſitione pendet expreſſa, vel ſubintellecta, nuſquam aliter.

DIATRIBE

Digitized by Google

DIATRIBE
DE
VERBO
CERNO:

In qua cùm omnes verbi ejus ſignificationes juſto & debito ordine proponuntur, auctoritatibuſque firmantur: tum etiam phraſis illa ſingularis, & multùm vexata, *cernere hæreditatem*, accuratè exponitur.

Digitized by Google

Digitized by Google

DIATRIBE

DE

VERBO

CERNO.

CERNO, *crevi*, *cretum*, *cernere*, propriè eſt ſeparare, vel ſejungere; quod non ſolùm compoſita, *diſcerno*, *excerno*, *ſecerno*; ſed etiam derivata, *crinis* (ſic dictus nimirum, quod acu & pectine diſcernatur) & *cribrum*, ſatis oſtendunt. Eadem eſt notio verbi κρίνειν apud Græcos; à quo Latinum *cerno*, per literarum metatheſin, formatum eſt. Homer. Il. E. v. 511. Κρίνει καρπόν τε καὶ ἄχνας. i. e. *ſeparat frumentum & paleas*; ventilabro ſcilicet. Nam de ventilatione ibi loquitur poëta. Χωρίζει interpretatur brevis Scholiaſtes Homeri: Euſtathius διαχωρίζει. Utrumque ſignificat *ſeparare*, ut conſtat. Vide etiam Heſych. v. Κρίνειν, & v. Κρινεῖς. Notandum autem eſt; & κρίνειν apud Græcos, & *cernere* apud Latinos, tantum dici de ſeparatione illarum rerum, quæ malè mixtæ & confuſæ ſunt, & ſeparatione indigent: veluti ſi dicas, *Cernere frumentum cribro*: *Cernere litem*, &c. Hinc invenuſtè & barbarè quis dixerit, *Cernere concordiam fratrum*, pro dirimere: aut, *Mors crevit amantes*, pro ſeparavit: & alia hujus generis. Ejuſmodi enim res rectè & bene junguntur; malè autem ſeparantur. Et ne ad omnia quidem, quæ malè mixta & confuſa ſunt, pertinet verbum *cernendi*; ſed (quod quidem

ad res corporeas attinet, quæ vel manu, vel inſtrumentis manu factis ſeparantur) uſu tantùm refertur ad ſeparationem illam, quæ fit *cribro* : unde phraſes illæ, *Cernere cribro*, & *per cribrum*. Plin. H. N. 33. 5. *Tunditur in pila, deinde tenui cribro cernitur.* Idem lib. 18. c. 11. *Gypſi pars, quæ tranſit, arctiore cribro cernitur.* Ovid. de medic. fac. vſ. 62. *Protinus innumeris omnia cerne cavis.* Ubi per *innumeros cavos* (i. e. foramina) cribrum deſignat. Sic idem ibid. vſ. 89. *Hæc ubi contrieris, per denſa foramina cerne.* Cato de R. R. c. 107. [al. 108.] *Quàm minutiſſimè per cribrum cernere.* Pallad. in Novembr. Tit. 22. *Cinis bene cretus.*

(2) *Cernere* abſolutè & ſimpliciter pro dividere, vel ſeparare, uſurpaſſe videtur Manil. lib. 1. vſ. 634. ubi de Circulo meridiano inquit : *Et paribus ſpatiis occaſus cernit & ortus.* I. e. (ut exponendum videtur) dividit, ſeparat, diſcernit. Sed cùm proximè præcedat : *Diſcernitque diem, ſextamque examinat horam* : inſuavem ταυτολογίαν admiſiſſet poëta, ſi proximo poſt verſu *cernit* iteraſſet pro *diſcernit.* Quare videndum annon potiùs locus ille ſic interpretandus ſit : *A paribus intervallis ſpectat, vel adſpicit ortus & occaſus* : id eſt, pari intervallo diſtat ab ortu & occaſu. Nam præpoſitio *à*, vel *ex*, in talibus loquendi generibus interdum omitti ſolet.

(3) A notione *cribrandi* verbum hoc ad alia transfertur : veluti ad viſum; notatque clarè & diſtinctè aliquid videre ; ſive rem à re viſu diſcernere. Hinc *cernere* plus eſt quàm *videre* : quoniam poteſt quis e. g. hominem è longinquo *videre*, licet eum nondum *cernat*, id eſt viſu dignoſcat. Loquor autem hîc de propria ejus verbi vi & notione. Quin enim ſæpe pro *videre* ſimpliciter & ſine diſcrimine ponatur, dubium non eſt. Terent. Adel. 3. 3. vſ. 85. *Eſt-ne Hegio tribulis meus? Si ſatis cerno, is hercle eſt.* I. e. ſi viſu hominem ſatis dignoſco. Horat. 1. Sat. 3. vſ. 26. *Cur in amicorum vitiis tam cernis acutum.* Propert. 1. 5. vſ. 14. *An mihi ſit tanti doctas cognoſcere Athenas, Atque Aſiæ veteres cernere divitias.* I. e.

oculis

Digitized by Google

oculis luſtrare, vel viſum ire. Cic. 1. Tuſc. Q. c. 20. *Nos ne nunc quidem oculis cernimus ea, quæ videmus.*

Notandum hîc eſt, *crevi* & *creveram*, pro *vidi* & *videram*, non dici; ſed tempora illa pertinere ad notiones eas, de quibus infrà, num. 8. 9. & 10. agetur. Scio quidem Priſcianum *crevi* pro *vidi* accipere in loco illo Titinnii: *Ut pueras has noctu ſuſpirare crevi.* Sed an Priſciani interpretatio rectè ſe habeat, ex tam brevi fragmento hodie judicare non licet. Id ſaltem affirmare non dubito; apud eos, qui hodie adhuc exſtant, Scriptores Latinos, *crevi* pro *vidi* nuſquam legi; quamvis *cernere* pro *videre* in aliis temporibus plus millies apud eoſdem occurrat. Nam quod idem Priſcianus *crevi* pro *vidi* uſurpari putat in Plauti Ciſtellaria; manifeſtô fallitur: ut monebitur infrà num. 8.

(4) Per translationem à viſu ductam dicitur etiam, *cernere animo*, ſive *mente*: quod vel ſignificat, rerum, quæ re verâ non exiſtunt, neque unquam exſtiterunt, imaginem cogitatione ſibi fingere: vel rerum, quæ exiſtunt, tam corporearum, quàm incorporearum, formam, vel ſpeciem (quam ἰδέαν Græci vocant) animo informare & concipere. Cic. 4. in Catil. c. 6. *Cerno animo ſepulta in patria inſepultos acervos civium.* I. e. videor mihi videre; ut paulò antè dixerat. Vel, animo & cogitatione mihi fingo. Non loquitur enim de re, quæ re vera evenerat, ſed quam eventuram fuiſſe dicit, ſi Catilina patriam oppreſſiſſet. Idem ad Famil. 5. 12. *Cerno jam animo, quantò omnia uberiora futura ſint.* Idem 1. de Nat. Deor. c. 18. *Non ſenſu, ſed mente cernitur.* Idem in Topic. c. 5. *Sunt quæ tangi, demonſtrative non poſſunt, cerni tamen animo atque intelligi poſſunt.* Et abſolutè, *Cernere*, pro animo cernere. Petron. c. 122. *Cerno tua, Nile, gementia cloſtra, Actiacoſque ſinus.* i. e. animo cerno. Propert. 2. 13. vſ. 37. *Cerne ducem, modò qui fremitu complevit inani Actia.* I. e. animo reſpice, vel animi cogitationem refer ad Antonium, qui, &c.

(5) Eſt & altera translatio à viſu ducta; per quam

cerni dicuntur ea, quæ per indubitata experimenta, indicia, ſive argumenta evidenter nobis apparent, ſeu clarè à nobis cognoſcuntur; adeo ut de iis æquè certi ſimus, ac ſi oculis eadem cerneremus. Hoc ſenſu & verbum *video* frequentiſſimè uſurpari conſtat. Sic quamvis cœco dicere liceat, *cerno*, vel *video Deum eſſe*: i. e. liquidò mihi apparet, vel clarè cognoſco & intelligo Deum eſſe. Item, qui amici alicujus fidelitatem re ipsâ experitur, dicere poſſit: *Nunc cerno, te eſſe fidelem amicum.* I. e. experimento cognoſco. Ovid. 1. Pont. 5. vſ. 5. *Cernis, ut ignavum corrumpant otia corpus.* Liv. 37. 33. *Ea res Romanis auxit animos, conceſſum ſibi tranſire cernentibus in Aſiam.* Idem lib. 25. c. 3. *Cùm rem inviſam infamemque cernerent.* I. e. certis indiciis compertam, vel cognitam haberent. Ennius apud Cicer. de Amicit. c. 17. *Amicus certus in re incerta cernitur.* I. e. experimento cognoſcitur. Cic. Partit. Orat. c. 23. princ. *Atque hæ quidem virtutes cernuntur in agendo.* I. e. poſitæ ſunt in agendo. Terent. Andr. 1. 1. vſ. 108. *Tum illa, ut conſuetum amorem facilè cerneres, rejecit ſe in eum flens.* I. e. perſpiceres. Cic. 1. de Offic. c. 20. princ. *Fortis animus duabus rebus maximè cernitur.* I. e. ſpectatur, cognoſcitur, apparet.

(6) Per tertiam translationem à viſu ductam, *Cernere* interdum ponitur pro reſpicere, vel rationem habere. Cic. 1. de Leg. c. 18. *Gratus eſt, qui in referenda gratia non ſuum commodum, ſed eum ipſum, cui refert gratiam, cernit.* Idem 5. Tuſc. Q. c. 8. *Hæ res genere, non numero cernuntur.* I. e. in his rebus ſpectandis habetur ratio generis, non numeri. Idem in Topic. c. 21. *Cauſa certis perſonis & locis cernitur.*

(7) Si Nonio (cap. 4. n. 69.) credendum eſt, *cernere* pro *audire* etiam uſurparunt veteres. Sic enim verbum hoc interpretatur in loco illo Accii: *Quid agam? vox illius certè eſt: idem omnes cernimus.* Fateor quidem, verbum *cernere*, ſi propriam ejus vim & notionem ſpectes, non minùs ad auditum, alioſque ſenſus, quàm ad viſum

Digitized by Google

viſum transferri poſſe. Uti enim *cernere*, cùm ponitur pro *videre*, propriè eſt, oculis objecta viſu diſcernere: ſic etiam, qui clarè aliquid audit, per eandem metaphoram dici poſſet, *auribus ſonos cernere*, i. e. diſcernere. Sed tamen, quoniam ſignificationes vocum non ex analogia, ſed uſu æſtimandæ ſunt, & nuſquam alibi notionis hujus veſtigium apud veteres exſtat; Nonium (qui ſæpe in vocum interpretationibus delirat) minimè hîc audiendum eſſe cenſeo. Cæterùm, *cernimus* in dicto loco Accii, non tam ſignificat *judicamus*, ut vir Clariſſ. ad Sanctium, p. 588. interpretatur (nam ſignificationem illam verbo iſti malè tribui, poſteà oſtendetur) quàm, *intelligimus*, vel *clarè cognoſcimus*: de qua notione egimus paulò ſuperiùs num. 5. Quod ſi tamen quis interpretationem illam *judicamus* eo hîc defendere velit, quod *vox* auribus *judicari* rectè dicatur: eâdem ratione vicero, verbum *cernere*, ubicunque ponitur pro *videre*, ſimpliciter etiam exponi poſſe per *judicare*; quoniam & *oculis judicari* res dicuntur. Imò, ſi hæc ratio procederet, pro quibuſvis aliis ſenſuum verbis (ut *videre*, *guſtare*, *olfacere*, &c.) τὸ *judicare* vicariam operam præſtare poſſet: quoniam in nullo non ſenſu mens judicat; dum res ſenſibus perceptas à ſe invicem diſcernit. Sed falſum eſt poſterius: ergo & prius.

(8) *Cernere* interdum idem eſt, quod decernere, conſtituere; ſive de re, antè nobis ambigua, certâ voluntate & conſilio aliquid ſtatuere: quo ſenſu ei contrarium eſt τὸ *deliberare*: uti *certum* (quod eſt à *cerno*) opponitur dubio & incerto; quale eſt id, quod in deliberatione verſatur. Qui enim deliberat, nondum certi quid ſtatuit, vel elegit; ſed poſtquam deliberare deſiit. Tunc enim demum conſilio, vel certâ voluntate diſcrimen ſtatuit inter res anteà dubias, & quaſi confuſas: ſive diſcernit res, quas in animum induxit, ſeu facere conſtituit, ab iis rebus, circa quas indifferenter ſe habet. Unde apparet, quàm male viri docti notionem *deliberandi* verbo huic *cernere* tribuant: qua de re iterum mox

Digitized by Google

monebimus, ubi phraſin illam, *Cernere hæreditatem*, exponemus. Notandum autem eſt, *τὸ cernere* dictâ notione Scriptoribus Latinis ante Ciceronem pòtiùs uſurpari, quàm ipſi Ciceroni, aliiſque, qui ipſius tempore, & poſteà vixerunt: quippe qui compoſitum *decerno* ejus loco adhibere ſolent. Plaut. Ciſtell. 1. 1. vſ. 1. *Te mihi amicam eſſe crevi.* I. e. apud animum meum ſtatui, vel (ut Varro de L. L. lib. 6. hunc ipſum locum Plauti exponens, interpretatur) *conſtitui.* Malè autem Priſcianus, & qui eum ſequuntur, *crevi* in hoc loco Plautino interpretantur, *vidi*, vel *perſpexi.* Nam verbum *cernere*, cùm ad viſum oculorum (ut num. 3.) vel per translationem inde ductam, ad liquidam rerum cognitionem (ut num. 5.) refertur, non agnoſcit præterita *crevi*, & *creveram*: quod & ſupra jam monuimus; & vel aurium judicio quilibet facilè deprehendere poterit. Lucilius apud Nonium c. 4. n. 69. *Poſtquam præſidium caſtris educere crevit.* I. e. decrevit. Cic. 3. de Leg. c. 3. ubi priſcas legum formulas imitatur: *Cùm Senatus creverit, populuſque juſſerit.* Et paulò antè: *Quodcunque Senatus creverit, agunto.* Tacit. 15. Ann. c. 14. *Illum locum, tempuſque deſtinatum eſſe, quid de Armenia cernerent.* I. e. decernerent.

Huc etiam pertinet phraſis illa celebrata, multùmque vexata, *cernere hæreditatem*, quam ex antiquiſſimo jure civili poſterior ætas retinuit. Hujus vis ut rectè percipiatur, ſciendum eſt, nomine *hæreditatis* apud JCtos non ſolùm deſignari bona hæreditaria; ſed etiam jus adeundæ hæreditatis; ſive (ut definitur in Leg. 24. ff. de V. S. & Leg. 62. ff. de R. J.) ſucceſſionem in univerſa bona, quæ defunctus habuit. Hinc uti *cernere bellum*, *expeditionem*, &c. idem eſt, ac bellum, expeditionem, &c. decernere: ſic, *Cernere hæreditatem* propriè nihil aliud eſt, quàm ſucceſſionem in bona defuncti decernere, ſeu conſtituere. Varro lib. 6. de L. L. *Hæres cùm conſtituit ſe hæredem eſſe, dicitur CERNERE; & cùm id fecit, CREVISSE.* Ad hanc notionem propriam, & principem

pem (rariùs tamen uſitatam) referri poteſt illud Livii lib. 40. c. 8. *Vivo & ſpirante me hæreditatem meam ambo & ſpe & cupiditate improbâ crevistis*. i. e. hæreditatis meæ aditionem per cupiditatem improbam decreviſtis : quod eſt (ſi ſenſum ſpectes) hæreditati meæ improbè inhiaſtis. (b.) Et ſicut compoſitum *decernere* non ſolùm ad nudam animi deſtinationem refertur ; ſed ſæpe etiam ſignificat, id, quod apud animum ſtatueris, verbis declarare, ſive (ut exponit Donatus ad Terent. Andr. 1. 5. vſ. 3.) *certam de rebus ſententiam proferre* : & *Decretum* plerumque eſt, ſententia verbis prolata, vel ſcripto conſignata : ita etiam *Cernere hæreditatem* apud JCtos ſignificat, conſilium ſuum de adeunda hæreditate ſolenniter, ſeu certâ verborum formulâ declarare. Ulpian. Inſtit. Tit. 22. n. 28. *Cernere eſt, verba cretionis dicere ad hunc modum* : *Cùm me Mævius hæredem inſtituerit, eam hæreditatem adeo cernoque*. Plin. Jun. lib. 10. epiſt. 79. *Rogavit me teſtamento, ut hæreditatem ſuam adirem cernerem que*. Ubi *adire* & *cernere* ex vetere & recepta formula, modò ex Ulpiano tradita, conjunguntur ; & quidem ita, ut *adire* ponatur ante *cernere* : quod notandum propter eos, quibus *cretio* olim *aditionem* præceſſiſſe exiſtimatur. Nimirum *cretio* non aliter differt ab *aditione* hæreditatis, quàm ſpecies à genere. Nam *aditur* hæreditas quovis modo : id eſt, tam animo & conſilio, quàm verbis, & ipſo facto : (nam fallitur utique Boſius in Notis ad Cic. ad Attic. 13. 46. qui *aditionem* potiùs animi & conſilii, quàm facti eſſe putat) at *cernitur* ſolenni tantùm & certo quodam modo. Hinc qui hæreditatem *cernit*, etiam *adit* ; ſed non ſemper qui *adit*, etiam *cernit*. Nam *adire* etiam dicitur, qui verbis ſimpliciter declarat, ſe hæredem fore : at qui *cernit*, id ipſum facit ſolenniter, id eſt, certâ verborum formulâ, & prætereà teſtibus præſentibus : ut diſcimus ex Varrone lib. 5. de L. L. p. 60. & Cicerone ad Attic. 13. 46. ubi conſule Interpretes, & præcipuè Malaſpin. qui licèt ex Varrone rectè obſervet, τὸ *cernere*, in phraſi illa *cernere hæredi-*

 tatem,

Digitized by Google

tatem, propriè ſignificare *conſtituere*; poſtea tamen, quod miror, jus *deliberandi* & *cernendi* planè confundit; quaſi *deliberare* & *cernere* idem ſit: quod tamen falſiſſimum eſt. Sed redeo ad exempla. Cic. ad Attic. 11. 12. *Literas tuas accepi pridie Nonas Februar. eoque ipſo die hæreditatem crevi.* Abſens nimirum, & per epiſtolam, in qua formula *cretionis* ſcripta erat. Idem ad Attic. 13. 46. *Nunc mittendum eſt, ut meo juſſu cernat.* Idem 2. contra Rull. c. 15. *Quam hæreditatem crevimus.* (c.) Hinc autem apparet, *cernere hæreditatem* veteribus non fuiſſe ſimpliciter idem, quod *adire hæreditatem*: quamvis non neſciam, apud Feſtum legi: *CREVI, modò hæreditatem adii: modò* &c. Ex illa enim interpretatione nihil certi colligi poteſt: quoniam & qui *cernit* hæreditatem, laxiore notione eam *adit*: ut jam ſuprà diximus. Nihilominùs *cretio* differt ab *aditione*: ut itidem ſuprà expoſitum eſt. In metaphoricis tamen, ſive allegoricis locutionibus, phraſes illæ, *cernere*, & *adire hæreditatem*, promiſcuè & ſine diſcrimine adhiberi poſſunt: veluti apud Ciceronem Epiſt. ad Famil. 9. 14. *A te peto, ut me hanc falſam quaſi hæreditatem alienæ gloriæ cernere ſinas.* Ubi ad ſenſum nihil intereſt, ſive *cernere* hæreditatem dicas, ſive *adire*. Idem ad Attic. 6. 1. *Is fratris Appii erga me amorem cum reliqua hæreditate crevit.* I. e. hæreditario jure adeptus eſt. Liv. 40. 8. *Vivo & ſpirante me hæreditatem meam ambo & ſpe & cupiditate improbâ crevistis.* Quam phraſin jam ſuprà expoſuimus.

Obiter hîc monendus eſt Lector, viros doctos, tam JCtos, quàm Criticos, vulgò exiſtimare, (*) *cernere hæreditatem* propriè eſſe, deliberare, utrùm expediat hæreditatem adire, nec ne; & plerumque, vel ſæpe (ex conſequenti nimirum) hæreditatem adire. Et quidem dictam notionem *deliberandi* phraſi huic propriè ineſſe, probare conantur auctoritate Ulpiani, qui Inſtit. Tit. 22.

(*) Vide Sanctium in Minerva, p. 586. & ſeqq. Edit. Franequer.

Tit. 22. n. 27. *Cretionem* his verbis definit: *Cretio eſt certorum dierum ſpatium, quod datur inſtituto hæredi ad deliberandum, utrum expediat ei hæreditatem adire, nec ne, veluti, Titius hæres eſto, cernitoque in diebus centum proximis: niſi ita creverit, exhæres eſto.* Sed ne dicam (quod jam ſupra demonſtravimus) notionem *deliberandi* à verbo *cernere* alienam eſſe, neque ei rectè accommodari poſſe; quis non videt, definitionem Ulpiani laxiorem eſſe, & ad vulgarem popularemque notionem tantùm accommodatam, neque tam ipſam *cretionem*, quàm adjuncta ejus tangere? Quis enim alioqui ferret, *cretionem* dici *certorum dierum ſpatium*; cùm nulla omninò temporis notio vocabulo huic per ſe inſit? Certe ipſe Ulpianus paulò poſt, ubi notionem verbi *cernere* arctioribus finibus circumſcribit, nullam *deliberationis* mentionem facit; ut ex loco ejus ſuprà adducto patet. Sed quid multa? Si *cernere hæreditatem* propriè eſt, de hæreditatis aditione deliberare; mirum eſt, veteres ne ſemel quidem phraſin hanc eo ſenſu uſurpaſſe. Dic enim, ſodes, apud quem veterum, formulæ huic ſimile quid unquam tibi lectum fuerit: *Titius hæreditatem repudiavit, poſtquam centum diebus eam creviſſet*: i. e. de ejus aditione deliberaſſet. Sanè qui ejuſmodi ſermonis ſtribliginem auctoritate veterum defendendam ſuſcipere velit; incaſſum planè laboret. Quare formulæ illius apud Ulpianum: *Cernito in diebus centum proximis: niſi ita creverit, exhæres eſto*: ſententia hæc eſt: *Decernito*, vel *conſtituito* (vel potius ex ſenſu juris, atque adeò ex conſequenti, *ſolenniter & conceptis verbis hæreditatem adito*) *intra dies centum proximos: & niſi ita conſtituerit*, vel *adierit*, *exhæres eſto.* Sane ſi *cernere* ibi propriè ſignificaret *deliberare* (ſignificare autem debebit, ſi ſuperioribus verbis Ulpiani, cum quibus dicta formula per particulam *veluti* connectitur, accurata definitio *cretionis* continetur:) hæres, qui ſtatuto tempore deliberaſſet quidem, ſed nondum conſtituiſſet, ſeu ſolenniter adiiſſet, non foret exhæres; ſed integrum ei foret, etiam poſt elapſum centum dierum ſpatium

ſpatium hæreditatem adire: quia ſcilicet ſatisfeciſſet voluntati defuncti, qui eum deliberare, non autem conſtituere, vel adire intra illud tempus juſſiſſet. Sed hanc fore ridiculam dictæ formulæ interpretationem, & ſenſui juris prorſus contrariam, quis non videt?

(9) *Cernere* interdum ſignificat, controverſiam, vel litem dirimere; ſive rem aliis ambiguam, & in controverſia poſitam, dijudicare: quo ſenſu Judex, Sors, & Mars rem *cernere* dicuntur. Pacuvius apud Nonium c. 4. n. 69. *Æquum eſt quod poſtulas: jurati cernant.* Ubi *cernere* eſt, ſententiâ, vel decreto rem dijudicare. Liv. 43. 12. *Priuſquam id ſors cerneret.* I. e. rem ambiguam quaſi dijudicaret, & ſuam cuique Conſuli provinciam aſſignaret. Ennius apud Cicer. lib. 1. de Offic. c. 12. *Ferro vitam cernamus uterque.* I. e. controverſiam de vita ferro dirimamus. Poteſt tamen hoc exemplum etiam referre ad num. ſeq. Sic etiam dicere licebit, *Mars*, vel *arma hanc rem cernent*: quo ſenſu compoſitum *Decerno* eleganter adhibet Livius lib. 32. c. 31. ubi ait: *Omiſsâ ſpe per unam dimicationem rei decernendæ.* Et lib. 5. c. 55. *Rem dubiam decrevit opportunè emiſſa vox.*

(10) Et quoniam dimicatione & armis controverſiæ *cernuntur*, i.e. dirimuntur: hinc poſito conſequente pro antecedente, *cernere* etiam ſignificat pugnare, dimicare, armis contendere: quo ſenſu Græci quoque verbum *κρίνειν* adhibent: veluti cùm dicunt, *κρίνειν πόλεμον, μάχην*, &c. vel, ut Homerus loquitur, *κρίνεσθαι Ἄρηϊ*: de qua re conſule Lexica Græca; itemque Joh. Fr. Gronov. ad Liv. 7. 9. Dicitur autem vel abſolutè *cernere*, pro dimicare: vel cum accuſativo cognato, *cernere certamen, bellum*, &c. vel cum accuſativo rei de qua certatur; ut, *cernere vitam*: vel cum ablativo inſtrumenti, quo pugnatur; ut, *cernere armis*, *ferro*, &c. vel denique cum ablativo, & præpoſitione *pro*, & *de*; ut *cernere pro patria*: *cernere de vita.* Cœlius Ciceroni lib. 8. ad Famil. epiſt. 14. *Quamdiu civiliter ſine armis cernetur.* Sic enim accuratiores Editt. ibi habent pro *certetur*. Ennius apud Serv.

Digitized by Google

Serv. ad. 12. Æn. vſ. 709. *Olli cernebant magnis de rebus agentes.* Plaut. Trin. 2. 4. vſ. 78. *Ibi de divinis atque humanis cernitur.* Priſcian. in Argum. 2. Amphitr. Plaut. *Pro patria Amphitruo dum cernit cum hoſtibus.* Virg. 12. Æn. vſ. 709. *Inter ſe coiiſſe viros, & cernere ferro.* Senec. Epiſt. 58. hunc ipſum locum Virgilii adducit, ut probet, olim *cernere ferro* dictum fuiſſe pro *decernere ferro*: unde diſcere licet, ipſius ævo ſimplex *cernere* eo ſenſu non ampliùs frequentatum fuiſſe. Accius apud Nonium cap. 4. n. 69. *Qui armis ſecum vellet cernere.* Plaut. Caſ. 3. 1. vſ. 2. *Nunc ſpecimen ſpecitur, nunc certamen cernitur.* Sic, *Cernere bellum*, apud Lucret. lib. 4. vſ. 969. & lib. 5. vſ. 393. quod eodem modo dictum eſt, quo κρίνειν πόλεμον apud Græcos. Ennius apud Cicer. lib. 1. de Offic. c. 12. *Ferro, non auro vitam cernamus uterque.* Idem apud Nonium cap. 4. n. 69. *Ter ſub armis malim vitam cernere, quàm ſemel parere.* Quo in loco Nonius *vitam cernere* ineptè interpretatur *vitam amittere.* Nam *cernere vitam* ibi ſignificat, *cernere de vita*; ſive litem de vita armis dirimere: ut jam expoſuimus num. præced. Par eſt conſtructionis ratio, cùm dicitur, *Certare aliquam rem,* pro, certare de aliqua re: quo genere loquendi uſus eſt Volcatius Sedigitus apud Gell. 15. 23. [al. 24.] *Multos incertos certare hanc rem vidimus, Palmam poëtæ Comico cui deferant.* Item Horat. 2. Sat. 5. vſ. 27. *Magna minorve foro ſi res certabitur olim.*

(11) Singulare eſt loquendi genus apud Sil. Ital. lib. 4. vſ. 607. *Inhonoratam cernere mortem.* Pro oppetere mortem: ex conſequenti nimirum. Nam *cernere mortem*, propriè eſt, mortem decernere, ſive moriendi certum eſſe: quam deſtinationem, ſive conſilium, ipſa mors demum conſequitur. Confer ſuprà num. 8. Notandum tamen eſt, in quibuſdam Editt. Silii pro *cernere mortem*, legi, *perdere mortem*: quam lectionem agnoſcit etiam J. Fr. Gronovius ad Senec. Agamemn. vſ. 519. ubi locum hunc Silii citat.

(12) Et quoniam verbum κρίνειν apud Græcos (cui noſtrum

noſtrum *cerno* originem ſuam debere ſuprà diximus) præcipuè ſignificat *judicare*; hinc Feſtus, Nonius, & omnes, quod ſciam, recentiores, *cerno* eandem ſignificationem ſimpliciter tribuunt. Sed (ut accuratiore examine deprehendi) notio verbi *judicare* rectè accommodari nequit noſtro *cerno*: quod proinde hac in parte ex uſu verbi Græci *κρίνειν* minimè judicandum eſt. Sic ex. gr. tritum eſt loquendi genus, *quid judicas de hac re?* i.e. quænam eſt tua hac de re opinio, vel ſententia: pro quo barbarè dixeris, *quid cernis de hac re?* Pariter pro illo, quod eſt apud Terent. in Eun. 1. 2. *Judicare aliquem ex aliorum ingenio*: dicere non liceat, *cernere aliquem ex aliorum ingenio.* Præterea notandum eſt, interdum quidem pro *cernere* ſalvo ſenſu adhiberi poſſe *judicare*: attamen alterum ab altero non parum differre, ſi ſingula ex propria notione & ſignificationis vi ſpectes. Sic e. g. in loco illo Terentii ſuprà citato (num. 5.) *Tum illa, ut conſuetum amorem facilè cerneres, rejecit ſe in eum flens quàm familiariter*: ſi quis pro *cerneres* dixerit *judicares*; ad ſenſum parum; ad propriam autem vocum notionem multùm intereſt. Nam cum dico *cerneres*; translatio ſumpta eſt à viſu oculorum (ut num. 5. expoſuimus) hoc ſenſu: Ut conſuetum amorem facile cognoſceres & perſpiceres; vel, ut conſuetus amor non minùs evidenter tibi appareret, quàm ſi oculis eum cerneres: quæ vis & notio verbo *judicare* minimè ineſt. Unde falleretur utique, qui in ejuſmodi generibus loquendi *cernere* propriè idem eſſe cenſeret, ac *judicare.* Pariter in loco illo Terentii, ſuprà (num. 3.) adducto: *Si rectè cerno, Hegio eſt*: à ſenſu quidem non aberrabit, qui pro *rectè cerno*, dixerit, *rectè judico* (nam & *oculis judicari* res dicuntur) attamen magnopere erraret, qui, ubi propria vis & notio vocis *cerno* explicanda eſſet, eam non ad viſum oculorum, ſed ad judicium animi ibi referre vellet. Quare (ut rem in pauca conferam) ſic cenſeo; notionem *judicandi* verbo *cernere* non convenire, niſi quatenus *judicare* etiam ponitur pro, rem controverſam, vel litem dijudicare: ut

in

Digitized by Google

in Epiſtola Cœlii ad Ciceronem lib.8. ad Famil. 14. *Has diſcordias ferrum & vis judicabit* : i. e. dijudicabit, vel dirimet. Et quamvis τὸ *cerno* videatur etiam exponi poſſe per *judico*, quatenus refertur ad notionem illam, de qua num. 8. egimus : minùs rectè tamen quis notionem illam ſpecialem per verbum multò generalius exponat : præſertim cum in promptu ſint verba *conſtituere*, & *decernere*, quæ propiùs rem tangunt. Quod autem ad verbum Græcum κρίνειν adtinet (unde Latinum *cerno* ortum eſt) fateor quidem illud notione *judicandi* maximè frequentari ; ſed hac in parte verbum *cerno* matrem non referre, vel inde apparet, quod Latini id, quod Græcis eſt κρίνειν, appellare ſoleant *judicare* ; & qui Græcis eſt κριτὴς ; Latinis non dicatur *cretor*, ſed *judex* ; & κρίσις, non *cretio*, ſed *judicium*. Quare uti hîc uſus (penes quem eſt jus & norma loquendi) notionem, quæ τῷ κρίνειν vel præcipuè ineſt, verbo *cernere* adjudicavit ; ita viciſſim eidem tribuit notionem *videndi*, quâ Græcum κρίνειν caret.

Hæc de verbo *Cerno* paulò fuſiùs exponere volui : eam præcipuè ob cauſam, ut ſpecimen aliquod exhiberem, ſecundùm quod novus, & (nî fallor) accuratus linguæ Latinæ Theſaurus (quo nomine hodie vulgò *Lexica* inſigniri ſolent) confici poſſet. Fateor quidem rem difficillimam eſſe, cùm principem & propriam vocis cujuſque notionem ſemper eruere ; tum reliquas ſignificationes inde, velut à capite ſuo, deductas, rite diſtinguere, ordinare, & inter ſe connectere : ſed & hoc affirmare non dubito, nullâ aliâ viâ ad intimam linguæ alicujus cognitionem pervenire poſſe. Multæ enim ſunt locutiones & phraſes, quarum vim rectè intelligere nequeas, niſi univerſum vocis alicujus ſyſtema, rite conſtructum & diſpoſitum, ob oculos habeas. Sic φράσεως illius, ſuprà à nobis expoſitæ, *cernere hæreditatem*, vis & indoles ex totius verbi *cerno* conſpectu, omniumque ejus notionum connexa ſerie verè demum eluceſcit. Quin quod interdum contingat, ut propter anceps aurium judicium ſtatuere

Digitized by Google

ſtatuere nequeas, an phraſis aliqua, per ſe, & ſeparatim à reliquo quaſi verbi ſui corpore conſiderata, Latina ſit, nec ne. Si enim ex. gr. in diſquiſitionem veniat, an Latinè dici queat, *Magnitudo leonis ex ungue cerni poteſt*; non dubito quin plerique id negaturi ſint; ideò ſcilicet, quia putabunt, *cerni* ibi nihil aliud ſignificare poſſe quàm *judicari*; quo ſenſu mirum non eſt, aures Latinas phraſin illam pro barbara rejicere & aſpernari. At verò ſi quis omnium notionum verbi hujus contextum quendam habuerit, & inde didicerit, per metaphoram à viſu ductam, *cerni* etiam dici res, quæ menti evidenter apparent, ſeu animo clarè intelliguntur; licèt oculis non conſpiciantur: aures ejus cum memorata phraſi, quâ priùs offendebantur, facilè in gratiam redibunt. Sunt ſexcenta alia hujus generis, quæ hîc memorare poſſem, ſi id nunc agerem. Sed illis ſuus erit locus in Obſervationibus Miſcellaneis in Ling. Lat. quas aliquando, ſi Deo O. M. ita viſum fuerit, in lucem edere conſtitui.

F I N I S.

MAG 2011056

BIBLIOTECA

Digitized by Google

Digitized by Google